SCUOLA ORIENTALE
BIBLIOTECA UNIVERSITÀ
Copt
D
3
ROMA

Digitized by Google

Giorgius

# DE MIRACULIS
# SANCTI COLUTHI
## ET RELIQUIIS ACTORUM
# SANCTI PANESNIV
## MARTYRUM

THEBAICA FRAGMENTA DUO

ALTERUM AUCTIUS ALTERUM NUNC PRIMUM

EDITUM

*PRAEIT DISSERTATIO*

EMINENTISSIMI

STEPHANI CARD. BORGIAE

DE CULTU S. COLUTHI M.

*ACCEDUNT*

FRAGMENTA VARIA NOTIS INSERTA

OMNIA

EX MUSEO BORGIANO VELITERNO

DEPROMPTA ET ILLUSTRATA OPERA AC STUDIO

F. AUGUSTINI ANTONII GEORGII

EREMITAE AUGUSTINIANI

ROMAE

APUD ANTONIUM FULGONIUM

cIɔ Iɔcc xciii

PRAESIDUM ADPROBATIONE

Digitized by Google

SANCTIS THEBAEIS, ET AEGYPTIIS MARTYRIBUS
COLVTHO ANTINOITANO, ET APA PANESNIV DIACONO VICI APOLLINIS
IBIDEMQVE NATIS APAPAESI, ET SORORI EIVS V. THECLAE, VNA CVM
SENE PRESBYTERO ANONYMO MARTYRIO CORONATIS IN TOVI HOT
PAPNVTIO DIACONO, ET SILBONI MILITI BOOV IN THEBAIDE
CHRISTODORO, VICTORI
APA ISAAC TIPHRENSI IN NOMO PANOPOLITANO
DIONYSIO MILITI TAVBAEH, APA SIRINE, ET APA PHILOXENO IN HORMES
APATIAE E VICO SABARO IN NOMO THMOVITANO
APA EPIME PANCOLEVSENSI, HOP DIACONO CANESCENSI,
HOR TOGENSI, MAXIMO PRESBYTERO SCENEROENSI,
PETHOSC DIACONO THERBENSI IN NOMO PEMGE
APA NOVB NAISENSI IN NOMO MESCOTI, SERGIO MENESONI SENI
PRESBYTERO, EIVSQVE FRATRI APAAPHLIO, PAESI ET FRATRIBVS,
GEORGIO, IOANNI, ISIDORO, PISCOI, CRAGIONI,
SARAPAMONI, IOANNI, ZACCHARIAE, IACOBO, TVRSDA,
APOLLω, AMOVNI, DIOSCORO NOMI ATHRIBITANI
SARAPIONI PRESBYTERO PHOVOHENSI
ORIONI PRESBYTERO, ET ABIONI CAPITI CEMENENSIVM
EVDAEMONI PHOVOITENSI
PETSIRI TILOGENSI IN NOMO HENAS
THEONOE VIRGINI OCTENNI ALEXANDRINAE
ALIISQVE INNOCENTIBVS VICTIMIS
IN DIOCLETIANI, ET MAXIMINI PERSECVTIONE
PRO NOMINE CHRISTI IESV IMMENSO NVMERO CAESIS
COLLECTIONEM MEMPHITICO-THEBAICORVM
ACTORVM MVSEI BORGIANI
VNDE EORVMDEM MM. ET CONFESSORVM NOMINA
NVNC PRIMVM COGNITA SVNT
F. A. A. G. INTERPRES
ODE SACRA DEVOVET

Thebais quondam regio beata,
Martyrum fama celebris per orbem,
Longa post tandem tenebrosa saecla
Surgis ab Austro.

Surgis, & tecum geminata ducens
Spicula albentis rediviva solis,
Hauris in lucem veneranda Patrum
Gesta sepulta.

Quaeque jamdudum latuere prisca
Militum Christi monumenta magna,
Ipsa praesertim renovata mire
Nomina pandis.

Sorde squallentes, lacerasque chartas
Vertis in crebros radios nitentis
Lucis, instaurans laniata sacri
Fragmina Libri.

Ducis & tecum glomerata ab arcto
Lumina Heroum Fidei supernae,
Posteris quae relligiosa liquit
Memphis honora.

Haec tuae Gentis memoranda scripta
Vindici docto tribuenda linquis
Sorte, quam demum tibi rite sanxit
Numen ab alto.

Borgia hic vindex chlamydatus ostro est,
Dulcis & Musis amor, atque Phoebus,
Laudibus quem tollit in astra Roma
Tollit & orbis.

In-

Inde nunc manant documenta pulchra
Martyres sancti, Proceresque clari,
Vestra, quae cunctis Populis recludunt
Grandia facta.

Sicut ad celsi Phaetontis ortum
Tota telluris facies, marisque
Fulgido mire rutilat colore
Luminis almi.

Hacce sic tandem redeunte luce
Splendide, o quantum! nitideque fulget
Vestra quae terris patefit coruscans
Palma triumphi.

Vester, o Divi, cruor imbre pleno
Cuncta foecundans sola lauta Nili
Laeta caelesti Fidei, Deoque
Semina civit.

Saeviit dirus mage quo Diocles
Atque vexatum tremefecit orbem
Vester & felix numerus sub ista
Grandine crevit.

Martyres, vos oro, hilares videte
Ante conspectum posita acta vestrae
Passionis, tot veluti sacrata
Dona canistris.

Ista sint aris religata vestris
Scripta, quae coptis repetita formis
Hisce cernuntur, resonante caelo,
Sculpta tabellis.

Thu-

Thura sint isthaec senis offerentis,
Qui manu quamvis tremula ministrans
Hosce vobis pectore, & igne casto
Sacrat odores

Este vos mî propitii Patroni
Quo die mortis truce falce messus
IUDICIS MAGNI miser intremiscam
Ante Tribunal.

Sed PIO SEXTO Populi Fidelis
PRINCIPI SUMMO revocate saecli
Aurei annos, & meliora semper
Tempora ferte.

PRAEFATIO

# PRAEFATIO

Si quis forte est qui scire cupiat, quid me maxime ad novam istam miraculorum S. Coluthi Martyris editionem adornandam impulerit, legat is, oro obtestorque, pone sequens anteloquium, quod, quum Thebaicarum litterarum amatoribus inscriptum a me sit, caussas iis omnes, quamobrem laborem hunc secundis veluti curis iterum aggredi constituerim, ingenue, uti decet, casteque exponit. Inde & Tu, benigne Lector, mei huius consilii institutique rationes, ne me actum agere cogas, pro tua erga me humanitate, repete. Nunc enim de re non amplius conficienda, sed iam sive bene, sive male, quocumque demum modo confecta, agendum mihi esse intelligo. Itaque, ut ea quae huc spectant, in promptu habeas, haec tene.

I.

In operis fronte, quasi totius ineundae viae dux, principi loco posita cernitur pulcherrima dissertatio de progenie, de natali solo, de educatione, de pietate, de religione, de studiis, de fide, de Martyrio denique, & cultu Generosi Athletae Christi *Sancti Coluthi*, ab Amplissimo Cardinali Stephano Borgia, ex omnium pene Orientalium Ecclesiarum monumentis, sed praesertim ex Aegyptiorum Synaxario collecta. Quod silentio praeterire nullo modo possum, nec debeo, tam perfecta ea est, & numeris omnibus absoluta, ut quid magis in ea mirer, an praestantis ingenii vim, an iudicii gravitatem, an selectae eruditionis copiam, & docrinae soliditatem; quae omnia ex uno doctissimi scriptoris poenore ad huius nobilissimae elucubrationis opus pari veluti gradu concurrere videntur; ego prorsus ignorem. Ac mihi quidem auspicato accidit, ut eam tamquam propitium sidus ex alto natum spectarim, unde subiecta, & opaca rerum mea-

rum silva lumen acciperet; eiusque ductu semitam, qua mihi inter Thebaica dumeta incedendum esset, fortunate pernoscerem. Et iam faustis hisce avibus allectus ad commissam mihi provinciam obeundam, paullo quam antea, alacriori fidentiorique animo, nulla interposita mora, accedo.

## I I.

### *Thebaico-Borgianus Codex de Miraculis S. Coluthi Mart. describitur; eiusque praestantia & antiquitas demonstratur.*

Codex noster Thebaicus constabat olim membranis CXXI. Nam ab initio ad totum usque miraculum secundum numerum dabat in superiori margine *arithmeticis* litteris consignatum ⲥⲙⲇ. 244. Ex his primae membranae CX., paginae scilicet ⲥⲕ. 220. immaniter avulsae evanuere. In iis vero tam multis tabulis iam amissis nullus dubito, quin acta omnia & vitae, & Martyrii S. Coluthi latius descripta continerentur; sed, o infortunium! una cum exordio miraculi, uti coniicimus, prioris, ea omnino perierunt. Quae modo intactae supersunt, *quinque* ex ordine numerantur a pag. ⲥⲕⲁ. 221. usque ad ⲥⲗⲁ. 231. Sed heic rursus lugere cogimur iacturam aliarum *quinque* membranarum. Totidem enim sunt quae desunt a pag. ⲥⲗⲁ. 231. usque ad pag. ⲥⲙ. 240. Hinc *duae* redeunt *postremae tabulae* paginas ⲥⲙⲁ, ⲥⲙⲃ, ⲥⲙⲅ, ⲥⲙⲇ: 241, 242, 243, 244, exhibentes; eas scilicet, quae felicem exitum *secundi Miraculi* nobis exponunt. An aliae membranae desiderentur, nulla certa ratione affirmare possumus. Credibile tamen fit, Thebaeum scriptorem alia plura quae perierint, post II. Miraculi narrationem ad finem usque Codicis addidisse. Nam verbum ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ultimum est, quod in lin. 26., eaque extrema col. 2. totum omnino spatium paginae ⲥⲙⲇ. 224. ita implet, ut locum plane nullum alii cuivis litterae relin-

Digitized by Google

linquat. Sic itaque hoc nomen ⲚⲈⲤⲚⲎⲨ positum ibi est, ut pro nota codicis *non desinentis*, sed *continuantis* haberi proculdubio possit.

Membranae omnes, bene dentatae, & laevigatae videntur, non ita tamen, uti eae sunt, quae in superiori volumine iam editae, inscriptum repraesentabant Graeco-Thebaicum fragmentum Evang. S. Iohannis. Necesse enim erat, ut hae nostrae, quae, ob Thebaicarum litterarum magnitudinem, & ductuum densitatem, graviorem stylum, & fusius crassiusque atramentum sustinere deberent, paullo etiam tenaciori essent, solidiorique textura compactae.

Hae omnes sunt *Opistographae*: sed *paginae* earum *singulae* scriptas exhibent *columnas duas*, in quas totum ipsius spatium distributum est.

Longitudo membranarum a summo ad imum marginem ducta, est palm. Rom. 1. unc. 3. Latitudo unc. XI. $\frac{1}{10}$ Columnarum longitudo palm. 1. unc. 1. latitudo uniuscuiusque columnae unc. IV. $\frac{1}{10}$ Interstitium inter unam alteramque columnam $\frac{8}{10}$. Singulae columnae lineis constant 26., *tribus* duntaxat, vel *quatuor* exceptis; quarum tamen differentia omnis sita est in *excessu* vel in *defectu* unius tantum lineae. Quaevis vero linea *octo* plerumque litteras continet; non raro tamen & aliae occurrunt, quae *sex*, *septemve* exhibeant elementorum numerum.

Characterum formae elegantissimae sunt, omnesque quadrato-rotundae, & moduli maioris, iis exceptis, quae in extremis quandoque lineis ob spatii angustias minori sunt restictiorique pictae. Id praesertim accidit in litteris ⲟ, ⲱ, ⲏ, ⲓ. In aliis quoque, sed in his frequentius. Vide apud cl. Montfauconium in palaeogr. graeca pag. 188. & 194. ubi specimina dantur vetustissimorum characterum tum ex cod. Colbertino, tum ex Caesareo, quem Lambecius ad aevum Magni Constantini, saltem ex coniectura, revocat. Nam & ex his intelliges, quam antiquissimus sit

mos

mos iste attenuandi, uti fit in hoc nostro cod. litteras in extremis linearum spatiis. Immo & inde etiam colliges, cur ⲟ, nonumquam ob eamdem caussam supra alteram litteram in fine lineae scribatur, quemadmodum fit ad extremum lin. antepenultimae pag. ⲥⲙ̄. 240. ubi ⲧⲣⲟⲥ in hunc modum pingitur: ⲧⲣ̊. Quod si observasset Lacrozius in *sylloge quarumdam vocum dialecti sahidicae*, non attulisset, opinor, exemplum vocis ⲙⲟⲟⲩ ad ostendendum *loco* litterae ⲱ, *saepe duplex* o o *in hac* ( sahidica ) *dialecto* usurpari. Heic enim perspicuum est ⲱ tantum memphiticum in *o* simplex fuisse conversum; nam ⲙⲱⲟⲩ *aquam* memphitae, ⲙⲟⲟⲩ Thebaei scribunt. Allucinatio *Lacrozii* inde tota nata est, quod ⲙⲟⲟⲩ lectum in fine alicuius lineae cod. Anglicani de myster. litterarum acceperit pro ⲙⲱⲟⲩ memphitico, ⲱ *uno* mutato in o o *duplex*; quod fieri non potest. Sic enim Thebaei per *o* triplex *aquam* ⲙⲟⲟⲟⲩ scriberent ineptissime. Eidemque mori tribuendae sunt in Fragm. nostro p. 223. col. 1. lin. 19. ⲛ̀ⲧⲣⲟⲟ, pag. 224. col. 2. lin. antepenultima ⲛⲧϩⲙⲟⲟ, & aliae id genus voces, quae similiter scriptae in fine linearum cernuntur.

Ad pag. 222. col. 3. ϫⲓⲛϯⲁⲓ ultima vox est lineae 14. Sed ad illius latus in margine duo statim puncta ad perpendiculum picta sequuntur cum *forma*, uti coniicere licet, litterae aspiratae ϩ, iacentis. Ea certe puncta nota sunt emendationis, qua vocabulum ϫⲓⲛϯⲁⲓ corrigitur, ut sit ϫⲓⲛϯϩⲁⲓ. Sed an correctio a prima sit, an a secunda manu, tantum mihi luminis non est, ut quicquam certi decernere valeam.

Quinam denique, & cuius pulchritudinis sint codicis nostri characteres disce ex specimine, quod tibi sub oculos subiicimus.

Lit-

*Specimen characteris fragmenti Coptici membranacei saeculi V. in museo Borgiano Velitris*

ϮⲚⲀⲔⲘ̄ⲠⲦⲀⲖ
ϬⲞⲈⲚⲈⲔⲂⲀⲖ·
ⲀⲨⲰⲚ̄ⲄϨⲞⲤⲈ
ⲀⲚⲈⲦⲢⲈⲔϨⲈ
ⲈⲢⲞⲤϨⲚⲞⲨ
ⲤⲞⲞⲨⲦⲚ̄·
ⲠⲈϪⲈⲠⲢⲰ
ⲘⲈϪⲈϮⲞⲨ
ⲰϢⲈϨⲈⲈ
ⲦⲈⲤϨⲒⲘⲈⲚ̄
ϨⲀⲒⲔ·ⲦⲀϪⲰⲔ
ⲈⲂⲞⲖⲘ̄ⲠϨⲰⲂ
Ⲛ̄ⲦⲀⲠϨⲀⲄⲒ
ⲞⲤⲔⲞⲖⲞⲨ
ⲐⲞⲤϨⲞⲚϥ̄
ⲈⲦⲞⲞⲦ·

Litterae ⲓ geminum punctum superne appictum fragmentum nostrum exhibet, in his vocibus: ⲛⲉⲥϩⲁⲓ : ⲡⲁⲓ : ⲛ̀ⲥⲱⲓ : ⲛ̀ⲛⲁⲉⲓⲟⲧⲉ : ⲉⲓϣⲁⲛⲙⲉϩ : ⲉⲣⲟⲓ : ⲉⲓⲱⲣⲕ : ⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲉⲓ : ⲙ̀ⲡⲉⲓⲕⲟⲓ ⲛⲱⲛⲉⲓⲁ̀ : ⲁⲓⲛⲁⲩ ⲉⲃⲟⲗ : ⲛⲉⲕⲟⲩⲓ : ⲁⲓⲉⲓⲱⲣϩ : [ *supra utrumque* ] : ⲡⲉⲓ : ⲉⲡⲉⲓⲇⲏ : ⲁⲓⲙ̀ⲡϣⲁ : ⲡⲁⲓ : ⲁⲩⲉⲓ : ⲉⲝⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲉⲓ : ⲁⲓⲥⲟⲩϫⲁⲓ : [ *super utrumque* ] ⲉⲓⲣⲉ : ⲉⲓⲛⲉ : ⲉⲡⲉⲩⲏⲓ : ⲁⲩⲉⲓⲛⲉ : ⲛⲛⲉⲓϣⲏⲣⲉ : ⲉϥⲡⲁⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ : ⲉⲃⲟⲏⲑⲉⲓ : ⲧⲁⲓ : ⲁϥⲉⲓ : ϣⲁⲓⲧⲁⲗϭⲟⲟⲩ : ⲙⲉⲓ : ⲉⲓⲟⲩⲱϣ : ⲉϩⲣⲁⲓ : ⲉⲡⲟⲩⲏⲓ : ⲟⲩⲉⲓⲣⲏⲛⲏ : ⲉⲓⲱⲧ : ⲡⲉⲓⲕⲟⲥⲙⲟⲥ : ⲡⲉⲓⲧⲟⲡⲟⲥ : ⲛⲁⲉⲓ : ⲉⲓⲟ : ⲉⲓⲙⲉ : ⲁⲓⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲉⲓ : ⲉⲛⲉⲥⲏⲓ : ⲁⲥⲥⲉⲓⲛⲉ : In his, inquam, vocibus *iota* spectatur punctis duobus ornatum post vocales ⲁ, ⲉ, ⲏ, ⲟ, ⲩ. Sed certa non est huius orthographiae regula. Vocabula enim sunt, ut ⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲉⲓ, ⲡⲥⲁⲓⲛ, *quater saltem repetitum*, ⲁⲩⲉⲓⲥ, *bis*, ⲛⲙⲙⲁⲉⲓⲛ, ⲉⲓⲥⲏⲛⲏⲧⲉ, *ter*, itemque ⲉⲛⲟⲩⲉⲓⲛ, in quibus *iota* post vocales ⲁ, ⲉ, ⲟ, punctis hisce caret. In ⲁϥⲉⲓⲁ *iota* loco punctorum lineolam habet; quasi in morem *circumflexi* ductam. Similem plerumque vidimus in aliis quoque fragmentis Borgianis; eiusque etiam meminit cl. *Woidius* in Praef. ad novum Testamentum *e cod. ms. Alexandrino Musei Britannici descriptum*, & Londini mirificis formis ipsosmet charactares Archetypi repraesentantibus editum an. 1786., ubi de illius orthographia sermonem instituit. Habet quoque codex noster in fine linearum, ubi locus non est integro elemento ⲛ depingendo, lineolam ultimae litterae superductam forma & figura ei similem, quae non modo in graeco cod. Alexandrino, verum etiam in Colbertino, & Caesareo a Montfauconio paullo ante laudatis, cernitur.

Sed typi, quibus Romae usi sumus, nec punctum ge-

geminum, quo penitus carent, super ï, in adductis vocibus, nec lineolam ⲛ in extremis lineis repraesentare potuerunt.

Ceterum istius duplicis puncti munus illud esse puto, ut intelligamus *iota* in indicatis vocabulis pronunciari debere sono sibi proprio, qui a comite vocali distinctus audiatur, ne confundatur cum ⲓ, dipthongorum ⲁⲓ, ⲉⲓ, ⲏⲓ, ⲟⲓ, aliorumque, quas more graecorum habent, ut monet Tukius, soli Thebaei. Sed nihil certi de mea hac opinione tibi affirmare me posse sentio. Nam in Borgianis codd. *Proverb. Ecclesiastis*, & *Iob*, uti et in aliis pluribus eiusdem dialecti Fragmentis, ibi etiam *iota* gemino puncto insignitum frequenter occurrit, ubi cum alia vocali in dipthongum coalescere nequit; ut in ⲛ̀ϭⲓ̈ⲁϫⲓ̈ⲃ : ⲧⲉϩⲓ̈ⲏ : ⲛⲉϩⲓ̈ⲟⲟⲩⲉ : ⲕⲓ̈ⲙ : ϩⲓ̈ⲛⲏⲃ : ϩⲓ̈ⲥⲉ: ⲕⲣⲓ̈ⲛⲉ: ⲙⲓ̈ϣⲉ: ⲕⲛⲁϫⲓ̈ⲥⲃⲱ: ⲧⲥⲟⲫⲓ̈ⲁ: ⲁⲣⲓ̈ϩⲱⲃ: ⲥϩⲓ̈ⲙⲉ: ϫⲓ̈ⲥⲉ: ⲑⲃⲃⲓ̈ⲟ: ϩⲓ̈ϫⲙ: ⲛ̀ⲙϩⲓ̈ⲧ: ⲡⲟⲗⲓ̈ⲥ: aliisque bene multis. Praestat tamen in his, vel ignorata caussa, gentis morem consuetudinemque sequi.

Non dubito, quin & ⲩ hoc idem geminum punctum in fragmento nostro super pictum haberet, si vel nomen *Moysis*, vel graeca vocabula, cuiusmodi ea sunt, quae ex celeberrimo cod. Alexandrino cl. Woidius commemorat, in eo occurrerent. Sed nulla sunt in nostris hisce Thebaici fragm. tabulis nomina, quae istiusmodi ⲩ punctis duobus affectum postulent; alioquin sic pariter depictum ⲩ haberemus, quemadmodum illud habemus in fragm. gr. & in Thebaica versione Evangel. S. Iohannis, ut iam diximus in Praef. Ei praemissa pag. CXLIV. I. voluminis.

A. B. & cetera pene omnia elementa formam eorum, quae iam in eodem Fragmento Graeco Thebaico Evangelii S. Iohannis tradidimus, aemulari videntur. In ceteris quoque eadem utriusque codicis Thebaica Orthographia esse deprehenditur. ⲱ, quod Woidius tribus ducti-

ctibus pictum in laudato cod. suo Britannico tamquam omnium antiquissimum exhibet, in nostro Borgiano Thebaeo ad eam plane formam vividius fortasse exaratum invenies.

Locus unus alterque est; primus pag. ⲥⲕⲅ. 223. lin. 22. in quo inter syllabam ⲟⲩ, & ⲉϥϫⲱ pinguis virgula, quasi ad discernendas duas diversas voces, praeter morem reperitur; alter pag. ⲥⲗⲏ. 238. lin. 2. post ϩⲓⲟ// ⲩⲥⲟⲛ, & lin. 4. post ⲁϥⲥⲱϭ ubi virgulae duae in hunc modum positae cernuntur: ϩⲓⲟⲩⲥⲱⲛ ⲉⲃⲟⲗϫⲉ ⲁ// ϥⲥⲱϭ, ⲁⲗⲗⲁ .... Has ego alieni scriptoris manu insertas puto ad *parenthesim* indicandam. Is enim fortasse, quum expertus fuisset, syntaxim locutionis autographi parum peritis lectoribus rectae intelligentiae difficultatem peperisse, *signa parenthesis* posuit, ne alii inde offensionem, scopulumque incurrerent.

Lineolae defficientis vocalis ⲉ sunt inter se utrobique similes, & accurate positae. Aliquando tamen accidit, ut huiusmodi lineolae loco non suo positae fucum faciant legenti, eumque a propria in alienam lectionem vel invitum inducant. Simile quiddam mihi contigisse fateor in editione priori sub adnot. 24.; quum nondum in thebaicis scriptis evolvendis satis versatus essem, sed huic uni *codici* primum perlustrando operam darem. Vide locum pag. 85. ubi codicis scriptor in voce ⲛⲣⲙⲉ̇ⲓⲛ lineolam supplentem posuit super ⲙ̄, non super ⲣ; adeoque ex litteris etiam sequentibus κατὰ δόξαν turbatis, eam legi: 'ⲛⲣ'ⲙⲏⲛⲓ, indeque de illius, immo & de totius loci mendo, vera mihi suffugiente lectione, cogitavi. Sed difficultas me tenet in usu, & positione accentuum. Nam in hoc nostro codice accentum video positum super consonantes ⲥ. ϥ. uti fit in vocibus ⲡⲗⲁⲥ̀, *lingua*: ⲡⲉⲧⲛⲁⲛⲟⲩϥ̀ *suum*: semel etiam in ⲡϫⲟⲉⲓⲥ̀, *Dominus*, in ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ̀

*san-*

*sanctus*, in ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ̀, & in ⲁⲩⲉⲓⲥ̀, ubi accentus afficit ultimam ⲥ. Quod quidem pene incredibile videtur; nisi si quis scriptori, quod vel calami excursu errarit, vel litterae non suae *tonum*, qui praeeunti vocali debebatur, tribuerit, indulgendum putet. Simile quiddam de huius accentus positione me alibi inter Thebaicae orthographiae observationes, animadvertisse memini. Nihil id genus occurrit in laudatis tabulis Evangelii S. Iohannis. Quod si huius etiam prosodiae morem apud priscos Aegyptios obtinuisse velis, fateri oportebit instituti huius causam in profundo oblivionis sinu hodieque iacere. Ceterum & illud te admonere praestat nonnihil discriminis esse inter *notas* accentuum; nam quae vocalibus superpictae cernuntur, lineolae sunt recta plerumque ad orizontem ductae, ut vides in ⲉⲧ̅ⲟⲩⲁⲁⲃ; quae vero consonantibus, ut in ⲛϩⲁⲅⲓⲟⲥ̀, aliisque indicatis, *oblique*. Non ita tamen haec a te accipi velim, quasi *regulam* ea tibi dent ad discernendos accentus; nam & lineolam parumper obliquam intueor super ⲏ, in voce ⲡⲟⲣⲛⲏ́. aliisque paucis. Suspicor deinde ne *nota* accentus posita super consonantes pertineat potius ad vocales, quae proxime praecedunt, quam ad ipsas consonantes. Quum enim scriptor locum aptum non invenisset ad accentum superpingendum vocali, eum transtulit praeter ordinem in consonam pone sequentem. Sic etiam se gessit calligraphus pag. ⲥⲙⲁ, 241. in fine lin. 13., ubi *lineolam supplentem* in ⲛ, nota pluralis numeri, solitariam posuit in superno spatio extra corpus totum eiusdem litterae ⲛ: quia propter occursum oblongae hastae alterius litterae e superiori linea cadentis in ⲛ, non potuit ei commode superpingere lineolam ipsius propriam; unde est absurda illa & inconcinna scriptio ⲛⲛ̅ ϩⲉⲑⲛⲟⲥ: *Gentium*. Hinc etiam experiri mihi opportune licuit, quam verum illud sit: *Usus te plura docebit*.

In Graecis *asperatis* vocibus inter vulgarem Aegyptiorum Thebaeorumque ἰδιογραφίαν receptis, numquam notam ῾ spiritus asperi adhibuerunt prisci Thebaei *calligraphi*; sed unam litteram, ϩ, eius loco usurparunt, quod & Graecorum antiquissimos fecisse, testes sunt locupletissimi *Farnesianae* tabulae, Virique Doctissimi Montfauconius, Mazocchius, Corsinius, aliique plures. Inde est in hoc nostro Fragmento ϩⲁⲅⲓⲟⲥ pro ἅγιος ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ: Ceterum in nominibus vernaculae dialecti frequentissime tum in principio, tum in medio, tum etiam in fine ipso vocabulorum apud Aegyptios ϩ, aut ϧ, occurrit. Sed hanc unam ϩ aspiratam Thebaei; Memphitae alteram quoque ϧ, longe tamen *asperiorem*, ut iam alibi observavimus, agnoscunt. Verum, etsi utrique eadem plerumque nomina habeant aspirata per ϩ, *non semper* tamen. Quaedam enim talia sunt apud Memphitas, sed non apud Thebaeos; & viceversa. De hac varietate aliqua me adnotasse memini in hoc & in superiori volumine. Vereor tamen ne & apud Thebaeos populos varia fuerit vocis huius ⲛ̀ϩⲁⲕ scribendae, pronunciandaeque ratio. Haec enim cum aspirata ϩ in hoc vetustissimo Fragmento de Miraculis Sancti Martyris Coluthi legitur; eaque respondet graecae ὠδῖνω, *parere*, *doloresque parturientis ferre*; unde & pro *doloribus* saepe sumitur. Fieri ita potuit, ut soli Antinoitani hac voce ⲛ̀ϩⲁⲕ ad *puerperam* significandam uterentur, quum apud reliquos superioris Thebaidis scriptores frequenter usurpatam videam alteram eius similem, sed sine aspirata ϩ, ⲛⲁⲁⲕⲉ. Sic enim in Borgiano cod. Iob. cap. 39. vv. 1. & 2. verba illa LXX. interpretum, ἐφύλαξας δὲ ὠδῖνας ἐλάφων Ἠρίθμησας δὲ μῆνας ἀυτῶν πλήρεις τοκετοῦ ἀυτῶν ὠδῖνας δὲ ἀντῶν ἔλυσας; vertuntur: ⲁⲕϩⲁⲣⲉϩ ⲇⲉ ⲛ̀ⲛⲁⲁⲕⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲓⲉⲟⲩⲗ. ⲁⲕⲱⲡ ⲇⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲩ- ⲉⲃⲁⲧⲉ ⲙⲙⲓⲥⲉ ⲁⲕⲃⲱⲗ ⲇⲉ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲉⲩⲛⲁⲁⲕⲉ: *observastine partus cervarum? Dinumerastine menses ge-*

*generationis? solvistine dolores earum?* Vide & pag. 258. adnotat. in ⲛⲁⲁⲕⲉ ex psal. XVIII. 4. ad fragm. thebaicum de S. Iacobo interciso. Memphitae vero perpetuo & hodieque legunt ⲛⲁⲕϩⲓ.

Forma *interpunctionis*, simplex est punctum pingui crassoque scriptoris calamo pictum. Ubi tantum in una eademque linea desinit primum & secundum exorditur miraculum, ad separationis indicium, puncto additur lineola brevissima: nisi fortasse, additamentum, ut ego suspicor, sit alienae manus.

Periodorum coniunctio perpetua est. Una eademque linea dat simul finem unius periodi, & mox exordium secundi situm in una, vel altera *syllaba*, aut etiam littera, quae pars est prior nominis complendi in linea sequenti. Sed ad novam indicandam periodum, littera initialis huius subsequentis lineae secum trahens partem secundam nominis, maior est magnitudine quam reliquae, & tota extra ordinem excurrit in albo spatio marginis exterioris.

Vocabula nullo interstitio sunt inter se separata. In singulis fere paginis codex noster nonnihil detrimenti ex edacis temporis iniuria, ac vetustate passus est, sed praesertim in ⲥⲕⲃ: ⲥⲗ. ⲥⲙⲃ. ⲥⲙⲅ. 222. 230. 242. 243. ex litterarum ductibus atramentum, etsi bene nigrum, & haerens, ita excidit, ut alicubi vix sui vestigia reliquerit. Omnia denique in hoc nostro codice eo confluunt, ut nobis suadeant, illius scriptionem notas undique praeseferre tantae antiquitatis, quanta ea est, quae cum tempore Thebaicae peregrinationis *Palladii* Episcopi Hellenopolitani, & Lausiacae Historiae auctoris componi rectissime possit.

III.

Digitized by Google

## III.

*Codicis aetas ad exitum sec.* IV. *refertur*.

Si quae hactenus de huius codicis nostri praestantia, & antiquitate retulimus, cum miris divinisque *S. Mart. Coluthi* eventis in eo narratis, coniungantur, facile, uti auguror, fiet, ut aequi bonique rerum aestimatores sibi denique persuadere velint, illius scriptionis aetatem ad eos circiter annos, quibus Palladius Antinoe in Thebaide fuit, iure meritoque referri posse. Nullus hucusque inter veteres graecorum scriptores, qui aliquid de S. Martyris Coluthi gloria scripserint, innotuit, praeter unum ipsum Hellenopolitanum episcopum Palladium. At is in Lausiaca Hist. cap. LXXXIX. ex graeca editione *Meursii*, prodigium insigne prorsus, & admirabile narrat de ἐπιφανίᾳ, *apparitione* S. Coluthi, quae paullo post eius in Antinoem urbem adventum accidit. Hanc rccusam habes pag. 130.

Apparet Gloriosus Martyr Virgini sexagenariae: diemque ei indicit proximae mortis. Sed illo eodem die sub diluculum, & antequam hora accederet discedendi ad Deum, & ad Beatorum civium gaudia transmigrandi, eam ad prandium in aede martyrii sui invitat. Illa alacris post oraculum surgit, paucas olivas, lapsanasque & panem in sportulam condit, eamque secum festina gestat ad martyrium. Ibi orat: ad horam nonam parat prandiolum, rogatque Martyrem, ut illud benedicat. Sic benedictum manducat, iterum orat, domum redit sub solis occasum, dat matri commentarios Clementis Alexandrini in Amos Prophetam deferendos ad Episcopum relegatum, & nocte ipsa in ligneo se cubili quasi spiritum ad singula momenta exhalatura componens, e vivis discessit ad dominum. Iam vero tam perspicua & vivida fuit visio & apparentis, & loquentis Martyris, ut viri do-

docti, iique iudicii gravitate spectatissimi eam interpretati sint de *Colutho Aedituo*, & custode sacrae aedis, eoque *Martyre* quidem *designato*, sed nondum passionis consummatione perfecto.

At vero Palladius non tam simplicis, levisque ingenii homo erat, ut huius omnis visionis narrationi tam cito fidem praestare vellet, nisi iamdiu ante per universam Antinoitarum urbem de huiusmodi admirandarum apparitionum prodigiis certam & constantem famam percrebuisse nosset. Oportuit igitur, ut vir gravis, & acri iudicio valens, antequam huic narrationi assensum praeberet, eamque litteris in historia sua Lausiaca commendaret, animum iam paratum ad hoc, & aliud quodvis eius generis prodigium credendum haberet, ductus numero, & auctoritate exemplorum, quae non ab uno Populi ore, sed a viris etiam prudentibus, & sagacitate praeditis celebrabantur. Ecquaenam vero alia esse poterant, nisi ea, quae in Thebaico nostro codice hodieque supersunt, quaeque & cetera, (quae tamquam amissa lugemus,) eiusdem indolis fuisse significant? Ambo certe miracula, quae exstant, exordium ducunt ab aspectu *visibili*, & familiari colloquio, quo se Martyr sanctissimus, praesentem alloquentemque obtulit duobus Antinoitanis aegrotis, Caeco uni, Paralytico alteri. Adde & illud, quod eo tempore Palladius Antinoem peregrinatus est, quo ubique terrarum, sed in Aegyptiaca Thebaide praesertim Martyrum gloria ex eorum quoque praeclaris, mirificisque *apparitionibus* manans, mirum in modum diffusa splendebat. Hanc enim elegantissima commeudatione haud diu ante or. 18. in Iulianum descripserat Gregor. Nazianzenus, ubi de divinis illis victimis, quae etiam post Apostolos caesae fuerant pro Christo, sermonem instituens; *ὧν*, inquit, *αἱ μεγάλαι τιμαὶ καὶ πανηγύρεις παρ' ὧν δαίμονες ἐλαύνονται, καὶ νόσοι θεραπεύονται. ὧν αἱ* ἘΠΙΦΑΝΕΙΑΙ, *καὶ ὧν αἱ προῤῥήσεις. ὧν καὶ τὰ σώματα μόνον ἴσα δύνανται ταῖς ἁγίαις ψυχαῖς ἢ ἐπαφώμενα, ἢ τιμώμενα. ὧν καὶ ῥανίδες αἱμα-*

αἵματος μόνον, καὶ μικρὰ σύμβολα πάθους ἴσα δρῶσι τοῖς σώμασι: [ Sunt μεγάλοι ἀγωνισταὶ, magni pugiles, ] *quibus praeclari honores*, & *festa constituta sunt*, *a quibus daemones expelluntur*, & *morbi curantur*. *Quorum* ***APPARITIONES***, & ***PRAEDICTIONES***: *quorum vel sola corpora idem possunt quod animae sanctae* [ apparentes scilicet, & praedicentes ] *sive tangantur*, *sive honorentur*: *quorum vel solae sanguinis guttae*, *atque exigua passionis signa idem possunt quod corpora*. Innumera sunt huiusmodi caelestium *apparitionum* exempla, quae cum de ceteris sanctis, tum vero maxime de gloriosis Christi Martyribus eodem Gregorii aevo commemorantur. Admodum itaque credibile fit, *apparitiones* S. Martyris *Coluthi*, quae in codice nostro referuntur, hoc eodem temporis intervallo accidisse, antequam Palladius adiret Antinoem. At is eo pervenit an. CCCXCII., moramque ibi duxit ad an. usque CCCXCV. Quae quum ita sint eo me facile adduci sentio, ut credam Thebaeum codicem de *Miraculis S. M. Coluthi*, annis aliquot ante peregrinationem Palladii in urbem Antinoe fuisse exaratum. Utinam fuisset graeca lingua conscriptus! Fortasse enim cognitum eum habuisset Palladius, eumque aut integrum, aut magnam saltem partem in Lausiacam historiam traductum nobis reliquisset.

Ad hanc codicis epocham confirmandam mirifice confluit usus, & consuetudo conviviorum, quae in sacris aedibus Martyrum publice habebantur. De his mentionem facit scriptor codicis αὐτόπτης, aut certe coaevus sub finem narrationis I. Miraculi, ubi haec habet p. ⲤⲔⲌ 227. in extremis col. 1., & primis lineis 2. ⲁⲩⲧⲁⲁⲩⲉ ⲡⲙ-ⲁⲣⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ, ⲁⲩⲟⲩⲱⲙ ⲁⲩⲥⲱ ϩⲙ̀ ⲡⲉϥⲧⲟⲡⲟⲥ: *honorarunt* [ ii omnes qui miraculo interfuerant ] *Martyrium Sancti Coluthi*: *manducarunt*, & *biberunt in ipsius loco*. Sunt haec genuina codicis verba. Eadem recte retuleram in superiori exemplo-

plo typis edito ad lineas ultimas pag. 21. si unum excipias ⲙ additum ante ⲡⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲟⲛ. Sed in tota hac textus particula iteranda ad commodum subiectae adnotationis, deus bone! nescio unde, clam irrepsit ϩⲙ̀ (in ϩⲙ̀ⲡⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲟⲛ,) forsan ex secundo ϩⲙ̀ ante ⲙ̀ϥⲧⲟⲡⲟⲥ, ut inde refigendam putarim meam illam germanam interpretationem: *honorarunt martyrium*, eiusque loco alteram hanc sufficiendam statuerim: *honorarunt in Martyrio S. Coluthum*. Quae varietas, licet nihil detrahat integritati sententiae, erat heic tamen exponenda, ne me quis in malae fidei suspicionem adducere aliquando posset. Ceterum, quocumque modo verba ista sumantur, certum ex iis perspicuumque est, quo tempore codicis auctor de convivio habito iu aede S. Coluthi scribebat, morem epulandi in ecclesiis ad honorem Martyrum, ad summum licentiae culmen attigisse. Nimis enim libere & confidenter de honore per has epulas tributo sepulcrali monumento S. Martyris scribit. Necesse igitur est, ut haec scriptor noster litteris commendaverit aliquandiu ante exitum sec. ecclesiae IV. Nam eo desinente, aut certe sub initium seculi V. sequentis, tota haec epulandi licentia in Aegypti ecclesiis cessarat. Nam post id temporis nulla mihi scriptorum testimonia de Agapis, sive conviviis in aedibus Martyrum ad eorum honorem celebratis occurrunt.

Hoc idem enunciat insignis illa iurisiurandi formula, per ⲡⲣⲟⲥⲫⲟⲣⲁⲛ ⲛⲉⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ: Ea enim loquendi ratio in ore Christiani vulgi usurpari consuevit seculo ipso IV. ineunte sub Diocletianeae persecutionis exordia vel antequam divinae liturgiae scripto edi, & vulgari coepissent. In actis Sancti Martyris Isaac Tephrensis, ille idem Christum sibi in *visu* praesentem alloquens exorat:

ⲫⲏⲉⲧⲛⲁϯ ⲛ̀ⲟⲩⲡⲣⲟⲥⲫⲟⲣⲁ ⲉⲡⲁⲧⲟⲡⲟⲥ ⲉⲕⲉϯ ⲛⲁϥ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ϯⲡⲣⲟⲥⲫⲟⲣⲁ ⲛ̀ⲁⲡⲉⲣⲁⲧⲟⲛ:

*Et quae oblatio fiet ad locum meum*, ( ad meum scilicet sepulcrum ) *eadem tibi perficiatur in oblatione non migrantium*, idest viventium, moramque stabilem agentium in caelis. Sic enim ego hunc locum interpretor, nam et proxime ante simili loquendi ratione a Christo petierat: ⲫⲏ ⲉⲑⲛⲁ ⲥϦⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲁⲥⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲉϥⲟⲩⲟⲛϩⲧ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲕⲉⲥϦⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲉϥⲣⲁⲛ ϩⲓ ⲡϫⲱⲙ ⲙ̀ⲡⲱⲛϦ: *ut meum, quod scribetur, martyrium, aperte etiam nomen a te scriptum enunciet in libro vitae*.

Tandem si his addas *notas* omnes scriptionis, de quibus in superioribus satis a me dictum est, facile, uti confido, intelliges, eo omnia confluere, ut ostendant, hunc nostrum codicem aetatem redolere sec. vertentis Eccl. IV. eiusque epocham ad eos annos, qui proxime praecesserunt peregrinationem Palladii in Antinoopolim, esse redigendam.

## I V.

### *De aede Sacra S.M.Coluthi prope Antinoem*.

Sacra haec aedes, *Martyrium*, aut *locus* S. Coluthi in hoc nostro Fragmento perpetuo appellatur. Sed de illius *situ* nihil ex miseris hisce, quas hactenus edidimus, reliquiis sciri potest. In *secundo* miraculo, quo sanatus *paralyticus* iubetur a S. Colutho ex *Martyrio* ingredi *urbem*, scimus illud fuisse positum extra moenia civitatis: sed quum nomen *civitatis* ibi reticeatur, quaenam ea fuerit, ex hoc uno loco ignorare cogimur. Atque hinc vel maxime intelligimus, auctorem codicis acta Passionis viri sancti praemisisse, in quibus civitatis nomen non potuit non saepe commemorare. Inde igitur illud repeti oporteret. Sed ea perierunt. Atqui neque in graeco Menologio Basilii Imper., neque in Armenico pag. 5. & 6. ab Amplissimo Doctissimoque Card. Borgia edito, quidquam certi de Antinoë Coluthi nostri

stri Patria dicitur: Synaxarium vero Copticum, quo uno expressa mentio fit de hac Thebaidis urbe Antinoe tamquam natali Coluthi nostri solo, aevi recentis est & fidei haud raro nutantis. Una ergo nobis superest Lausiaca Palladii historia, qua cap. 89. certos nos reddit de *Martyrio S. Coluthi* prope *Antinoem* posito: sed quantum ab Urbis moeniis distaret, ex brevi illo itinere, quod *virgo sexagenaria* post horam nonam, post coenulam, postque iteratas preces ad imminentem usque solis occasum confecit, nobis coniiciendum reliquit. Haec cognita habuit Palladius toto illo triennio, quo ab an. 392. ad usque 395., ut iam monuimus, praesens in urbe *Antinoe* fuit.

Verum & hodie fortasse celebre istud *Martyrium* superstes est. De eo enim mentionem facit P. Carolus Sicardus in epist. scripta kalendis Maii an. 1715. & inserta Tom. II. *Nouveaux Mémoires des Missions de la Compagnie de I.* pag. 229. Ibi ad diem 10. Novembris an. 1714. iter describit, quo ad sacram aedem invisendam accessit. *J' étois*, inquit, *dans la compagnie de deux Prêtres, & de quatre autres Chrétiens. Ils me conduisirent à une ancienne Eglise taillée dans le roc, qui est en grande vénération parmi eux. Quoyqu' elle soit de la dépendance de deux Prêtres qui me la faisoient voir, ils en étoient encore à sçavoir la signification des caracteres grecs & coptes tracez sur la muraille au bas de quelques tableaux. Il fallut que je leur lusse, & que je leur expliquasse non seulement le Grec, mais aussi le copte qui est leur langue naturelle, & qu'ils ne sçavent lire que dans leur Bréviaire, & non pas même sans beaucoup hésiter. Ces tableaux à demi effacez représentoient le massacre des Innocens, la fuite de Iesus Christ en Egypte, les nôces de Cana. Ces tableaux n'avoient pas été peints par d'excellens Peintres; mais j' admirai un Camayeou bien entier fait d' une seule couleur jaunâtre de deux pieds environ de diamêtre. Une tête d' Homme y étoit*



Digitized by Google

*très-distinctement répresentée avec ces mots* : Ο ΑΓΙΟΣ ΚΟΛΛΟΥΘΟΣ , *qui veulent dire S. Colluthus* . *Ie ne sçais si ce Colluthus qualifié saint* , *avroit été en effet ou serviteur de Dieu du nombre de nos anciens Anachorêtes* , *ou bien cet héresiarque* , *que le célebre Hosius convainquit dans un concile d' Alexandrie tenu quatre ou cinq ans avant celui de Nicée* . Hunc locum, cuius fortuito oblitus fueram, in memoriam mihi opportune revocavit honestissimus amicus , idemque clarissimus vir *Georgius Zoega* .

Ex eo vero , & ex consequentibus , quae addit illustris scriptor Sicardus (a) , aperte liquet , *Ecclesiam* , cuius ille meminit , eandem esse ac antiquissimum illud *Martyrium* , in quo *S. Coluthus* tam saepe piis cultoribus suis sese in *visu* conspiciendum dederat ; ibique tam multa curationum , prodigiorumque genera patrare consueverat. Nam p. 234. die , ni fallor , 13. Novembris , postquam biduum quieverat in Monasterio S. Iohannis, in eandem viam rediens septentrionem versus inter Nilum & montes vix bis mille passus a fluvio dissitos ; *Nous* , scribere pergit , *marchâmes environ une heure sur une plaine de sable* , *qui nous conduisit sur les ruines de deux villes* , *qui sont prés l'une de l'autre* . *La premiere paroit avoir été comme le fauxbourg de l'autre* ; *son circuit est de deux milles environ* . Haec haud dubie vetus illa civitas est , quam *Besam* a cognomine numine *Besa* , in superiori quoque volumine vocari audivimus . Nam altera , quam duplo maiorem , & magnificentissimis aedificiis , viarum amplitudine , sublimium porticuum ambitu , ingentique columnarum maiestate ab Adriano Imper. constructam atque ornatam , quamque una cum minori coniunctam nonnulli *Besantinoem* appellarunt , describit , ipsa est *Antinoe* . Hinc autem ad rupem , ubi ecclesia , sive Mar-

(a) Is est , cuius chorographicam Aegyptii tabulam mss. Praestantissimus D'Anvillius saepe laudat , sed in quarumdam urbium & locorum positione alicubi etiam haud raro emendat.

Martyrium S. Coluthi erat scalpro excisum, iter paullo plusquam bis mille passuum distare poterat.

At vero ubi in picta illa tabula, quam nobis indicat P. Sicardus, unum *caput S. Coluthi* repraesentatum contemplor, non aliud eo significari posse crediderim, quam genus Passionis, quo S. Confessor per *securim* Martyr pro Christo occubuit. Sicque *Coluthus* noster unus esset ex eo XXXVII. Martyrum numero, quorum acta Bollandus, & Ruinartius ediderunt ad XVIII. Ianuarii.

## V.

### *De latina Interpretatione Fragmenti.*

Non ignoro multiplicem esse interpretandi rationem, quam viri in hoc rerum genere eruditissimi nobis tradiderunt. Tres ii inprimis versionum formas sedulo spectandas exhibuerunt. Prima, quae rudis nimis, informis, & rigida pedissequa est singulorum verborum, ut nihil omnino, ne quidem in ordine & positione vocabulorum a prototypo discedat. Hanc nonnulli tamquam *superstitiosam*, & ad puerorum ingenia magis accomodatam reiiciunt; quippe qui & ea saepe fieri observarint, ut scriptorum *sensus* pereat, aut certe obscuretur. Sed hi fortasse de versionibus Homeri, Euripidis, Aristophanis, Aristotelis aliorumque sive profanorum, sive etiam christianorum scriptorum loquuntur; nam si de divini verbi scripturis vel ex hebraeo, vel ex graeco textu vertendis agatur, nefas est recedere ab ea lege, quam S. Hieronymus epist. 57. ad Pammachium se constanter sequi declarat, ubi ait: *ego non solum fateor, sed libera voce profiteor me in interpretatione graecorum, absque scripturis sanctis, ubi & VERBORUM ORDO MYSTERIUM EST, non verbum e verbo, sed sensum exprimere de sensu*; eo tamen perpetuo spectans, ne, ubi *in scripturis* verbum e verbo reddit, quic-

quicquam *de sensu* aut pereat, aut obscuretur. Est igitur haec prima regula non puerili quidem, sed sobrio, prudenti, aptoque modo accepta, atque adhibita, uni quasi propria interpreti divinorum oraculorum.

Altera est, quae quidem simplicitatem verborum ubique servat, sed ita concinnam aptam, eruditam, elegantem splendidam, atque perfectam, ut archetypum in alieno idiomate sine ullo aut additamento, aut diminutione ad vivum integre repraesentet. Verum & haec ipsa interpretandi ratio ad eam, qua in scripturis usus est S. Hieronymus accedere videtur. Plura huc aggerere possem; Sed haec ad rem nostram, satis.

Tertia est, studium, & cura ornandi potius, quam pingendi, atque repraesentandi *prototypum*, cuius exemplum in versionis tabulis edendum proponitur. Qui hoc libere nimis abutuntur, non tam aliena vertere, quam novos ingenii sui foetus edere videri merito possunt. Atque ii quidem tamquam elegantissimi scriptores cum Tullio Cicerone comparandi merito laudantur, sed non uti *fideles interpretes*. Hoc sane iudicium *Laurentius Humfredus* tulit de *Perionio* viro doctissimo, & in graecis latinisque litteris praestantissimo, qui commentariis in X. Aristotelis ethicorum Libros, *optimum genus interpretandi* ad Ciceronis normam, exigendum viribus omnibus, summoque ingenii sui nisu contendit. Eum miris laudibus Anglus ille scriptor in *caelum* extollit; sed non uti *fidelem interpretem*; eo enim in munere Perionium defecisse pluribus evicit. Quin & *Ciceronem* male ab eo proponi observat, tamquam latinorum interpretum Magistrum; quippe qui elegans tantum Aristotelis, Platonis, aliorumque Graecorum *imitator* fuerit, non interpres. Quo tamen iudicio suo *Humfredus* a S. Hieronymi sententia discessit. Aliter enim de Tullio interprete Doctor Maximus sensit; ut constat ex laudata ipsius ep. ad Pammachium. Sed utinam hac una in re peccasset Humfredus! Sed suis illis tribus libris quos *de ratione interpretandi* inscripsit, in-

innumera propemodum ab orthodoxa fide aliena inseruit ; versionem nostram vulgatam plerumque contempsit , & vocabula non pauca ; immo et quae publico etiam totius ecclesiae usu consecrata noscuntur , tanquam barbara , & portentosa derisit .

Verum ne quid praeterea hac de re dicam ; id unum aio , quod si Peroniana methodus a viris magnae doctrinae , & eloquentiae laude praestantibus , in politicis , ethicis , aliisque id genus Graecorum scriptis interpretandis , adhiberi possit , in divinis tamen scripturis , & in sacris praesertim hystoriis e graeco in latinum vertendis adoptari non potest , neque vero debet . Res enim esset vana nimis , inutilis , & periculi plena .

Ac mihi equidem *secundam* interpretandi rationem tum in hoc , tum in aliis fragmentis e Thebaica in Romanam linguam vertendis , caste fideliterque tenere propositum ést . Hac enim Thebaicae , idest novae nobis dialecti *idiotismus* , talis qualis est , verbis latinis expressus , integer percipitur , & satis apte , uti mihi augurari licet , explicatur . Verum utrum id , quod mihi proposueram , sim revera assecutus , de me pronunciare non audeo . Hoc ego iudicium doctis iis viris , qui in utraque & thebaica , & latina lingua probe versati fuerint,relinquendum arbitror . Eorum erit rite discernere , num in tabulas hasce meas exoticas Thebaeorum in primis , deinde & occurrentia Memphitarum archetypa satis accurate retulerim .

Non ignoro quam multae & praeclare dotes necessariae sint non optimo dicam , sed bono cuique , aut saltem mediocri , interpreti . At , si cetera in me desint , una tamen *diligentia* , quam omni conatu adhibere perpetuo studui , certe non defuit . Sed ad *Thebaicae* praesertim *dialecti* vocabula explicanda *subsidia* , quae latinus interpres a Lexicis petere unice potest , omnia deerant . Nam praeter *syllogem sahidicarum vocum* ad calcem Memphitici Lexici a Lacrozio editi , aliud nullum *Promtuarium* , quo confugerem , praesto erat . Aliquid inde

de certe lucis exhausi ad Thebaica plura intelligenda: sed in iis, quae vel propria erant huius dialecti, vel implexa, vel nullius prorsus analogiae vestigium sive cum graecis, sive cum memphiticis servabant, incredibile dictu est, quam saepe ac multis me animi curis & anxietatibus affici, atque exagitari contigerit. Dies non semel plures in unius, vel alterius voculae significatione inter dumeta, & cuniculos aliorum ἀποσπασματίων venanda insumere coactus sum. Nihil denique ad summam diligentiam reliqui feci, ut suscepto muneri satisfacerem. Est tamen quid unde timeam, ne alicubi fortasse, invita licet minerva, caespitarim. Nam, quum vir eruditissimus, mihique veteris amicitiae vinculis iamdudum coniunctus, in Nanianis Fragmentis elegantibus Typis Bononiae vulgatis, loca quaedam versionis meae, quae aliter, quam a me factum fuerat, transferenda putarit, quodam veluti obelo ea in me notasse visus est. Illa proinde in hac secunda editione ad incudem revocata habes pag. 29. 45. 48. 50. 52. 63. 67. 69. 70. 71. 73. 75. 78. 85. 96. col. 2. 125. 155. 169. Haec omnia a me satis diligenter expensa, & qua decuit, modestia, uti persuasum mihi est, vindicata sunt.

Una est vulgata scripturae sanctae interpretatio, quae tantae auctoritatis firmitatem ex universalis ecclesiae consensione ad fidei & morum dogmata stabilienda obtinuit, ut ab ea recedere piaculi loco haberi debeat. At in ceteris sacris licet, & biblicis interpretationibus, eam, quam quis velit, dummodo cum fidei & traditionis regula consentiat accipere liberum est. Idque multo magis, ubi res est de delectu alterutrius, vel meae scilicet, vel alienae translationis in Thebaico Fragmento elaboratae. Sed ego meam tamdiu retinere, atque etiam honeste, moderateque tueri pergam, quamdiu in ea nemo me certi erroris convincat; praesertim quum totius varietatis & dissensionis negotium situm sit in rebus exigui momenti, & quae

sub

sub *ancipiti* aspectu accipi & efferri possunt, quin integritas, atque veracitas historiae laedatur. Hinc & hodieque immane illud ardet, ebullitque dissidium de variis vel unius Pentateuchi lectionibus inter Biblicae rei cultores, dum alii pro hebraicis, alii pro Graecis LXX; alii pro Samaritanis acerrime pugnant; ne quid dicam de reliquis antiqui foederis libris, de quibus simile bellum instituitur, ut alii hebraicas lectiones graecis, alii graecas hebraicis praeponendas existiment.

An mirum est, si unus uno, alter altero modo sententiam aliquam sive hebraicam, sive graecam, sive etiam aegyptiam interpretetur? In immenso istiusmodi versionum numero, ut viri artis huius peritissimi observarunt, nulla alteri omnino similis invenietur. Ut enim homines sunt tam voce, quam vultu, sic & illae sunt omnes inter se dissimiles; ut hac in re & illud veri proverbii dictum usurpari merito possit: *Quot capita, tot sensus, quot interpretes tot sententiae*. Sed de his nimis multa. Redeo ad id, quod dicere coeperam de subsidiis ad recte interpretandum requisitis, sed ubi iis indigeas, deficientibus.

Nihil sic ad menda cuiusvis codicis retegenda confert, quam copia exemplarium. At nostra haec Thebaica solitaria sunt, nec ulla habent ἀπόγραφα, quibuscum comparari possint. Codex profecto de Miraculis S. Coluthi unicus est, & meo quidem iudicio αὐτόγραφος. Sicubi ergo in mentem mihi venit suspicari de loco aliquo mendoso: ad hanc suspicionem removendam lumen accipere non potui a comparatione loci suspecti cum aliis, quae deerant, exemplaribus, sed coactus sum rei indagationem periculo committere unius, eiusdemque simplicis coniecturae, quam totam ex eodem ipso archetypi loco deducere oportebat. Sed ibi ancipitis, ut iam ante dixi, & ambiguae scriptionis aspectus bis pag. 52. me fefellit, & in errorem, quem tamen emendavi, pertraxit.

d VI.

## V I.

### *De Adnotationibus.*

Quaedam ex his additae sunt iis, quae iam in priori editione fuerant typis impressae. Sed ex integro harum omnium numero aliae sunt, quae ad verba, & locutiones Thebaicae, aut etiam memphiticae dialecti spectant, aliae ad chorographica quarumdam urbium oppidorumve nomina tradenda pertinent, aliae res gestas S. Martyris Coluthi exponunt, aliae vim miraculorum eius declarant, & fulciunt, aliae incidentes narrationes de disciplina, & moribus ecclesiarum Thebaidis explicant, & aliae denique ad fidei catholicae doctrinam de incruento sacrificio, deque invocatione praesertim & intercessione sanctorum confirmant atque tuentur. Nihil est, cur loca, in quibus haec singillatim tractantur, heic indicare velim: Ipsa enim per se Tibi legenti obviam occurrent.

## V I I.

### *De Fragmentis variis in seriem adnotationum insertis.*

Exoticum fortasse & peregrinum tibi videri poterit nostrum hocce consilium, quo tandem statuimus nova quaedam fragmenta, a suscepti licet operis argumento disiuncta, in seriem nostrarum harum adnotationem inserere. Sed in ea animi persuasione fuimus, ut tibi volupe magis esset nova plura huius dialecti scripta arbitratu tuo spectanda offerre, quam eumdem semper ordinem rerum oculis subiicere tuis. Eaque de caussa nostram hanc variorum fragmentorum insitionem, in morem quasi στρώματος contextam, contemplandam dabimus, ne ea tibi veluti ingrata accidat, & iniucunda. Quamquam vero in Bor-

Digitized by Google

Borgiano Museo magna ſit horum fragmentorum copia, apud me tamen nonniſi exigua eorum pars ſervabatur. Ex his proinde paucis ea tantum ſelegi, quae omnium breviora eſſent, & aliquid continerent, in quo cum antecedentibus adnotationibus opportune coniungi poſſe viderentur. Hoc enim ſtudio, arteque adiuncta facile etiam fieri poſſe putavimus, ne ordo rerum turpem in modum perturbari, ſed ſatis apte decenterque ſervari contingeret. Quod utrum ex ſententia, uti augurabar, evenerit, Tute ipſe, ubi loca coniunctionis occurrerint, facile percipere poteris.

---

Unumquodque vero ἀποσπασμάτιον, licet adiunctum, ſuas habebit proprias peculiareſque ſubiectas adnotationes cum aliis non confundendas.

I. Ex additis Fragmentis primum habes ad pag. 56. de reali praeſentia Corporis Chriſti Domini in divinae Miſſae ſacrificio *Thebaice* ſcriptum, & cum *graeco* Cotelerii coniunctum.

II. Pag. 102. unica membrana conſtans. Sermo èſt, *De delectu S. Matthiae Apoſtoli in locum Iudae proditoris*. Adiungitur hoc adnot. II. ad indicandam variam formam accentus τοῦ ω *exclamantis*, thebaice ſcripti.

III. Pag. 114. adnexum èſt adnotationi 40: *De Agapis in eccleſiis*: ex Borgiano-Thebaico Codice *de vitis SS. PP. Monachorum* Aegypti.

IV. Pag. 119. ſimplici & ipſum membrana conſtans, adiunctum adn. 3. in Miraculum S. Coluthi II. ex Apocrypha *Hiſtoria Prochori diſcipuli Chriſti de Vita, & Miraculis, & aſſumptione S. Iohannis Apoſtoli*, ad illuſtrandam vocem thebaicam ⲥⲟⲛⲥⲛ̀ cum memphitica ⲥⲟⲛⲥⲉⲛ comparandam; ſed in cod. noſtro de Mirac. S. Coluthi ⲥⲟⲛ̀ⲥ depictam.



V.

V. Pag. 140. ex laudato Borgiano cod. *de vitis PP. & Monachorum Aegypti* coniunctum cum testimonio *Theodoreti in Hist.Rel. cap.* 12. sub adnot. 11. *de admirabili vita S. Simeonis Stylitae*.

VI. Pag. 150. ex eodem Borgiano Cod. coniunctum cum graeco exemplo *Cotelerii*, *de S. Abbate Serapione*, qui meretricem ad poenitentiam convertit, eo pene modo, quo Paralyticus sanatus a S. Coluthо Martyre, atque ab eo in perspicua *visione* missus, perditum scortum in viam salutis reduxit.

VII. Pag. 159. sub adnot. 20. ex cit. Borg. Cod. illustre exemplum *de seniore Daniele, qui omnes scripturae Sanctae libros memoriae mandaverat*.

Haec tamen omnia sibi nuper inserta complectitur Fragmentum primum de Miraculis S. Coluthi Martyris.

## I I.

### *In fragmentum secundum*.

De secundo fragmento, quo reliquiae Actorum S. Martyris *Panesniv* comprehenduntur, acturus, oro te, benigne Lector, ut in antecessum meam, quam universae rei agendae praemisi, παλινῳδίαν legas. Inde scies, me allucinatione eius plane simili, qua *Nanius*, interpres licet doctissimus operum Magni Athanasii, eiusque assecla *Tillemontius*, in una prorsus eademque graeca voce μακάριος, *Macarius*, quam illi pro nomine viri proprio acceperunt, me quoque deceptum miserum in modum peccasse. *Macarium* ante appellare coepi Martyrem hunc sanctissimum, quem *Panesniv*, sic revera *thebaice* dictum, nominare oportebat. Habes & ibi caussas omnes, quae me in hunc scopulum impulerunt.

2. Descriptionem quoque codicis, unde acta sancti huius Martyris deducta sunt, tibi dabit eadem ipsa *Palinodia* sub num. II.

3. Ibi

3. Ibi pariter indicatum invenies illius *characterum* specimen editum iam in superiori vol. tab. III. praemissa fragm. evang. secundum Iohannem.

4. De epocha cod. nihil tibi certi affirmare possum. *Autographus* profecto non est, sed exemplum haud dubie ex eo exscriptum, probae notae, & antiquissimum.

5. Acta pariter, ut ego ibidem sub num. III. animadverti, sincera sunt, & omni fide dignissima. Ea primitus scripta videntur a coevo, immo & ab oculato teste. Non dixerim a *Iulio Chbahesensi*, de quo in his ipsis actis fit mentio; sed si ea comparentur cum historia passionis duorum Martyrum *Epime.*, & *Anub* ab eodem ipso *Iulio* thebaica fortasse primum, deinde memphitica dialecto descripta, non dubito, quin eiusdem scriptoris ingenium referre possint. Res denique gestae, quae de S.Diacono *Panesniv* in hoc nostro Fragmento narrantur; tantae fidei esse mihi videntur, ut, mea quidem sententia, inter acta *sincera Martyrum* a Ruinartio edita, locum habere posse iure meritoque credantur.

6. In hoc secundo fragmento eamdem quam in priori interpretandi normam me tenuisse confido. Quamquam alicubi, ob molestam quamdam Thebaicorum verborum syntaxim, non eumdem omnino ordinem, qualis in archetypo erat, me fuisse sequutum invenies. Quaedam praeterea loca sunt in voces aliquas aut aequivocae, aut obscurae, aut non bene primum cognitae significationis, quae paullo aliter in adnotationibus, quam in versione e regione textus Thebaici posita, sum interpretatus. Ea tibi occurrent pag. 179. lin. antepenultima .... ⲟⲩⲱϭⲡ; ubi *a* positum ante ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲡⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ coniungendum est tamquam nota personae *tertiae* praeteriti indicativi cum ⲟⲩⲱϭⲡ. Pag. 180. lin. 6. in ⲡⲉⲑⲩⲗⲟⲥ: Ibidem lin. antepenultima in ⲛ ϣⲉ ⲉⲧ/ⲣⲉⲕⲧⲱⲕ ⲉϫⲱⲓ. Pag. 184. lin. 27. & seqq. in verbis psal-

psalmi 133. secundum hebr., 132. secundum LXX., & memphitas: ⲉϫⲛⲉϫⲛⲁⲛⲟⲩϥ &c. Veriores horum interpretationes accipe, te quaeso, ex adnotationibus, quas ad singula loca indicatas habebis.

7. Fragmenta et heic plura notis inserta reperies.

I. Pag. 170. ad num. II. *Palinodiae*, ubi sermo fit de more Thebaeorum in *numeris* scribendis a Memphitarum, qui eos per litteras numerales designare solent, diverso, adiunctum tibi datur fragmentum unius miserae membranae avulsum e codice, uti ego suspicor, sub nomine *S. Dionysii Areopagitae de diuinis hymnis* in Thebaide olim cognito, sed hodie deperdito.

II. Pag. 212. Ad dubium explicandum, de anno, quo Culcianus praefecturam Alexandrinae urbis ab Imper. Maximino obtinuit, et immaniorem sub eo, quam sub Diocletiano, persecutionem in aegyptios christianos instauravit, fragmentum traditur ex Martyrio S. Puellae Virginis *Theonoe*.

III. Pag. 245. *actorum S. Iacobi intercisi* collatum cum historia illius Martyrii chaldaice edita a cl. Praesule *Evodio Assemano ex cod. Nitriensi vatic. Bibl.* II. ut inde codex noster Thebaicus, unde excerptum est Martyrium *S. Theonoe*, maioris antiquitatis prae Nitriensi coniiciatur.

IV. Pag. 313. sumpta occasione ex voce ⲛ-ⲱⲛⲉ adhibita in actis S. Martyris *Panesniv*, inseritur fragmentum ex versione thebaica libri S. Epiphanii de XII. *gemmis* ea dialecto ⲛⲱⲛⲉ nuncupatis.

V. Pag. 330. ad magis magisque declarandam diversitatem, quae Thebaicam inter et memphiticam *psalmorum* versionem intercedat, psalmum damus ⲡⲉⲡⲣⲟⲕⲓⲙⲉⲛⲟⲛ ⲙⲍ.47. sacrae Thebaeorum synaxi praepositum, et cum eo fragmenta duo in eodem ecclesiastico cod. simul coniuncta: primum depromptum ex Evang. Lucae c.I. v.29. et seqq. tertium ex epist. S. Pauli Apostoli ad hebr. c.IX. v.2. ad 10. usque. Nam psalmus tenet locum medium inter I. et III.

VI.

VI. Pag. 385. Ex actis martyrii S. Abbatis *Epime* memphitica dialecto a Iulio Chbahesensi tamquam scriptore et teste oculato scriptis, nobisque nuper tantum cognitis, Excerptum dedimus admirabilis sanationis *Eucharistiae* germanae sororis eiusdem Iulii; utpote qui a S. Martyre *Panesniv* meritis laudibus ob ministerium SS. Martyribus praestitum extollatur.

## I I.

### *De loco certaminis S. Martyris Panesniv.*

Memini me dixisse de loco martyrii S. Confessoris *Panesniv*, ex laciniis fragmenti nostri, nihil certi, sed tantum conjecturale quoddam, & probabile indicium erui posse. Ob hanc causam conieci illius Passionis theatrum vel *Antinoem* fuisse in priori, vel *Latopolim* in secunda Thebaide. Verum ubi acta lego crudelis raptationis, qua ab immanissimo Praeside *Culciano* Panesniv noster iussus est funibus catenisque constrictus per urbem a tortoribus trahi: & urbem hanc comparo cum vestigiis *Antinoes* a P.Sicardo traditis in tom.II. *Nouveaux memoires des Missions de la C.D.I.* pag. 237. & seq; eo me adduci sentio, ut credam totum id cruenti spectaculi genus in hac ipsa civitate fuisse editum. *La ville est quarre*, ait laudatus scriptor. *elle n'a de diametre qu'environ* 2000. *pas communs: Deux grandes et longues ruës, qui le croisent par le milieu, et qui vont toutes deux d' une extremite de la ville all' autre, en forment la figure. Ces deux ruës croisées ont de largeur dix-huit pas ou quaranute-cinq, pieds de roy, & vous conduisent a quattre grandes portes de la ville. Outre ces deux grandes ruës, qui la partegent en quatres parties égales, il y en a pleusieurs autres des traverse moin larges, mais aussi longues, toutes tirées au cordeau .... Les autres de traverses avoient toutes de caque cotê leur petite galerie .... Ces pe-*

*petites galeries étoient voûtées. Leurs voûtes étoient appuyées d'un coté sur des colomnes de pierre d'ordre corinthienes delicatament travaillées, et étoient posées de l'autre sur le toit des maisons, que l'art avoit construites expres. Les vûtes des galeries des deux grandes ruës, plus larges, que celles de ruës de traverse, etoient soutenues par plus de mille colonnes rangées sur la même ligne... On peut dire que cette ville étoit un continuel* Peristyle: *d'où l'on peut juger que l'empereur Adrien avoit eoû autant d'egard à la commodité des Cytoiens, qu'â la magnificence d'un monument qu'il vouloit laisser â la posterità.* Ex PORTIS urbis quatuor, duas tantum, quae supererant, totidem in tabulis aere incisas spectandas dedit *Sicardus*, *Australem* unam: *Occidentalem* alteram. Utramque apud eum vide.

Mihi sat est *Australem*, quam ille in morem arcus triumphalis octo pilis, totidemque columnis corinthiaco opere elaboratis ornatam exhibet, intueri. Ab hac enim urbis porta, quae ad *Austrum* est, ad alteram usque, quae est ad *septemtrionem* posita, *Sicardus* magnam mihi metiri, describereque videtur viam, qua, iussu Culciani, tractus, raptusque est S. Martyr *Panesniv*. *Dans la granda ruë*, inquit ille pag. 247., *qui va du sud au Nord de la Ville d'Antinoe, il y a une PLACE à l'endroit même, ou cette grande ruë taversée par une autre moins grande, qui va de l'Est, à l'Ouest. Aux quatre coins de cette PLACE, où de ce carrefour, il y avoit quatre grandes colonnes de pierre d'ordre Corinthiens*. Ac certe dum hanc ego maximam viam & plateam hactenus a Sicardo descriptam confero cum loco illo Fragmenti nostri, ubi Culcianus iubet lictoribus, ut ϫⲓⲛⲧⲡⲩⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲉⲙϩⲓⲧ ϣⲁ ϯⲡⲩⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲏⲥ ⲉⲩⲥⲏⲣⲁ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉϫⲛ̀ ⲛⲱⲛⲉ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲗⲁⲧⲧⲁ: *a porta septemtrionis ad portam usque australem eum [ Panesniv ] raptent super saxa lapidesque plateae*, fieri non posse intelligo, quin in hoc omni tractu

ctu unam eamdemque & viam, & plateam *Antinoes* a Sicardo repraesentatam agnoscam. Utinam & antiquissimi *Fori* vestigia aliqua nobis dare potuisset Sicardus! Nam in ea Adriani urbe, quae tam ingenti columnarum numero ubique fulta atque ornata erat, forum in primis, & Caesarei secretarii aedes, huiusmodi ornatu splendescere proculdubio debebant. Sed haec omnia, ut & templa, aliaque publica aedificia plane diruta, & solo aequata inter rudera vidit; sicque & spes novi luminis, quo de ⲡⲉⲑⲩⲗⲟⲥ coniicerem, an rectius in actibus nostris ⲡⲉⲥⲧⲩⲗⲟⲥ *columna*, legi deberet, sublata mihi est.

## III.

*Ex triplicis Martyrii historia memphitica dialecto sub initium Diocletianeae persecutionis descripta, mihi vero ante id temporis prorsus incognita, nova materies tum ad hoc nostrum, tum ad alia aegyptiaca eius aevi monumenta illustranda emanat.*

I. Quo die suscepti operis laborem ad umbilicum pene perduxeram, in manus meas, (ut iam narravi pag. 383.) acta memphitica *trium Martyrum Isaac* Tephrensis, *Epime*, & *Anub*, Amplissimi Card. Borgiae indulgentia ac benignitate, pervenerunt. Ac primi quidem Martyrii historiam *Christophorus* testis & spectator rerum oculatus descripsit. Sic enim in subiuncta *Epigraphe* de se loquitur: Ⲁⲛⲟⲕ ⲇⲉ ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲭⲣⲓⲥⲧⲟⲫⲟⲣⲟⲥ: ⲁⲛⲟⲕ ⲟⲩⲥⲩⲅⲅⲉⲛⲏⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓⲁⲅⲓⲟⲥ: ⲓⲥϫⲉⲛ ϯⲁⲣⲭⲏ ⲁⲓϣⲱⲡⲓ ⲉⲓⲙⲏⲛ ⲉⲣⲟϥ ⲁⲓⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲉϥϩⲩⲡⲟⲙⲛⲏⲙⲁ. ⲟⲩⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲧⲟⲩϩⲟ ⲉⲣⲱⲟⲩ: ⲟⲩⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲱⲗⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲛϧⲏⲧⲟⲩ ⲉϯⲁⲓⲛⲁⲩ; *Ego Christophorus: ego*

*cognatus huius sancti, quique ab initio praesens ei adfui, hoc commentarium scripsi ; nec iis , quae vidi , quidquam addidi , aut imminui* . Secundi , & tertii res gestas scripto edidit ille idem *Iulius* , quem ob pietatem erga Christi Martyres miris plane laudibus celebrat S. Confessor , & Diaconus noster *Panesniv* . Nam ad calcem Martyrii *S. Epime* iisdem fere verbis ac Christophorus haec de se ipse testatur :

Ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲁⲓⲥϧⲁⲓ ⲛϩⲩⲡⲟⲙⲛⲏⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉ
ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲭⲗⲟⲙ ⲉⲧⲁϥⲁⲓⲧⲟⲩ:
ⲉⲭⲁⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲏⲓ : ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉϥⲥⲙⲟⲩ ϣⲱ//
ⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲏⲓ : ϩⲓ ⲙⲁⲛϣⲱⲡⲓ : - Ⲫϯ ⲡⲉ
ⲉⲧⲟⲓ ⲙ̀ⲙⲉⲑⲣⲉ ⲉⲣⲟⲓ . Ⲁⲛⲟⲕ ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ : ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲓ//
ⲧⲟⲩϩⲟ ⲉϫⲉⲛ ⲛⲉϥϫⲟⲙ : ⲟⲩⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲱⲗⲓ ⲉⲃⲟⲗ
ⲛϧⲏⲧⲟⲩ : - ⲉⲃⲏⲗ ⲉ̀ⲛⲏⲉⲧⲁⲓ ⲛⲁⲩ ⲉⲣⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲁⲃⲁⲗ :
ⲛⲉⲙ ⲛⲏⲉⲧⲁⲓⲥⲱⲑⲙⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲛⲁⲙⲁϣϫ : ⲛⲉⲙ ⲛⲏ
ⲉⲧⲁⲩϫⲟⲧⲟⲩ ⲛⲏⲓ ⲛ̀ϫⲉⲛⲁⲉⲃⲓⲁⲓⲕ ϫⲉ ⲁⲩϣⲱⲡⲓ
ⲙ̀ⲙⲟϥ : - Ⲫϯ ⲇⲉ ⲡⲓⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ ⲁϥⲉⲣϩⲙⲟⲧ
ⲛⲏⲓ ⲉⲑⲣⲉϥϯ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲉⲧⲁⲧⲉⲙⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲟⲩⲣⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲁ//
ⲛⲟⲙⲟⲥ : ⲉϣⲧⲉⲙⲑⲣⲟⲩⲧⲁϩⲛⲟ ⲙ̀ⲙⲟⲓ ⲉⲓϥⲓ ⲙ̀//
ⲫⲣⲱⲟⲩϣ (a) ⲛ̀ⲛⲏⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲉⲥⲣⲁⲛⲁϥ
ⲙ̀Ⲫϯ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ : ⲉⲥⲟⲩⲧⲉⲃⲟⲗ
ϧⲉⲛ ⲛⲁⲛⲟⲃⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲁⲁⲛⲟⲙⲓⲁ̀ . Ⲫⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲓⲣⲏϯ:

*Ego Iulius hoc commentarium scripsi de Sancto Abbate Epime , deque coronis ab eo reportatis : Illudque in mea domo posui , ut ipsius benedictio sit in domo , & habitatione mea . Deus est mihi Iulio testis , quod nihil in narrandis eius virtutibus addiderim , nihilque detraxerim : nec nisi ea scripsi quae vidi oculis meis , & quae auribus meis audivi , aut mihi retulerant servi mei , quia cum eo fuerunt . Deus amator hominum gratiam mihi concedat , ut haec ignorent Imperatores impii , ne mihi impediant retinere curam ministrandi sanctis cum beneplacito Dei ,*

*et*

(a) Vide ϥⲓⲣⲱⲟⲩϣ apud Lacroz. in Lexico.

*& S. Abbatis Epime , ut salvus , & liber sim a peccatis , & iniquitatibus meis . Ita fiat .* Idemque praestat in fine Actorum S. Martyris *Anub* . Ubi haec habet : ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲡⲓⲣ'ⲙⲭⲃⲉϩⲥ (a) ϯⲁⲓ ⲙⲙⲉⲑⲣⲉ ⲛⲛⲉⲧⲁⲩϣⲱⲡⲓ ⲙⲙⲟϥ ⲧⲏⲣⲟⲩ : *Ego Iulius testis fui eorum omnium quae ei facta fuerunt .* Sed paullo ante de eo dictum fuerat : ⲧⲟⲧⲉ ⲁⲩϭⲓ ⲙⲡⲓϫⲱⲙ ⲛϫⲉ ⲫⲏⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲡⲓⲣⲉⲙⲭⲃⲉϩⲥ ⲛϫⲉ ⲕⲟⲙⲏⲥ ⲧⲁⲣⲏϭⲓⲟⲥ (b) ⲁϥⲥϩⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲓϩⲓⲥⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲃⲁⲥⲁⲛⲟⲥ ⲉⲧⲁⲩⲧⲏⲓⲧⲟⲩ ⲙⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ : *Tunc sumsit libellum sanctus* (c) *Iulius Chbehesensis comes Tarisii* [ alias Tanisii ] *& scripsit passionem & cruciatus S. Abbatis Anub .*

Haec tamen omnia *autographa* non sunt , sed *apographa* ab episcopo nostro Tukio descripta ex codd. Schetensis Monasterii probe notae & in Vatic. Bibl. asservatis . At vero , quum haec Martyria acciderint anno primo , vel secundo , aut certe tertio persecutionis sub Diocletiano Imperatore , fieri non potest , quin magna ac nova nobis lumina offerant ad plura illustranda , quae cum in hoc fragmento nostro , tum in ceteris etiam eius aevi SS. MM. in Aegypto gestis , non satis hucusque nobis cognita , et comperta sunt .



In-

(a) ⲡⲓⲣⲉ̀ⲙⲭⲃⲉ̀ϩⲥ : In fragmento S. Mart. noſtri *Paneſniv* ⲡⲓⲣⲉⲙⲭⲃⲁϩⲥ legitur . Sed utrovis nomine ſive *Piremchbebes* , ſive *Piremchbabes*, eum appelles, parum intereſt ; ubi tamen *echbebes* , vel *echbabes* ſit, civitas, aut oppidum ita dictum ; an in Thebaide vel in Aegypto , mihi incompertum eſt .

(b) ⲧⲁⲣⲏϭⲓⲟⲥ . Rectius , credo , ⲧⲁⲛⲏϭⲓⲟⲥ habent reliquiae actorum S. M. *Paneſniv* . De eo pag. 344. ſuſpicatus ſum, locum eſſe poſſe in Thebaide poſitum . Sed ſi Taneſius vel Taniſius est ex *Tanis* , quam unus memorat Strabo , quamque Danvillius collocandam existimat ubi nunc *Tauna* ponitur , prope *Hermipolitanam Phylacem* , *Taniſius proximus* saltem erit Thebaidi . Huc etiam fortaſſe spectat *Tenniſae* , ( aut *Tanniſae* ) ex Arabico Eutychii apud Renaudotium in histor. Patriarchar. Alexandr. pag. 342. De *Tariſios* nil , quod ei ſimile ſit , in Aegyptiaca Topographia invenio .

(c) *Sancti titulus* Iulio heic, & alibi tributus nonniſi additamentum eſſe poteſt recentis exſcriptoris .

II. Inſolitum certe quoddam & obſtupeſcendum divinae bonitatis prodigium in ea admirabili S. Michaelis Archangeli apparitione, quae ſub initium Thebaicorum actorum S. Martyris *Panesniv* relata eſt, nobis licuit contemplari. At ecce ex actis nuper cognitis *S. Iſaac Tephrenſis* aliud plane ſimile *Angelicae apparitionis* exemplum, ita Deo agente, illius martyrio felix fauſtumque exordium dedit. ⲚⲈⲞⲨⲞⲚ, aiunt *Iſaaci* noſtri acta, ⲞⲨⲔⲞⲨϪⲒ ⲚⲀⲖⲞⲨ Ⲛ̀ⲤⲀⲂⲈ
ⲈⲚⲈⲤⲰϤ (a) ⲙ̀ⲙⲁϣⲟ ⲉϥϣⲟⲡ ϧⲉⲛ ⲟⲩϯⲙⲓ ϫⲉ ϯ//
ⲫⲣⲉ ⲛ̀ⲑⲱϣ ⲡⲁⲛⲁⲩ. - ⲉⲛⲉϥⲣⲁⲛ ⲡⲉ ⲓⲥⲁⲁⲕ ⲉϥϧⲉⲛ
ⲕ̅ⲉ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ: ⲫⲁⲓ ⲇⲉ ⲛⲁϥϣⲉⲙϣⲓ ⲙ̀ⲫϯ ⲙ̀ⲡⲓ//
ⲉϩⲟⲟⲩ, ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲉϫⲱⲣϩ:- ⲟⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅
ⲁϥⲟⲩⲟⲛϩϥ ⲉⲣⲟϥ ⲉϥⲭⲏ ϧⲉⲛ ⲧⲕⲟⲓ ⲉϥⲛ̀ⲕⲟⲧ ⲁϥ//
ⲁϩⲣⲩ ⲛ̀ⲛⲉϥϭⲗⲓⲟⲥ (b) ϧⲁϥⲛⲉⲥϩⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ: - ⲡⲉϫ//
ⲁϥ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲭⲉⲣⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲓⲥⲁⲁⲕ ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ ⲉⲧⲉⲣⲫⲟ//
ⲣⲓⲛ ⲙ̀ⲫϯ ⲉⲑⲃⲉⲟⲩ ⲉⲕⲉⲛⲕⲟⲧ: ⲉⲣⲉⲡⲓⲁⲅⲱⲛ ⲥⲏⲣ ⲉ//
ⲃⲟⲗ ⲁϥⲧⲁⲙⲟϥ ⲉⲟⲩⲭⲗⲟⲙ: ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ ϫⲉ
ϫⲉⲙⲛⲟⲙϯ ⲡⲁⲓ ⲭⲗⲟⲙ ⲫⲱⲕ ⲡⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲣⲉⲣⲁⲙⲉⲗ//
ⲉⲥ ⲉⲛⲉⲕⲟⲩϫⲁⲓ. Ⲧⲱⲛⲕ ⲙⲁϣⲉⲛⲁⲕ ⲉⲧⲁⲩⲃⲁϩ
(c) ⲉⲣⲁⲧϥ ⲙ̀ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲉⲣⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲓⲛ
ⲙⲉⲛ//

(a) ⲈⲚⲈⲤⲰϤ legitur in antigrapho Tukiano. Sed vel ⲈⲚⲈⲤⲈ, ut eſt in La-Crozii Lex., vel, ut ego puto: ⲈⲚⲈⲤⲰⲤ legendum eſt.

(b) ⲛ̀ⲛⲉϥϭⲗⲓⲟⲥ lego ⲛ̀ⲛⲉϥϭ'ⲗⲓⲟⲥ *ennefſelios*, nomen corruptum, & decurtatum ex Alexandrino Συμψέλλιον, *ſubſellium*, *ſcamnum*, *ſella*, in qua ſedentes *aſcetae* Aegyptii manibus operari, & dormire ſomno oppreſſi, conſueverunt. At Συμψέλλιον vide apud Ducangium. Illud & nos in ſuperiori volum. attulimus; hodieque etiam ex actis S. M. *Anub* referimus.

(c) ⲧⲁⲩⲃⲁϩ, *Taubah* civitas eadem eſſe videtur, quae ⲧⲁⲩⲃⲁ, *Tauba*, & ⲧⲁⲗⲁ//ⲛⲁⲩ, quae Arab. طوه *Thueh* dicitur apud Lacr. in Lex. ex Kirchero. Sed quo nomine a Graecis Latiniſque ſcriptoribus appelletur, & ubinam in Aegypto ſive ſuperiori, ſive inferiori ſita fuerit, ignoratur. Acta haec noſtra anſam mihi

ⲙ̀ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲙⲟⲩ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲉⲑⲟⲩⲁ̀ⲃ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲕϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲧⲉϥⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛⲉⲛⲉϩ. ⲉⲧ//
ⲁϥ//

hi praebuerunt ſuſpicandi, an forſan eadem eſſe poſſit ac *Antinous*. In his enim narratur de *Dionyſio* milite, qui viſis miraculis curationum a S. Confeſſore Iſaaco, ſub eius oculis repente patratis, & audita ex eius ore doctrina de Sanctiſſimis fidei noſtrae myſteriis, ſtatim ad Chriſtum converſus, quum ſe ſubito Chriſtianum eſſe libera elataque voce profiteretur, a Praeſide Taubaeh Culciano extra portam occidentalem ad *Theatrum* capitis damnatus eſt. Accipe verba: ⲡⲉϫⲉ ⲇⲓⲟⲛⲏⲥ//ⲓⲟⲥ ⲛⲁϥ : ϫⲉ ϥⲟⲛϧ ⲛ̀ϫⲉⲫϯ ⲛⲁⲃⲃⲁ Ⲓⲥⲁⲁⲕ. ϫⲉ ⲭ̀ⲛⲁⲟⲩⲱⲙ ⲁⲛ: ⲟⲩ//ⲇⲉ ⲭ̀ⲛⲁⲥⲱ ⲁⲛ : ϣⲁⲧ//ⲉⲕϯ ⲛ̀ⲧⲁ ⲁⲡⲟⲫⲁⲥⲓⲥ. ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲁϭⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲭ//ⲗⲟⲙ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲛϩⲣⲏⲓ ϧⲉⲛ ⲧⲉϥⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ: ⲉⲧ//ⲁϥⲧⲱⲛϥ ⲇⲉ ⲛ̀ϫⲉⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ϫⲉ ⲉϥⲛⲁϣⲉⲛⲁϥ ⲉⲡⲉϥⲏⲓ : ⲁϥϣⲱϣⲧ ⲛ̀//ϫⲉⲡⲉϥϩⲁⲣⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲉϥ//ϣϫⲉⲙϫⲟⲙ ⲛ̀ϩⲱⲗ ⲉⲡⲓ ⲁⲣⲓⲥⲧⲟⲛ:-ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̀ⲇⲓ//ⲟⲛⲏⲥⲓⲟⲥ : ϫⲉ ⲁⲕⲟⲩⲱ//ⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲫⲟⲟⲩ ϫⲉ ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲟⲩⲙⲁⲅⲟⲥ. - ⲛ̀ⲑ//ⲟϥ ⲇⲉ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ: ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ ⲟⲩⲙⲁⲅⲟⲥ ⲁⲛ ⲁⲗⲗⲁ ⲁⲛⲟⲕ ⲟⲩⲃⲱⲕ ⲛ̀//ⲧⲉⲡⲭ̅ⲥ̅ : - ⲧⲟⲧⲉ ⲡⲓϩ//ⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲧ//ⲉϥⲁⲡⲟⲫⲁⲥⲓⲥ : ⲉⲑⲟⲩⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲁⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲙ̀ⲡⲁⲓ ⲧⲩ//ⲡⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ. ϫⲉ ⲇⲓⲟⲛⲏⲥⲓⲟⲥ ⲡⲓⲙⲁⲧⲟⲓ ⲁϥⲉⲣⲁⲧⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥ//ⲁϯ ⲕⲉⲗⲉⲩⲥⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲟ//ⲩⲣⲱⲟⲩ : ϯⲉⲣⲕⲉⲗⲉⲩⲓⲛ ⲉⲱⲗⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥⲁⲫⲉ: - ⲉ//ⲧⲁⲩⲟⲗϥ ⲇⲉ ⲥⲁⲡⲉⲙⲉ//ⲛⲧ ⲛ̀ϯⲃⲁⲕⲓ ⲉϥⲙⲁ ⲙ̀//ⲡⲓⲑⲉⲁⲧⲣⲟⲛ : ⲁⲩⲱⲗⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥⲁⲫⲉ : - *Dixit illi* (Praeſidi) *Dionyſius*: Vivat Deus Abbatis Iſaaci: non comedam, neque bibam, donec extremam ſententiam in me proferas, ut accipiam coronam Chriſti in eius regno: *Quum autem ſurrexiſſet* Praeſes; *quoniam domum ſuam iturus erat; currus eius impeditus ſubſtitit, ne ad prandium accedere poſſet; dixit ad Dionyſium*: cur apparuiſti coram me hodie? an Tu magus? *Reſpondit illi*: Non magus ego ſum, ſed ſervus Chriſti. *Tunc praeſes ſententiam in eum ibi verbis hiſce ſcripſit*: Dionyſio militi inobedienti mandatis Imperatorum caput amputari iubeo. *Quum vero raptus fuiſſet ad Occidentem urbis in loco, ubi eſt Theatrum, caput ei abſciderunt*. Pater Sicardus in iam laudata ep. *des nouveaux mémoires des Miſſions &c.* p. 244. hunc lo-

ⲁϥϫⲉ ⲛⲁⲓ ⲇⲉ ⲛⲁϥ ⲛ̀ϫⲉⲡⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲁϥϣⲉⲛⲁϥ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲁⲣⲟϥ:- ⲉⲧⲁⲡⲓⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲇⲉ ⲥⲱⲣ ⲉⲃⲟⲗ
ⲁϥⲧⲱⲛϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲓⲥⲁⲁⲕ ⲁϥⲓ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ⲡⲉϥⲏⲓ:-
Ⲁϥⲉⲣⲁⲥⲡⲁⲍⲉⲥⲑⲉ ̀ⲙⲡⲉⲫⲓⲱⲧ ⲛⲉⲙ ⲧⲉϥⲙⲁⲩ:
ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲱⲟⲩ ϫⲉ ϯϣⲓⲛⲓ ⲉⲣⲱⲧⲉⲛ ⲛⲁⲓⲟϯ:-
ⲡⲉϫⲱⲟⲩ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲁⲕⲛⲁϣⲉⲛⲁⲕ ⲉⲑⲱⲛ: ⲡⲉϫⲁϥ
ⲛⲱⲟⲩ:- ϫⲉ ⲉⲓϩⲏⲗ ⲉⲣⲁⲧϥ ̀ⲙⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ϩⲓ-
ⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲁⲙⲟⲩ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲛⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅
ⲡⲭ̅ⲥ̅ .:. ⲁⲩⲁⲙⲟⲛⲓ ̀ⲙⲙⲟϥ ⲛ̀ϫⲉⲛⲉϥⲓⲟϯ: ϫⲉ
ⲧⲉⲛⲛⲁⲭⲁⲕ ⲁⲛ ⲉⲙⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓ ⲙⲟⲩ ⲉⲩϩⲱⲟⲩ:- ϧⲉⲛ
ⲧⲫⲁϣⲓ ⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲉϫⲱⲣϩ ⲁϥⲟⲩⲟⲛϩϥ ⲉⲣⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ
ⲟⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲁⲡⲏⲓ ⲧⲏⲣϥ ⲉⲣⲟⲩⲱⲓⲛⲓ
ⲉⲙⲁϣⲱ ⲡⲉϫⲉ:- ⲡⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲭⲉⲣⲉ ⲁⲃⲃⲁ
ⲓⲥⲁⲁⲕ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲉⲙⲁⲕ:- ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲛⲁϥ
ϫⲉ ⲡⲉⲕϩⲙⲟⲧ ⲉϥⲉϣⲱⲡⲓ ⲛⲉⲙⲏⲓ: ⲁϥⲉⲛϥ ⲇⲉ ⲥⲁ-
ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲉϥⲏⲓ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲁⲣⲓϩⲩⲡⲟⲙⲉⲛⲓⲛ
ⲛ̀ⲧⲉ-

locum ad occaſum *antinoës* mihi deſcribere visus eſt. *A quelques pas de cette grande porte de la ville, qui eſt au Couchant ..on rencontre un ſuperbe Portail, qui fait l'entrée d'une cour de trente ou quarante pas en carré, fermée de hautes & fortes murailles crénelées avec un degré taillé dans le mur à côté du Portail. Ce Portail paroît avoir été conſtruit pour poſer un corps de garde. Les Arabes donnent à ce Portique et à cette grande tour le même nom qu'ils donnent au Portique* d'Archemunain, *sçavoir* Melab Elbenat, *c'eſt à dire Maiſon de plaiſance de Princeſſe*. Hoc enim adeo magnificum aedificium, praeſertim ſi fultum & ornatum erat tanto illo numero columnarum, quas paullo poſt, *à cent pas de la grande Porte du Couchant*, partim proſtratas ſe vidiſſe teſtatur, partim vero a Mahumetanis ſciſſas, aut alio ad eorum delubra exornanda, translatas dolet, non militum certe *Praeſidium*, ſed *Theatrum* potius Adriani Imperatoris magnificentia, romanoque more, extra portam occidentalem *Antinoi* conſtructum menti noſtrae repraeſentare videtur. Verum, ut *ibi Theatrum* cognitum habeas oportet, ut *Antinoem* eandem eſſe urbem ponas, quam ante Hadriani tempora Aegyptiorum vetuſtiſſimi *Taubah* dicerent, & *Taubah* ſub Diocletiani imperio adhuc appellare perrexerint.

Culclanus primum tormentorum vi ad falſa numina colenda inducere coepit S. Confeſſorem Iſaac in eadem urbe *Taubah*; ſed ſub exilii obtentu ab eo relictus ibi eſt *Ariano* Praeſidi vexandus in *Hormes*, quae civitas in inferiori Aegypto poſita diſtabat a *Taubah* iter dierum XVI. navi (neſcio tamen, an recta) confectum. Quo vero die damnationis ſententiam in virum ſanctum Arianus tulit, eum capite plectendum iterum miſit in *Taubah*, unde & illum acceperat, ſecumque duxerat in *Hormes*.

ⲛ̀ⲧⲉⲕϭⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲭ̀ⲗⲟⲙ ⲛ̀ⲁⲧⲧⲁⲕⲟ :- ϯϫⲱ ⲅⲁⲣ
ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛⲁⲕ : ϫⲉ ⲡⲉⲭ̀ⲗⲟⲙ ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲕⲑⲣⲟⲛⲟⲥ ϧⲉⲛ
ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ : ⲙ̀ⲡⲉⲣⲉⲣϩⲟϯ ϯⲭⲏ ⲛⲉⲙⲁⲕ ϣⲁⲧⲉⲕ//
ϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ :- ⲭ̀ⲛⲁϣⲱⲡ ⲛ̀ϩⲁ//
ⲛⲛⲓϣϯ ⲛ̀ϧⲓⲥⲓ ⲉⲑⲃⲉ ϥⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲭ̄ⲥ̄ : ⲁⲗⲗⲁ ϫⲉ//
ⲙⲛⲟⲙϯ ϯⲛⲏⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲁϥϫⲟⲙ ⲛⲁⲕ .- ⲛⲁⲓ ⲉⲧⲁϥ//
ϫⲟⲩⲟⲩ ⲛⲁϥ ⲛ̀ϫⲉⲡⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲁϥϩⲱⲗ ⲉⲡϣ//
ⲱⲓ ⲉⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ . . . . . ϧⲉⲛ ϯⲟⲩⲛⲟⲩ ⲓⲥ ⲙⲏⲭⲁⲏⲗ
ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲁϥⲓ̀ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛⲧⲫⲉ ⲁϥⲱ//
ϣⲉⲙ ⲙ̀ⲡⲓⲭⲁⲗⲕⲓⲟⲛ : ⲁϥⲑⲣⲉϥϣⲱⲡⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ
ⲛ̀ⲟⲩⲙⲱⲟⲩ ⲉⲩⲕⲏⲃ : . . . . ⲉⲕⲉⲟⲩⲱⲣⲡ ⲙ̀ⲙⲏⲭⲁⲏⲗ
ⲡⲁⲣⲭⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉϥⲉⲣⲃⲟⲏⲑⲓⲛ ⲉⲣⲱⲟⲩ : ⲛ̀ⲧⲉ//
ϥϫⲟⲙ ⲛⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲧⲁⲕⲟ̀ ⲛ̀ⲛⲟⲩϫⲁϫⲓ . . . . . ⲓⲥ
ⲙⲏⲭⲁⲏⲗ ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲁⲓⲑⲁϣϥ
ⲉⲡⲉⲕⲧⲟⲡⲟⲥ ⲫⲏⲉⲧⲟⲩⲛⲁⲭⲱ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ϧ//
ⲏⲧϥ : ⲛ̀ⲧⲉϥⲉⲣⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲓⲛ ⲉⲣⲟⲕ ϧⲉⲛⲥⲧⲏⲙⲁ ⲛⲓ//
ⲃⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲁⲗϭⲟ ⲉⲧⲉⲛⲓⲣⲱⲙⲓ ⲛⲁϣⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲥⲱⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ//
ϩⲓⲧⲟⲧⲕ : ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲁⲃⲃⲁ Ⲓⲥⲁⲁⲕ ⲕⲟⲩϥ
ⲉⲛⲓⲕⲉⲥⲧⲱⲛⲁⲣⲓⲟⲥ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲱⲟⲩ : ϫⲉ ⲁⲙⲱⲓⲛⲓ ϫⲟⲕ
ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲫⲏⲉⲧⲁⲩⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛⲱⲧⲉⲛ :-
ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲁⲩⲓ ⲛ̀ϫⲉⲛⲓⲕⲉⲥⲧⲱⲛⲁⲣⲓⲟⲥ : ⲁⲩϯ
ⲙ̀ⲡⲓⲭⲁⲙⲟⲥ ⲉⲣⲱϥ : ⲁⲩⲭⲱ ⲛ̀ⲧⲉϥⲁⲫⲉ
ⲉϫⲉⲛ ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲱⲛⲓ : ⲁⲩϭⲱⲗⲕ ⲙ̀ⲡⲉϥⲙ//
ⲟⲩⲧ ⲉⲃⲟⲗ : ⲁⲩⲱⲗⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥⲁⲫⲉ ⲛ̀ⲧⲥⲏϥⲓ :

*Iuvenis erat natus in vico* Phre *nomi* Panopolitani *annum agens aetatis xxv. sapiens , pulcher & decorus valde ,* Isaac *nomine dictus . Hic diu noctuque deum colebat , adorabatque . Ei in agro ,* ( ut ascetae solebant ) *versanti , dum obdormisceret , Angelus Domini post illius scamnum , ubi somnum capiebat , ut eum ad evigilandum ex-*

*excitaret*, *apparuit*. *Dixitque ei*: Ave Abba Isaac, homo qui deum *vultu* spiras, & afflas, cur dormis? Certamen, quod tibi coronam comparet, expositum est: *Respondit illi* Isaac: corona ista me consolatur: (a) Tua est; ne negligas salutem tuam. Surge, vade in Taubah: siste te Praesidi, ut confitearis Christum, ut mortem subeas pro nomine Sancto eius, & stationem obtineas in regno eius sempiterno. *Quumque haec illi Angelus dixisset discessit ab eo*. *Ubi autem lux caeli clarescere coepit*, *surgens* Isaac *domum suam adiit*: Genitorem, et Matrem salutavit suam: *dixitque eis*: visito vos Genitores mei. *Qui dixerunt illi*: Quorsum vadis? *Respondit illis*: Vado ante Praesidem, ut moriar pro nomine Domini mei Iesu Christi. *Retinuerunt eum Genitores dicentes*: Non sinemus te hac mala morte mori. *Nocte media ei* (*iterum*) *apparuit Angelus Domini domum totam mirum in modum illuminans*. *Dixit Angelus ei*: Ave Abba Isaac, Dominus tecum: *Respondit ei*: Gratia tua sit mecum. *Ille vero*, *qui forinsecus in domum eius fuerat missus*, *dixit ei*: sustine ut accipias coronam tuam incorruptibilem. Dico enim tibi; quod corona tua, & thronus tuus in caelis est: noli timere, ego tecum sum donec martyrium tuum consummes. Maxima subibis supplicia pro nomine Christi. Sed confortare: veniam ego, ut tibi robur adiiciam. *Haec quum dixisset Angelus evolavit in Caelos*.

„ *Praeterea in Hormes ad penultimum caldarii* „ *effervescentis*, *in quo*, *iubente Ariano*, *immergendus erat*, *supplicium*, *Isaaco deum oranti*, *ut mitteret Angelum*, *quemadmodum miserat ad* „ tres

(a) Niſi aliquid in textu omiſſum ponas, neceſſe eſt, ut ea, quae proxime reſpondit Iſaac, dicta intelligas per *anticipationem*; qua ſcilicet ex repentino exſultantis animi impetu reſpondere feſtinans praeoccuparit exitum Angelici ſermonis, quaſi qui viſus fuerit interrumpere velle verba Angeli, tametſi ea revera non interruperit. Nam Angelus, Iſaaco licet interloquente, oraculi ſui verba, quae ſemel coeperat, continenter proſequi, & ſine ulla morula abſolvere rite perrexit.

„ tres *pueros in fornacem ignis tempore Regis Nabu-* „ *chodonosoris* „ *ecce statim* Michael *Archangelus descendit de caelo* , *exstinxit caldarii fervorem* , *ut fieret sicut aqua miti ac leni aura refrigerata* .

„ *Tandem in oratione* , *quam habuit ad Christum Dominum sibi in visu praesentem* , *antequam* „ *caput* , *ex Praesidis* Ariani *sententia amputandum* „ *subiiceret gladio* , *supplex inter caetera ita ipsum* „ *exoravit* „ : Mitte Michaelem Archangelum , ut auxilium ( *meo vico* , *eiusque incolis* ) praestet : ut eis robur viresque praebeat , & disperdat inimicos eorum . „ *Christus vero praeter alia plura & id ei spondet hisce* „ *ferme verbis* : „ ecce Michael Archangelorum maximus locum tibi statuit , in quo corpus tuum collocabitur , ut tibi ministerium omni cum honore praestetur , dum per te sanationum prodigia fient in hominibus , qui eas per te postulabunt .

*Post haec Abbas Isaac vertens se ad tortores dixit eis* : Venite : perficite in me quod vobis imperatum est . *Sicque accesserunt carnifices* ; *imposuerunt ei camum* , *aptarunt caput eius super magnum lapidem* : *extenderunt iuncturas colli* , *eique caput amputarunt* (a) .

Acta , ex quibus pauca haec excerpta de S. Martyre *Isaaco* hactenus dedimus , sunt quidem recenti calamo , sed sincera integraque fide ab Episcopo nostro Tukio descripta ex codice *Vaticano Schetensi* , exarato anno Martyrum 641 . idest an. Christianae aere 925 . , qui annus *sextus* est ab ordinatione *Cosmae* Patr. LVIII. et *septimus*

f ante

(a) S. Iſaac Tephrenſis martyrio conſumatus eſt ⲛ̀ⲥⲟⲩ ⲋ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲡⲁϣⲟⲛⲥ , die 6. Maii Aegyptii , 1 Latini . Interiora domus eius vertit in Eccleſiam Chiſtophorus ipſe vitae ſcriptor , & teſtis oculatus ⲛ̀ ⲏ̅ ⲛ̀ⲁⲃⲟⲧ... die 8. menſis , 3. forſan eiuſdem menſis Maii iuxta latinos : eamque epiſcopus conſecravit ⲛ̀ⲥⲟⲩ ⲋ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲧⲱⲃⲓ , 6 Tobi , ideſt 1. Ianuarii more romano .

ante illius obitum secundum canonem *Abulbircat* apud Renaudotium in H. Patr. Quod totum intelliges ex sequenti epigraphe.

### Ⲁⲩϫⲉⲙϥ ϧⲉⲛ ⲧⲩⲡⲟⲥ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ ⲉⲥϧⲏⲟⲩⲧ ⲛⲁⲓⲣⲏϯ

ϧⲉⲛ ϥⲣⲁⲛ ⲛ̀ⲫⲓⲱⲧ : ⲛⲉⲙ ⲡϣⲏⲣⲓ : ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ : ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲁⲓ ⲁⲅⲁⲑⲟⲛ ⲛ̀ϣⲉⲛⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲁⲓ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲡϫⲱⲙ ⲛ̀ⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲙⲁⲓⲛⲟⲩϯ ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲟⲗⲑⲁ ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲡ̅ⲛ̅ⲁⲧⲓⲕⲟⲛ ⲁϥⲧⲏⲓϥ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉϯⲁⲅⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉϣⲓϩⲏⲧ ϧⲉⲛ ⲡⲥⲓⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁⲃⲃⲁ ⲕⲱⲥⲙⲁ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏ ⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲁⲕⲟϯ :- ⲉϥⲟⲓ ⲛ̀ⲡⲣⲉϥϣⲱϣ ⲉϫⲉⲛ ϯⲕⲁⲑⲉⲇⲣⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲇⲓⲁⲕⲱⲛ Ⲓⲁⲕⲱⲃ ϧⲉⲙ ϯⲙⲁϩ ⲭⲙⲁ̂ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ : ⲕϯⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓⲁ ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩⲓ ⲁⲛⲟⲕ ϧⲁⲡⲓϫⲱⲃ ⲛ̀ⲡⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲉⲧⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲡ̅ⲛ̅ⲁⲧⲓⲕⲟⲛ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲟⲗⲑⲁ ⲧⲉⲛⲁ̂ⲟ̂ⲥ ⲓ̂ⲏ̂ⲥ ⲭⲁⲛⲁⲛⲟⲃⲓ ⲛⲏⲓ ⲉⲃⲟⲗ : ⲛⲉⲙ ⲛⲁϣⲱⲧϥ ⲧⲏⲣⲟⲩ.

*Ita scriptum in priori forma*, ( idest in *Archetypo* ) *inventum est*.

*In nomine Patris*, & *Filii*, & *Spiritus Sancti*: *Factum est hoc bonum exemplar istius parvi libelli ex placito* & *nutu Patris nostri Abraham hujus congregationis*, & *Filiorum eius spiritualium*, *illatumque est in sanctam ecclesiam S. P. N. Abbatis Macarii Schetis*; *tem-*

*tempore S. P. N. Abbatis Cosmae Archiepiscopi Alexandriae, quum esset Lector super cathedram Patris N. Macarii Diaconus Iacobus anno martyrum* DCXLI. *Tu qui poenitentiam agis memento mei miseri peccatoris Theodori Filii spiritualis Patris mei Abraham Patris Congregationis, ut Dominus meus Iesus Christus eripiat, & liberet me a peccatis* ( in alia epigraphe, quae ipsissima fere est ac prior ista, ⲛⲉϣⲱϥⲧ *additur*, ) & *a lapsibus meis*.

III. „ Ex actis vero S. Martyris *Epime de S. Michaele* „ *Archangelo*, haec habentur. I. *Postquam interrogationes*, & *responsa varia inter Culcianum Praesi-* „ *dem* ⲡⲉⲙϫⲉ *Temgie* & *Abbatem Epime praeces-* „ *serunt, hunc tandem Culcianus ipse erupit* „.

ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛⲁϥ : ϫⲉ ⲭⲟⲩⲱϣ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲧⲁ=
ⲕⲟ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲥⲁⲣⲝ: ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲛⲁϥ: ϫⲉ ⲫⲏ ⲉⲧⲉϩ=
ⲛⲁⲕ (l. ⲉⲧⲉⲛϩⲁⲕ) ⲁⲣⲓⲧϥ ⲛⲏⲓ: ϥϣⲟⲡ ⲛⲉⲙⲏⲓ ⲛ̀ϫⲉ=
ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲉϥϯϫⲟⲙ ⲛⲏⲓ: ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ
ⲛⲁϥ : ϫⲉ ϯⲛⲁⲧⲥⲱⲗⲡ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲗⲁⲥ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲁ=
ⲧⲉⲛⲫⲓⲣⲓ ⲉⲛⲁⲓ ⲣⲁⲛ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲕ ⲙ̀ⲡⲁ=
ⲙ̀ⲑⲟ: ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲛⲁϥ : ϫⲉ ⲕ=
ⲉⲙⲡϣⲁ ⲁⲛ ⲣⲱ ⲉⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲛⲁⲓ ⲣⲁⲛ ϫⲉ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅
ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲓ:- ϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲇⲉ ⲁϥϫⲱⲛⲧ ⲉⲙⲁϣⲱ ⲁϥⲑⲣⲟ=
ⲩⲓⲛⲓ ⲛⲁϥ ⲛ̀ⲟⲩⲑⲟⲕ ⲛ̀ⲕⲟⲣⲉⲩⲥ ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲥⲱⲗⲡ ⲙ̀=
ⲡⲉϥⲗⲁⲥ ⲉⲃⲟⲗ : ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲟⲗϥ ⲉⲡⲓϣⲧⲉ=
ⲕⲟ ⲛ̀ⲥⲉⲧⲁϫⲣⲟϥ ϧⲉⲛ ⲡⲓϣⲉ ϣⲁⲡⲉϥⲣⲁⲥϯ :-
ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲉϥⲭⲏ ϧⲉⲛ ⲡⲓϣⲧⲉⲕⲟ:
ⲁϥⲫⲱⲣϣ ⲛ̀ⲛⲉϥϫⲓϫ ⲉⲃⲟⲗ ⲁϥϣⲗⲏⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥ=
ϩⲏⲧ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁϥϯⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲫϯ: ϩⲏⲡⲡⲉⲓⲥ Ⲡⲓⲁⲣ=
ⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲁϥⲓ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ
ⲧⲫⲉ ⲁϥⲉⲣⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲉϥⲣⲱϣ ⲛⲉⲙ ⲡⲉϥⲗⲁⲥ:

 ⲟⲩⲟϩ

ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲥⲁϫⲓ ⲉϥⲥⲙⲟⲩ ⲉⲫϯ:· ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲁⲛ ϧⲉⲛ ⲡⲓϣⲧⲉⲕⲟ ⲛⲁⲩⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲣⲟϥ ⲉϥⲥⲙⲟⲩ ⲉⲫϯ. Tu vis ut carnem tuam excidio conſiciam & perdam : *Respondit illi Sanctus* : Quod tu credis , fac in me : ille qui mecum est Dominus meus Iesus Christus mihi dat robur et vires : *Dixit ei Praeses* : Amputabo tibi tuam hanc linguam , ne amplius pronuncies ore tuo nomen hoc IESU coram me . *Respondit ipse Epime* : Hoc , quia non es dignus audire nomen istud , Domini mei Iesu. *Praeses vero vehementer iratus accedere fecit qui novacula tonsoris amputaret ei linguam : ipsumque iussit in carcerem rapi* , & *in ligno* ( in equuleo , nempe ) *constringi ad diem usque crastinum . Sanctus autem Apa Epime in carcere positus , expansis manibus orabat in corde suo* , & *glorificabat deum : Et ecce Archangelus Michael descendens de caelo obsignavit os* & *linguam eius* : *et loquutus est benedicens deum* : Eumque benedicentem Deum audiebant omnes , qui in carcere erant .
„ *II. Crastina die Culcianus iterum ad tribunal adduci iussit sanctum hominem* Epime . *Quumque eum loquentem audisset , obstupuit . Mox tamen sic ei praecepit* : veni nunc , Epime ut diis sacrifices , & te dimittam : *cui statim respondens* Epime , *quum dixisset* , absit a me in aeternum , ut *profanos* , & *impuros deos* tuos adorem , *sed unum* Dominum meum Iesum Christum *semper adorabo* ; *iussus continuo est* , in ⲉⲡⲓⲉⲣⲙⲉⲛⲧⲁⲣⲓⲟⲛ , *in caldarium scilicet effervescentis ebullientisque aquae coniici* ; *unde post horrendos cruciatus in carcerem iterum ductus est* . „ *Heic* : ϧⲉⲛ ⲧⲫⲁϣⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲉϫⲱⲣϩ ⲁϥⲫⲟϩⲓⲉⲣⲁⲧϥ ⲥⲁⲛⲡⲥⲱⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲉⲑ̂ⲩ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ: ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ: ϫⲉ ϯϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲁⲕ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲉⲧⲁϥⲧⲟⲩⲟⲣⲡⲧ ϣⲁⲣⲟⲕ ⲉⲑⲣⲓⲧⲁⲗϭⲟⲕ. Ⲡⲓⲙ

ⲁⲣⲙ

ⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲇⲉ ⲁϥⲥⲟⲩⲧⲉⲛ ⲧⲉϥϫⲓϫ ⲉⲃⲟⲗ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ : ⲁϥⲉⲣⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲁϥⲧⲁⲗϭⲟϥ : ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϯϫⲟⲙ ⲛⲁϥ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲣⲉⲣϩⲟϯ : ϯϣⲟⲡ ⲛⲉⲙⲁⲕ ϣⲁⲧⲉⲕϫⲱⲕ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲁⲅⲱⲛ ⲉⲃⲟⲗ : *Nocte media super eum praesens adstitit Archangelus S. Michael, eique dixit*; Pax tibi: Dominus me misit ad te, ut te sanem. *Archangelus vero extendit manum suam super corpus sancti*, & *illud obsignans sanitati restituit*; *atque corroboravit dicens*: Noli timere: tecum sum usque dum agonem tuum consummes. III. „ Deinde S. Christi Confessor Epime a Culciano tamquam Magus *insignis ad* Armenium *Alexandriam missus comites secum habuit in navi*: ⲉⲣⲉ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲥⲁⲟⲩⲓⲛⲁⲙ ⲙ̀ⲙⲟϥ : ⲉⲣⲉ ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ ⲥⲁϫⲁϭⲏ ⲙ̀ⲙⲟϥ : *Michaelem ad dexteram*, & *Gabrielem ad sinistram*. *IV*. „ *Daemoniacus in carcere Alexandrino ibi intrusum vidit* S. Epime, *magna voce clamavit*: ϫⲉ ϯⲛⲁⲧⲁⲥⲑⲟⲓ ⲁⲛ ϫⲉ ⲉⲓⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲣⲟⲕ ⲛ̀ⲕⲉⲥⲟⲡ : ⲱ ⲇⲓⲟⲛⲏⲥⲓⲟⲥ ⲡϣⲏⲣⲉ ⲛ̀ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ ⲡⲓⲇⲟⲙⲉⲥⲧⲓⲕⲟⲥ :- ⲱ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲉⲑⲃⲉ ϯϩⲟϯ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲉⲑⲙⲟϣⲓ ⲛⲉⲙⲁⲕ :- ⲟⲩⲟϩ ϯⲛⲁϣϫⲉⲙϫⲟⲙ ⲁⲛ ⲥⲟϩⲓ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲙⲁ ⲫⲁⲓ :- ⲟⲩⲟϩ ⲥⲁⲧⲟⲧϥ ⲁϥⲣⲱϧⲧ ⲙ̀ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲁϥⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ :- ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲁϩⲏⲧ ⲙ̀ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ ⲥⲉⲙⲛⲓ ⲉⲣⲟϥ ⲁϥϩⲓⲧϥ ⲉϧⲣⲏⲓ ϧⲁⲛⲉⲛϭⲁⲗⲁⲩϫ ⲙ̀ⲫⲏ ⲉⲑ̅ⲩ̅ ⲁϥⲟⲩⲱϣⲧ :- Ⲡⲓⲣⲉϥϩⲁⲣⲉ ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϣⲧⲉⲕⲟ .... ⲁϥⲉⲣϣⲫⲏⲣⲓ :
„ ( *Daemon scilicet per os energumeni dicens*: ) Non revertar certe in eum denuo ! O Dionysi Fili Theodori Domestici ! O sancte Apa Epime ! propter metum S. Archangeli Michaelis, qui tecum incedit, iam non possum in hoc ipso loco fallaces meas argutias serere: & *statim de-*

*deiecto homine in terram , ab eo exivit ; ipse vero homo in animi tranquillitate positus procidit ante pedes sancti;eique in morem adorantis obsequium praestitit.Carceris vero custos... obstupuit. V. „Post innumera sanationum prodigia a S.Epi-„ me in carcere patrata , ubi* Armenius *intellexerat*, *„ quam forti & invicto animo reiecerat ille honores „ centurionis sibi in ordine militari oblatos , ne diis „ thura adoleret,* ⲁϥϫⲱⲛⲧ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙ̀ⲃⲟⲛ ⲁϥⲉⲣⲕⲉ-ⲗⲉⲩⲓⲛ ⲉⲑⲣⲟⲩⲁϣϥ ⲉⲡⲓⲉⲣⲙⲏⲛⲧⲁⲣⲓⲟⲛ ⲛⲥⲉϩⲱⲕⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϣⲁⲧⲉⲛⲉϥⲕⲁⲥ ⲟⲩⲱⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ :- ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲁϥϥⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲉⲥϥⲃⲁⲗ ⲉⲡϣⲱⲓ ⲉ-ⲧⲫⲉ ⲉϥⲁϣⲓ ⲉⲡⲓⲉⲣⲙⲏⲛⲧⲁⲣⲓⲟⲛ : ⲁϥⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ ⲉϥϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲁⲣⲓⲃⲟⲏⲑⲓⲛ ⲉⲣⲟⲓ ϧⲉⲛ ⲧⲁⲓ ⲁⲛⲁⲅⲕⲏ ⲉϯⲭⲏ ⲛ̀ϧⲏⲧⲥ :- ⲉⲧⲓ ⲉϥⲥⲁϫⲓ ϩⲏⲡⲡⲉⲓⲥ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲁϥⲉⲣⲡⲥⲙⲟⲧ ⲛ̀ⲟⲩϭⲣⲟⲙⲡⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲃϣ ⲁϥⲟⲩⲟϩ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲧⲁⲫⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ :- ϧⲉⲛ ϯⲟⲩⲛⲟⲩ ⲁⲛⲉϥ-ϭⲛⲁϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲃⲱⲗ ⲉⲃⲟⲗ : - ⲟⲩⲟϩ ⲁⲡⲓⲉⲣⲙⲏ-ⲛⲧⲁⲣⲓⲟⲛ ⲕⲱϣ ϧⲉⲛ ⲧⲉϥⲙⲏϯ ⲁϥⲉⲣⲥⲛⲁⲩ:ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟϩⲓⲉⲣⲁⲧϥ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲃⲏⲙⲁ ⲙ̀ⲙⲟⲛϩⲗⲓ ⲛ̀ⲧⲁ-ⲁⲕⲟ ϣⲟⲡ ⲙ̀ⲙⲟϥ : *Iratus cum furore* ( Armenius ) *iussit parari suspendique caldarium,in quo demersus teneretur, donec ossa eius nuda apparerent . Sanctus autem Abbas Epime oculos in Caelum elevavit dicens* : Domine mi Iesu Christe adiuva me in hac necessitate positum. *Ut autem haec dixit;ecce Michael Archangelus qui assumpta specie Columbae candidae sedit super caput sancti : eoque temporis momento omnia vincula eius soluta sunt : Caldariumque medium in partes duas scissum est ; & ipse stetit super gradum elatiorem* Bematis *sine ulla prorsus laesione.VI.„Armenius cui amissam, blasphemiae caussa, loquelam Abbas „ Epime, intercedente Iulio,magno miraculo, restituerat „* .

ⲁϥ-

Digitized by Google

ⲁϥⲉⲣⲕⲉⲗⲉⲩⲓⲛ ⲉⲑⲣⲟⲩⲱⲗⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ
ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲉ ⲉ†ⲥⲉⲓⲱⲟⲩⲛⲓ (a) ⲉϥϭⲟⲛϩ ⲙ̀ⲡⲉϥϫⲓϫ ⲛⲉⲙ
ⲛⲉϥϭⲁⲗⲁⲩϫ: ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉϩⲓⲧϥ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲡⲓⲙⲁ=
ⲁ̀ⲛⲑⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲉ†ⲥⲉⲓⲱⲟⲩⲛⲓ ⲛ̀ⲥⲉⲑⲱⲕ ⲉϫⲱϥ: ⲟⲩⲟϩ
ⲁⲩϭⲟⲛϩϥ ⲁⲩϩⲓⲧϥ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲡⲓⲙⲁⲛ̀ⲑⲱⲕ. ⲛ̀ⲧ
ⲛⲉϩⲟⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲧ ⲛ̀ⲉϫⲱⲣϩ :- ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁϥⲧⲱ=
ⲃϩ ⲙ̀ⲫ† ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ...... †ⲛⲟⲩ ϭⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅
ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲣⲟⲓ ⲛⲁϩⲙⲉⲧ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲑⲙⲏ† ⲙ̀ⲡⲁⲓ
ⲭⲣⲱⲙ...... ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ †ⲟⲩⲛⲟⲩ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ⲓⲥ
ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲁϥⲓ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉⲃⲟⲗ
ϧⲉⲛ ⲧⲫⲉ: ⲁϥϣⲉ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲡⲓⲙⲁⲛ̀ⲑⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲉ†=
ⲥⲉⲓⲱⲟⲩⲛⲓ ϣⲁⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲁϥⲫⲱⲣϣ
ⲙ̀ⲡⲉϥⲧⲉⲛϩ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓϫⲱϥ: ⲟⲩⲟϩ ⲁ=
ϥⲑⲣⲉ ⲡⲓϣⲁϩ ⲙ̀ⲭⲣⲱⲙ ⲉⲣⲙ̀ⲫⲣⲏ† ⲛ̀ⲟⲩⲛⲓϥ ⲛ̀ⲓ=
ⲱ† ⲉϥⲥⲱⲕ ⲙ̀ⲫⲛⲁⲩ ⲛ̀ϣⲱⲣⲡ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϫⲉ ⲙⲓ=
ⲭⲁⲏⲗ ⲛⲁϥ: ϫⲉ ϭⲣⲟ ⲙ̀ⲙⲟⲕ: ⲟⲩⲟϩ ϫⲉⲙⲛⲟ=
ⲙ† ⲡⲓϣⲱⲓϫ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟⲩⲣⲟ. ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ
ⲉⲧⲁⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲟⲣⲡⲧ ϣⲁⲣⲟⲕ: ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲁⲉⲣⲃⲟⲏ=
ⲑⲓⲛ ⲉⲣⲟⲕ :- ϧⲉⲛ †ⲛⲟⲩ ⲁⲛⲓϭⲛⲁⲩϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲃⲱⲗ
ⲉⲃⲟⲗ: ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲧⲱⲛϥ ⲁϥⲟϩⲓⲉⲣⲁⲧϥ ϩⲓϫⲉⲛ
ⲛⲉϥϭⲁⲗⲁⲩϫ :- Ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲇⲉ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲛⲓⲅ̅ ⲛ̀=
ⲉϩⲟⲟⲩ...... ⲁϥⲧⲱⲛϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲁϥϣ=
ⲉⲛⲁϥ ⲉ†ⲥⲉⲓⲱⲟⲩⲛⲓ ⲉϥⲟⲩⲱϣ ⲉϫⲱⲕⲉⲙ

ⲁϥ=

(a) ⲧⲥⲉⲓⲱⲟⲩⲛⲓ vocabulum, quod in memphiticis actis SS. MM. noſtrorum perſaepe occurrit, idem eſt ac Thebaicum ⲧⲥⲓⲟⲟⲩⲛ in fragm. martyrii S. Diaconi *Paneſniv*. Concilium, aedeſque concilii non male, credo, nos interpretati ſumus. Locus enim haud dubie erat, quo ſententiam, iudiciumque laturi de caede reorum, omnes ſimul publicae iuſtitiae adminiſtri a Principe conſtituti, conveniebant. Quamobrem & †ⲇⲓⲕ=ⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ, iudiciale forum in his ipſis memphiticis actis S. Abbatis Anub dictum invenimus.

ⲁϥⲃⲁϣϥ ⲙ̀ⲡⲉϥϩⲃⲱⲥ : ϫⲉ ϥⲛⲁϫⲱⲕⲉⲙ : ⲁϥ//
ⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ : ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϫⲁ//
ϥ : ϫⲉ ⲁⲕϭⲓϣⲓⲡⲓ ⲱ̀ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲡⲓⲙⲁⲅⲟⲥ : ⲁϥ//
ⲑⲱⲛ ϯⲛⲟⲩ ⲡⲉⲕⲛⲟⲩϯ ⲙⲁⲣⲉϥⲛⲁϩⲙⲉⲕ ⲉⲃⲟⲗ
ϧⲉⲛ ⲛⲁϫⲓϫ .- ⲉⲧⲓ ⲉϥⲥⲁϫⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ϩⲏ//
ⲡⲡⲉⲓⲥ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲁϥϥⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲓ//
ⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲁϥⲧⲁϩⲟϥ ⲉⲣⲁⲧϥ ⲙ̀ⲡⲉ//
ϥ́ⲙⲑⲟ ϧⲉⲛ ⲑⲙⲏϯ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲙⲁⲛ̀ϫⲱⲕⲉⲙ . ⲉⲧⲁ//
ϥⲛⲁⲩ ⲇⲉ ⲉⲣⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲡⲓⲇⲁ//
ⲟⲩⲍ ⲁϥⲙⲟϩ ⲛ̀ϫⲱⲛⲧ ⲉⲙⲁϣⲱ :- ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟⲩ//
ⲁⲥⲑⲟϥ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ϯⲥⲉⲓⲱⲟⲩⲛⲓ ⲙ̀ⲡⲉϥϫⲱⲕⲉⲙ
ϧⲉⲛ ⲡⲓϩⲣⲟⲟⲩ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ : *iussit* ( Armenius ) *ut adduceretur* Beatus Apa Epime *in concilium vinctis manibus, ac pedibus , & in ustrinam concilii coniiceretur vrendus: atque ita ligatum iniecerunt eum in ustrinam aedium concilii , ibique dies noctesque tres reliquerunt . Sanctus vero deum orabat dicens* : Nunc igitur Domine exaudi me , & libera me de medio huius ignis : *Et in eo instanti temporis ecce* Michael Archangelus , *qui descendens de Caelo ingressus fuerat in ustrinum Concilii ad S.Apa Epime , lucidis alis suis super eum expansis , fecit flammam ignis sicut ventum roris flantem hora prima matutina . Et dixit Michael ad eum* : Victoria tibi : Et tu athleta Regis consolare . Ego sum Michael a Domino missus ad te , ut tibi auxilium praestem . *Tunc solutis repente cunctis vinculis eius stetit super pedibus suis . Factum est autem post dies tres . . . . . . ut* Armenius *in memoriam sibi revocans S. Apa Epime ingrederetur aedes concilii* ; *& volens ipsum in ebullientes aquas immergere, vestibus eum nudari iussit* ; *erat enim eum immersurus* ; *& dixit ad illum* ; verecundare tu , o Mage Epime . Ubi nunc est Deus tuus , qui te liberet de manibus meis ? *Quumque haec* Armenius *dixisset* , *ecce* Archangelus Michael, *qui sustulit*

S. *Apa*

*S. Apa* Epime,*ex illius conspectu,& e medio loci, ubi erat efferveſcens lavacrum . Quo viso* Armenius *dux vehementi ira plenus,regreſsus ex concilii aedibus,illo die eum non immerſit.*

VII. ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁϥϯⲙ̀ⲡⲉϥⲟⲩⲟⲓ ⲉ̀ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ
ⲡⲉϫⲁϥ : ϫⲉ ϥⲟⲛϧ ⲛ̀ϫⲉⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲫ︦ϯ ⲡⲓⲡⲁⲛⲧⲟⲕ//
ⲣⲁⲧⲱⲣⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ ⲛⲉⲙ ⲡⲁⲥⲱⲙⲁ : ϫⲉ ⲛ̀//
ⲛⲉⲕϣⲉ ⲛⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲧⲁⲓ : ϣⲁⲧⲉⲕϯ ⲁⲡⲟⲫⲁⲥⲓⲥ
ⲉⲣⲟⲓ :- (a) ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲇⲉ ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲉϥϣϫⲉⲙϫⲟⲙ
ⲛ̀ⲉⲣⲫⲁⲓ ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲙⲏϣ ⲛ̀ϯⲡⲟⲗⲓⲥ : ϫⲉ ⲛⲁⲩⲛⲉⲓ
ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲓⲛⲓϣϯ ⲙ̀ⲙⲏ//
ⲓⲛⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓϣⲫⲏⲣⲓ ⲉⲧⲁϥⲓⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ϥⲣ//
ⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲭ̅ⲥ̅ :- ϧⲉⲛ ϯⲟⲩⲛⲟⲩ ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲓⲛⲓ ⲛⲁϥ
ⲛ̀ⲟⲩⲙⲟⲩⲓ : ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲗⲁⲃⲟⲓ : ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲡⲁⲣⲇⲁⲗⲓⲥ :
ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲗⲉⲟⲡⲁⲣⲇⲟⲥ ⲁϥⲧⲁⲗⲟⲩ ⲉⲟⲩⲥⲕⲁⲫⲟⲥ :
ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲉϥϭⲟⲛϩ ⲛ̀ⲛⲉϥϫⲓϫ
ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥϭⲁⲗⲁⲩϫ : ⲛⲥⲉϫⲱⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉⲃⲟⲗ
ϧⲉⲛ ⲫⲓⲟⲙ ⲛ̀ⲅ̅ ⲛ̀ⲉϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲟϣⲓ :- ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲇⲉ
ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲛⲁϥϩⲱⲥ ⲉⲫϯ ⲡⲉ ϧⲉⲛ ϯϩⲱⲇⲏ
ⲛ̀ⲧⲉⲇⲁⲛⲓⲏⲗ :- ϧⲉⲛ ⲡⲓϫⲱⲕ ⲇⲉ ⲛ̀ⲛⲓⲉϩⲟⲟⲩ ⲁⲡⲓⲁⲣ//
ⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲓⲛⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲕⲁⲫⲟⲥ ⲉⲡⲓⲭ//
ⲣⲟ : ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲉⲣⲉⲡⲓⲑⲏⲣⲓⲟⲛ
ⲗⲱϫϩ ⲉⲛⲉϥϫⲓϫ ⲛⲉϥϭⲁⲗⲁⲩϫ :- ⲉⲧⲁϥⲛⲁⲩ ⲇⲉ
ⲉⲣⲟϥ ⲛ̀ϫⲉⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲁϥⲉⲣϣⲫⲏⲣⲓ ⲉⲙⲁϣⲱ : ⲛ̀//



(a) ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲕϣⲉⲛⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲧⲁⲓ : ϣⲁⲧⲉⲕϯ ⲁⲡⲟⲫⲁⲥⲓⲥ ⲉⲣⲟⲓ : *Quia tu* ( animam meam ) *non educes ex hoc* ( corpore ), *niſi ultimam ſententiam in me feras* . Significare nempe voluit, hanc eſſe dei voluntatem, ut a ceteris omnibus, licet immaniſſimis, cruciatibus, ad chriſtianae fidei gloriam, & converſionem gentium, ſalvus & liber mirabiliter evaderet, donec mortis ſententia ſuum conſummaret martyrium. Quid vero ſit *ἀπόφασις*, vide apud Doctiſ. V. Du-Cange in Gloſſario Gr.

ⲁϥⲙⲉⲩⲓ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥϩⲏⲧ : ϫⲉ ⲁⲛⲓⲑⲏⲣⲓⲟⲛ ⲟⲩⲛⲟⲩϥ ⲟⲩⲱⲙϥ :- ⲁϥⲉⲣⲟⲩⲱ ⲛ̀ϫⲉⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ : ϫⲉ ϭⲓϣⲓⲛⲓ ⲕⲁⲕ ⲱ̀ ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ : ϫⲉ ⲧⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲁϥⲟⲩⲱⲣⲡ ⲙ̀ⲡⲉϥⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲁϥⲛⲁϩⲙⲉⲧ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲫⲓⲟⲙ ⲛⲉⲙ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲑⲏⲣⲓⲟⲛ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲁϯϣⲓⲛⲓ ⲛⲁⲕ ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲕⲛⲟⲩϯ ⲉⲧϭⲁϧⲉⲙ. Ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲫⲱⲣϣ ⲙ̀ⲡⲓⲃⲏⲙⲁ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲧⲟⲡⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲣⲁⲑⲁⲗⲁⲥⲁ: ⲉϣⲁⲩⲙⲟⲩϯ ⲉⲣⲟϥ : ϫⲉ ⲡⲟⲥⲓⲇⲱⲛ ϩⲓϫⲉⲛ ⲫⲓⲟⲙ . (a) *Sanctus autem accedens ad Armenium dixit* : Vivat Dominus Deus omnipotens , Dominus animae meae , & corporis mei ; quia tu eam ex hoc non educes : nisi ultimam mortis ſententiam in me feras . *At hoc facere Armenius non poterat propter multitudinem populi civitatis ; quod hoc tempore tota reverenter intenta esset in sanctum Apa Epime ob signa maxima , & opera stupenda , quae faciebat in nomine Christi . Tunc adducti Leo , Ursus , Panthera , & Leopardus in scapham invecti sunt una cum Sancto Apa Epime manus pedesque vinculis obstricto : eumque in mare impulsum fluctibus commiserunt itinere trium dierum . Sanctus autem Abbas Epime Deo divinum carmen cantabat Danielis . Quum vero compleretur triduum , Archangelus Michael scapham , & Sanctum Apa Epime , cui manus & pedes*

(a) ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲫⲱⲣϣ ⲙ̀ⲡⲓⲃⲏⲙⲁ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲧⲟⲡⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲣⲁⲑⲁⲗⲁⲥⲁ ⲉϣⲁⲩⲙⲟⲩϯ ⲉⲣⲟϥ : ϫⲉ ⲡⲟⲥⲓⲇⲟⲛ ϩⲓϫⲉⲛ ⲫⲓⲟⲙ. Convenit cum Strabone qui lib. 17. p. 1144. deſcribens Alexandrinae urbis , & cetera eius regiae magnificentiae ornamenta , hunc etiam locum verbis hiſce deſignat : *ſupra hanc* ( inſulam Antirrhodum ) *theatrum eſt* . Poſtea τὸ ποσίδιον *Poſidion* , cubitus *quidam ab Emporio , qui vocatur deflectens* , ἔχων ἱερὸν ποσειδῶνος *habens Neptuni templum* ; adeo ſcilicet actorum noſtrorum ſcriptor *Iulius* in ſingulis etiam iſtius martyrii locis deſcribendis accuratus eſt .

*pedes lingebant bestiae , reduxit ad littus . Ut haec vidit Armenius admiratus est vehementer . Dicebat enim intra se :* Ferae bestiae eum comedere recusarunt ? *Respondit Apa Epime :* pudori tibi sit , o Armenie : quoniam Dominus Iesus Christus misit Angelum suum , qui me liberavit a mari , & a bestiis , ut tu , & dii tui profani immundique pudore afficiamini . *Armenius autem erigi fecit tribunal suum in loco mari finitimo , qui vocatur* Neptunus *iuxta mare .*

VIII. ⲑⲉⲟⲫⲁⲛⲏⲥ ⲇⲉ ⲡ̀ⲓⲧⲟⲙⲏⲥⲧⲓⲕⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲥⲁ-ⲱⲧⲏⲣⲓⲭⲟⲥ ⲡⲓⲥⲩⲙⲃⲟⲗⲟⲥ ⲁⲩⲕⲟⲧⲟⲩ ⲉⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲡⲉϫⲱⲟⲩ ⲛⲁϥ : ϫⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ ⲁⲣⲓⲉⲝⲱⲣⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲱⲙⲓ ⲉϧⲣⲏⲓ ⲉⲭⲏⲙⲓ ⲛ̀ⲧⲟⲩϩⲟⲧⲃⲉϥ ⲙ̀ⲙⲟⲁⲩ . ϫⲉⲟⲩⲏⲓ ⲁϥϣⲁⲛⲉⲣⲃⲁⲥⲁⲛⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϧⲉⲛ ⲛⲁⲓⲙⲁ ⲥⲉⲛⲁⲉⲓⲱⲛⲓ ⲉϫⲟⲕ ⲟⲩⲟϩ ⲥⲉⲛⲁϩⲓⲭⲣⲱⲙ ⲉⲣⲟⲛ : ⲁⲛⲟⲛ ⲅⲁⲣ ⲧⲉⲛⲥⲱⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲁⲡⲟⲗⲓⲥ ϩⲁⲛⲧⲁⲥⲓⲁⲥⲧⲏⲥ ⲛⲉ : ⲟⲩⲟϩ ⲥⲉⲛⲁϯⲁⲥⲟ ⲉⲣⲟⲛ ⲟⲛ :- ⲉⲧⲓ ⲉⲣⲉ ⲛⲁⲓ ϣⲟⲡ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ :- ⲁϥⲓ̀ ⲉϧⲟⲩⲛ (a) ⲉⲣⲁⲕⲟϯ ⲛ̀ϫⲉϩⲉⲣⲟⲕⲉⲗⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ : ⲛ̀ⲑⲟϥ (b) ⲛⲉⲙ ⲥⲉⲃⲉⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ :



(a) ⲁϥⲓ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲣⲁⲕⲟϯ ⲛ̀ϫⲉϩⲉⲣⲟⲕⲉⲗⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ: *Ingreſſus eſt Alexandriam Herocelianus Praeſes.* Eſt is haud dubie *Hierocles*, cuius nomen *Aegyptii, ut ex Diocles Diocletianum, ſic ex Hierocles Herocelianum* corrupte fecerunt. Sed non eſt ingreſſus ut Praefectus Auguſtalis. Plerisque eruditorum perſuaſum eſt Hieroclem a Diocletiano fuiſſe miſſum ad hanc praefecturam gerendam. Sed ſi fides praeſtanda eſt *Iulio* noſtro, miſſus quidem a Diocletiano fuit Praefectus ad alias urbes Aegypti, de quibus mox dicam , ſed non ad Alexandriam regendam .

(b) ⲛⲉⲙ ⲥⲉⲃⲉⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲉⲁⲧⲁⲓϥ ⲛ̀ⲇⲟⲩⲝ ⲉⲙⲁⲣⲏⲥ : *& Sebaſtianus dux Thebaidis.* Sebaſtianus, de quo acta noſtra loquuntur, falſorum numinum cultor erat & chriſtiani ſanguinis ſitiens; ideoque a Diocletiano *ſecundo* , ut ego coniicio , perſecutionis anno ideſt an. 304. miſſus , tamquam *Dux* non Aegypti , ſed Thebaidis . Nec is eſſe potuit ille idem *Se-*

ⲉⲁⲩⲁⲓϥ ⲛ̀ⲇⲟⲩⲝ ⲉⲙⲁⲣⲏⲥ:(a)ϩⲉⲣⲟⲕⲉⲗⲗⲓⲁⲛⲟⲥ ϩⲱϥ ⲁⲩⲁⲓϥ ⲛ̀ϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲉ ⲅ̅ ⲡⲟⲗⲓⲥ:- ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ϩⲛⲏⲥ: ⲛⲉⲙ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲡⲉⲙϫⲉ: ⲛⲉⲙ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲕⲁⲓⲥ:- ⲉⲣⲉ ⲇⲓⲟⲕⲗⲏⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲥϧⲁⲓ ⲛⲱⲟⲩ: ⲟⲩⲟϩ ⲉϥ-ⲟⲩ-

*Sebaſtianus*, qui *comes* dicitur factus a *Conſtantio* Imp. *ex Duce*, non Thebaidis, ſed *Aegypti*. Hic a Tillemontio, & a *Valeſio* in not. ad lib. XXIII. cap. III. Marcellini, iure dicitur, *Sebaſtianus Manichaeus, audax, & petulans iuvenis qui Georgium pulso Athanaſio in ſede Alexandrina armis impoſuit...Erat autem filius Antiphili, a quo in diſciplinam traditus Libanio, mox relicto eloqaentiae ſtudio ad militiam ſe contulit, tametſi excellenti ingenio praeditus, ut docet Libanius ipſe in ep. 2. ad Antiphilum*, & alia *ad Sebaſtianum eum exhortans, ut redeat*. S. Athanaſius eſt, qui τὸν ϛρατηλάτον Σεβαστιανόν, Μανιχᾶιον ὄντα, deſignat in apol. de fuga ſua. Et rurſus in Hiſt. Arianor. ad Monachos n. 59. τὸν δοῦκα Σεβαστιανὸν, Μανιχαῖον ὄντα, καὶ ἀσελγῆ νιώτερον: ac tandem num. 73. immania refert illius crudelitatis ſcelera nefarie commiſſa in Virgines, in viduas, in ſacram aedem, in Populos denique chriſtianos, *qui quum* ethnicos, nequidem catechumenos, impudenteſque iuvenes, auro argentoque oblato, in locum annoſorum orthodoxorumque epiſcoporum ex Ariana impietate ſuffectos, *averſarentur, tunc verberati, proſcripti, carceriqne a duco mancipati ſunt. Quod ille utpote manichaeus libentiſſime agebat; ne illi ſuos requirerent epiſcopos, & ut reciperent*, quos illi *averſabantur; homines ſane qui talia agunt, qualia non ita pridem inter idola luſerant*. Is igitur *Manichaeus* a Conſtantio miſſus Alexandriam nullo modo idem eſſe potuit *Sebaſtianus*, quem miſit Diocletianus.

(a) ϩⲉⲣⲟⲕⲉⲗⲓⲁⲛⲟⲥ... ⲛ̀ϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛ̀ⲅ̅ ⲡⲟⲗⲓⲥ:

ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ϩⲛⲏⲥ: ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲡⲉⲙⲅⲉ: ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲕⲁⲓⲥ. *Hierocles .... Praeſes trium civitatum, Civitatis Henes: civitatis Pemge: civitatis Cais.*

*Henes* eadem mihi videtur ac *Abnus*, quae & *Hanas vocatur, & ſub regime* Affigiet *comprehenditur: etſi duo eiuſdem nominis videntur loci fuiſse, quorum unus cum aliquot ex eadem regione pagis ad Adſige civitatem referretur, alter caput regionis eſset. Namque ſtatim auctor* Halnas *nonaginta quinque pagos, aut minores habitationes attribuit*. Sic Renaudotius pag. 451. diſſer. Patriarch. Alexandr. ex Makrizio in 2. diviſione Aegypt. quae, uti hinc coniicitur, ſub Diocletiano obtinuiſſe videtur.

ⲡⲉⲙϫⲉ, lege ⲡⲉϩⲙϫⲉ; & inde habebis ὄξυς, quo forte ſimplici nomine piſcis ſacera, & inde etiam civitas a Graecis *Oxyrinchus* dicta eſt. Vide Danvill. p. 170. 171. Arabice *Bebneſe* dicitur, *Bebenſa* apud eundem Renaudot. pag. 462. ⲕⲁⲓⲥ vero eadem eſſe poteſt, civitas quam ⲕⲓⲥ Arab. ſtatim *Bebenſae* ſubiungit Renaud. eique tribuit cum Makrizio pagos XXXVII Sed ⲕⲁⲓⲥ revera appellatur non tantum in his memphiticis actis, verum etiam in Theb. Fragm. aſſervato apud Eminentiſſimum noſtrum Borgian. In eo enim *Gregorius* memoratur epiſcopus ⲕⲁⲓⲥ. Quidni vero ⲕⲁⲓⲥ eadem ſit ac *Sais*?

ⲟⲩⲱⲣⲡ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲉⲭⲏⲙⲓ :- Ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁ//
ϥⲑⲣⲟⲩϭⲱⲛϩ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲛ̀ⲛⲉϥϫⲓϫ
ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥϭⲁⲗⲁⲩϫ: ⲛ̀ⲥⲉϯ ⲛ̀ⲟⲩⲕⲟⲗⲗⲁⲣⲓⲟⲛ ⲉⲛⲉ//
ϥⲙⲟϯ: ⲛ̀ⲥⲉⲧⲏⲓϥ ⲛ̀ϩⲣⲟⲕⲉⲗⲗⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱ//
ⲱⲛ ⲛⲉⲙ ⲥⲉⲃⲉⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓⲇⲟⲩⲝ ⲛ̀ⲥⲉϧⲟⲧⲃⲉϥ
ⲙ̀ⲙⲁⲩ :- ⲉⲧⲁⲩⲧⲁⲗⲟ ⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉ//
ⲡⲓⲙⲉ ⲉⲡⲓϫⲟⲓ :- ⲁϥⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲁϥⲉⲣⲁⲥⲡ//
ⲁⲍⲉⲥⲑⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ : ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ: ϫⲉ ϯϣⲓⲛⲓ ⲉⲣⲟⲕ
ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲉⲑⲛⲁⲛⲉϥ ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩⲓ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲧⲟⲡⲟⲥ
ⲉⲧⲉⲕⲛⲁϩⲱⲗ ⲉⲣⲱⲟⲩ: ⲉⲣⲉⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ϯϫ̀ⲟⲙ ⲛⲁⲕ ϣⲁ//
ⲧⲉⲕϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲁⲅⲱⲛ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ :- ⲟⲩⲟϩ
ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲉ ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ϫⲉ ⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ
ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲁϥⲙⲟⲩϯ ⲉⲃⲱⲕ ⲃ̂ ⲛ̀ⲧⲁϥⲫⲁⲩⲥⲧⲟⲥ ⲛⲉⲙ
ⲑⲉⲟⲇⲓⲙⲟⲥ ⲁϥϯ ⲉⲧⲟⲧⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓ//
ⲙⲉ ⲉⲑⲣⲟⲩϣⲉⲙϣⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϣⲁ ⲧⲉϥϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ
ⲙ̀ⲡⲉϥⲁⲅⲱⲛ :- ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲇⲟⲩⲝ ⲁⲩ//
ⲧⲁⲗⲱⲟⲩ ⲉⲡⲓϫⲟⲓ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲃⲟⲏⲑⲓⲁ̀ ⲙ̀ⲙⲁⲧⲟⲓ :
ⲁⲩⲉⲣϩⲱⲧ ϯⲉⲣⲏⲥ ϣⲁ ⲧⲟⲩⲫⲟϩ ⲉϯⲡⲟⲗⲓⲥ ϩⲛⲏⲥ:
ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲟⲩⲫⲟϩ ⲉⲟⲩϯⲙⲓ ⲉⲩⲙⲟⲩϯ ϫⲉ
ⲫⲟⲩⲟϩ (a) ⲛ̀ⲛⲓⲁⲛⲛⲟⲩ ⲥⲁⲡⲉⲙⲉⲛⲧ ⲙ̀ⲫⲓⲁⲣⲟ
ⲉⲧⲁⲡⲓⲑⲏⲟⲩ ⲭⲁ ⲡⲓϫⲟⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲩⲁⲙⲟⲛⲓ ⲉⲡⲓⲕⲣⲟ
ⲛⲉⲙ ⲫⲏⲉ̂ⲑⲩ : ⲟⲩⲟϩ ⲁⲟⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲕⲓⲙ
ⲉⲡⲥⲫⲓⲣ ⲛ̀ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ : ϫⲉ ⲥⲉⲃⲧ//
ⲱⲧⲕ ⲱ̀ ⲡⲓϣⲱⲓϫ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲟⲩⲣⲟ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅: ϫⲉ ⲁϥϧⲱ//
ⲛⲧ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲣⲟⲕ ⲛ̀ϫⲉⲡⲉⲕⲭⲗⲟⲙ ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲕⲁⲅⲱⲛ:-
ⲫⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡⲓⲙⲱⲓⲧ ⲉⲧⲁⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲥⲉⲃⲧⲱⲧϥ ⲛⲁⲕ
ⲉⲑⲣⲉⲕϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲓⲁ ⲉⲑⲩ̅ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ:-

*Theo-*

(a) ⲫⲟⲩⲟϩ: *Phuob* vicus urbis metropolis *Henes*, quo navigatio patebat ad occiduas partes Nili Locus is eſt Martyrii S. Abbatis Epime.

*Theophanes domesticus* , *& Sotiricus a consiliis circumvenientes Armenium dixerunt ei* : Domine noster, exulem mitte hunc hominem in Aegyptum , ut ibi interficiatur . Quoniam si eum suppliciis affeceris hoc in loco, lapidabunt te , & nos igne cremabunt . Nos enim scimus, quam seditiosi sint homines huius civitatis ; & nobis certe non parcent . *Porro quum haec ita se haberent venit Alexandriam* Herocellianus *Praeses* : *Ille & Sebestianus factus dux Thebaidis* . *Hierocellianus quoque institutus Praeses trium civitatum* : *civitatis nempe* Henes, *civitatis* Pemge, *& civitatis* Cais . *Et Diocletianus scripsit ad eos , ipsosque misit in Aegyptum* . Armenius *autem iussit sanctum Apa Epime manus pedesque ligari* ; *& collare eius collo adstricto , illum tradidit Herocelliano Praesidi* , *& Sebestiano duci , ut eum apud se interficerent* . *Quum vero S. Apa Epime immissus fuisset in navim , accessit* Iulius , *ut ipsum salutaret* : *dixitque illi* : obsecro te , Pater bone , ut memineris mei iis in locis , in quae ductus fueris : Et Dominus det tibi virtutem , & fortitudinem , donec tuum sanctum certamen consummes . *Simulque ac* Iulius *haec dixerat sancto Apa Epime* , *vocavit servos suos duos* Faustum , & Theotimum , *eosque adiutores dedit sancto Apa Epime , ut ei administrarent donec suum complevisse agonem* . *Praeses* , *& Dux ascenderunt in navim cum adiutorio militari* , *& navigarunt usque dum pervenirent ad civitatem* Henes . *Verum ubi pervenerunt ad vicum* , *qui vocatur* Phovoh , *quo iter est ad partes fluminis occiduas* , *quum ventus navim stare coegisset* , *littus tenuerunt una cum sancto* . *Tum* Angelus Domini *latus tangens Abbatis Epime* , *dixit ei* : Para te , o Athleta Regis Christi ; quia iam se tibi appropinquat corona , & agon tuus . Haec enim est via , quam tibi Dominus praeparavit , ut tuam sanctam confessionem in eo compleas perfecteque consummes . IX. Tandem quo temporis puncto S. Abbati *Epime* caput a Tortoribus amputatum est : ⲁϥⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ϫⲉ

ⲛ̀ϫⲉ ⲟⲩⲥⲛⲟϥ: ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲉⲣⲱϯ :- ⲟⲩⲟϩ ⲁⲡⲟ̅ⲥ̅ ϭⲓ ⲛ̀=
ⲧⲉϥⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲁ ⲙ̀ⲯⲩⲭⲏ ⲁϥⲉⲣⲉⲥⲡⲁⲍⲉⲥⲑⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲥ:
ⲁϥⲧⲏⲓⲥ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉⲩⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ
ⲉⲑ̅ⲩ̅ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟⲗⲥ ⲉⲡϣⲱⲓ ⲉⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ
ⲛⲉⲙⲁⲕ: ⲁϥϯ ⲭⲗⲟⲙ ⲉϫⲱϥ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲱⲟⲩ ⲛⲁ=
ϯϣⲁϫⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ϩⲣⲏⲓ ϧⲉⲛ ⲧⲉϥⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ:
*Exivit e corpore eius sanguis, & lac: & Dominus suscepit animam illius beatam osculo eam amplectens: induit eam stola S. Michael Archangelus: & secum in caelos rapuit, coronamque ei imposuit cum gloria ineffabili in superno Regno.*

Similia tibi dabunt acta *S. Abbas Nub*. Audi (a).
ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲇⲉ ⲛⲉⲟⲩⲟⲛ ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲓ=
ⲛⲟⲩϯ ⲙ̀ⲙⲁⲓⲁⲅⲁⲡⲏ ⲙ̀ⲙⲁⲓⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ϣⲟⲡ ϧⲉ=
ⲛⲟⲩϯⲙⲓ ϫⲉ ⲛⲁⲛⲥⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲑⲟϣ ⲛⲓⲙⲉϣⲟϯ: ⲉ=
ϥⲉϥⲫⲣⲁⲛ ⲡⲉ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ: ⲫⲣⲁⲛ ⲛ̀ⲧⲉϥⲥϩⲓⲙⲓ ⲡⲉ
ⲙⲁⲣⲓⲁ .... ⲛⲉⲟⲩⲟⲛ ⲟⲩϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲛⲟⲅⲉⲛⲏⲥ ..:
ⲛⲁⲩⲙⲏⲓ ( l. ⲛⲁⲩⲙⲉⲓ ) ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲡⲉ ⲉⲙⲁϣⲱ: ⲉ=
ϩⲟⲧⲉ ⲛⲟⲩⲱⲛϧ ⲉⲙⲙⲓⲛ ⲉⲙⲙⲱⲟⲩ .... ⲫⲣⲁⲛ ⲇⲉ
ⲙ̀ⲡⲓⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ⲁⲗⲟⲩ ⲡⲉ: ⲁⲛⲟⲩⲃ: ⲛⲉⲟⲩⲥⲁⲓⲉ ⲡⲉ
ⲙ̀ⲙⲁϣⲱ ⲉϥⲑⲉⲃⲓⲏⲟⲩⲧ: ⲉϥⲟⲓ ⲛ̀ⲣⲉⲙⲣⲁⲩϣ ⲉⲛ=
ⲉⲡⲓⲕⲏⲥ ⲉⲁϥϫⲏⲕ ⲉⲃⲟⲗ. ⲫⲁⲓ ⲇⲉ ⲁϥϫⲏ ⲛ̀ⲓ̅ⲃ̅ ⲛ̀=
ⲣⲟⲙⲡⲓ ⲡⲉ:- Ⲁⲥϣⲱⲡⲓ ⲇⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉⲛⲟⲩⲉϩⲟⲟⲩ
ⲉⲑⲟⲩⲟⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ:- ⲉⲛⲁⲩⲓ=

ⲣⲓ

(b) De S. Abbate *Noub* haec tene ex P. Sicardi narratione, quam habet tom. II. in *Nouveaux memoires* ſaepe ſupra laudatis pag. 112. *Le* 25. (Maii 1714., *au ſoir ie me rendis par eau a* Sammanoud *gros Bourg dans le delta ſur le bord du Nil à trois, ou quatre lieves de manſura en venant au Caire .... J'y trouvai un grand nombre de Chrétiens avec une Egliſe du nom de S. Abbanud* (lege *Abbanub*) *ieune Egyptien, qui a l'age de* 12. *ans repandit ſon ſang pour Jeſuschriſt ſous l'Empereur Diocletien. La foy, le courage, & l'innocence de ce ieune Martyr me donna un ample matiere pour faire des inſtructions ou chrêtiens de cette ville, concitoient de ce ieune saint*; licet Sammanoud, vel *Sebenytus*, non eſſet, ut mox intelliges, Patria, locusve *natalis* S. Abbatis *Nub*.

ⲣⲓ ⲙ̀ⲡⲓϣⲉⲙϣⲓ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ϧⲉⲛ ϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲡⲉ: ⲉⲛ-
ⲧⲓⲛⲓ ⲉⲡϣⲱⲓ ϧⲉⲛ ϯⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲉⲑⲩ̅: ⲁϥϭⲓ ⲉⲃⲟⲗ
ⲛ̀ⲛⲓⲙⲩⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉⲑⲩ̅ ϫⲉ ⲡⲓⲕⲟⲩϫⲓ ⲛⲁⲗⲱⲟⲩⲓ:
ⲟⲩⲟϩ ⲁⲡⲓⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲥⲁϫⲓ ⲡⲓⲗⲁⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ
ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ: ϫⲉ ⲛⲁⲓⲟϯ ϩⲏⲡⲡⲉ ⲁⲛ ⲥⲱⲧⲉⲙ
ϫⲉ ⲁⲡⲓⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ ⲧⲱⲛϥ ⲉϫⲉⲛ ϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ
ⲉⲑⲣⲉϥⲕⲱⲣϥ ⲙ̀ⲡⲓϣⲉⲙϣⲓ ⲉⲧⲥⲟⲩⲧⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉⲛ-
ⲓⲟϯ: ⲡⲓⲥⲱⲙⲁ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲥⲛⲟϥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅
ⲡⲭ̅ⲥ̅:- ⲗⲟⲓⲡⲟⲛ ⲱ̀ ⲛⲁϣⲏⲣⲓ ⲛⲁⲙⲉⲛⲣⲁϯ ⲛⲏⲉ-
ⲧⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲣⲟⲓ ⲙ̀ⲫⲟⲟⲩ: ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲓⲟⲩⲁⲓ ⲡⲓⲟⲩⲁⲓ
ϣⲱⲡⲓ ⲉϥⲧⲁϫⲣⲏⲟⲩⲧ: ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲁⲙⲟⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲟⲧϥ
ϧⲉⲛ ⲡⲓⲛⲁϩϯ ⲛ̀ⲟⲣⲑⲟⲇⲟⲝⲟⲥ ⲛⲉⲙ ϯⲇⲱⲣⲉⲁ ⲛ̀-
ⲧⲉⲡⲓⲱⲙⲥ ⲉⲧⲁⲛϭⲓⲧϥ: ⲙ̀ⲡⲉⲛⲑⲣⲉ ϩⲁⲛⲥⲁϫⲓ ⲙ̀-
ⲡⲗⲁⲟⲥ ⲉϩⲁⲗ ⲙ̀ⲙⲟⲛ: ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲭⲱ ⲛ̀ⲥⲱⲛ ⲙ̀-
ⲡⲓⲣⲁⲛ ⲉⲧϩⲟⲗϫ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅: ⲙ̀-
ⲡⲉⲛⲑⲣⲉ ⲛ̀ⲉⲣϩⲟϯ ϧⲁⲧϩⲏ ⲛ̀ⲛⲓⲃⲁⲥⲁⲛⲟⲥ ⲉⲑⲛⲁⲥⲓⲛⲓ
ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲕⲟⲗⲁⲥⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲙⲉⲛϯ ⲉⲣⲕⲗⲏⲣⲟⲛⲟⲙⲓⲛ
ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲡⲉⲙ̀ⲡⲉⲛⲑⲣⲉ ⲡⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲁⲓ ⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⲉ-
ⲑⲛⲁⲧⲁⲕⲟ ⲱⲗⲓ ⲛ̀ⲧⲟⲧⲉⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲧ-
ⲉⲧⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ:- ⲙ̀ⲡⲉⲛ̀ⲑⲣⲉ ⲛⲉⲣϩⲟϯ ϧ-
ⲁϫⲱϥ ⲙ̀ⲡⲓⲭⲣⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲁⲓ ⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲭ-
ⲣⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉϯⲅⲉⲉⲛⲛⲁ ⲛⲉⲙ ⲡⲓϥⲉⲛⲧ ⲉⲛⲁⲧⲉⲛⲕⲟⲧ
ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲥⲑⲉⲣⲧⲉⲣ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲛⲓⲛⲁϫϩⲓ ⲉⲣⲕⲗⲏⲣⲟⲛⲟⲙⲓⲛ
ⲙ̀ⲙⲟⲛ:- Ⲁⲣⲓⲙⲉⲓ ⲱ̀ ⲛⲁϣⲏⲣⲓ ϫⲉ ⲫⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲓⲉ-
ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ϧⲁⲉ ⲉⲧⲉⲛⲁϭⲓⲥⲙⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲙⲩ-
ⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ. ⲗⲟⲓⲡⲟⲛ ⲱ̀ ⲛⲁϣⲏ-
ⲣⲓ: ⲱ̀ ⲛⲏⲉⲧⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲣⲟⲓ ϯⲛⲟⲩ:- ⲱ̀ ⲟⲩⲛⲓⲁ-
ⲧⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲏⲉⲑⲛⲁϭⲓ ⲡⲓⲭⲗⲟⲙ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ:- ⲉⲛ-
ⲧⲁ ⲡⲓϧⲉⲗⲗⲟ ⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲭⲏⲛ ⲉϥϫⲱ
ⲛ̀ⲛⲁⲓ:

ⲙ̀ⲙⲁⲓ: ⲁϥϯ ⲛⲱⲟⲩ ⲛ̀ϯϩⲓⲣⲏⲛⲏ :- (a) ⲟⲩⲟϩ ⲁⲡⲓⲟ=
ⲩⲁⲓ ⲁⲡⲓⲟⲩⲁⲓ ϩⲱⲗ ⲉⲡⲉϥⲏⲓ :- ⲉϥⲟⲓ ⲛⲉⲙⲕⲁϩ=
ⲛ̀ϩⲏⲧ ⲉⲙⲁϣⲱ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ϫⲓⲙⲓⲱⲓⲛ ⲉⲧⲁϥ=
ⲧⲱⲛϥ ⲉϫⲉⲛ ⲛⲓⲭ̀ⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ :- ⲡⲓⲕⲟⲩ=
ϫⲓ ⲇⲉ ⲛ̀ⲁⲗⲟⲩ ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲛⲁⲣⲉ ⲟⲩⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ⲭ̀ⲣⲓⲁ ⲛ̀=
ⲧⲉⲛⲉϥⲓⲟϯ ⲥⲟϫⲡ ⲛⲁϥ :(b) ϫⲉ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉϥⲱⲛϧ
ⲉⲣⲟⲕ ϫⲉ ⲛⲁⲩⲃⲉⲥⲑⲱⲛ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲉϥⲓⲟϯ. Ⲁⲡⲓ=
ⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ⲁⲗⲟⲩ ϩⲱⲗ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲡⲉϥⲏⲓ : ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀=
ⲡⲉϥⲟⲩⲱⲙ ⲟⲩⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲉϥⲥⲱ ⲓⲙⲏⲛϯ ⲡⲓⲥⲙⲟⲩ ⲉ=
ⲧϫⲏ ϧⲉⲛ ⲣⲱϥ :- ⲁϥϭⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲛⲟⲩⲃ ⲛⲉⲙ ⲛⲓϩⲃⲱⲥ
ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⲁϥⲭⲁⲩ ϩⲓⲣⲏⲓ ⲙ̀ⲡⲉϥⲙ̀ⲑⲟ ϧⲉⲛ
ⲑⲙⲏϯ ⲛ̀ⲧⲉϥⲏⲓ ⲡⲉϫⲁϥ : ϫⲉ ⲥϧⲏⲟⲩⲧ :- ϫⲉ ϣ=
ⲁⲣⲉ ⲡⲓⲛⲟⲩⲃ ⲧⲁⲕⲟ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓϩⲁⲧⲉⲣϣⲏⲓⲃⲓ
ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓϩⲃⲱⲥ ⲉⲣϩⲟⲗⲓ: (c) ⲟⲩⲟϩ ⲟⲛ ϫⲉ ⲡⲓⲕⲟⲥⲙⲟⲥ
ⲛⲁⲥⲓⲛⲓ ⲛⲉⲙ ⲧⲉϥⲉⲡⲓⲑⲩⲙⲓⲁ : ⲛⲉⲙ ϩⲱⲃ ⲛⲓⲃⲉⲛ
ⲉⲑϣⲟⲡ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ : ⲫⲏ ⲇⲉ ⲧⲓⲣⲓ ⲙ̀ⲫⲟⲩⲱϣ ⲙ̀=
ⲫϯ ϥⲛⲁϣⲱⲡⲓ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ :- ⲧⲟⲧⲉ ⲁϥⲥⲱⲣ ⲛ̀=
ⲛⲏⲉⲧϣⲟⲡ ⲛⲁϥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲓϩⲏⲕⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓϫⲱⲃ
ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲉϥⲃⲁⲕⲓ: ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲧⲱⲛϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲡⲁ ⲛⲟ=
ⲩⲃ ⲁϥⲓ ⲥⲁⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲫⲣⲟ ⲙ̀ⲡⲉϥⲏⲓ ⲁϥⲫⲱⲣϣ ⲛ̀=
ⲛⲉϥϫⲓϫ ⲉⲃⲟⲗ ⲁϥⲕⲱϯ ⲙ̀ⲡⲉϥϩⲟ ⲥⲁⲛⲥⲁ ⲛ̀ϯⲁ=



(a) ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉϥⲓⲟϯ ⲥⲟϫⲡ ⲛⲁϥ : *Parentes eum dimiſerunt*, ut ſibi viveret. Norant enim filiolum ſuum a ſpiritu Sancto ad ſolitariae, ſanctaeque vitae genus duci. Quumque iam inde a pueritia aſceticae diſciplinae auſpiciis initiatus fuiſſet, meruit, etſi puer, an. XII., *Apa*, ſive *Abbatis*, titulo inſigniri.

(b) Hactenus ſermo paraeneticus a Presbytero, poſt ſacrorum myſteriorum communionem, ad populum habitus, ut, quotquot praeſentes aderant, ad nuper indictam perſecutionem forti invictoque animo ferendam, & ad martyrii gloriam adipiſcendam, acriter animaret. Hoc ſermone puer *Noub* mirifice inflammatus incredibili deſiderio moriendi pro Chriſto exardeſcere coepit, donec eo divino igne quotidie magis exaeſtuans ad optatam martyrii coronam pervenit.

(c) Ex ep. Cathol. S. Iacobi Apoſt. c. v. vv. 2. & 3. & ex 1. Iohan. 2. v. 17.

ⲛ̀ⲁⲧⲟⲗⲏ ⲡⲉϫⲁϥ : ϫⲉ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲫϯ ⲉⲧⲟⲛϧ : ⲙ̀ⲡⲓⲣⲏϯ ⲉⲧⲁⲓⲭⲱ ⲙ̀ⲫⲣⲟ ⲙ̀ⲡⲁⲛⲓ : ⲉϥⲟⲩⲏⲛ ⲉⲙ̀ⲙⲟϣⲓ ⲛ̀ⲥⲱⲕ ϧⲉⲛ ⲡⲁϩⲏⲧ ⲧⲏⲣϥ ⲉⲕⲉϭⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲓⲧ ϧⲁϫⲱⲓ ⲉϥⲙⲱⲓⲧ ⲙ̀ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ :- ⲉⲕⲉⲟⲩⲱⲣⲡ ϩⲁⲣⲟⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥⲟϩⲓⲉⲣⲁⲧϥ ⲛⲉⲙⲏⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥϯϫⲟⲙ ⲛⲏⲓ ⲉⲑⲣⲓϭⲣⲟ ⲉⲛⲓⲃⲁⲥⲁⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲇⲓⲕⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲱ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲉⲕⲉⲟⲩⲱⲣⲡ ϩⲁⲣⲟⲓ ⲙ̀ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉϥⲙⲱⲓⲧ ⲉⲛⲏⲓ ⲉⲫⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉϥϯⲛⲏⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲟ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲁϫⲓ ⲉⲑⲣⲓⲥⲁϫⲓ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲙⲉⲑⲙⲏⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲙⲑⲟ ⲛ̀ⲛⲓⲟⲩⲣⲱⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲛⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ : ϫⲉ ⲫⲱⲕ ⲡⲉ ⲡⲓⲱⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲕⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲑ̅ⲩ̅ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲁⲙⲏⲛ :- ⲉⲧⲁϥϫⲱ ⲇⲉ ⲛ̀ⲛⲁⲓ ⲁϥⲙⲟϣⲓ ⲉⲣⲏⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲩⲁⲧϥ ϩⲓϫⲉⲛ ⲫⲓⲁⲣⲟ ϣⲁⲧⲉϥⲓ ⲉϫⲉⲙ̀ⲛⲟⲩϯ. (a) ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲁϥϣⲉ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲛ̀ϯⲃⲁⲕⲓ ⲁϥϫⲓⲙⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲉⲧⲁⲩϣⲉⲣϣⲱⲣⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲉⲣⲫⲉⲓ ⲉⲧⲁϩⲟϥⲉⲣⲁⲧϥ ⲛ̀ⲛⲓⲓⲇⲱⲗⲟⲛ : ⲁⲩϣⲉⲙϣⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ : ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲉϥⲟⲓ ⲛ̀ϩⲟϯ. ⲉϥⲙⲟϣⲓ ⲇⲉ

ϧⲉⲛ

(c) ϣⲁⲧⲉϥⲓ ⲉϫⲉⲙⲛⲟⲩϯ : *donec pervenit Gemnuti* ſeu rectius *Gemenuti*. Meminit huius urbis Lacrozius quoque ipſe ex Kirchero. Eadem eſt ac *Semanutha*, ſive *Semenuda*, a latinis *Sebennytus*, verſo *m* in *b*, vulgo nuncupata. Sed via, qua hoc iter puer Anub ſuſceperit, quaerenda eſt. Ab oppido, quod *Iſidis* appellat *Danvillius*, quodque ⲛⲁⲏⲥⲓ *Naesi*, vel *Naiſi* in his actis noſtris dictum, illius natale ſolum fuiſſe puto, egreſſus *Anub*, orientem verſus, in viam incidit, quae eum deinde verſus auſtrum iuxta fluvium recta deduxit in *Semenuda*. Ex actis ipſis res conſtat. Ceterum, ubi audis in *Sicardi* epiſtola mentionem fieri de eccleſia & ſolemni feſto S. Ab. Anubi in urbe *Semenudae*, ne putes ibi primum fuiſſe illius corpus ſepultum. Nam, agente Iullo, delatum eſt, & reconditum *Naeſi*, ſeu *Naiſi*, deinde poſt pacem chriſtianis reſtitutam, collocatum in eccleſia, quae in eius honorem erecta fuit. Sed ſequutis temporibus fieri quoque potuit, ut illius reliquiae translatae forte fortuna fuerint *Sebennytum*.

ϧⲉⲛ ϯⲃⲁⲕⲓ ⲉϥⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲣⲱⲟⲩ ⲉⲩϯϣⲱϣ ⲙ̀//
ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲉⲙ ⲛⲏⲉⲧϣⲉⲙϣⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ :- ⲟⲩⲟϩ
ⲛⲁϥϣⲓⲛⲓ ⲡⲉϫⲉ: ⲛⲓⲙ ⲡⲉⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ
ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲁⲓ ⲃⲁⲕⲓ: ⲁⲩⲧⲁⲙⲟϥ : ϫⲉ ⲗⲩⲥⲓⲁⲥ ⲡⲉ
ⲉⲧⲟⲓ ⲛ̀ϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲉⲣⲟⲥ :- ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲉⲣϩⲩⲡⲟ//
ⲙⲉⲛⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲉϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲉ̀ⲙⲙⲁⲩ ϣⲁⲧⲉⲣⲟⲩϩⲓ ϣⲱ//
ⲡⲓ:- ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲁⲡⲓⲉϫⲱⲣϩ ϣⲱⲡⲓ ⲁϥⲧⲱⲛϥ ⲁ//
ϥⲫⲱⲣϣ ⲛ̀ⲛⲉϥϫⲓϫ ⲉⲃⲟⲗ ⲁϥϣⲗⲏⲗ ⲉϥϫⲱⲙ̀//
ⲙⲟⲥ .- ϫⲉ ⲫϯ ⲡⲓⲛⲁⲏⲧ ⲡⲓⲣⲉϥⲙⲟⲩⲛ̀ϩⲏⲧ ⲉⲛⲁ//
ϣⲉⲛⲡⲉϥⲛⲁⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲑⲙⲏⲓ ⲡⲓⲣⲉϥϣⲱⲡ ⲉⲣⲟϥ ⲛ̀//
ⲛⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧⲉ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲡⲓϩⲟⲩⲓⲧ
ⲉⲧⲉⲛϧⲏⲧⲟⲩ..... ⲉⲕⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲣⲟⲓ ϩⲱ ϯⲛⲟⲩ
ⲛ̀ⲧⲉⲕ ⲟⲩⲱⲣⲡ ϣⲁⲣⲟⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲓⲛⲓ
ⲛ̀ⲧⲉϥϯϫⲟⲙ ⲛⲏⲓ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲓⲫⲱⲛ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀//
ⲧⲉⲛⲁⲥⲛⲟϥ :- ⲉⲧⲓ ⲇⲉ ⲉϥϣⲗⲏⲗ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ
ⲁⲡⲁ ⲛⲟⲩⲃ ⲓⲥ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲁϥⲓ
ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲫⲉ ⲁⲡⲓⲙⲁ ⲧⲏⲣϥ ⲉⲣⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ
ⲙ̀ⲫⲣⲏ: ⲥⲁⲧⲟⲧϥ ⲁϥϩⲉⲓ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲉϥϩⲟ ⲛ̀ϫⲉⲛ//
ⲓⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ⲁⲗⲟⲩ: ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲟⲩ//
ⲣⲉϥⲙⲱⲟⲩⲧ :- ⲟⲩⲟϩ ⲁⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ϭⲓ ⲛⲉⲙⲁϥ.
ⲁϥⲧⲁϩⲟϥ ⲉⲣⲁⲧϥ ⲁϥϯⲛⲟⲙϯ ⲛⲁϥ ⲉϥϫⲱ//
ⲙ̀ⲙⲟⲥ: ϫⲉ ⲭⲉⲣⲉ ⲛⲁⲕ ⲱ̀ ⲡⲓϩⲉⲗϣⲏⲣⲓ ⲉⲛⲁⲛⲉϥ
ⲁⲛⲟⲩⲃ : ⲭⲉⲣⲉ ⲛⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲫϯ : ⲱ̀ ⲡⲓⲣ//
ⲱⲙⲓ ⲛ̀ϣⲟⲩⲙⲉⲛⲣⲓⲧϥ : ϫⲉ ⲛⲟⲙϯ ⲟⲩⲟϩ ϭⲣⲟ
ⲙ̀ⲙⲟⲕ . Ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲥⲧⲁⲧⲏ//
ⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧϫⲟⲙ ⲛ̀ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ : ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲓ
ϣⲁⲣⲟⲕ : ϫⲉ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲁϯϫⲟⲙ ⲛⲁⲕ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉ//
ⲡⲓⲁⲅⲱⲛ : Ⲁⲕϣⲁⲛⲧⲱⲛⲕ ϩⲁⲛⲁⲧⲟⲟⲩⲓ ⲙⲁϣⲉ//
ⲛⲁⲕ ϣⲁ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ϩⲓⲱⲓϣ ⲙ̀ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲭ̅ⲥ̅

ⲥⲉⲛⲁⲉⲣⲃⲁⲥⲁⲛⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲛ̀ⲅ̅ ⲛ̀ⲉϩⲟⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲛ-ⲓⲙⲁ : ϯⲛⲁϯϫⲟⲙ ⲛⲁⲕ ⲛ̀ⲧⲁⲧⲁⲗϭⲟ ⲡⲉⲕⲥⲱ-ⲙⲁ : ⲟⲩⲟϩ ⲥⲉⲛⲁⲟⲗⲕ ⲉⲣⲏⲥ ⲉⲁⲑⲣⲏⲃⲓ ⲛ̀ⲥⲉⲉⲣⲃⲁ-ⲃⲁⲥⲁⲛⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲕ : ϫⲛⲁϯ ϣⲓⲡⲓ ⲙ̀ⲡⲥⲁⲇⲁⲛⲁⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲉϥⲇⲉⲙⲱⲛ ⲉⲧϩⲱⲟⲩ : ϯⲛⲁϣⲱⲡⲓ ⲛⲉⲙⲁⲕ ϧⲉⲛ ⲙⲁⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲉⲕ ⲛⲁϩⲱⲗ ⲉⲣⲟϥ :- ⲛⲁⲓ ⲇⲉ ⲉⲧⲁϥϫⲟⲧⲟⲩ ⲛⲁϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲁⲣⲭⲏⲁⲅ̅ⲅⲉⲗⲟⲥ ⲁϥϯ ⲛ̀ϯϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲁϥ: ⲁϥϩⲱⲗ ⲉⲡϣⲱⲓ ⲉⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ.

*Post haec autem fuit homo Dei , charitatis , & eccleſiae amator in vico* Naesi [ *vel Naisi* ], *& in nomo* Meshcoti (a) *habitans , cui nomen* Macarius , *eius vero uxoris nomen* Maria . *Filium habebant unigenitum . . . eumque plusquam suam ipsorum vitam amabant . . . Nomen parvuli pueri erat* Anub *valde pulcher , humilis , mansuetus , subiectus , & morum dignitate perfectus . Hic annum agebat* XII. *Accidit autem ut die quodam palam apparuerit inter Christianos dum divini cultus ministerio in ecclesia vacabant . Adscendit ad sancti sacrificii actionem : accepit*

(a) ϧⲉⲛ ⲡⲑⲟϣ ⲛⲓⲙⲉϣⲟϯ, *in nomo NIMESCOTI*. ⲙⲉϣϣⲟϯ , *παιδία , campi* . Psal. LIV. 11. habet *Lacrozius* in Lexico ; quibus & haec addit : *ſic Aegyptii* Nomos , *ſic dictos Graecis , lingua ſua appellant* : ⲛⲓⲙⲉϣϣⲟϯ ⲛ̀ⲧⲉⲭⲏⲙⲏ , *nomi Aegypti* : eoque refert , *Epiſtolam Syſtaticam* Patriarchae Alexandrini *apud P. Boniour monum. copt. p.* 12. Sed hoc in loco vehementer dubito, an mei Boniurii interpretatio tamquam ad rem ſatis apta, & accommodata adhiberi queat . Tum enim ϧⲉⲛ ⲑⲟϣ ⲛⲓⲙⲉϣⲟϯ exponi deberet : *in nomo nomorum* . Quod mihi parum omnino probabile videtur . Itaque vocem ipſam *Nimeſcoti* , qualis eſt in textu , retinui . Forſan etenim nomus iſte ſic Aegyptiace dictus eſt ab *Agris* , quod hi in dicto *nomo* magis quam alibi , frugum fertiles eſſent . Ceterum Syſtatica edita Romae in euchologio legit: ⲛⲉⲙ ⲧⲭⲱⲣⲁ ⲧⲏⲣⲥ ⲛ̀ⲛⲓⲣⲉⲙⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ , *univerſae regionis Aegyptiorum* , ubi exemplar *vaticanum* a meo *Boniurio* in hac item urbe impreſſum anno 1699. habet : ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲙⲉϣϣⲟϯ ⲛ̀ⲧⲉⲭⲏⲙⲓ : *& nomorum Chemi* .

Digitized by Google

*pit & ipse parvulus puer de sanctis mysteriis communionem :* „ *Presbyter vero sermonem deinde ad Populum omnem .habuit hisce plane verbis dicens . Ecce Patres mei , an non audistis , quod diabolus insurgit adversus ecclesiam , ut deleat exterminetque rectum divinumque a Patribus nostris nobis traditum ministerium CORPORIS ET SANGUINIS DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI ? Reliquum est , o filii carissimi , qui me hodie auditis , ut nos ad unum omnes , & singuli fortes & firmi simus , atque constantes in praesidio orthodoxae fidei , & in dono , quod accepimus , Baptismatis , ne verba nostra ad populum fallacia , & inania fiant , ne nos deseramus dulce nomen Domini Nostri Iesu Christi : ne timeamus ante conspectum tormentorum , quae in nos ventura erunt , ut effugiamus supplicia inferorum : ne gloria huius mundi , quae peritura est , nobis eripiat magnam gloriam regni caelestis : ne timentes ante conspectum ignis huius mundi , miseram sortem fatumque incurramus ignis gehennae , & vermis , qui non moritur , atque stridoris dentium . Scitote , o Filii , quod is ipse dies , dies est ultimus , quo licuit benedictionem accipere ex sanctis mysteriis . Quid nunc restat ? O Filii , o Vos qui me nunc auditis ! o beati vos , qui recepturi eritis* Coronam *in Caelis ! Quumque senex Presbyter haec dicere cessasset , dedit auditoribus pacem . Tum eorum quisque domum suam regressus magna cordis tristitia se affici percepit ob magnam , quae in christianos omnes excitaretur , procellam . Parvulum vero puerum* Anub , *quod levicula eius opera non indigerent , parentes dimiserunt , ut sibi viveret , & quocumque vellet , adiret . Puer* ( post auditam concionem ) *domum suam accessit : nihilque manducavit , aut bibit , nisi eam ( eucharisticam ) benedictionem , quam in ore gerebat . Accepit aureos nummos , & vestes pretiosas , eaque omnia , deposuit in medio domus , dixitque : scriptum est :* Aurum perit , & argentum : tinea vestes corrodit , mundus quoque transit , & concupiscentia eius ; & quic-

quicquid in eo est: Qui autem facit voluntatem Dei manet in aeternum. *Tunc dispersit universa, quae habebat, deditque egenis, & pauperibus civitatis: & surgens* Apa Noub *extra ianuam domus suae, expansis manibus, versoque vultu ad orientem dixit:* Domine mi Iesu Christe Fili Dei vivi: quo ego modo deserui ianuam domus meae, tu mihi aperi iter, quo veniam ad te in toto corde meo: esto tu dux ante me viae, quae me ducat ad Praesidem: mitte ad me Angelum lucis, qui mihi praesens adsit, & det robur, viresque ad vincenda supplicia forensis iudicii. O Domine mi Iesu Christe mitte ad me Michaelem Archangelum, ut me ducat ad sedem Praesidis, ut mihi tribuat os verbi ad veritatem tuam eloquendum coram Imperatoribus, & Praesidibus; quoniam tua est gloria simul cum Patre tuo bono, & Spiritu Sancto in aeternum. Amen. *His dictis solus progredi cepit iter tenens iuxta fluvium, donec perveniret* Gemnuti . *Hanc civitatem ingressus invenit Ecclesias destructas; & templum Idolis erectum, in quo publicus eis cultus praestabatur. Quod ut vidit perterritus est. Civitatem dein perambulans audivit eos (idolorum cultores) contemnentes Dominum nostrum Iesum, & qui eum adorarent: Cumque transeundo quaesivisset, quo nomine appellaretur huius civitatis Praeses, responsum ei est; LYSIAS est Praeses; illoque die ad vesperam usque quievit. Ubi vero nox advenit, surgens manus extendit, & oravit dicens:* Deus Clemens, longanimus, multumque misericors, & iuste ac verax, suscipiens ad te peccatores, quorum & ego unus sum .... Exaudi me quoque nunc: mitte ad me tuae lucis Angelum, qui det mihi vires ad hoc ut effundam sanguinem meum pro Te. *Ut autem sic oravit S. Apa* Noub, *ecce* Michael Archangelus, *qui descendens de Caelo locum totum lumine, quasi sol alter, repente implevit, stetitque ante faciem parvuli pueri. At is factus est veluti mortuus. Tum eum Michael tetigit: eique praesens adstitit & solamen praebuit dicens:* Salve bone adolescentule

Audi

Anub ; Salus et tibi a Deo sit. O homo cariſſime ; conſolatio tibi sit et victoria. Ego sum Michael dux princeps caeleſtium virtutum . Dominus misit me ad te , ut tibi robur et vires praebeam. Quum mane ſurrexeris perge ad Praesidem , *ut annuncies* , & *praedices* nomen Christi. Torquebunt te hoc in loco tribus diebus. Dabo ego tibi robur et fortitudinem , corpusque tuum sanitati reſtituam . In *Athribem* te deinde adducent ; teque ibi novis suppliciis cruciabunt. Tu pudore afficies satanam, eiusque malum daemonem . Tecum ego ero in omni loco , quo Tu adieris. *Quod ut ei dixit Michael Archangelus pacemque ei enuntiavit , adscendit in Caelos .*

Reliqua praetermitto, quae heic a me copiosius adferri poſſent. Ex his enim , quae hactenus attuli , satis, ni fallor, me quoque tacente, intelligis , quam multa , & praeclara lumina emergant tum ad alia, tum ad hoc maxime thebaicum fragmentum nostrum de S. Martyre Panesniv illustrandum .

## I V.

### *Varia suppliciorum genera , de quibus mentio fit in nostris hisce MM. actis .*

Atrocia sunt & acerbiſſima Aegyptiorum MM. supplicia, quae ego iam Eusebii verbis descripta edidi p.222. Sed ea ad illud temporis intervallum , quod ab an. circiter 306. ad an. usque 310. christianae aere effluxit , referri oportere censui. De iis, quibus tres hi MM. nostri *Isaac* , *Epime* , *Anub* excruciati traduntur, adiectis non sine causa Beati confeſſoris Abbatis *Tia* tormentis , nunc agere aggredior .

I. **Ⲡⲓⲉⲣⲙⲏⲛⲧⲁⲣⲓⲟⲛ** est aegyptiaca voce sic dictum quasi corruptum ex **ⲑⲉⲣⲙⲏⲛⲧⲁⲣⲓⲟⲛ** , quod Graecis Alexandrinis idem fuiſſe videtur ac θερμάριον ; *Vas* , scilicet con-

continens *aquam calidam*, & *aestuantem*. Nec dubito quin simili quoque nomine apud eos appellari consueverit *locus*, ubi *Vas* ipsum asservabatur.

Ducangius vir longe doctissimus, cuius ego nomen incomparabili semper honore prosequar, Ἑρμετάριον ex Gloss.lat. gr. interpretatur : *Stolones, a quibus suspendebantur rei flagellandi* : eoque appellat testimonium Magni Athanasii ex Apologia ad Constantium, ubi quid flagitii mirabiles illi *Ariani episcopi* a lictoribus in sacras virgines committi iusserint, verbis sequentibus narrat. Ταύτας γυμνώσαντες ἐποίησαν ἐπὶ τῶν ἑρμηταρίων κρεμασθῆναι καὶ τοσοῦτον αὐτῶν τρίτον ἔξεσαν τὰς πλευρὰς, ὅσον οὐδὲ οἱ ἀληθῶς κακοῦργοι πώποτε πεπόνθασι : *ubi interpres, vertit* ( quemadmodum subdit continuo Ducangius, ) & *virgines ab Hermetariis suspenderunt*. Paullo tamen aliter se habet Athanasii lectio, & interpretatio in Maurina editione. In hac enim non ἐπὶ τῶν ἑρμηταρίων, ut in textu apud Ducangium, sed cum addito ( τῶν καλουμένων ) ἑρμηταρίων legitur ; unde & locus integer sic vertitur. *Has* ( sacras virgines ) *nudatas* IN HERMETARIIS, UT VOCANT, *suspendi iussere*. Ex quo manifeste liquet, S. Athanasium *Hermetaria* dicere, quae sic Alexandriae, & in Aegypto nuncupari solerent ex vulgari Aegyptiaci populi lingua ; qua *Hermetaria*, loci dicebantur, in quibus *vasa ahaenea*, sive *caldaria*, *aqua effervescente plena*, *supposito igne*, parata erant ad *supplicium*. Sed ipsa in primis ignita vasa, χαλκεῖα in his actis nostris persaepe dicta, *Hermetaria* proprie nuncupabantur : unde & simile nomen sortiebantur aedes, in quibus haec instrumenta passionis Christi militibus parabantur. Et quoniam hominum corpora in haec ferventia caldaria immergebantur, ibi quoque quicumque immergendi essent nudabantur. Non dubito, quin *Ducangius* simili fere modo Athanasii testimonium interpretatus fuisset, si Maurinam editionem consulere potuisset. Immo nec novam quasi difficultatem adversus hanc vocem sibi creare studuisset ex eo, quod Athanasius *Her-*

*Hermetarium* commemorare destiterit in apol. de fuga sua, ubi illud idem supplicium laudatis virginibus propositum, sed non illatum in haec verba narrat: *Ut autem* (Sebastianus dux Manichaeus) *eas vim superare*, καὶ μὴ φροντιζοῦσας τοῦ πυρὸς *ignem nihil curare vidit*, γυμνώσας λοιπὸν *nudatas iterum* (vel mea quidem sententia, *nudatas caeteroquin*) *ita in faciem caedit, ut per aliquantum temporis vix dignosci possent*. Una *ignis* vox satis et ipsa indicat agi heic de loco, qui πιερμητάριον populari Aegyptiorum vocabulo dicebatur; ut licet hoc nomen reticuerit Athanasius, illud tamen *metonimice* ex πυρὸς, ex *igne* scilicet, tamquam ex causa principe denominationis, intelligendum posuerit. Nihilque proinde est, cur *Ducangius* vocis originem explicaturus, ad *Hermas*, seu *Mercuriales statuas confugiat*. Est enim θέρμη, *aestus*, ab Aegyptiis corrupte versa in πιερμη, & inde in πιερμηταριον producta, quae exordium omne huic nomini tum Alexandriae, tum & in universa Aegyptiorum gente dedit; ut eo tamquam vulgatissimo Athanasius ipse uti non dubitarit. Hanc tamen lucem non aliunde, quam ex his nostris SS. MM. Actibus haurire potuimus.

Atque hoc eodem *Hermetarii* cruciatu affectus est S. Abbas *Isaac Tephrensis*, primum quidem in *Taubah*, iussu *Culciani* Praesidis, deinde etiam in *Hormes* ab *Ariano*; sed acerbiori *olei*, *salis*, *picisque* simul ebullientis auctario.

Sanctus quoque Abbas *Epime* Pancoleusensis in nomo *Pemge*, nempe *Oxyrinchi*, *Hermetarii* supplicio in eadem urbe dum ei praeerat *Culcianus*, cruciatus est. Quum enim ab initio iussus a Praeside fuisset, ut *diis sacrificaret*; eique mox respondisset: ϫⲉ ⲛⲉϥϣⲱⲡⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲓ ⲉⲛⲉϩ ⲛ̀ⲧⲁⲟⲩⲱϣⲧ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲛⲟⲩϯ ⲉ̀ⲧϭⲁϩⲉⲙ: ⲁⲗⲗⲁ ⲁⲓⲛⲁⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ :- ⲁϥⲉⲣⲕⲉⲗⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲉⲑⲣⲟⲩⲓϣⲓ ⲙ̀ⲫⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉⲡⲓ//

ⲉⲣⲙⲏⲧⲁⲣⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲥⲉϩⲱⲕⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ :- ⲉⲧⲁⲁϣϥ ⲇⲉ ⲉⲡⲓⲉⲣⲙⲏⲧⲁⲣⲓⲟⲛ: ⲁϥⲉⲣⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϧⲉⲛ ϥⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲓⲱⲧ ⲛⲉⲙ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ ⲉⲑ̅ⲩ̅ :- ⲉⲧⲁⲁϣϥ ⲇⲉ ⲁⲩϩⲱⲕⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϣⲁⲧⲉ ⲛⲉϥⲙⲁϭⲧ ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥⲕⲁⲥ ⲟⲩⲱⲛϩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ :- ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲟⲩϩⲱⲕⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ :- ⲁⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ϩⲱⲣⲡ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲥⲛⲟϥ :- ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϥⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲉϥⲃⲁⲗ ⲉⲡϣⲱⲓ ⲉⲧⲫⲉ ⲉϥⲁϣⲓ ⲉⲡⲓⲉⲣⲙⲏⲧⲁⲣⲓⲟⲛ ⲡⲉϫⲁϥ, ϫⲉ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲁⲣⲓⲃⲟⲏⲑⲏⲛ ⲉⲣⲟⲓ ϧⲉⲛ ⲧⲁⲓ ⲟⲩⲛⲟⲩ ⲑⲁⲓ : *Numquam fiet, ut ego Deos tuos vanos, sordidosque adorem; sed Dominum meum Iesum Christum semper adorabo. Iussit Praeses parari, succendique Caldarium viro Sancto, ut in illud eum immergerent. Dum autem Caldarium suspensum, succensumque esset, seipsum munivit signo Crucis: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ubi vero Hermetarium accensum est, in illud* (Lictores) *eum immerserunt, donec viscera, & ossa eius nuda apparerent. At ex quo immersus est, corpus eius suo ipsius sanguine madefactum est; & ille oculis in Caelum sublatis Caldario infixus dixit:* Domine mi Iesu Christe adiuva me in hac hora.

Sed hoc ipso *Hermetarii* supplicio Martyr *Epime* iterum affectus est Alexandriae, quo a *Culciano* missus fuerat ad *Armenium* ducem. Nam & ibi in *Caldarium* ebulliens missus est, ϣⲁⲧⲉ ⲛⲉϥⲕⲁⲥ ⲟⲩⲱⲛϩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ *donec ossa carne nudata* apparerent. Vide pag. XLVI.

Tertio tandem Hermetarii, sive ferventis Caldarii cruciatum, immaniori tamen saevitie instructum, idem ipse *Epime* subire coactus est in Vico *Phouoh* sub *Hierocle* Praeside *Pemge*, ad quem in Aegypto perimendus missus denique fuerat ab *Armenio* duce.

At Sanctus Puer Abba *Noub* ex *Athribe Alexandriam* navi delatus ad Armenium idem ibi, aut certe horribilius

lius *Hermetarii* ſupplicium ſubiit. ⲁϥϫⲟⲛⲧ, aiunt acta, ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁⲛⲟⲙⲟⲥ ⲟⲩⲁϩⲥⲁⲛⲓ ⲛ̀ⲥⲉⲓⲛⲓ ⲛⲟⲩⲭⲁⲗⲕⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲃⲉⲛⲓⲡⲓ ⲛ̀ⲥⲉϩⲓⲟⲩⲓ. ⲉϧⲣⲏⲓ ⲉⲣⲟϥ ⲛ̀ⲟⲩⲑⲏⲛ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲗⲁⲙⲁϫⲁⲧⲡ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲛⲉϩ ⲙ̀ⲙⲏⲓ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲧⲁϩⲧ (vel ⲟⲩⲧⲁⲧϩ) ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲙⲃⲣⲉϩⲓ ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲥⲁϩϯ ϭⲁⲣⲱⲟⲩ ϣⲁⲧⲉ ⲡⲓϣⲁϩ ϭⲓⲥⲓ ⲙ̀ⲓ̂ ⲙ̀ⲙⲁϩⲓ : - ⲁϥⲑⲣⲟⲩϩⲓⲟⲩⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁⲁⲛⲟⲩⲃ ⲉϧⲣⲏⲓ ⲉⲡⲓⲭⲁⲗⲕⲓⲟⲛ ⲉϥⲃⲉⲣⲃⲉⲣ : *Iratus impius* Armenius *adduci mandavit Caldarium ferreum, ut in eo mixtim effervescere & ebullire facerent sulphur, picem, oleum purum, plumbum, & bitumen; eaque omnia ita inflammarentur, ut flamma ad Cubitos usque decem extolleretur; ac deinde in Caldarium ita ferveſcens iniicerent* (lictores) *ſanctum Apa Noub. Multitudo populi Alexandrini, & fideles* lacrymantes ſolamen ei, animoſque adiiciebant. *Sed & Iulius Chbehenſis, & reliqui qui cum eo erant, viderunt ſummam animi fortitudinem & alacritatem, qua puer parvulus haec tormenta ferebat* : Nam ille ⲁϥⲫⲟⲣϣ ⲛ̀ⲛⲉϥϫⲓϫ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲑⲙⲏϯ ⲙ̀ⲡⲓⲭⲣⲱⲙ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲣⲟⲓ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲛⲉⲙ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲕⲃⲱⲕⲓ : ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲧⲁⲥⲙⲏ ϯⲛⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲑⲙⲏϯ ⲙ̀ⲡⲓⲭⲣⲱⲙ : ϯⲛⲟⲩ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲭⲛⲁⲩ ⲉⲡⲓϩⲱⲙⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓ ⲭⲁⲗⲕⲓⲟⲛ : ϫⲉ ⲁⲩϭⲓⲥⲓ ⲉⲧⲁⲁⲫⲉ ⲛⲟⲩⲏⲣ : ⲥⲟⲙⲥ ⲉϧⲣⲏⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲧⲁⲙⲉⲧϣ́ⲙⲙⲟ ϯⲛⲟⲩ : ⲛⲉⲙ ⲧⲁⲙⲉⲧⲧⲁⲗⲉⲡⲟⲣⲟⲥ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲉϣⲟⲡ ⲡⲉⲕⲟⲩⲱϣ ⲡⲉ ⲫⲁⲓ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ : ⲉⲑⲣⲓϫⲱⲕ ⲙ̀ⲡⲁⲁⲅⲱⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲉⲛ ⲡⲁⲓ ⲭⲣⲱⲙ . . . . . ⲓⲉϣⲱⲡ ⲉⲣⲟⲕ ̀ⲙⲡⲁⲛⲡⲛ̅ⲁ̅ ⲛ̀ⲭⲱⲗⲉⲙ : ⲟⲩⲱⲣⲡ ϣⲁⲣⲟⲓ ̀ⲙⲡⲉⲕⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉϥϯϫⲟⲙ ⲛⲏⲓ . ϫⲉ ⲫⲱⲕ

ⲡⲉⲛⲓⲱⲟⲩ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ : - ⲁⲙⲏⲛ. *Extensis manibus de medio ignis dicebat : Audi me Domine mi Iesu Christe : Ego servus tuus sum , & filius ancillae tuae : Exaudi vocem meam nunc in medio ignis : Nunc Domine mi vide fluctus Caldarii , quantum supergressi sunt caput meum ! Respice nunc super peregrinationem , & super afflictionem meam . Et si haec voluntas tua sit , fac , ut ex hoc igne consummatio fiat agonis mei ; atque ad Te cito suscipe spiritum meum : - Ita mihi fiat Domine mi; mitte ad me Angelum tuum , ut me confortet : Quoniam tua est gloria in aeternum . Amen .*

*Pompius* quoque Praeses *Peremmoun* S. M. *Apa Tia in Hermetarium* coniecit , iussitque ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲱⲃⲓ (forsan ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲱⲃⲥ) ϣⲁⲧⲉ ⲛⲉϥⲙⲁϭⲧⲟⲩ ⲱ̀ⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ, *ignis ardorem augeri quousque viscera eius nuda apparerent.* Et reapse summo in cruciatu erat, quum ⲛⲉϥⲥⲁⲣⲝ ⲛⲏⲟⲩ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥⲥⲛⲟϥ ⲉⲩⲥⲟⲡ carnes simul & sanguinem sibi diffluere videret.

II. ϭⲗⲟϫ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲓⲡⲓ ⲛ̀ⲭⲣⲱⲙ: *Lectus ferreus ignitus.* De eo in Act.S.M.Isaac · ⲁϥϫⲟⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲉⲧⲁⲗⲟϥ ⲉⲟⲩϭⲗⲟϫ ⲛ̀ⲃⲉⲛⲓⲡⲓ ⲛ̀ⲥⲉⲥⲁϩϯ ϧⲁⲣⲟϥ: ϣⲁⲧⲉϥⲙⲟⲩⲛⲕ ⲉⲡⲧⲏⲣϥ: ⲁϥⲑⲣⲟⲩϫⲉ (l. ⲁϥⲑⲣⲟⲩϫⲉⲕ) ϣⲑⲏⲛ: ⲛⲉⲙ ⲗⲁⲙϫⲁⲡⲧ ⲉϧⲣⲏⲓ ⲉⲧⲉϥϣⲃⲱⲃⲓ. *Dixit Praeses* ( Culcianus , ) *ut lecto ferreo imponeretur , sub quo ignis subiectus , incensusque esset : donec totus liquefactus deficeret : & sulphure ac pice ad guttur usque oppleri praecepit* . Huius lecti formam similem crediderim *craticulae* , cui impositus est Magnus Martyr Laurentius. Sic enim *Prudentius* περὶ στεφάνων Hymn.II. v. 353. 354. Tyrannum Laurentio insultantem inducit :

*Conscende constratum rogum*
*Decumbe digno lectulo .*

Hoc etiam ferreo , ignitoque lecto tortus est Alexandriae

driae iuxta maris littus ad *Posidium*, *Neptuni* nempe *templum*, *S. Epime* iussu Armenii. Sed interim istius lecti strato ad cruciatum exacerbandum inserti erant vel *aculei*, vel certe *lamellae* carnes miseri patientis *scindentes*, *ac vulnerantes*: ⲉⲣⲉ ϩⲁⲛⲕⲟⲣⲕⲥ ( ni rectius legendum sit ⲕⲟⲣϫⲥ a ⲕⲁⲣϫ, *scindere* ) ⲛ̀ⲃⲉⲛⲓⲡⲓ ⲥⲁϩⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲡⲓϭⲗⲟϫ: & *intus in lecto infixae sint laminae ferreae lancinantes*. Similis fortasse lecti imaginem nobis depinxit idem ipse elegans christianorum Vates *Prudentius* Hymn. v. in S. M. Vincentium, ubi v. 217. & seqq. cecinit:

> *Serrata lectum regula*
> *Dente frequenti exasperat,*
> *Cui multa carbonum strues*
> *Vivum vaporat halitum.*

In *Athribe* eiusdem ferrei ignitique lecti supplicio cruciatus est puer Martyr Abba *Nouh*.

At in *Peremoun* Apa *Tia*; ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲓⲛⲓ ⲙ̀ⲡⲓϭⲗⲟϫ ⲙ̀ⲃⲉⲛⲓⲡⲓ: ⲁϥⲑⲣⲟⲩϣⲧⲟ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲉϫⲱϥ: ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲓⲏⲣⲓϯ ⲁϥⲑⲣⲟⲩϩⲓ ⲭⲣⲱⲙ ⲉⲣⲟϥ ⲥⲁⲡⲉⲥⲏⲧ ⲙ̀ⲙⲟϥ: - ⲉⲩϯ ⲛⲉϩ ϩⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲥⲱϥ ϣⲁⲧⲉ ⲡⲓⲭⲣⲱⲙ ϭⲓⲥⲓ ⲉⲙⲁϣⲱ: - ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉⲣⲱⲕϩ ⲛ̀ⲛⲉⲛⲥⲁⲣⲝ: ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁⲩϩⲓⲟⲩⲓ ⲉⲣⲟϥ ⲡⲉ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲇ̅ ⲛ̀ϣⲱⲛ ⲙ̀ⲙⲁⲧⲟⲓ ϧⲉⲛ ϩⲁⲛⲥϣⲃⲱⲧ ⲉⲩⲗⲏⲕ: *adferri iussit lectum ferreum: & sanctum super eum sterni: & ita ei subtus subiici ignem; igni vero superfundi oleum, ut maiorem in modum vis eius augeretur; & ut carnes ad vivum acrius incenderet; superque eum iniectus versaretur virgis humidis a quatuor quaternionibus militum*. (a)

III. ⲕⲁⲛ

(a) ϩⲓⲧⲉⲛ ⲇ̅ ⲛ̀ⲥⲱⲛ ⲙ̀ⲙⲁⲧⲟⲓ: eadem locutionis formula occurrit in Act. Apoſtol. c. xii. 4. In ea proinde interpretanda graecum laudati loci textum & latinam verſionem iam a *Wilkinſ.* & *Lacrozio* adoptatam ſequuti ſumus. Verum ſic etiam verti poterat: ***ad quatuor latera a iv. militibus***.

III. ⲕⲁⲑⲉⲇⲣⲁ, sive ⲥⲩⲙⲯⲉⲗⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲃⲉⲛⲓⲡⲓ ⲛ̀ⲭⲣⲱⲙ: *Cathedra, sive sedes ferrea ignita*. In ea collocatus est M. *Epime* a Culciano in *Pemge*, & puer *S. Apa Noub* a Cypriano in *Athribe*. Sed *Sympselion*, quo *Noub* cruciatus est, ⲃ *duplex* dicitur, *a forma*, uti opinor, *plicatili*.

ⲙ̀ⲫⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲉⲧⲣⲁⲡⲓⲗⲱⲛ(a): ⲁϥϫⲓⲙⲓ ⲛ̀ⲕⲩⲡⲣⲓ-
ⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ : ⲛⲉⲙ ⲉⲩϩⲓⲟⲥ ⲡⲓⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲗⲁ-
ⲧⲏⲥ : ⲛⲉⲙ ⲗⲟⲩⲥⲓⲁⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉϫⲉⲙⲛⲟ-
ⲩϯ : ⲛⲉⲙ ⲙⲁⲣⲕⲉⲗⲟⲥ ⲉⲧⲁϥⲓ ⲛ̀ⲑⲟϥ : ⲛⲉⲙ ϩ-
ⲁⲛⲙⲏϣ ⲙ̀ⲙⲁⲧⲟⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧϥ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲣⲟ
ⲇⲓⲟⲕⲗⲏⲧⲓⲁⲛⲟⲥ : ⲛⲉⲙ ⲛ̀ⲥϧⲁⲓ ⲁϥϫⲉⲙⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ
ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲉⲩⲱϣ ⲛ̀ⲛⲓⲥϧⲁⲓ ϫⲉ ⲁⲛⲁⲩ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲑⲣⲉ-
ϩⲗⲓ ⲫⲓⲣⲓ ⲉⲛⲁⲓ ⲣⲁⲛ ϫⲉ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ ⲥⲁⲡⲉⲥⲏⲧ ⲛ̀ϯⲫⲉ
ⲧⲏⲣⲥ : ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲍⲉⲩⲥ ⲛⲉⲙ
ϯⲁⲑⲏⲛⲁⲥ ⲛⲉⲙ ϯⲁⲣⲧⲉⲙⲓⲥ ⲙⲁⲩ ⲛⲱⲟⲩ : ⲟⲩ-
ⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉϯⲟⲓⲕⲟⲩⲙⲉⲛⲏ ⲧⲏⲣⲥ ⲟⲩⲱϣⲧ ⲛⲱⲟⲩ :
ϫⲉ ⲟⲩⲏⲓ ⲛ̀ⲑⲱⲟⲩ ⲉⲧϯ ⲛⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲓϭⲣⲟ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲡⲟ-
ⲗⲉⲙⲟⲥ: ⲙⲁⲅⲟⲥ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛⲉⲙ ⲁϫⲱ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲉ
ⲙ̀ⲡⲉⲧⲉⲛϣϫⲉⲙϫⲟⲙ ⲉⲣⲱⲟⲩ ⲁⲣⲓⲉⲍⲱⲣⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀-
ⲙⲱⲟⲩ ⲉϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲣⲁⲕⲟϯ ϣⲁ ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲡⲓ-
ⲕⲟⲙⲏⲥ ⲙ̀ⲧⲉϥϧⲱⲧⲉⲃ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉⲧ-
ⲁⲧϯⲁⲥⲟ :- ⲥⲁⲧⲟⲧϥ ⲁϥⲱⲟⲩ ⲛ̀ϩⲏⲧ ⲛⲟⲩ-
ⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲑⲙⲏⲓ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ϣⲁϯⲟⲩⲕⲏⲛ
ⲉⲩⲱϣ ⲛ̀ⲛⲓⲥϧⲁⲓ : ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϥⲱϫⲓ ⲉⲧϩⲏ ϧⲉⲛ
ϯϫⲟⲙ ⲛ̀ⲧⲉⲫϯ :- ⲁϥϣⲗⲓ ⲙ̀ⲡϫⲱ̀ⲙ ϧⲉⲛ ⲛⲉ-
ⲛϫⲓϫ ⲙ̀ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ : ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲫⲁϭϥ ⲁϥⲥ-

ⲁⲧϥ

(b) si ⲧⲉⲧⲣⲁⲡⲓⲗⲟⲛ dem sit ac ΤΕΤΡΑΠΥΛΟΝ, vocabulum hoc, Ducangio interprete, *aedificium* erit *quatuor portis pervium*.

ⲁⲧϥ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲡⲟⲩϩⲟ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ϭⲓϣ-
ⲓⲛⲓ ⲛⲱⲧⲉⲛ ⲱ ⲛⲓⲡⲁⲣⲁⲛⲟⲙⲟⲥ ⲛⲁⲑⲛⲟⲩϯ ⲛⲉⲙ
ⲡⲉⲧⲉⲛⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ ⲛ̀ⲕⲟⲩⲣ : ⲡⲱⲥ ⲉⲣⲉⲧⲉⲛⲙⲟⲩϯ
ⲉⲛⲓⲃⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲙⲁⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲛⲉϥϣⲱⲡⲓ : ⲁⲛⲁⲧⲉⲣⲟⲓ
ⲇⲉ ⲁⲕⲉⲣⲟⲩ ⲛⲏⲓ ⲛⲉⲁϥ :- ⲓⲥϩⲏⲡⲡⲉ ⲁϥⲓ ϣⲁⲣⲟⲓ ϫⲉ
ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲁϥϯϫⲟⲙ ⲛⲟⲓ ϫⲉ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲁϯϣⲓⲛⲓ
ⲛⲁⲕ ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲕⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲃⲟϯ :- ⲉⲧⲁϥⲛⲁⲩ ⲇⲉ
ⲉⲣⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲕⲩⲡⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲁϥⲙⲟϩ
ⲛ̀ϫⲱⲛⲧ ⲁϥⲣⲁϫⲣⲉϫ ⲛ̀ⲛⲉϥⲛⲁϫϩⲓ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲡⲓⲁ-
ⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁⲁⲛⲟⲩⲃ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛⲁϥ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏ-
ⲏϯ : ϫⲉ ⲱ ⲡⲓⲙⲁⲅⲟⲥ ⲉⲧϩⲱⲟⲩ ⲡⲱⲥ ⲁⲕϫⲉⲙ-
ϫⲟⲙ ⲛⲓ ⲙ̀ⲡⲁⲙ̀ⲑⲟ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲕⲉⲥⲟⲡ ϣⲉ ⲡⲓ ⲁⲡⲟⲗ-
ⲗⲱⲛ ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲛⲟⲩϯ ⲛⲉⲙ ϯⲉⲣⲧⲉⲙⲓⲟⲥ ( l. ⲁⲣ-
ⲧⲉⲙⲓⲥ ) ⲑⲙⲁⲩ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟⲩϯ : ϫⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲛϩⲗⲓ ϧⲉⲛ
ⲡⲁⲓ ϣⲗⲟⲗ ϫⲉ ⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ϯϭⲓⲥⲓ ⲛⲏⲓ ⲓⲙⲏϯ
ⲡⲁⲓ ϭⲉⲗϣⲏⲣⲓ ⲉⲛⲁⲭⲱ ⲙ̀ⲫⲁⲣⲙⲁⲅⲟⲥ ⲫⲁⲓ :-
ⲥⲁⲧⲟⲧϥ ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲥⲩⲙⲯⲉⲗⲓⲟⲛ ⲃ̅ ϯⲛ̀ⲃⲉ-
ⲛⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲥⲉⲑⲉⲙⲥⲟϥ ⲉϫⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲥⲉⲥⲁϩϯ ⲉⲣⲟϥ :-

Quum enim *accessit ad locum*, *Tetrapylum nuncupatum*, ( ubi iudiciale forum, ) *invenit Cyprianum Praesidem*, & *Euhium militum ducem*, & *Lysiam Praesidem Gemenuti*, & *Marcellum*, *qui eo adierat*, & *milites bene multos ab ipso Diocletiano missos*: & *scripta sanctus reperiit*, *quae verbis hisce exarata legebantur*: Videte ne vel hilum huius nominis IESU subtus omne Caelum pronuncietur: sed Apollo, & Iupiter, & Minerva, & Artemis eorum mater invocetur; & totus terrarum orbis eos adoret: Quoniam illi sunt, qui nobis victoriam dant in bellis. Magos omnes, & inincantatores omnes, quicumque fuerint, quos superare vos non poteritis, exules mittite in Alexandrinam urbem

bem ad Armenium comitem, ut eos sine ulla indulgentia interimat. *Tum puer & iustus Apa Anub animi viribus in se repente excitatis; uniusque Dei auxilio, & potentia fretus, intercipiens, penitusque opprimens scriptorum lectionem, eripuit libellum de manu Praesidis, eumque fregit; fractasque lacinias ante illius conspectum dispersit, dicens*: horum vos pudeat, o iniqui athei, pudeat & Apollinis muti surdique! Quomodo audetis servos Christi vocare magos? Video autem & cetera, quae mihi in carne tolleranda erunt. Sed ecce venit ad me Dominus meus Iesus, deditque mihi vires, ut te, tuosque Deos abominandos pudore afficiam. *Quumque oculos in eum infixisset Cyprianus Praeses, ira accensus, dentibus frendens, fremensque adversus S. Apa Anub, dixit ei sic*: O mage scelerate, hoccine modo tu iterum venire potuisti coram me? per salutem Apollinis deorum maximi, & Artemidis genitricis deorum! Nemo certe in Christianorum gente tam mihi molestus est, quam hic puer magus talisque Veneficiorum effector! *Mox sedem* duplicis plicaturae *ferream adduci jussit, ut in ea collocatus flammis succensus combureretur*.

IV. Sed ad ignitam *S. Epime* sedem *quartum* accessit urentis supplicii genus, cuiusmodi est *corona ex ardentibus carbonibus contexta, & miseri patientis capiti imposita cum additis facibus ad eius latera applicatis*; cumque duobus follibus ignem in ardenti verticis corona ea arte continuo excitantibus, ut eiusdem ignis spicula flammasque sub eius brachia reflecti cogerent, donec subtus cathedram, in qua Martyr sedebat, pervenirent. Ille vero signo sanctae Crucis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti munitus, *sertum ardentium carbonum* in coronam ex pretiosis margaritis lectisque gemmis contextam sibi evasisse persensit: & faces a lateribus Martyris retroverso ardore in Lictorum corpora irreparabili incendio saevire coeperunt: clamante interea multitudine spectato-

ctatorum civium: ϫⲉ ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲡⲉ ⲫϯ ⲛ̀ⲛⲓⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲫⲏ ⲉⲧⲧϯϫⲟⲙ ⲛ̀ⲛⲏⲉⲑⲩ̅ : ⲛⲧⲁϥⲧⲉⲛⲛⲁⲭⲁⲕ ⲁⲛ ⲉⲑⲣⲉⲕⲧⲁⲕⲟ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲱⲙⲓ ⲛ̀ⲑⲙⲏⲓ ϧⲉⲛ ⲧⲉⲛⲡⲟⲗⲓⲥ :- *Magnus est Deus Christianorum qui facit mirabiles virtutes in sanctis suis; non sinemus, ut hic homo iustus pereat in civitate nostra*. Quae ut Praeses audivit, metu perterritus, sese ad virum sanctum convertit, eumque adiuravit per Iesu nomen, cuius ope magia eius tam efficax erat, ut incendium in tortoribus excitatum extingueret. Quod ubi signo sanctae Crucis ab eo factum est, Praeses ipse ⲉⲣϣⲫⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲁϣⲱ, *vehementer obstupuit*: moxque eum iterum adiurare suscepit, ut sibi ingenue significaret, quid esset signum illud, quod super vultum suum duceret; (utpote magni revera Magi insigne:) quodque tam mira operaretur. Cui Martyr, *audi*, inquit: *Hoc signum est, quod Deus in vultu Adami, quo temporis momento eum plasmavit, impressit, & hoc rursus signum est, quod Dominus meus Iesus Christus imposuit credentibus in eum, & in Patrem eius bonum, & in Spiritum Sanctum*. *Culcianus Praeses* populi clamores secum in animo, non sine magno metu, revolvens, auditis assessoris sui consiliis, de *S. Epime* Alexandriam ad Armenium ducem mittendo deliberavit.

VI. Ad *Subsellium* quoque ignitum pueri *Anub*, aliud accessit acerbissimi cruciatus genus, quod *quintum* inter supplicia numerabimus. Sic enim acta prosequuntur;

ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲥⲁϩ ⲃ̅ ⲉⲩⲗⲟⲃϣ ⲛ̀ⲭⲣⲱⲙ : ⲁϥϩⲓⲧⲟⲩ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲛⲉϥⲃⲁⲗ ⲁϥⲑⲣⲟⲩϩⲓϯ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ϣⲁⲧⲉ ⲛⲓⲁⲗⲗⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉϥⲃⲁⲗ ⲫⲱⲣⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲥⲉϩⲉⲓ ⲉⲛⲉϥϫⲓϫ : Et (Cyprianus Praeses) *adferri jussit terebras duas ardenti igne candentes, in ejus oculos intrudendas; easque tamdiu intro impelli, tor-*

*torquerique mandavit , quamdiu oculorum pupillae in manus ejus deciderent .* Ille vero gratias egit domino Deo suo Jesu Christo , quod oculi sibi avulsi, facti essent a malo alieni .

VII. At mox allatum est ⲛ̀ⲟⲩⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ:(a)ⲉϥⲟⲓ ⲛ̀ⲣⲱⲓϥ ⲛ̀ⲃⲁϣⲟⲩⲣ: ⲁϥⲑⲣⲟⲩϩⲓⲟⲩⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲣⲟϥ : ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉϧⲱⲕ ⲉϫⲱϥ ϣⲁⲧⲟⲩⲧⲥⲱⲗⲡ ̀ⲙⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲥⲉⲁⲓϥ ⲛ̀ ⲅ̅ ̀ⲙⲙⲉⲣⲟⲥ : ⲟⲩⲙⲉⲗⲟⲥ ⲓⲥϫⲉⲛ ⲧⲉϥⲙⲉⲥⲧⲉⲛϩⲏⲧ ⲉⲡϣⲱⲓ : ⲕⲉⲙⲉⲗⲟⲥ ϣⲁⲧⲉϥⲙⲏϯ : ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥϭⲁⲗⲁⲩϫ : *Hastile os habens serrae dentatum , ut illud* ( lictores ) *in hominem sanctum iniicerent, superque eum secundo agitarent , donec corpus ipsius scinderent , tresque in partes dividerent ; primumque membrum esset ex superiori pectoris ventrisque parte constans ; alterum ad corporis medium ; & tertium pedes .* Verum *puero Anub IESUM* suum oranti adstitit repente S. Michael Archangelus , qui *serra* confracta ; & divisis corporis partibus inter se mire compactis , & consolidatis ; immo & oculorum pupillis in sedem suam restitutis, ita sanum , integrum , incolumemque reddidit , ut , quum nullum in eo laesionis vestigium populus civitatis *Athribis* deprehendisset , tanti prodigii stupore abreptus clamarit : ⲁⲛⲟⲛ ϩⲁⲛⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ̀ⲙⲡⲁⲣⲣⲏⲥⲓⲁ : ⲉⲛⲏⲛ ⲉⲫϯ ⲛ̀ⲁⲡⲁⲁⲛⲟⲩⲃ ⲛⲓⲣⲉⲙⲛⲁⲏⲥⲓ : *Nos palam Christiani Deum Abbatis Noub Naisensis colere profitemur .* Quodque magis est ; fidem hanc suam Athribenses cives paullo post glorioso martyrio consecrarunt .

VIII. Iterum tamen S. puer Anub ad incitas redactus , ut adoraret *Apollinem* , secundum Diocletiani mandatum , quum Praesidi Cypriano respondisset : ⲱ ⲛⲓⲁⲛⲟⲩ

(a) ⲟⲩⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ idem ac Ἀστίλιον , mutato λ in ρ ; *Haſtile* ſcilicet , inſtrumentum in *Serrae* morem dentatum . Vide *Meurſium*, & *Ducang.* in gloſſar.

ⲟⲩϩⲟⲣ ⲉ̀ⲧⲗⲟⲃⲓ : ⲉϥϣⲟⲡ ⲡⲉⲕⲟ̄ⲥ̄ ⲡⲉ ⲇⲓⲟⲕⲗⲏⲧⲓⲁⲛⲟⲥ: ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲡⲁⲟ̄ⲥ̄ ⲁⲛⲟⲕ ⲁⲛ ⲡⲉ : ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲁⲟ̄ⲥ̄ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡⲭ̄ⲥ̄: - ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲡⲉ ⲡⲟ̄ⲥ̄ ⲛ̀ⲧⲫⲉ ⲛⲉⲙ ⲡⲕⲁϩⲓ : - ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲡⲉⲧⲑⲉⲃⲓⲟ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧϭⲓⲥⲓ: ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲑⲉⲃⲓⲟ ⲛ̀ⲛⲓϭⲁⲥⲓϩⲏⲧ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲣⲏϯ : ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲕⲓⲱⲧ ⲡⲓⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ *o canis insane! si tuus dominus est Diocletianus : meus vero non est ; sed est Dominus meus Jesus Christus : Ille est Dominus caeli & terrae : ille humiliat , & exaltat ; ac deprimit superbos , cujusmodi es tu , & pater tuus diabolus* ; vix dici potest , quam ingentis irae vim in immanissimi Judicis animo adversum se incitarit . Nam ille incredibili furore percitus , sibi subito ⲕⲉⲗⲉⲃⲓⲛ ⲉϥϫⲏⲣ ⲉϥⲟⲓ ⲛ̀ⲣⲟ̄ⲃ̄, *securim ex utraque parte acutam* adferri jussit ; eaque dirum primo vulnus inflictum est dorso sancti pueri Anub , mox abscissa ei sunt crura a genubus usque , deinde & ambae coxae a femore amputatae ; tandemque membra ejus omnia a se mutuo seiuncta distrahi ac dispergi mandavit *Praeses* , in hunc interea modum vociferans : *Est mehercle ! Apollo deorum maximus . Ego hac vice vincam hunc sacrilegum :*

ⲙⲁⲣⲉϥⲓ ϯⲛⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲁⲓ ⲅⲁⲗⲓⲗⲉⲟⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲛ̀ⲧⲉϥ ⲛⲁϩⲙⲉϥ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲁϫⲓϫ : - ⲉⲡⲓⲇⲏ ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲥⲉⲙⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ : ⲛⲉⲙ ϯⲁⲣⲧⲉⲙⲓⲥ :

*veniat nunc iste Gallilaeus Jesus , ut eripiat eum de manu mea : quoniam Deus non est , nisi Apollo , & Artemis* . Addidit praeterea impius Iudex mandatum , ut canes civitatis congregarentur in via , qua stratum erat corpus eius , ut illius carnes vorarent ; nec illud proiectum corpus ullus custodum norat praeter unum parvulum puerum civitatis , cuius nomen erat *Apollo* . Quid vero ? Ingens rursus prodigium de

caelo factum in eo est. (a) *Michael*, *Suriel*, & *Raphael* Archangeli ex aethere delapſi: ⲁⲩⲁⲙⲟⲛⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲙⲉⲗⲟⲥ: ⲁⲩⲧⲟⲩⲙⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲩⲉⲣⲏⲟⲩ: ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲛⲓϣⲓ ⲉϭⲟⲛ

(a) ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲁϥⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲧⲫⲉ: ⲉⲣⲉ ⲥⲟⲩⲣⲓⲏⲗ: ⲛⲉⲙ ⲣⲁⲫⲁⲏⲗ ⲙⲟϣⲓ ⲛⲉⲙⲁϥ: *Michael Archangelus deſcendit de caelo*, & *Suriel, atque Raphael cum eo ſimul*. Ne mireris, ſi audis heic *Suriel* una cum *Michaele*, & *Raphaele Archangelis* numerari. *Suriel* Aegyptiis idem eſt ac *Uriel*. Sanctus vero puer *Apa Noub*, & *Iulius* actorum eius ſcriptor, in eo tamquam *bono Angelo* & agnoſcendo, & invocando ſequuti sunt *traditionem Patrum ſuorum*, & totius orthodoxae Aegyptiorum Eccleſiae, quae proculdubio seculo III. & sub initium IV., dum primum Diocletiani persecutio in Christiani nominis cultores indicta eſt, in liturgicis ipſis precibus, *Urielem* invocabat ſimul cum ſanctis Archangelis Michaele & Raphaele. Ex ea enim antiquiſſima traditione huius tamquam boni Angeli nomen in ſcriptas ſubinde Aegyptiae eccleſiae liturgias derivatum eſt. Hinc Cl. Renaudotius commentar. in Liturg. copt. S. Baſilii pag. 299. ubi *quatuor Lucidi ſancti Michael, Gabriel, Raphael, & Suriel, & quatuor animalia incorporea invocantur*; *de Suriele*, inquit, *qui melius Uriel appellatur, frequens quoque memoria eſt in Orientalium Chriſtianorum libris, ut ex ultima hac oratione, & aliis, quae in Horologio, aut reliquis precum libris occurrunt, animadvertere licet. Unus dicitur ex quatuor Archangelorum numero in Euchologio Coptico, ubi exſtat ad eum peculiaris Oratio, quae ſic incipit*: Honoremus Surielem quartum inter Archangelos. *Extat eius imago in editione Aethiopica N Teſtam... Eius quoque Graeci meminerunt in variis orationibus, imo & latinae veteres multae: atque inter eas Karolinae editae a V. Cl. Ioanne Mabilonio Analector To. II. etſi dudum antea nomen Urielis in veneratione fuiſſe argumento ſit lamina eius cum aliorum Archangelorum nominibus reperta an.* M.DXLIV. *in ſepulcro Mariae Auguſtae uxoris Honorii Imperatoris. Vide Notam C.V. Stephani Baluzii ad Capitularia: cum ex Concilio Romano receuset diverſa Angelorum nomina; quae uſurpare deinde prohibitum fuit: quamvis URIELIS NOMEN DIUTIUS PERSEVERAVERIT*. Hoc idem *Urielis Archangeli* nomen in Aethiopica quoque liturgia legitur. Quid proinde mirum ſi apud Latinos ipſos SSmus Eccl. Doctor, & Mediolanenſium Episcopus *Ambroſius* lib. III. *de fide ad Gratianum cap. 2. Uriel inter Archangelos* collocat: Idemque facit *S. Iſidorus* lib. 7. orig. c. 5. Fecerunt *& Docti viri, qui*, ut verbis utar *Serarii quaeſtiuncula* XIV. in c. 12. Tobiae, *S. Henrici Imper. aevo floruerunt, eumque vel privatim vel publice, in ſcholis, & templis docuerunt*. Nam *& lamina illa aurea* in Templo Baſileenſi eminebat a S. Henrico Imp. inſtaurato, *qua ipse privatim in Palatio ſuo cum viveret uſus eſt. Unde & titulares divos refert, quos ille praecipue coluit, nempe quatuor Angelos Michaelem, Gabrielem, Raphaelem, Urielem, & Benedictum, ac in horum medio ſtantem Chriſtum, cuius pedibus*

**ⲉϧⲟⲩⲛ ϧⲉⲛ ⲛⲉϩⲣ ⲙ̀ⲡⲓⲑⲙⲏⲓ : ⲁϥⲧⲱⲛϥ ⲉϥⲟⲓ ⲛⲁⲧⲧⲁⲕⲟ :** *apprehenderunt membra : eaque apte sibi invicem coagmentarunt: inspiraruntque in faciem iusti;& ille surgens incolumis stetit sine ulla laesione*. Sed in carcerem iterum coniectus, quum innumera curationum miracula patraret, totamque urbem nominis sui fama gloriaque impleret, consilium de eo denique Alexandriam ad *Armenium* mittendo captum est.

IX. **Ⲁϥⲑⲣⲟⲩϭⲉⲣⲟ ⲛ̀ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲫⲟⲥⲥⲁ ⲛ̀ⲭⲣⲱⲙ : ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲥⲕⲉⲣⲕⲉⲣ ⲙ̀ⲫⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ϩⲓϫⲱⲥ ϧⲉⲛ ϩⲁⲛϣⲗⲓⲧ** ( forte **ϩⲁⲛϣⲗⲓϫ**) **ⲙ̀ⲃⲉⲛⲓⲡⲓ : ϣⲁⲛⲧⲉ ⲡⲓϣⲁⲣ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ϫⲱⲗ :** Fecit nempe Armenius,ut *succenderetur fossa ignis , in qua sanctus* (Epime) *jaceret circumdatus cultris ferreis scindentibus , quousque pellis corporis eius avelleretur*. Sic ego istiusmodi supplicii genus exponendum puto. Sed an Ægyptia vox **ⲫⲟⲥⲥⲁ**, *caveam* in terra effossam significet, an aliud quodvis etiam *structile receptaculum ignis* designet, ma-

*bus ipſe cum uxore Canegunde advolvitur. Albertus Magnus in ſua, quam proferunt Wiceliana exercitamenta*, *Litania* Urielem *nonne* praecatur? *Quid S. Bonaventura Centiloquii Parte* 3. *ſect.* 18.? Quin & Graeco - Latini in libro precum edito ao. 1580. apud Hieron. Marnef, teſte laudato *Serraſio*, litanias recitabant, quibus, inter cetera opem *Urielis* implorabant orantes; Ἅγιε οὐριὴλ πρέσβευε ὑπὲρ ἡμῶν *ſancte Uriel intercede pro nobis*. Non me latet, auctore Immortali Pont. Bened. XIV. Lib. IV. de Canoniz. SS. p. 2. cap. 30. huius Angeli nomen desumtum eſſe ex IV. Lib. Esdrae, qui *Canonicus non eſt*. Ultro & id ego fateor. Sed id non facit, quin secundo, tertio, quartoque eccleſiæ ſaeculo, quum necdum divinorum Librorum Canon solemni Eccleſiae definitione fixus eſſet; quemadmodum sententiae plures a Patribus Irenaeo, Tertulliano, Clemente Alexandrino, Cypriano, Ambroſio, immo & ab Eccleſia ipsa catholica, quemadmodum vir summus Auguſtinus Calmetus observat, ad introitum Miſſae fer. 5. Pentecoſtes, & ad Officium Paschale Martyrum, sententiae excerptae sunt, ita & nomen *Urielis* tamquam boni Angeli vocabulum accipi, & cum recta religionis noſtrae fide, cultuque coniungi potuerit. Illuſtria ſunt exempla Patrum, & Doctorum ipſius quoque Latinae eccleſiae auctoritate approbata, quae id nobis ſuadeant. Haec dicenda erant, ne quis putet, Acta *ſancti pueri, & Martyris noſtri Anub*, ob memorati Archangeli nomen, in subleſtae fidei suspicionem adduci quodammodo poſse.

Digitized by Google

magnopere dubito; nam ⲫⲟⲥⲥⲁ a ⲫⲟⲥⲓ, *ardere*, *coquere*, *assare* apud Coptos derivatum videtur.

X. Ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲓⲛⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲉϥⲓⲉⲃ ⲛ̀ⲟⲩⲁⲓ ⲟⲩⲁⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲭⲉϣ ϩⲉⲙϫ ⲛⲉⲙ ⲕⲟⲛⲓⲁ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲟⲩ: ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲭⲱϣ ⲉϫⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲩⲛⲉϩ ⲉϥⲃⲉⲣⲃⲉⲣ: Tormentum scilicet eidem *S. Epime* illatum; *quo singulae ei ungues effossae, & eductae sunt, asperso super vulnera aceto, acri pulvere, & oleo effervescenti* (*a*).

XI. Ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲛⲧⲃⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲁϩⲧ ( aut ⲛ̀ⲧⲁⲧϩ apud Lacroz. ) ⲛⲥⲉⲥⲁϩϯ ϧⲁⲣⲟϥ ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲭⲱϣϥ ⲛ̀ϩⲏⲧϥ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ: ϣⲁⲧⲉϥⲃⲟⲗ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲱⲟⲩ: *adducto dolio plumbeo, sub quo flamma ignis arderet, in illud sanctus* ( Epime ) *iniectus est, ut ibi sicut aqua dissolveretur*.

XII. Ferreis catenis manus pedesque vinctus raptatus per Alexandrinae urbis plateas, usque dum sanguine ter-

(a) Supplicium huius ſimile habes in Martyrio S. Abbatis militis *Tia*. Ei libere profitenti ſe *Chriſtianum*, *nec ſe adoraturum eſſe, niſi unum deum Chriſtianorum: abhorrere vero ſe ab Imperatore, eiusque diis abominandis*, *Pompius* Praeſes belluino furore exardeſcens iuſſit, ⲫⲱⲣⲕ ⲛ̀ⲛⲏⲧ ( pro ⲛ̀ⲛⲓⲉⲃ, ut ego coniicio ) ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉϥϫⲓϫ ⲛⲉⲙ ϭⲁⲗⲁⲩϫ: ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉⲫⲱⲣⲕ ⲛ̀ⲛⲓⲁⲗⲗⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉϥⲃⲁⲗ: ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲱⲥ ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲟⲩϩⲉⲙϫ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲕⲟⲛⲓⲁ: ⲁⲩⲙⲟϫⲧⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲛⲟⲩⲉⲣⲏⲟⲩ: ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲑⲣⲟⲩϫⲟϣⲟⲩ ⲉϫⲉⲛ ⲛⲉϥϣⲁϣ:- ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲉϥϣⲟⲡ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲛⲓϣϯ ⲙ̀ⲃⲁⲥⲁⲛⲟⲥ: *ungues manuum pedumque eius evelli: & erui pupillas oculorum: deinde, ut allatum acetum, & acrem pulverem, utraque inter ſe mixta, inſpergerent ſuper eius vulnera. Sanctus vero in hoc cruciatu magno doloris ſenſu afficiebatur*.

Digitized by Google

terram abluceret, se se coram Praeside *Epime* ſiſtit illaeſus: & Populus civitatis clamat: ϫⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲛⲟⲩϯ ϯϣⲟⲡ ⲉⲃⲏⲗ ⲉⲫϯ ⲛ̀ⲛⲓⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ. (a) *Non est Deus, nisi Deus Christianorum*. Et quum ob blasphemiam in Christum nostrum emiſsam mutus, ut *Epime* praedixerat, repente evaſiſset, populus iterum clamabat: ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲛⲟⲩϯ ϣⲟⲡ ⲉⲃⲏⲗ ⲉⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅: ⲫϯ ⲛ̀ⲛⲓⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ: *Non est Deus, nisi Dominus noster Jesus Christus, Deus Christianorum*.

XIII. Ligatis manibus, & pedibus clauſus in ⲙⲁⲛⲛ̀ⲑⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲥⲓⲱⲟⲩⲛⲓ *in Ustrina concilii*, ſive *judicialis fori*, *post triduum* (b) inventus est ab Arnenio vinculis abſolutus, ſalvus omnino, & incolumis. Vide pag. XLVIII (c).

XIV. Tra-

(a) Similiter *S. Apa Tia funibus conſtrictus*, ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲥⲱϣϯ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϧⲉⲛ ⲙⲉϩⲁⲛⲙⲙⲁⲙⲱⲛⲓ (l. ϧⲉⲛ ⲙ̀ⲙⲉϩⲁⲛⲙⲁⲛⲱⲛⲓ) ⲉⲩϫⲏⲣ ϣⲁⲧⲉ ⲡⲉϥⲥⲛⲟϥ ϭⲁϯ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲕⲁϩⲓ ⲉⲙⲁϣⲱ: *juſſus eſt* (ab Ariano) *raptari per loca ſcabroſorum lapidum, donec ſanguis abunde manaret ſuper terram*.

(b) S. Apa *Tia* ſimili ignis ſupplicio affectus eſt a *Pompio* Praeſide *Peremoun*: Is enim ⲁϥⲑⲣⲟⲩϩⲓⲧ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲟⲩⲑⲣⲓⲣ: ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲧⲱⲡ (pro ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲧⲱⲃ) ⲉⲣⲟⲥ: ⲁϥϭⲉⲣⲱⲥ ⲛ̀ⲟⲩⲭⲣⲱⲙ: ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲑⲱⲕ ⲉⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲅ̅ ⲛ̀ⲉϩⲟⲟⲩ: ⲛⲉⲙ ⲛ̀ⲅ̅ ⲛ̀ⲉϫⲱⲣϩ: *eum in furnum iniici imperavit, ibique concludi: ignem in eo accenſum foveri, & ita dies noctesque tres ibi comburi*.

(c) Sic Apa Tia in ardentem rogum Ariani juſſu iniectus illaeſus inde eductus eſt. Eo prodigio commotus Populus Babylonis in hos clamores erupit: ϫⲉ ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲡⲉ ⲫϯ ⲛ̀ⲛⲓⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ: ⲟⲩⲟϩ ⲟⲩⲁⲓ ⲡⲉⲫϯ ⲙ̀ⲡⲉⲑⲟⲩⲁⲃ Ⲁⲡⲁ Ⲧⲓⲁ: Eoſdemque, immo & multo elatiores, ardentioreſque clamores iterum atque tertio, *Pompio* licet fremente, Populi ediderunt in *Peremoun*: *Magnus eſt Deus Christianorum, & unus eſt Deus S. Abbatis Tia*.

XIV. Traditus idem *Epime* ab Armenio *Hierocli*, & duci *Sebastiano*, perductus est ad Vicum usque *Pluoh* civitatis & nomi *Henes*. Ibi quum Praeses, & dux intellexissent ad occasum urbis *Hennes* templum exstare, in quo dii colerentur: erat enim ibi castrum, *Arx* dictum *Cemin*, a *Tribuno*, & *a militibus* custoditum. Quumque ut eo adirent ad numina adoranda jumentis indigerent, nec ea tamen, etsi jam parata, & expedita ad iter, Deo impediente, gressum movere possent, ad templum recta miserunt, **ⲁⲩⲑⲣⲉⲛⲟⲩⲏⲃ ⲓⲛⲓ ⲙ̀ⲛⲓ ⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ**, *ut Sacerdotes adducerent* in Pluoh *Deum Apollinem*: Adductum iubet Praeses Martyri *Epime*, ut eum adoret. At ille mirabili divini spiritus impetu arreptum Apollinem humi repente deiectum confregit. Tum Cyprianus incredibili ira succensus calcaneorum iuncturas, nervosque ei proscindi, & horis tribus crucifixum suspendi iussit, primo quidem capite deorsum pendente, ut cerebrum in os, & nares eius deflueret, deinde in verso: & tunc ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲓⲛⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲉϥϣⲟⲗ ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥⲛⲁϫϩⲓ: ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲛⲁϥ ⲉⲣⲉⲥⲑⲁⲛⲉⲥⲑⲉ ⲁⲛ ⲛⲉϥϣⲁϩⲗⲓ ⲙ̀ⲃⲁⲥⲁⲛⲟⲥ, *molares, & ceteri dentes omnes ei avulsi sunt. Sanctus vero nullo se doloris sensu in tormentis affici videbatur.*

XV. *Epime* tandem in ebulliens Caldarium immerso ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲟⲩϣⲗⲓϫ ⲛ̀ⲃⲉⲛⲓⲡⲓ ⲉϥⲗⲟⲡϣ (l. ⲉϥⲗⲟⲃϣ) ⲛ̀ⲭⲣⲱⲙ: ⲛ̀ⲥⲉϩⲓⲧϥ ⲉϭⲟⲩⲛⲉⲛⲉϥⲙⲁϣϫ ⲛ̀ⲟⲩⲓⲛⲁⲙ: ϣⲁⲧⲉϥⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϭⲉⲛ ⲡⲉϥⲙⲁϣϫ ⲛ̀ϫⲁϣⲉ: - ⲉⲩⲛⲁϩⲓⲟⲩⲓ ⲇⲉ ⲙ̀ⲫⲏⲉⲑⲟ̄ⲩ ⲉⲡⲓⲭⲁⲗⲕⲓⲟⲛ ⲁⲩⲛⲟⲩϫϭ ⲉⲡϣⲱⲓ ⲛ̀ϫⲉϩⲁⲛⲧⲉⲗⲧⲓⲗ ⲉⲩⲃⲉⲣⲃⲉⲣ: ⲁⲩⲣⲱⲕϩ ⲛ̀ⲛⲓⲙⲁⲧⲟⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲙⲏϣ ⲉⲧⲟϩⲓⲉⲣⲁⲧⲟⲩ, *inductus est stilus ferreus igne candens, isque in dexteram aurem infixus, ut in sinistram pertransiret; & lictores, qui eum in caldarium coniecerant,*

*rant*, *stillicidia ferventia eminus suspensa super illius caput infundebant*, *quae* & *milites*, & *multitudines quoqae praesentes adusserunt*. Haec in Vico *Phuoh*.

XVI. Alexandriae vero, quo *S. ApaNoub* missus fuerat ex Athribe civitate, quum ab Armenio comite fuisset vehementi impetu compulsus, ad reticendum nomen sibi odiosum *Christi Iesu*; quippe qui a Iudaeis in crucem actus, etsi Dei Filium se faceret, non potuit tamen semetipsum liberare, sed eum occiderunt; Illeque divino spiritu plenus respondisset:

ϫⲉ ⲑⲱⲙ ⲛ̀ⲣⲱⲕ ⲭⲁⲣⲟⲕ : ⲱ̀ ⲡⲓⲑⲏⲣⲓⲟⲛ ⲛⲟⲩⲁⲙⲥⲁⲣⲝ.... ⲛⲉⲙ ⲡⲉϥⲕⲉⲟⲩⲣⲟ ⲛⲁⲛⲟⲙⲟⲥ :- ⲱ ⲫⲏ ⲉⲛⲧⲉⲣⲉ ϯϣⲱϯ ⲛ̀ⲧⲉⲫⲛⲟⲩⲛ ⲛⲁϣⲱⲡⲓ ⲛⲁϥ ⲙ̀ⲙⲁⲛⲛ̀ϣⲱⲡⲓ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ : ⲛⲉⲙ ⲡⲓϥⲉⲛⲧ ⲛⲁⲧⲛ̀ⲕⲟⲧ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲥⲑⲉⲣⲧⲉⲣ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲛⲁϫϩⲓ : ϯⲛⲁϩϯ ⲉⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ : ϫⲉ ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲡⲉ ⲫϯ : ⲫⲏ ⲉⲧⲁϥⲑⲁⲙⲓⲟ ⲛ̀ⲛⲧⲫⲉ ⲛⲉⲙ ⲡⲕⲁϩⲓ : ϯⲛⲁϩϯ ϫⲉ ⲁϥϭⲓⲙ̀ⲕⲁϩ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲛ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲉⲛⲛⲟⲃⲓ : ϯⲛⲁϩϯ ϫⲉ ⲁϥⲙⲟⲩ : ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲧⲱⲛϥ ϧⲉⲛ ⲛⲏ ⲉⲑⲙⲟⲩⲧ : ⲟⲩⲁⲧⲙⲟⲩ ⲡⲉⲟⲩⲁⲧⲧⲁⲕⲟ ⲡⲉ :- ϯⲛⲁϩϯ ϫⲉ ⲁⲩⲭⲁϥ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙϩⲁⲩ ⲛ̀ ⲅ̅ ⲛ̀ⲉϩⲟⲟⲩ :- ϯⲛⲁϩϯ ϫⲉ ⲁϥⲧⲱⲛϥ ϧⲉⲛ ⲛⲏⲉⲧⲙⲱⲟⲩⲧ ⲁϥϩⲱⲗ ⲉⲡϣⲱⲓ ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ : ⲁϥϩⲉⲙⲥⲓ ⲥⲁⲟⲩⲓⲛⲁⲙ ⲡⲉϥⲓⲱⲧ ⲉⲛⲁⲅⲁⲑⲟⲥ : ⲫⲏⲛⲟⲩ ⲉϯϩⲁⲡ ⲉⲛⲏⲉⲧⲟⲛϧ : ⲛⲉⲙ ⲛⲏⲉⲑⲙⲱⲟⲩⲧ :- ⲫⲛⲁϯ ⲙ̀ⲡⲓⲟⲩⲁⲓ ⲡⲓⲟⲩⲁⲓ ⲕⲁⲧⲁ ⲛⲉϥϩⲃⲏⲟⲩⲓ :- ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲇⲉ ⲱ̀ ⲡⲓⲟⲩϩⲟⲣ ⲉⲩⲗⲟⲃⲓ ⲛⲉⲙ ⲇⲓⲟⲕⲗⲏⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲛⲉⲙⲁⲕ : ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲛⲕⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ ⲛ̀ⲥⲟϫ ⲥⲉⲛⲁϩⲓⲑⲏⲛⲟⲩ ⲉϯϣⲱϯ ⲛ̀ⲧⲉⲫⲛⲟⲩⲛ : ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲧⲁⲣⲧⲁⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲙⲉⲛϯ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ : *O durum* & *caecum os tuum! sile. O bellua carnivora, una cum iniquo Imperatore tuo! O tu, cui puteus abyssi, erit aeterna mansio cum verme,*

*qui numquam moritur , & cum stridore dentium ! Ego credo in Dominum meum Iesum Christum , in illum , qui Deus est , qui creavit caelum & terram : Credo quod ille passus sit pro nobis ob peccata nostra : credo , quod ille mortuus sit , & resurrexit a mortuis immortalis & incorruptibilis : credo , quod jacuerit in sepulcro conditus tribus diebus : Credo , quod a mortuis excitatus adscenderit in caelum , & sedet ad dexteram Patris sui boni , venturus ad iudicium vivorum & mortuorum , redditurus unicuique secundum opera sua : Tu vero, canis insaniens cum Diocletiano tecum , cumque Apolline tuo picturato , projiciemini in puteum abyssi , & in Tartara inferorum in aeternum* ; Armenius summopere excandescens (a) ;

ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲁⲙⲟⲛⲓ ⲙ̀ⲡⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲛ̀ⲥⲉϣⲟ-
ⲧⲟϥ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲉϥⲥⲟⲓ ⲛ̀ⲥⲉⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲓ̅ ⲛ̀ⲫⲉⲛϯⲟⲛⲓⲟⲛ
ⲛ̀ⲃⲉⲛⲓⲡⲓ ⲉⲩⲗⲟⲃϣ ⲛ̀ⲟⲩⲭⲣⲱⲙ ⲛ̀ⲥⲉⲧⲟⲣⲧⲱⲣⲟⲩ ⲉ
ϧⲟⲩⲛ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ: ⲃ̅ ⲉϧⲟⲩⲛ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲃⲁⲗ
ⲃ̅ ϣⲁⲧⲟⲩⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲙⲟⲧⲧ: ⲕⲉⲃ̅ ⲉϧⲣⲏⲓ
ⲉⲡⲉϥⲙⲁϣϫ ⲃ̅: ⲕⲉ ⲃ̅ ⲙ̀ⲡⲉϥϭⲓ [l. ⲉⲡⲉϥϭⲓⲥⲓ] ⲃ̅:
ⲕⲉⲃ̅ ⲉⲛϣⲱⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥϫⲓϫ ⲃ̅: ⲕⲉ ⲃ̅ ⲉⲧⲉϥϭⲁⲗⲟϫ ⲃ̅:
ϩⲱⲥ ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ⲧⲏⲣϥ ⲉⲣⲭⲣⲱⲙ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲛ-
ϥⲑⲣⲟⲩⲙⲟⲩⲣ ⲛⲟⲩⲛⲟϩ ⲉⲡⲉϥϭⲁⲗⲁⲩϫ ⲁⲩⲱϣϯ ⲙ̀ⲙ-
ⲙⲟϥ ϣⲁⲧⲟⲩϩⲟⲗ) ⲉⲡⲓϣⲧⲉⲕⲟ: ⲉϥⲟⲓ ⲙ̀ⲫⲁϣⲙⲟⲩ:

*apprehendere fecit S. Apa Anub , ut ei prostrato super dorsum infigerent decem acus ferreos igne candentes , & ustulantes ; eosque intorquerent in corpus ejus : duos in oculos*

(a) Quae heic ⲛ̀ⲫⲉⲛϯⲟⲛⲓⲟⲛ, paullo poſt ⲛⲓⲫⲉⲣⲟⲛⲓⲟⲛ dicuntur . At ⲛⲓⲫⲉⲣⲟⲛⲓⲟⲛ ex graeco περόνη , quod eſt ῥαφὶς , *acus ſutorius* , deductum arbitror . Sed hac in re , ut & in ceteris , eruditorum iudicio me maxime volens lubenſque ſubiicio .

*oculos quousque ad nervos penetrarent : duos in aurem utramque : duos in scapulas duas : duos super unam alteramque manum : duos in utrunque pedem . Vt autem corpus eius omne factum est ignis , & funibus pedes eius colligati sunt , tractus raptim in carcerem veluti seminortuus iacuit .*

XVII. Bestiis objecti sunt hi sancti Martyres . Et quidem *Epime* integrum triduum in scapha vinctus inter ora ferocientium belluarum intactus permansit , ut iam ante vidimus pag. L.

De *Apa Tia* haec in actis ejus legimus :

ⲡⲓⲁⲛⲟⲙⲟⲥ ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲥⲟⲛϩ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ : ⲁϥⲑⲣ-
ⲟⲩϭⲓϯ ⲙ̀ⲡⲉϥϣⲁⲣ : ⲓⲥϫⲉⲛ ⲧⲉϥⲁⲫⲉ ϣⲁⲛⲉϥ-
ϭⲁⲗⲁⲩϫ : ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲓ ⲉϥⲟⲩⲟϣⲉⲙ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲥ-
ⲛⲟϥ : ⲁϥⲟⲩⲥⲁϩⲛⲓ ⲉϫⲱ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲣⲟϥ ⲛⲟⲩ-
ⲙⲟⲩⲓ : ⲉⲥⲙⲟⲥⲓ ϫⲉ ϩⲓⲛⲁ ⲛⲉϫⲁϥ ⲛ̀ⲛⲓⲥⲉϫⲡ ϩⲗⲓ
ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ : - ⲉⲧⲁⲩϫⲱ ⲇⲉ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϯⲙⲟⲩ-
ⲟⲩⲏ : ⲁⲥϭⲟϫⲓ ⲙⲉⲛ ⲉϫⲱϥ : ⲉⲧⲁⲥⲫⲟϩ ⲇⲉ ⲉⲣⲟϥ
ⲁⲥⲗⲱϫϩ ⲛ̀ⲛⲉϥϣⲁϣ : ⲉⲧⲁϥⲛⲁⲩ ⲇⲉ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓ-
ϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ϫⲉ ⲥⲉⲟⲩⲱⲙ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲁⲛ : ⲉϥⲟⲩⲁ-
ϩⲥⲁⲛⲓ ⲉϩⲟⲗⲥ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲁⲣⲟϥ . ⲱ̀ ϫⲉ ⲟⲩϧⲣⲱⲟⲩ
ⲛ̀ⲛⲁϣ ⲙ̀ⲙⲁⲓⲏ ⲡⲉ ⲉⲧⲁϥϣⲱⲡⲓ : ⲙ̀ⲡⲓⲛⲁⲩ ⲉⲧ-
ⲉⲙⲙⲁⲩ ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲏϣ ⲉⲩϯⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲫϯ :

*Impius* ( Praeses Pompius ) *colligari mandavit S. Virum* ( *Apa Tia,*) *eique pellem radi atque incidi a capite usque ad pedes ejus : & suo ipsius sanguine conspersum ante leaenam , quae foetum ediderat , ut,* ( *quemadmodum dicebat,* ) *nihil de reliquiis corporis ejus superesset . Quum vero objectus est leaenae , illa quidem ad eum cucurrit , sed quum ad ipsum pervenisset , tota fuit in illius lingendis lambendisque vulneribus . O quam multus ingensque clamor ea hora editus est a multitudine spectatorum laudantium , & glorificantium Deum !*

 De

De *Apa* vero *Noub* isthaec narrantur : ⲡⲓ
ⲅ̅ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲓ ⲁⲩϣⲉ ⲛⲱⲟⲩ ⲁⲩϫⲓⲙⲓ ⲙ̀ ⲓ̅ ⲛ̀ϩⲟϥ
ⲉⲩϫⲟⲣ ϧⲉⲛ ⲧⲟⲩϫⲟⲙ: ⲉⲩⲟⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲑⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉ=
ϥⲙⲟⲩ: ⲁⲩⲉⲛⲟⲩ ϣⲁ ⲡⲓⲕⲟⲙⲏⲥ ⲡⲉϫⲱⲟⲩ ⲛⲁϥ:
ϫⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲟⲛϧ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ, ⲉϣⲱⲡ ⲟⲩⲟⲛ
ⲥ̅ ⲓⲉ ⲧ̅ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲓ ⲙ̀ⲡⲁⲓ ⲙⲁ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲟⲩⲟⲙⲟⲩ ⲉ=
ϧⲣⲏⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲛⲟⲩ ⲛⲟⲩⲱⲧ: - Ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲇⲉ
ⲡⲓⲕⲟⲙⲏⲥ ⲁϥⲣⲁϣⲓ ⲙ̀ⲙⲁϣⲱ: ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲓⲛⲓ ⲙ̀=
ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲟⲩⲣⲓ ⲛ̀ⲭⲁⲕⲓ ⲛ̀=
ⲥⲉϫⲱ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲣⲟϥ ⲛ̀ⲛⲓϩⲟϥ: ϧⲉⲛ ϯⲟⲩⲛⲟⲩ ⲉ=
ⲧⲁⲛⲓϩⲟϥ ⲛⲁⲩ ⲉⲡⲓⲑⲙⲏⲓ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ :- ⲁⲩϣⲉ=
ⲛⲱⲟⲩ ⲁⲩⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ⲙⲟϥ..... ⲉⲧⲁⲩⲧⲟⲟⲩⲓ ⲇⲉ
ϣⲱⲡⲓ ⲁⲡⲓⲕⲟⲙⲏⲥ ⲙⲟⲩϯ ⲉⲛⲏⲉⲧⲣⲱⲓⲥ ⲉⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ
ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲱⲟⲩ: - ϫⲉ ⲁⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲁⲛⲓϩⲟϥ ⲟⲩⲱⲙ
ⲙ̀ⲡⲓⲁⲭⲱ ⲛ̀ⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ: - ⲉⲧⲁⲩⲓ ⲇⲉ ⲁⲩⲟⲩⲱⲛ
ⲙ̀ⲫⲣⲟ ⲛ̀ϯⲣⲓ ⲁⲩϫⲓⲙⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲉϥϣⲗⲏⲗ ⲉⲣⲉ
ⲛⲓ ⲇⲣⲁⲕⲱⲛ ⲛ̀ⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲓⲛⲓ ⲙ̀ⲫⲏ
ⲉⲑⲩ̅ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲣⲉ ⲛⲓⲇⲣⲁⲕⲱⲛ ⲉⲙⲙⲟϣⲓ ⲛⲉⲙⲁϥ
ϣⲁⲧⲉϥⲓ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲃⲏⲙⲁ ⲉⲣⲉⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲣ=
ⲑⲉⲱⲣⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲁⲡⲓⲙⲏϣ ⲧⲏⲣϥ ⲉⲣϣⲫⲏⲣⲓ ⲁ=
ⲩϯⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲫϯ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲉ=
ⲩϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ: ϫⲉ ⲟⲩⲁⲓ ⲡⲉ ⲫϯ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓ=
ⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲕⲉⲟⲩⲁⲓ ⲉⲃⲏⲗ ⲉⲣⲟϥ:

*Tres homines adeuntes invenerunt decem serpentes viribus robustos, & mortali veneno plenos. Eos detulerunt ad comitem, eique dixerunt*: Domino nostro Imperatori vita sit in aeternum: Tales sunt (hi serpentes), ut ducentos, aut trecentos homines hoc in loco devorare una hora possent. *Armenius comes haec audiens valde laetatus est. Intrudi fecit S. Aba Anub in cellam obscuram,*

*ram, in qua positi quoque sunt contra eum serpentes. Eodem omnino tempore quum serpentes vidissent innocentem, & justum Apa Anub adorarunt eum.... Mane autem facto comes vocavit custodes sancti, dixitque eis:* Num vidissent serpentes devorasse Magum Christianorum? *Illi quum mox accessissent, aperierunt januam cellae; & invenerunt sanctum orantem, & dracones eum adorantes: & sanctum ipsum educentes, dracones quoque eum comitantes ad gradum usque reorum ante tribunal judicis; & quotquot ibi erant eos viderunt; & multitudo omnis obstupefacta glorificabat Deum S. Abbatis Anub, dicens:* Unus est Deus S. Abbatis Anub, & alius non est praeter eum.

XVI. Post alia plura cruciatuum genera *Pompius* Praeses, quum sibi demum *Apa Tia* respondentem audisset: ϫⲉ ϯⲛⲁⲉⲣⲑⲩⲥⲓⲁ ⲁⲛ: ⲡⲉⲧⲉϩⲛⲁⲛ (l. ⲡⲉⲧⲉⲛϩⲁⲕ) ⲁⲣⲓⲧϥ ⲛⲏⲓ: - ⲧⲟⲧⲉ ⲁϥⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁⲛⲟⲙⲟⲥ. ⲉⲑⲣⲟⲩϭⲓ ̀ⲙⲡⲓ ⲁⲅⲓⲟⲥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲉⲛⲓ ⲡⲉⲗⲁⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲫⲓⲟⲙ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉϩⲓⲧϥ ⲉⲡϣⲱⲕ ⲙ̀ⲫⲓⲟⲙ ⲉϥⲥⲟⲛϩ: ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲁⲩⲥⲁⲧϥ ⲉⲫⲓⲟⲙ. ⲁⲩⲧⲱⲟⲩⲛ ̀ⲙⲙⲟϥ ϧⲉⲛ ⲟⲩϫⲟⲙ ⲛ̀ⲧⲉⲫϯ: ⲁⲩⲟⲩⲟϩ ̀ⲙⲙⲟϥ ⲙ̀ⲡⲉⲙⲑⲟ ⲙ̀ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ.... ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲇⲉ ⲁϥϣⲑⲟⲣⲧⲉⲣ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁϥⲧⲟⲙⲧ ⲡⲉ: *Non sacrificabo: fac in me quod tibi placeat; tum praecepit iniquus, ut deiiceretur in pelagus maris; & iniiceretur in profundum maris ligatus. Sed quum e mari quasi supernatans emersisset Dei impellente virtute, eum extulerunt, ipsumque iterum adduxerunt coram Praeside..... Praeses vero conturbatus est, & obstupefactus, veluti a sensibus alienatus:* moxque eum iussit in carcerem trudi donec aliud quid consilii de eo caperet.

XVIII. *Verbera* vero, quibus Christiani caedebantur, quam acerba, & immania essent, disce ex Martyrio *S. Apa Noub*. Allectus is primum a Lysia Praeside ϫⲉⲙⲛⲟⲩϯ, sive *Sebenyti*, vel *Semenudae*, pollicitatione *Sponsae*,

*sae*, quam ei tamquam Filio tradississet, ϣⲁⲛϫⲱϣⲧ ⲙ̀ⲡⲓ Ⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲛⲟⲩϯ: *si adoraret Apollinem deorum maximum*, *ei continuo* ⲡⲉϫⲉ: ϫⲉ ⲉⲣⲉ ⲡⲁϭ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲥⲁⲟⲩⲓ ⲉⲣⲟⲕ: ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲕⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ ⲛ̀ⲱⲛⲓ ⲛ̀ⲁⲧⲕⲁϯ: *respondit*: Dominus meus Iesus Christus tibi, & *Apollini* tuo maledicat: ille statim ira excandescens ⲁⲑⲣⲟⲩⲁⲙⲟⲛⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲁⲩϣⲟⲧϥ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲉϥϭⲟⲓ: ⲁⲩϩⲓⲟⲩⲓ ⲉϧⲣⲏⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲧⲉϥⲛⲉϫⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲇ̅ ⲛ̀ⲕⲉⲥⲧⲱⲛⲁⲣⲓⲟⲥ: ⲃ̅ ⲉⲩϣⲓⲃ ⲛ̀ⲃ̅: ϣⲁⲧⲉ ⲛⲉϥⲙⲁϧⲧ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲧⲉϥⲛⲉϫⲓ: *apprehendi mandavit S. Apa Anub*: *& eo prostrato super dorsum suum, in illius ventrem verberum ictus inflixerunt tortores* IV., *duo, qui succederent in locum aliorum duorum caedendi munus exsequentium, donec intestina viscera ex ipsius ventre exirent*. Mitto vulnera singulis corporis membris continua incisionum serie inflicta, eaque sale, aceto, pipere, & urenti acrimonia exacerbata, *Tauream* scapulis centies impactam, immanes colaphos, compedes, equuleos, aliaque id genus tormenta, quibus Martyres in his actis excruciati cernuntur.

XVIII. Hi tamen Athletae Christi, quorum hactenus meminimus, gladio ad unum omnes postremo *caesi*, consummati Martyrii gloriam a Domino consecuti sunt. *Isaac*, ut ante diximus VI. Maii Aegyptii, id est Kalendis eiusdem mensis apud latinos. *De S. Epime* haec Iulius scriptor habet: ⲉⲧⲁϥϫⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲉϥⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ ⲉⲑⲩ̂ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓϫⲱⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲛ̀ⲥⲟⲩ ⲏ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲉⲡⲓⲡ: *Consummavit martyrium sanctum fortis Christi Martyr Apa Epime die* VIII. *mensis Iulii more Ægyptio, latino vero die secundo*. De sancto vero Anub ita idem ipse Iulius scribit: ⲁϥϯ ⲙ̀ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ ⲛ̀ⲥⲟⲩ ⲕ̅ⲁ̅ ⲙ̀ⲡ//

ⲓⲁⲃⲟⲧ ⲉⲡⲏⲡ ⲛ̀ⲟⲩϩⲉⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲕⲩⲣⲓⲁⲕⲏ ⲛⲁϫⲡ̅ⲑ̅ ⲙ̀ⲙ//
ⲡⲓϩⲉⲟⲟⲩ : *Spiritum reddidit* XXVI. *mensis Epip*; ( nempe iuxta Latinos ) XVIII. *Iulii*, *die dominico*, *hora nona diei*. Tandem *S. Apa Tia* (a), ut eius acta

(a) Ne animum tibi mirari ſubeat, ſi, praeter acta triumillorum SS. MM. *Isaac*, *Epime*, *& Noub*, ea etiam, quae ad *S. Apa Tia*, militem in caſtro Babylonis annorum XVI. & *Soterichi* Presbyteri Filium, fratremque *Iohannis* pertinent, a nobis commemorari intelligis. Nam, etſi iſtorum ſcriptor non aeque nobis cognitus, & compertus ſit,. nullus tamen dubito, quin is, qualiscumque demum fuerit, coaevus dici iure meritoque debeat. Id enim indicia, & notae omnes nobis persuadere videntur. Audi inter cetera, quae Ille de exordiis vitae S. Martyris *Tiae* ingenua narratione ſcribit: ⲛⲁⲣⲉ ⲟ//
ⲩⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲉϥⲟ//
ⲩⲁⲃ ϣⲟⲡ ϧⲉⲛ ⲥⲁⲃⲁ//
ⲣⲟⲩ ⲟⲩⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ϯⲙⲓ
ⲡⲉ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲙⲟⲩⲓ ( rectius fortaſſe ⲑⲙⲟⲩⲓ ) ⲡⲓϣⲁϯ//
ⲟⲩⲙⲏⲧⲣⲟⲡⲟⲗⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉ//
ⲭⲏⲙⲓ ⲉⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲡⲉ ⲥ//
ⲱⲧⲏⲣⲓⲭⲟⲥ ⲉϥⲉⲣⲟϯ
ϧⲁⲧϩⲏ ⲙ̀ⲫϯ: ⲫⲁⲓⲇⲉ
ⲁϥⲁⲓⲁⲓ ϧⲉⲛ ⲛⲉϥϩⲉⲟⲟⲩ
ⲉⲟⲩⲇⲓⲕⲉⲟⲥ ⲡⲉ: ⲁϥϫ//
ⲫⲟ ⲇⲉ ⲛ̀ϣⲏⲣⲓ ⲃ̅ : ϥⲣ//
ⲁⲛ ⲇⲉ ⲟⲩⲁⲓ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ
ⲡⲉ ϩⲁⲛⲑⲙⲏⲓ ⲡⲉ ⲛ̀ⲣⲉϥ//
ϣⲁⲙϣⲉ ⲛⲟⲩϯ : ⲡⲓⲁ//
ⲅⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲡⲁ ⲧⲓⲁ ⲡⲉ
ⲟⲩϧⲉⲗϣⲓⲣⲓ ⲛ̀ⲥⲁⲓⲉⲡⲉ:
ⲉϥⲙⲉϩ ⲉⲃⲟⲗ ⲫⲛⲁϩϯ
ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉϥⲟⲩⲁⲃ :-
ⲫⲁⲓ ⲉⲧⲓ ⲉϥⲭⲏ ϧⲉⲛ
ⲓ̅ⲉ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ : ⲁⲩⲟⲗ//
ⲙⲉϥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉϥⲓⲱⲧ ⲉ//
ⲛⲫⲟⲩⲱϣ ⲁⲛ: ⲁⲩⲁⲓⲧϥ
ⲙ̀ⲙⲁⲧⲟⲓ ⲉⲡⲓⲕⲁⲥⲧⲣⲟⲛ
ⲉϣⲁⲩⲙⲟⲩϯ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ
ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ... ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ
ⲛⲁϥⲉⲣⲭⲣⲁⲧⲉ ⲛ̀ⲟⲩⲙ//
ⲏϣ ⲙ̀ⲡⲟⲗⲏⲧⲓⲁ ⲛⲉⲙ
ϩⲁⲛⲁⲥⲕⲏⲥⲏⲥ ⲛⲉⲙ ϩⲁ//
ⲛϣⲗⲏⲗ ⲉⲛⲁϣⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲓ//
ⲉϫⲱϩ ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛ ⲉⲣⲙ//
ⲱⲟⲩⲓ ⲉⲩⲟϣ :- ⲛⲁϥⲓⲣⲓ
ⲇⲉ ⲟⲛ ⲛ̀ϩⲁⲛⲙⲉⲑⲛⲁⲏⲧ
ⲉϧⲟⲩⲛ ⲛ̀ⲛⲓϩⲏⲕⲓ ⲛⲉⲙ
ⲛⲓⲟⲣⲫⲁⲛⲟⲥ ⲕⲁⲧⲁ ⲧ//
ⲉϥϫⲟⲙ : *Presbyter Sacerdos erat habitans in Sabaro exiguo vico Thmui olim metropolis Aegypti. Nomen*

acta narrant, ⲉⲧⲁϥⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲡϫⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲉϥⲁⲡⲟⲫⲁⲥⲓⲥ ⲁϥⲑⲉⲗⲏⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅: ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲁⲩⲉⲛϥ ⲉⲡⲓⲙⲁ ⲉⲧⲉϥⲛⲁϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ: ⲛⲉ ⲥⲟⲩⲍ̄ ⲇⲉ ⲡⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲙ̀ϣⲓⲣ; sic enim ad eorum calcem legitur: *quum audisset clausulam sententiae suae, exultavit spiritu, & adductus ad locum, in eo martyrium consummavit: erat autem dies* VII. *mensis Emscir*, Augusti, qui respondet diei 31. *Iulii* nostri.

## V.

*Epistolae indidem ex actis ipsis excerptae, quibus Praesides provinciarum martyres curationum, & miraculorum gratia insigniores, ob Populorum metum, perimendos, sub exilii obtentu, ad se invicem mittere solebant.*

I. In primo, quod adfertur, *Culciani* exemplo, etsi S. Martyrem Isaac per *oralem traditionem* in manus dederit *Ariano* Praesidi in *Hormes* torquendum, eo tamen solemni iuris actu totum id praestitit, quod alias & Culcianus ipse, & caeteri Praesides praestare solebant. Cur ita se gesserit *Culcianus*, causam diserte exponit *Christophorus* rerum gestarum scriptor αὐτόπτης: ⲉⲧⲁϥⲣⲁⲥϯ, inquit, ⲁϥϩⲉⲙⲥⲓ ϩⲓⲡⲓⲃⲏⲙⲁ: ϩⲏⲡⲡⲉⲓⲥ ⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲁϥⲁⲙⲟⲛⲓ ⲉϯⲓⲃⲁⲕⲓ: ⲁⲩⲉⲣⲁⲥⲡⲁ-

ϩⲉⲛ

*men eius* Soterichus *erat, vir Deum religioſe timens. Hic proceſſit in diebus suis ad rectitudinis, & iuſtitiae acquiſitionem. Genuit duos Filios: unum, cui nomen Ioannes; is de numero erat veracium cultorum Dei. Sanctus vero Apa Tia adoleſcentulus erat pulcher ſane, plenus fide, & Spiritu Sancto. Hic, quum ageret annum aetatis ſuae ſextumdecimum, abſtractus a Patre, eo invito, factus eſt miles in caſtro Babylonis: idemque caſtus erat, & continens, in multiplici religioſae vitae diſciplina, & aſceticis exercitationibus, atque orationibus aſſidue verſans, & crucifigens ſe caſtigatione ſenſus, & lacrymis multis. Quin etiam miſericordiae opera erga pauperes, & orphanos, quantum poterat, exercebat.*

ϩⲉⲥⲑⲉ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲉⲣⲛⲟⲩ : - ⲡⲉϫⲉ ⲕⲟⲩⲗⲕⲓⲁⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲁ=
ⲣⲓⲁⲛⲟⲥ : ϫⲉ ⲟⲩⲟⲛ ⲟⲩⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲙⲁ
ⲙ̀ⲡⲓϣϫⲉⲙϫⲟⲙ ⲉⲣⲟϥ ⲉⲉⲣⲑⲩⲥⲓⲁ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲧⲉ
ⲡ̀ⲟⲩⲣⲟ : - Ⲡⲉϫⲉ ⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲛⲁϥ : ⲙⲁⲧⲁⲙⲟⲓ
ⲉⲣⲟϥ : - ⲉⲧⲁⲩⲓⲛⲓ ⲛⲁϥ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ : ⲡⲉϫⲉ ⲁⲣ=
ⲓⲁⲛⲟⲥ ⲛⲁϥ : ϫⲉ ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲡⲉ ⲡⲓⲙⲁⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲣⲉⲙϯⲫⲣⲉ
ⲉⲕϯϣⲱϣ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲟⲩⲣⲱⲟⲩ : - ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓ=
ⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲛⲁϥ : ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ ⲟⲩⲙⲁⲅⲟⲥ ⲁⲛ : ⲁⲗ=
ⲗⲁ ⲉⲓⲛⲏⲡ ⲉⲫⲓⲱⲧ ⲛⲉⲙⲡϣⲏⲣⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲑⲟ=
ⲩⲁⲃ : - ⲡⲉϫⲉ ⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲕⲟⲩⲗⲕⲓⲁⲛⲟⲥ : ϫⲉ ⲟ=
ⲩⲟⲣⲡ ⲛⲉⲙⲏⲓ : ⲁⲛⲟⲕ ϯⲛⲁⲉⲣⲡⲉⲧⲉⲩⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ : -
ⲡⲉϫⲉ ⲕⲟⲩⲗⲕⲓⲁⲛⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲃⲃⲁ Ⲓⲥⲁⲁⲕ :
ϫⲉ ⲉⲡⲓⲇⲏ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲱⲓ : ϩⲏⲡⲡⲉ ϯⲛⲁ=
ⲉⲝⲱⲣⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲕ : - ⲧⲟⲧⲉ ⲁϥⲑⲟⲩⲟⲣⲡ ⲛⲉⲙ
Ⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲁϥⲉⲣϩⲱⲧ ⲉⲣⲏⲥ : - ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ
ⲇⲉ ⲁⲩϩⲓⲧϥ ⲉⲛⲓ ⲟⲩⲉⲛⲧ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓϫⲟⲓ (a) :

m *Cra-*

ⲕⲩⲣⲓ ⲭⲉⲣⲉ ⲡⲁⲥⲟⲛ ⲉⲑ=
ⲛⲁⲛⲉϥ : ⲁⲣⲓϯⲁⲅⲁⲡⲏ
ⲛ̀ⲧⲉⲕⲧⲥⲟⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲕⲟⲩϫⲓ
ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ : ⲁϥⲓⲛⲓ ⲛⲁϥ
ⲙ̀ⲡⲓⲕⲁⲧⲟⲩⲥ : ⲁϥⲥⲱ :
ⲡⲉϫⲁϥ ⲙ̀ⲡⲓ ⲛⲉϥ ϫⲉ

ⲉⲣⲉⲡⲟ̅ⲥ ⲉⲣⲡⲓⲛⲁⲓ ⲛⲉⲙⲁⲕ
ϧⲉⲛ ⲛⲓϩⲉⲃⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓ=
ⲛⲓϣϯ ⲛ̀ϩⲁⲡ : - ⲡⲓⲛⲉϥ
ⲇⲉ ⲁϥϭⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲕⲁⲧⲟⲩⲥ
ⲉⲣⲉⲟⲩⲕⲟⲩϫⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ
ⲥⲟϫⲡ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲁϥϧ=
ⲟⲛϥ ⲉϫⲉⲛ ⲟⲩⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲉϥ
ϩⲱⲥ ⲉϥⲥⲱⲃⲓ : ⲡⲓⲛⲉϥ
ⲇⲉ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ⲟⲩⲃⲁⲗ
ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ⲡⲉ ⲉⲙⲙⲟϥ ⲛ̀=
ϯⲟⲩⲛⲟⲩ ⲁϥⲟⲩⲱⲛ ⲙ̀=
ⲫⲣⲏϯ ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲉϥϣⲱ=

ⲡⲓ

(a) Bis ⲟⲩⲉⲛⲧ ⲙ̀ⲡⲓϫⲟⲓ legitur, heic, & iterum in sequentibus. Quid aliud ſignificare poſſit, niſi *malum*, *ſive arborem navis*, divinare non potui. Nam ibi erat S. Martyr affixus, ubi palam, libere & familiariter cum nautis verſabatur. Ab uno proinde navitarum poculum modicae aquae petiit.

*Craſtina die ſedit* ( Culcianus Taubaeh Praeſes ) *pro tribunali*. *Ecce Arianus Praeſes*, *qui in Civitatem pervenit*. *Illi ſe mutuo ſalutarunt*. *Dixit Calcianus ad Arianum*: habeo heic Chriſtianum, quem inducere non poſſum, ut ſacrificet Diis Imperatoris. *Reſpondit Arianus*: Da eum mihi. *Cui quum coram ſanctus adductus fuiſſet*, *dixit Arianus*: Tune es ille Magus incola Tiphre, qui contemnis Deos Imperatorum? *Reſpondit ei Beatus*: Ego non ſum Magus: Sed adoro Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. *Dixit Arianus ad Culcianum*: Mitte eum mecum: Eum ego excutiam. *Dixit Culcianus ad S. Abbatem Iſaac*: Quoniam me non audiſti, ecce te ego in exilium mitto. *Tunc miſſus eſt cum Ariano, navi vehendus*. *Beatus autem affixus fuit malo navis*.

II. Idem *Culcianus* Praeſes *Pemge*, ſive *Oxyrinchi*, ⲥⲩⲛⲕⲁⲑⲉⲇⲣⲟⲥ Aſſeſoris ſui conſiliis adductus mittit Alexandriam ad Armenium ducem S.Martyrem *Epime*. En eius epiſtola: ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲕⲟⲩⲗⲕⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉⲙϫⲉ ⲉⲓⲥϧⲁⲓ ⲉⲣⲁⲧϥ ⲛ̀ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲡⲓⲕⲟ//ⲙⲏⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲁⲕⲟϯ :- ⲡⲁⲙⲉⲛⲣⲓⲧ ⲛ̀ⲥⲟⲛ ⲭⲉⲣⲉⲧⲉ :- ϯⲧⲁⲙⲟ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲁⲓ ⲁⲛⲟⲥⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲭⲣⲏⲥ//ⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ϫⲉ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲉⲩⲣⲉⲙⲡⲁⲛⲕⲟⲗⲉⲩⲥ ⲡⲉ ϧⲉⲛ ⲡⲉⲱϣ ⲡⲉⲙϫⲉ : ⲉϥⲟⲓ ⲛⲁⲫⲉ ⲉⲡⲉϥⲃⲱϣ ⲉⲩⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛⲥ//

ⲡⲓ ⲉⲛⲉϩ :- ⲛⲓⲛⲉϥ ⲇⲉ ⲉⲧⲁⲩⲛⲁⲩ ⲉⲫⲏⲉⲧⲁϥϣ//ⲱⲡⲓ ⲁⲩϯⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲫϯ ⲫⲏ ⲉⲧⲓⲣⲓ ⲛ̀ⲛⲓϣϯ ⲛ̀//ϣⲫⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲩⲁⲧϥ :

Domine ſalve: frater mi bone: fac mihi charitatem, ut des mihi bibere paullulum aquae. *Adtulit ei cadum*: *& bibit*: *dixitque nautae*: Dominus faciat tecum miſericordiam in die magni indicii. *Navita vero qui cadum porrexit*, *paullulum aquae ſuperſtitis effudit ſuper unum Nautarum quaſi per iocum*. *Ille vero Nauta unum*, *quem habebat oculum*, *repente ſic aperuit*; *quipe qui eum ſemper clauſum infirmumque geſſerat*. *Navitae*, *qui rem geſtam viderunt*, *glorificaverunt deum*, *qui facit mirabilia ſolus*. Si quis tamen hanc vocem rectius, quam *arborem navis* interpretandam putet, utatur is iure ſuo: nihil enim ego intercedam.

ⲛ̀ⲥⲱϥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲓϩⲃⲏⲟⲩⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲅⲓⲁ ⲉⲧⲉϥ//
ⲓⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ :- ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲁϯⲡⲟⲗⲓⲥ
ϫⲁⲧ ⲛ̀ⲧⲁⲉⲣⲃⲁⲥⲁⲛⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ :- ϩⲏⲡⲡⲉ ⲁⲓⲟⲩ//
ⲱⲣⲡ ⲛⲁⲕ ⲉⲑⲣⲉⲕⲉⲣⲡⲉⲧⲉⲩⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉ//
ϥⲙ̀ⲡϣⲁ ⲁϥϣⲧⲉⲙⲥⲱⲧⲉⲙ ⲁⲛⲉⲛϭⲓⲥⲉⲩ ⲛ̀ⲟⲩⲣⲱⲟⲩ :
ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲉϥ ⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ :
ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲥⲱⲕ ⲛ̀ⲛⲉϥϫⲓϫ ϩⲓⲫⲁⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲟϥ : ⲟⲩⲟϩ
ⲛ̀ⲥⲉⲓϣⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲕⲟⲗⲗⲁⲣⲓⲟⲛ ⲉⲛⲉϥⲙⲟⲧⲧ : ⲟⲩⲟϩ ⲁ//
ϥⲁⲣⲟⲩϫⲱⲧϩ, ⲙ̀ⲡⲉϥϣⲁⲓ ⲛ̀ⲥⲉϩⲓⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲟⲩϩⲁⲗⲩ//
ⲥⲓⲥ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲣⲟϥ :- ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉⲟⲗϥ ⲉⲣⲁⲕⲟϯ :-
ⲉⲧⲁⲩⲧⲁⲗⲟϥ ⲉⲡⲓϫⲟⲓ ⲁⲩϩⲓⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲃⲉⲛⲓⲡⲓ ⲉ//
ⲛⲉϥϭⲁⲗⲁⲩϫ : - ⲁⲩϩⲓⲧϥ ⲉϧⲣⲏⲓ ⲉⲡⲓⲟⲩⲉⲛⲧ ⲛ̀//
ⲧⲉⲡⲓϫⲟⲓ : ⲁⲩϣϭⲏⲣ ⲛⲉⲙⲁϥ ⲉϧⲏⲧ ⲉⲣⲁⲕⲟϯ :-

*Ego Culcianus Praeses* Peinge ( Oxyrinchi ) *Scribo ad Armenium comitem Alexandriae. Dilecte frater, salutem. Significo tibi de scelesto hoc Christiano. Epime est incola Paucoleuseos in Nomo Pemge. Hunc veluti caput Nomi sui omnes audiunt propter opera magica, quae facit. Ob hanc causam Populi huius civitatis non sinunt, ut eum tormentis subiiciam. Ecce eum ad te mitto, ut & tu in ipsum vim iudicii, & animadversionis tuae, uti ille meretur, exerceas; quippe qui inobediens sit dominis nostris Imperatoribus. Ut autem relationem de eo scripto perficiam; iussi ut manus eius retro colligarentur: collum constringeretur collare: & excavato naso catena insereretur, & duceretur Alexandriam. Quum autem navim conscendit, ferrum pedibus eius impactum est, & adstrictus affixusque arbori navis. Socii cum eo erunt navigationis Alexandriam usque.*

III. Hi socii milites fuerunt. De his acta narrant:
ⲛⲓⲙⲁⲧⲟⲓ ⲇⲉ ⲁⲩϯ ⲛ̀ϯⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ
ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲛ̀ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲡⲓⲇⲟⲩⲝ : *Milites tradiderunt*

*runt epistolam de S. Apa Epime Armenio duci*, qui tamen eo die adductum Christi Confessorem audire noluit ob pubblica spectacula ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲅⲱⲛ *agonalium*, *quae* in honorem ⲙ̀ⲙⲓⲥⲓ *Natalis Imperatorum*, Alexandriae celebrabantur: sed eum in carcerem ad diem usque sequentem coniici mandavit. Multa interim & magna curationum prodigia S. Epime patravit; quae tamen illius *magiae Armenius* tribuit. At is, postquam blanditiis primum, deinde incredibili tormentorum immanitate, S. Confessorem Christi ad Deos colendos frustra adducere tentavit, tandem, quum multitudinem Alexandrinorum civium una voce clamantem audisset: ϫⲉ ⲧⲉⲛⲁⲕⲁⲕ ⲁⲛ ⲉⲉⲣⲃⲁⲥⲁⲛⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲁⲓ ⲣⲱⲙⲓ ⲛ̀ⲙⲏⲓ: *Non patiemur, Te virum hunc innocentem & iustum diutius torquere*, veritus tumultum & seditionem Populi; auditisque mox monitis *Theophanis domestici*, & *Soterichi* ⲛⲓⲥⲩⲙⲃⲟⲗⲟⲥ *consiliarii sui*, quibus ei persuaserunt, ⲁⲣⲓⲉⲝⲟⲣⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲁⲓ ⲣⲱⲙⲓ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉⲭⲏⲙⲓ ⲛ̀ⲧⲟⲩϩⲟⲧⲃⲉϥ ⲙ̀ⲙⲁⲩ, *exulem hunc hominem mittere in Ægyptum, ut ibi interimeretur*, sub *ficti* huius *simulatique exilii* obtentu, eum in manus tradidit *Heroceliano*, sive Hierocli, & *Sebastiano Duci Thebaidis*, qui ambo, alter Praeses Pemge in locum Culciami, alter dux, a Diocletiano in Ægyptum recens missi, Alexandriam ad Armenium opportune accesserant.

IV. *Lysias* Praeses *Gememuti*, sive *Samenudae*, sanctum puerum *Anub* immaniter excruciatum, post stragem innumerabilium Christianorum illius causa editam, vehementer turbatus: ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲙⲟⲩⲣ ⲛ̀ⲛⲉϥϫⲓϫ ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥϭⲁⲗⲁⲩϫ ⲛ̀ⲥⲉⲁϣϥ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲥⲁϫⲱϥ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲑⲟⲕ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓϫⲟⲓ ⲉⲧⲁϥⲧⲁⲗⲏⲟⲩⲧ ⲉⲣⲟϥ.... ⲉϥⲁϣⲓ ⲥⲁϫⲱϥ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ϣⲁⲧⲁϩⲱⲗ ⲉⲁⲑⲣⲏⲃⲓ.... ⲉⲧⲁⲩⲓϣⲓ ⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ

ⲣⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲉⲡⲓⲑⲟⲕ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓϫⲟⲓ : ⲁⲩⲧⲁ=
ⲗⲟϥ ⲉⲣⲟϥ ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥⲙⲁⲧⲟⲓ ⲁϥϩⲉⲣⲱⲧ ⲉⲣⲏⲥ
ⲉⲁⲑⲣⲏⲃⲓ : *ligatis manibus , & pedibus , fecit eum affigi malo navis , quam conscendit . . . Sic affixus mansit donec perveniret Athribem . . . Quum autem Beatus Apa Noub affixus fuisset arbori navis , eam inscenderunt & milites , quibuscum navigavit Athriben* . Sed aliqua Praesidi , eiusque militum cohorti inter navigandum admiratione & stupore digna acciderunt , quae nisi singulari , & inusitato divinae ultionis prodigio tribuantur , abstrusa visa mihi sunt , & intellectu ardua ac difficilia . Verum de his plura dicere in praesentia non vacat . Ceterum adductus *Anub* coram *Cypriano Praeside Athribis* , *Euhio duce militum* , & *Lysia Praeside Gemenuti* , quum nullis neque minis , neque suppliciis quamlibet immanissimis , & fidem ipsam pene excedentibus , ad Deos colendos induci potuerit , eos omnes , sed praesertim *Cyprianum* , incredibili pudore affecit . Quare is ceteros sodales alloquens , spe omni puerum vincendi deiectus ,

ⲟⲩⲡⲉ , inquit , ⲉⲧⲉⲛⲛⲁⲁⲓϥ ⲙ̀ⲡⲁⲓ ⲙⲁⲅⲟⲥ ⲫⲁⲓ :
ϫⲉ ⲁϥϣⲓⲡⲓ ⲛⲁⲛ ⲉⲙ̀ⲙⲁϣⲱ : ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲧⲁⲕⲟ
ⲛ̀ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲧⲏⲣⲥ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲛ :- Ⲁϥⲉⲣⲟⲩⲱ
ⲛ̀ϫⲉⲗⲟⲩⲥⲓⲁⲥ ⲛⲉⲙ ⲉⲩϩⲓⲟⲥ ⲡⲓⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲗⲁⲧⲏⲥ :
ϫⲉ ⲁⲗⲏⲑⲱⲥ ⲁ̀ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲇⲓⲟⲕⲗⲏⲧⲓⲁⲛⲟⲥ
ⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ ⲛⲁⲛ ϫⲉ ⲉϥⲫⲏⲉⲑⲛⲁϭⲣⲟ ( forte legendum :
ⲉϥⲫⲏⲉⲑⲛⲁϯϭⲣⲟ ) ⲉⲣⲱⲧⲉⲛ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲙⲁⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ=
ⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲟⲩⲟⲣⲡ ⲉⲣⲁⲕⲟϯ ϣⲁ ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ
ⲡⲓⲕⲟⲙⲏⲥ : ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲉⲑⲛⲁϧⲟⲧⲉⲃ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ : ⲗⲟⲓ=
ⲡⲟⲛ ⲙⲁⲣⲉⲛⲟⲩⲱⲣⲡ ⲙ̀ⲡⲁⲓ ⲙⲁⲅⲟⲥ ϫⲉ ⲁⲛⲟⲩⲃ
ⲉⲣⲁⲕⲟϯ ⲉϥⲙ̀ⲙⲁⲛ̀ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ : ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉⲣⲉⲃⲟⲗ
ⲛⲉϥϫⲫⲓⲟ : ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥϣⲓⲛⲓ : ϫⲉ ⲟⲩⲏⲓ ⲛ̀ⲛⲉ=
ϥⲧⲁⲕⲟ ⲙ̀ⲡⲁⲓ ⲙⲏϣ ⲧⲏⲣϥ : ⲡⲉϫⲉ ⲕⲩⲡⲣⲓⲁⲛⲟⲥ
ⲡⲓ=

ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ: ϫⲉ ⲁⲗⲏⲑⲱⲥ ⲕⲁⲗⲱⲥ ⲁⲕϫⲟⲥ: ϫⲉ ⲫⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲓⲣⲏϯ ⲉⲧⲉⲛⲛⲁⲙⲧⲟⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲁⲣⲟϥ: ϯϣⲱϣ ⲙ̀ⲡⲓⲕⲣⲁⲧⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲛⲟⲩϯ:- ⲥⲁⲧⲟⲧⲟⲩ ⲁⲩⲱⲣⲡ ⲉⲛⲓϣⲧⲉⲕⲟ: ⲁⲩⲓⲛⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲃⲏⲙⲁ ⲉϥⲧⲁϫⲣⲏⲟⲩⲧ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲃⲉⲛⲓⲡⲓ:- ⲉⲣⲉⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲙ̀ⲙⲏϣ ⲙⲟϣⲓ ⲛ̀ⲥⲱϥ ⲛⲓϩⲱⲟⲩⲧ ⲛⲉⲙ ⲛⲓϩⲓⲟⲙⲓ ⲉⲩⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ: ϫⲉ ⲡⲓⲙⲟⲩ ⲉⲣⲉ ⲁⲡⲁⲁⲛⲟⲩⲃ ⲛⲁⲙⲟⲩ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ: ⲧⲉⲛⲛⲁⲙⲟⲩ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ϩⲱⲛ:- ⲧⲟⲧⲉ ⲧⲁⲩⲛⲁⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ: ϫⲉ ϣⲉⲛⲁϣϫⲉⲙϫⲟⲙ ⲉⲣⲟϥ ⲁⲛ: ⲁⲛⲁⲩϩⲉⲙⲥⲓ ⲁⲩⲥϧⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ: ϫⲉ ⲁⲛⲟⲛ ⲡⲉⲕⲩⲡⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲗⲟⲩⲥⲓⲁⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛⲉⲙ ⲉⲩϩⲓⲟⲥ ⲡⲓⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲗⲁⲧⲏⲥ: ⲉⲛⲥϧⲁⲓ ϣⲁ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲡⲓⲕⲟⲙⲏⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲁⲕⲟϯ: ⲭⲉⲣⲉ ⲧⲉ:- ϫⲉ ϩⲏⲡⲡⲉ ⲧⲉⲛϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲕⲉⲗⲉⲩⲥⲓⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲟⲩⲣⲟ ⲇⲓⲟⲕⲗⲏⲧⲓⲁⲛⲟⲥ: ϫⲉ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉϯⲟⲓⲕⲟⲩⲙⲉⲛⲏ ⲧⲏⲣⲥ ⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ⲡⲓ ⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ ⲛⲉⲙ ϯⲁⲣⲧⲉⲙⲓⲥ: ⲟⲩⲟϩ ϩⲏⲡⲡⲉ ⲁⲛϫⲓⲙⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲕⲟⲩϫⲓ ⲛⲁⲗⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲑⲱϣ ⲛⲓⲙⲉⲛϣⲟϯ ⲫⲁⲓ ⲇⲉ ⲛ̀ⲉⲟⲩⲙⲁⲅⲟⲥ ⲡⲉ: ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲁϧⲱ ( pro ⲁⲭⲱ ) ⲙ̀ⲡⲉϥⲣⲏϯ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲓⲙⲏϯ ⲃⲓⲕⲧⲱⲣ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲁⲛⲟⲥ: ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲑⲣⲉ ⲡⲓⲙⲏϣ ⲧⲏⲣϥ ⲧⲱⲛϥ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲛ: ⲟⲩⲟϩ ⲁⲛϭⲱⲧⲉⲃ ⲛ̀ϩⲁⲛⲙⲏϣ ⲛⲁⲧϭⲓⲏⲡⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ: ⲁⲛⲉⲣϩⲟϯ ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲟⲩⲡⲟⲗⲉⲙⲟⲥ ⲧⲱⲛϥ ⲉϫⲱⲛ ⲉⲑⲃⲏⲧϥ: ϩⲏⲡⲡⲉ ⲁⲛⲟⲩⲟⲣⲡ ⲛⲁⲕ: ⲫⲏ ⲉⲧⲉϩⲛⲁⲕ ⲁⲣⲓⲧϥ ⲛⲁϥ: ϫⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲛϣϫⲟⲙ ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲉⲣⲟϥ ⲁⲛ: ⲟⲩϫⲁⲓ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲛⲟⲩϯ:- ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲧⲱⲃϩ ( alias ⲁⲩⲧⲱⲃ sine ϩ ), ⲛ̀ϯ-

ⲉⲡⲓ-

ⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ : ⲁⲩⲧⲏⲓⲥ ⲛ̀ϩⲁⲙⲙⲁⲧⲟⲓ : ⲁⲩⲓⲛⲓ
ⲛⲟⲩⲙⲏϣ ⲛ̀ⲃⲉⲛⲓⲡⲓ ⲁⲩⲧⲏⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲛϫⲓϫ ⲛⲉⲙ
ⲛⲉϥϭⲁⲗⲁⲩϫ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲛⲁⲩ
ⲣ̅ ⲗⲓⲧⲣⲁ : - ⲉⲧⲁⲩⲥⲱⲕ ⲇⲉ ⲙ̀ⲫⲏ ⲉⲑⲩ̅ ⲡⲓⲙ-
ⲑⲙⲏⲓ ⲉⲃⲏⲗ ϫⲉ ⲁⲩⲛⲁⲧⲁⲗⲟϥ ⲉⲡⲓ ϫⲟⲓ :

Quid facimus ( verba sunt Cypriani ) huius generis mago, qui nos maiorem in modum pudefecit : & subvertit civitatem adversum nos ? Respondit *Lysias*, & *Euhius dux militum*: certe equidem Dominus noster Imperator Diocletianus nobis hoc monitum dedit : quem vos inter magos Christianorum vincere non poteritis, mittite Alexandriam ad Armenium Comitem. Ille eos neci dabit. Reliquum proinde est, ut hunc magum *Anub* mittamus Alexandriam ad Armenii sedem; ut nos confusionem, & verecundiam nostram effugiamus : quoniam hic unus totam populi multitudinem corrupit. *Dixit Cyprianus Praeses*: recte tu quidem revera dixisti : res ita est : nulla nobis ex eo utilitas, & spes boni expectanda est; quippe qui deorum potestatem, imperiumque contemnat. *E vestigio missi sunt in carcerem, qui S. Apa Anub adduxerunt super gradus* ( reorum in tribunali ) *fortem, & inflexibilem instar ferri : & multitudo magna virorum, & mulierum eum sequebatur, clamans*: mors *Anub* erit mors nostra cum illo ; quocum nos quoque moriemur. *Tunc videns Praeses, quod fieri non poterat, ut eum vinceret, sedens ita scripsit* : ( *in epistola* ).

Nos *Cyprianus*, *Lysias* Praeses, & *Euhius* dux militum scribimus Domino nostro *Armenio comiti* Alexandriae, salutem. Ecce exsequimur praeceptum Domini nostri Imperatoris Diocletiani, ut *universus orbis terrarum adoret Apollinem*, & *Artemin*. Sed ecce invenimus puerum parvulum in Nomo *Mescoti*; & hunc quidem magum, cui nullus inter Christianos magus aequalis est, nisi *Victor* filius *Romani*. Et is fecit, ut tota populi multitudo insurgeret adversus nos; adeoque im-

impudentes has turbas occidimus, veriti, ne, illius cauſa, bellum in nos concitarent. Ecce eum, cui facies quicquid tibi placuerit, ad te mittimus. Vale cum diis, *Deinde obſignarunt epiſtolam, eamque tradiderunt militibus: grave attulerunt ferri pondus, quod circumpoſitum manibus pedibusque S. Apa Anub, erat quaſi librarum centum, iique proinde S. puerum iustum & innocentem, eo quod navi imponendus esset, eo traxerunt.*

V. Arianus Praeses Thebaidis mirum in modum iratus contra *S. Apa Tia* militem annorum XVI. in Caſtro Babylonis, (a) tum quia nulla suppliciorum vi eum ad deos Imperatorum colendos inducere potuit, tum etiam quia ob ingentem prodigiorum copiam, qua visus est Apostolicorum temporum felicitatem aemulari, multitudinem populi sibi conciliaverat, ⲛⲉϫⲁϥ ⲛ̀ⲛⲉϥⲛⲓϣϯ ⲉⲧⲕⲱϯ ⲉⲣⲟϥ: ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲁⲉⲣⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲁⲓ ⲙⲁⲅⲟⲥ ϫⲉ ⲁⲡⲁⲧⲓⲁ: ϩⲛ̀ⲛⲉ ⲅⲁⲣ ϣⲁⲧⲉⲛ ⲕⲉⲕⲟⲩϫⲓ ϥⲛⲁⲥⲉⲕ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲣⲟϥ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲛⲓⲙⲁⲅⲓⲁ ⲉⲧⲉϥⲓⲣⲓ

(a) Sic in actis: ⲉⲡⲓⲕⲁⲥⲧⲣⲟⲛ ⲉϣⲁⲩⲙⲟⲩϯ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ ⲥⲁⲣⲏⲥ ⲛ̀ⲱⲛ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ, ϭⲁⲣⲁⲧϥ ⲛ̀ⲟⲩⲧⲣⲓⲛⲟⲡⲟⲥ (forſan ⲧⲣⲓⲧⲟⲡⲟⲥ) ⲉⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲡⲉⲕⲁⲗⲗⲏⲛⲓⲕⲟⲥ: *In Caſtello, quod vocatur Babylonis, auſtralis, civitatis ON, prope Trinopum, (* vel *Tritopon) cuius nomen eſt CALLINICUS*. Valent haec ad ea explicanda, quae *Danvillius, Memoirés sur l'Egypte pag.* 111. *& ſeqq.* de *Caſtello Babylonis*, *& Heliopoli* ex *Strabone*, & *Ioſepho* (*Antiquit. Lib.* 11. *c.* 5.) egregie tradit. Sed obſervanda ſunt, quae Actorum auctor ſcribit de *Babylone*, uti ſub Imperio Diocletiani erat. Nam haec in Strabone, & Danvillio desunt. I. enim *Babylon* ⲥⲁⲣⲏⲥ, *Auſtralis* dicitur, ut intelligatur pertinere ad *praefecturam Thebaidis*, cuius *Praeſes* erat *Arianus*. II. Sic *Babylon* commemoratur, quaſi eſſet praeſidium celeberrimae urbis & *Nomi* 'ΩΝ, *Solis* nempe, unde *Heliopolis* vocabulum apud Graecos atque Latinos in ſcripturis ſanctis acceptum eſt. III *Trium locorum* ſitus, *Tritopos*, credo, nuncupatus. *CALLINICUS*, cui propinqua erat *Babylon*. De *Legione* quoque *militum*, quam *Strabo* ad defenſionem *Aegypti* in Babylone collocat, idem ipſe ſcriptor mentionem paullo poſt diſertiſſime facit.

Digitized by Google

ⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ: - Ⲁⲩⲉⲣⲟⲩⲱ ⲛ̀ϫⲉⲛⲓϥⲛⲓϣϯ
ⲡⲉϫⲱⲟⲩ ⲛⲁϥ: ϫⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲛ-
ⲛⲑⲣⲉ ⲉⲣⲃⲁⲥⲁⲛⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲙⲁ: ⲙ̀ⲙⲟⲛ
ⲡⲓⲙⲏϣ ⲧⲏⲣϥ ⲛⲁⲟⲩⲁϩϥ ⲛ̀ⲥⲱϥ: - ⲉⲥⲟⲣⲉⲙ
ⲅⲁⲣ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲛⲓⲙⲁⲅⲓⲁ ⲉⲧⲉϥⲓⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ:
Ⲁⲗⲗⲁ ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲱⲣⲡ ⲉⲡⲉⲣⲉⲙⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲡⲟ-
ⲙⲡⲓⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ: ⲟⲩⲟϩ ⲙⲁⲣⲟⲩⲉⲣⲃⲁⲥⲁ-
ⲛⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲙ̀ⲡⲓⲙⲁ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ: ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲣⲱ
ⲙⲡⲉⲓⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲙⲁ; ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲡⲓⲙⲏϣ ⲧⲏ-
ⲣϥ ⲧⲁⲕⲟ ⲛⲉⲙⲁϥ: - Ⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲇⲉ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ
ⲁϥⲥϧⲉ ⲟⲩⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲟⲙⲡⲓⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙ-
ⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲣⲉⲙⲟⲩⲛ: ⲉⲟⲩⲟⲛⲧⲁⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲛ̀ⲟⲩ-
ⲧⲩⲡⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ: -

Ⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲑⲉⲃⲉⲓⲥ
ⲙ̀ⲡⲟⲙⲡⲓⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲣⲉⲙⲟⲩⲛ: ⲭⲉⲣⲉ

ⲥⲛⲟⲩⲉϩ ⲛ̀ⲥⲁⲛⲓϩⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲁⲩⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ: ⲥϣ-
ⲉⲟⲩⲛ (rectius, ni fallor, ⲥϣⲉⲟⲛ) ⲉⲣⲟⲛ ⲉϫⲱⲛ
ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲑⲉⲣⲁⲡⲓⲁ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲱⲟⲩ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲛⲟⲩϯ
ⲉⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ: - ϫⲉ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲱⲛϧ ϧⲉⲛ ⲧⲟⲩ-
ⲡⲣⲟⲛⲓⲁ: ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲛϭⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟ-
ⲧⲟⲩ: - ϩⲏⲡⲡⲉ ⲟⲩⲛ ⲡⲣⲟⲥ ⲡⲓⲡⲣⲟⲥⲧⲁⲅⲙⲁ ⲛ̀-
ⲧⲉⲡⲉⲛⲁⲩⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ ⲇⲓⲟⲕⲗⲏⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲁⲛⲟⲩ-
ⲱⲣⲡ ϣⲁⲣⲟⲕ ⲛ̀ⲁⲡⲁⲧⲓⲁ ⲡⲓⲕⲁⲧⲁⲇⲓⲕⲟⲥ ⲙⲁⲧⲟⲓ
ⲛ̀ⲧⲉⲡⲕⲁⲥⲧⲣⲟⲛ ⲛ̀ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ: ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲉⲛ-
ϫⲉⲙϥ ⲉⲁϥⲉⲣⲁⲧⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲁⲛⲓϩⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉ-
ⲛⲟⲩⲣⲟ ⲙ̀ⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ: ⲛⲉⲙ ϯⲥⲩⲛⲕⲗⲏⲧⲟⲥ ⲉⲧ-
ⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⲉϥⲥⲟⲣⲉⲙ ϧⲉⲛ ⲧⲡⲗⲁⲛⲏ ⲛ̀ⲛⲓⲭⲣⲓⲥ-

ⲧⲓⲁⲛⲟⲥ : ⲉϥϣⲉⲙϣⲓ ⲙ̀ⲫⲏⲉⲧⲟⲩⲛⲟⲩϯ ⲉ̀ⲣⲟϥ ϫⲉ ⲡϫ︦ⲥ︦ : - ⲫⲁⲓ ⲟⲩⲛ ⲁⲓⲉⲣ ⲉⲝⲉⲧⲁⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϧⲉⲛ ⲛ̀ϩⲁⲛⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲉⲝⲉⲧⲁⲥⲓⲥ : ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓⲟⲩⲟⲣⲡϥ ϣⲁⲡⲉϥⲱⲕ ⲛ̀ⲕⲣⲁⲧⲟⲥ : - ⲛ̀ⲧⲉⲕⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲣⲟϥ ⲇⲏⲙⲟⲥⲓⲁ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲕϯ ⲛ̀ⲧϥⲁⲡⲟⲫⲁⲥⲓⲥ ⲕⲁⲧⲁ ⲛⲓⲛⲟⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲕⲟⲛ : - ⲟⲩϫⲁⲓ ϧⲉⲛ ⲧⲁⲓⲟ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲛⲟⲩϯ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ : - ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲟⲩⲛ ⲁⲡⲁⲧⲓⲁ ⲁⲩϭⲓⲧϥ ⲉϥⲥⲟⲛϩ ϧⲉⲛ ϩⲁⲛⲁⲗⲩⲥⲓⲥ ⲉⲡⲉⲣⲉⲙⲟⲩⲛ: ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲧⲁϩⲟϥ ⲉⲣⲁⲧϥ ⲙ̀ⲡⲉⲙⲑⲟ ⲙ̀ⲡⲟⲙⲡⲓⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲛⲓⲙⲁⲧⲟⲓ ⲉⲧⲁⲩⲟⲩⲟⲣⲡⲟⲩ ⲛⲉⲙⲁϥ : ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩϯⲛⲁϥ ⲛ̀ⲛⲓⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ Ⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ :

*Dixit magnatibus, qui eum circumdabant: Quid faciemus huic mago Apa Tia? Ecce enim parum abest quin omnes ad se trahat vi magicarum operationum, quas ipse singulis diaebus facit.* Respondentes magnates dixerunt ei: *Domine noster Praeses, non convenit nobis, ut hoc in loco torqueatur, ne tota populi multitudo eum sequatur. Eam enim seduxit per opera magica, quae facit. Sed ipsum, Domine noster, mittamus in PEREMOUN ad Pompium Praesidem. Et ipse eum torqueat in loco illo: non idem ei fiat in loco isto nostro; ne tota populi multitudo corrupta pereat & ipsa cum illo.* Arianus autem Praeses scripsit epistolam ad *Pompium* (fortasse *Pompeium*) Praesidem *Peremoun* in hanc formam:

*ARIANUS Praeses Thebaidis*
*Pompio Praesidi Peremoun salutem.*

*Sequentes praecepta Imperatorum nostrorum, decet nos quoque perfectam eis, & diis excelsis servitutem omnem, atque observantiam praestare. Nos siquidem ex eorum providentia vivimus, & gloriam ab eis consequimur. Ecce igi-*

*igitur iuxta edictum Imperatoris nostri Diocletiani, mitto ad Te Apa Tia reum in iudicio convictum, & militem in castro Babylonis, dum eum invenimus inobedientem mandatis Imperatoris nostri hominum amatoris, & qui benignae tractationis gratia in omnibus ad se excipiendis magnam sibi gloriam, nomenque peperit. Ille in errorem christianorum seductus est: & deum suum, qui Christus dicitur, adorat. Is igitur est, quem ego magnis severi examinis inquisitionibus exagitavi; quemque ad muneris tui potestatem mitto, ut eum in publico iudicio audias, & extremam sententiam in eum feras, secundum caesareas leges. Vale cum omni honore Deorum sublimium.*

Sanctus itaque *Apa Tia* catenis constrictus ductus est *Peremoun*, & constitutus coram *Pompio* Praeside a militibus cum eo missis; quique ei tradiderunt epistolam Ariani.

Ex his intelligimus, quam facile sit, ut in errorem labantur quotquot sunt scriptores illi, qui licet omnium doctissimi, ubi tamen in genericis memoriis quorumdam SS. Martyrum apud Aegyptios sub Diocletianeae persecutionis tempora eorum acta perpendunt, ex loco inchoati, locum etiam consummati màrtyrii argumentari solent. Huic enim, alioquin obviae, probabili, atque etiam prudenti ratiocinationi, improba illa, & artificiosa Praesidum consuétudo, de qua hactenus diximus, intercedit.

## V I.

### *De pluralitate Martyrum, Diocletiano Principe, ex iisdem ipsis Aegyptiacis monumentis.*

Henrici Dodwelli viri quidem & ingenii vi, & eruditionis laude celeberrimi sententia est: *quamdiu Rempublicam administravit* Diocletianus *usque ad an.* CCCIV. *in solos clericos esse capitali sententia animadversum, nec ad laicos illud*

*illud pertimuisse periculum . Successerunt deinde an. CCCIV. si Eusebio credimus , edicta saeviora . . . . Sed haec edicta Galerium sapiunt auctorem , quem Lactantius ait , vivos illos cremari voluisse , qui sacrificio repugnassent , etiamnum imperium administrante Diocletiano .* Sed illa Galerii edicta *non ante annum persecutionis* III. *Christi CCCV. quo se purpura exuerunt seniores Augusti* , prodiisse constituit ; *atque adeo hucusque verum fuisse affirmat , quod ait Eusebius , in solos ecclesiarum antistites vim omnem persecutionis incubuisse , saltem pro ditione Diocletiani* .

Sed quam longe a vero aberraverit Dodwellus , acta haec nostra meridiana luce clarius ostendunt . Nam in ditione Aegypti , quae tota ab uno Diocletiano pendebat , cruenta persecutionis vis , anno praesertim II. & III. non tantum in *ecclesiarum Antistites* , sed in universos christiani nominis cultores immanissime saeviit . En statim quid de edicto Diocletianeae persecutionis in Aegyptum misso Christophorus scriptor Martyrii S. Isaac Panopolitani in illius prooemio praefatur . ⲛ̀ϩⲣⲏⲓ ⲇⲉ ϭⲉⲛ ⲉϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲇⲓⲟⲕⲗⲏⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛⲁⲛⲟⲙⲟⲥ ⲁϥⲓⲣⲓ ⲛ̀ϩⲁⲛ ϩⲃⲏⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲥϣⲉ ⲁⲛ ⲁϥⲑⲁⲙⲓⲟ ⲙ̀ⲗⲉ̂ ⲛ̀ⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ϩⲱ//ⲟⲩⲧ ⲛⲉⲙ ⲗⲉ̂ ⲛ̀ⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲥϩⲓⲙⲓ: ⲁϥϯⲣⲁⲛ ⲉⲣⲱⲟⲩ ϫⲉ ⲛⲟⲩϯ ⲉϩⲁⲛⲛⲟⲩϯ ⲁⲛ ⲡⲉ : ⲡⲓϩⲟⲩⲓⲧ ⲡⲉ ⲡⲓⲁⲡⲟⲗ//ⲗⲱⲛ ⲛⲉⲙ ϯⲁⲣⲧⲉⲙⲓⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲥⲱϫⲡ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟⲩϯ : - ⲁⲩⲥϭⲁⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲇⲓⲁⲧⲏⲅⲙⲁ , ( l. ⲛ̀ⲟⲩⲇⲓⲁⲧⲁⲅⲙⲁ ) ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲇⲓⲟⲕⲗⲏ//ⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲟⲩⲣⲟ ϯⲉⲣⲕⲟⲗⲉⲩⲓⲛ ( l. ⲉⲣⲕⲉⲗⲉⲩⲓⲛ ) ⲉⲑⲣⲉϯⲟⲓⲕⲟⲩⲙⲉⲛⲏ ⲧⲏⲣⲥ ⲉⲣⲑⲩⲥⲓⲁ ⲛ̀ⲛⲁⲛⲟⲩϯ : ⲡⲓϩⲟⲩⲓⲧ ⲡⲉ ⲡⲓⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ : ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲍⲉⲩⲥ : ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲉⲣⲙⲏⲥ : ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲉⲣⲁⲕⲗⲏⲥ : ⲛⲉⲙ ϯⲁⲣⲧⲉⲙⲓⲥ ⲑⲙⲁⲩ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟⲩϯ ⲧⲏⲣⲟⲩ : - ⲫⲏ ⲉⲑⲛⲁⲉⲣⲁⲑⲥⲱ//ⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲁⲡⲉⲛⲡⲣⲟⲥⲧⲁⲅⲙⲁ ⲉⲩⲉⲉⲣⲃⲁⲥⲁⲛⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ

ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ϩⲁⲛⲃⲁⲥⲁⲛⲟⲥ ⲉⲩϭⲟⲥⲓ :- ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲱⲥ ⲉⲛⲧⲉϩⲱⲗⲉⲙ ⲙ̀ⲡⲉϥⲏⲓ ⲛⲉⲙ ⲫⲏ ⲉⲧⲉⲛⲧⲁϥ ⲧⲏⲣϥ: ⲁϥϯ ⲙ̀ⲡⲓⲡⲣⲟⲥⲧⲁⲅⲙⲁ ⲛ̀ⲕⲟⲩⲗⲕⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲁϥⲉⲛϥ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲣⲁⲕⲟϯ ⲁϥⲑⲣⲉⲛⲓⲙⲏϣ ⲉⲣⲑⲩⲥⲓⲁ : ⲁϥⲓ ⲉⲣⲏⲥ ϧⲉⲛ ⲭⲏⲙⲓ : ⲁϥⲓ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉⲧⲁⲩⲃⲁϩ : ⲁϥⲁⲙⲟⲛⲓ ⲉϯⲁⲛⲙⲉⲣⲱ :

*In diebus Diocletiani iniqui Imperatoris facta sunt opera, quibus fabricati sunt* XXXV. *dii mares*, & *Deae* XXXV. *foeminae* : *Diique vocati sunt*, *qui dii prorsus non sunt*. *Primus quidem Apollo*, *Artemis deinde*, & *reliqui dii*, *Scriptumque est edictum sic dicens* : Ego Diocletianus Imperator praecipio universae terrae habitabili, *ut diis meis sacrificet*, *Apollini primum*, *Iovi*, *Nercurio*, *Herculi*, & *Artemidi deorum omnium Matri*. *Quicumque inobediens erit*, *torquebitur dolorosis gravibusque suppliciis* : *domo deinde sua*, & *bonis rebusque*, *quas habet*, *omnibus spoliabitur*. Traditum est edictum *Culciano* Praesidi, quod iam missum Alexandriam magno incitamento fuit ad sacrificiorum copiam diis procurandam; quodque & in *Aegyptum*, & *Taubah* peragravit, & in *Anmero* regionem pervenit.

Iulius vero scriptor actorum S. M. Epime plura praemittit.

I. De Diocletiano a veri Dei agnitione, Diabolo instigante, seducto, ob praevaricationem, nescio cuius, Archiepiscopi ⲅⲁⲓⲟⲥ *Caii*, qui ⲉⲧⲁϥϭⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲭⲣⲏⲙⲁ : ⲁϥϫⲱ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲓⲕⲟⲙⲏⲇⲏⲥ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲥⲁⲃⲱⲣ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲛⲓⲡⲉⲣⲥⲏⲥ : ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϣⲱⲣⲕ ⲛ̀ⲛⲟⲩϫ : ϫⲉ ⲁϥⲙⲟⲩ : ⲟⲩⲟϩ ⲁⲡⲟⲩⲣⲟ ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲓⲛⲓ ⲡⲁϥⲙⲟⲩ ⲉⲙⲡⲣⲉϩⲓ ( l ⲉⲙⲃⲣⲉϩⲓ ) ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲗⲁⲙϫⲁⲛⲧ : ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲥⲁϩϯ ϩⲁⲣⲱⲟⲩ ϣⲁⲧⲟⲩⲃⲉⲣⲃⲉⲣ ⲁⲫⲣⲟⲩⲥⲛⲟⲩⲓ ( l. ⲁϥⲣⲟⲩⲥⲛⲏⲟⲩ ) ⲉϧⲣⲏⲓ ⲉⲧⲉ-

ⲉⲧⲉϥϣⲃⲱⲃⲓ ϣⲁⲧⲉϥⲙⲟⲩ : - *qui* (Caius) *quum pecunias accepisset*, *dimisit* *e* **Nicomediae** *moeniis Filium* Saboris, sive *Saporis*, *Persarum Regis*, (a) & *periurii crimine se obstrinxit* ; *ideoque morti addictus est* : *sed ad mortem inferendam iussit Imperator*, *ut bitumen*, & *pix simul inflammarentur ad summum usque ardoris gradum* ; *quo fieret*, *ut succensa materies ad guttur adscenderet*, *ut ita necatus mortem obiret*.

II. De diis conditis : ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲁϥϭⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟⲩⲃ ⲁϥⲑⲁⲙⲓⲟ ⲛⲟⲛ ⲑⲟⲩⲱⲧ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲃ : ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϯⲣⲁⲛ ⲉⲣⲱⲟⲩ ϫⲉ ⲛⲟⲩϯ ⲡⲓϩⲟⲩⲓⲧ ⲙⲉⲛ ⲁϥⲙⲟⲩϯ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲡⲓⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲍⲉⲩⲥ: ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲥⲉⲣⲁⲡⲓⲥ: ⲛⲉⲙ ϯⲁⲑⲏⲛⲛⲁ ( l. ⲁⲑⲏⲛⲁ : ) ⲛⲉⲙ ϯⲁⲣⲧⲉⲙⲓⲥ : ⲛⲉⲙ ⲡⲥⲱϫⲡ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟⲩϯ ⲡⲓⲟⲩⲁⲓ ⲡⲓⲟⲩⲁⲓ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲟⲩⲣⲁⲛ : *Postea sumsit auri massas* ; *atque ex iis fabricavit imagines solidas compactasque* ( statuas nimirum ) *aureas* ; *easque appellavit deos*. *Primum quidem vocavit Apollinem*, *alias deinde Iovem*, *Serapim*, *Minervam*, *Artemin*, *ut* & *reliquas*, *quibus proprium unicuique nomen imposuit*. (b)

*III.*

(a) Quis *Gaius*, ſive *Caius* iſte *Archiepiſcopus*, quisve & *Filius Saporis Persarum Regis* fuerit, aut ubinam gentium, vel quo etiam Diocletianei Imperii anno factum hoc acciderit, ego prorsus ignoro. Nihil enim de his apud Lactantium, aut Eusebium occurrit. Sed certe, ſiquidem nos non fallat Aegyptius narrationis huius auctor, eventus hic omnis accidere non potuit, niſi poſt victoriam a *Galerio de Perſis* reportatam, an. Chriſti CCXCVII., ut *Valeſius* probat in notis ad chron. Eusebii, aut an. XVII. *Imperii Diocletiani* (Chr. 301., vel 302.) quemadmodum *diserte scriptum eſt*, inquit cl. Baluzius, *in optimo illo*, & *antiquiſſimo Chronico Eusebiano Bibl. Colbertinae*. In ea enim clade Persarum *Rex Narseus effugit*, ut scribit *Sextus Rufus* apud ipsum Baluzium; & *uxor eius*, & *Filiae captae sunt*. Tunc & *Captiuus* fieri potuit *Filius Saporis* I., ſi is cum *Narsei* exercitu in bello contra Romanos inventus fuiſſet. Nam aetas nati ad pugnam apta satis belle cum anno Genitoris emortuali 271. congruere posset.

(b) Nihil de aureis hisce Deorum ſimulacris a Diocletiano conflatis habes apud Lactantium in Lib. de *Mort. Persecutor*; vel in H. E. apud Eusebium. Cum eorum tamen teſtimoniis hiſtorica iſthaec Aegyptii noſtri narratio non pugnat. Sed nec fidem scriptoris in dubium vertere me posse sentio; quippe qui facile fieri potuiſſe intelligam, ut

ea,

III. De nocturna *visione*, quam cum magnatibus amicis die sequenti communicavit:
ⲉⲓⲉⲛⲕⲟⲧ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓ ⲉϫⲱⲣϩ : ⲁϥⲓ ⲉϧⲟⲩⲛ
ϣⲁⲣⲟⲛ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲙ̀ⲙⲉⲛⲟⲩϯ ⲡⲓⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ :
ⲛⲉⲙ ⲡⲥⲱϫⲡ ⲙ̀ⲙⲓⲛⲟⲩϯ ⲛⲉⲙⲁϥ : ⲟⲩⲟϩ ⲉⲛ-
ⲧⲥⲁϫⲓ ⲛⲉⲙⲏⲓ ⲁⲩϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ⲓⲥϩⲏⲡⲉ ⲁⲛ-
ⲛ̀ⲧⲁⲗϭⲟⲕ : ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲑⲟⲕ ϩⲱⲕ ⲙⲁⲱⲟⲩ ⲛⲁⲓ
ϧⲉⲛ ⲧⲉⲕⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ : - ⲟⲩϫⲉ ⲡⲉⲧⲉⲧⲉⲛⲟⲩⲱϣ
ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲁⲁⲓϥ ⲛⲱⲟⲩ : - ⲁϥⲉⲣⲟⲩⲱ ⲛ̀ϫⲉ ⲣⲱ-
ⲙⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲗⲁⲧⲏⲥ ⲫⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲁⲃⲃⲁ
ⲃⲓⲕⲧⲱⲣ ⲡⲉϫⲁϥ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲣⲟ : ϫⲉ ⲥⲱⲧⲉⲙ
ⲉⲣⲟⲓ ⲛ̀ⲧⲁⲥⲁϫⲓ ⲛⲉⲙⲁⲕ : - ⲛ̀ϩⲣⲏⲓ ⲇⲉ
ϧⲉⲛ ⲛⲓϩⲉⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫⲁⲣⲁⲱ̀ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ ⲛⲁⲛ-
ⲧⲭⲱ ⲛ̀ϩⲑⲏⲟⲩ ⲉⲛⲓⲛⲟⲩϯ ⲛⲏⲉⲧⲁϥⲑⲁⲙⲓⲟⲟⲩ
ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲉⲧⲟⲩⲓⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲟⲛ : - ⲧⲱⲟⲩⲛ ⲟⲩϩ-
ⲱⲛ ⲱ̀ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲟⲩ ⲇⲓⲁⲧⲁⲅⲙⲁ ⲉϧ-
ⲣⲏⲓ ⲉⲭⲏⲙⲓ ⲓⲥϫⲉⲛ ϯⲣⲱⲙⲁⲛⲓⲁ : ϯⲟⲩⲓϯ ⲙ̀ⲡⲟ-
ⲗⲓⲥ ϣⲁϯ ϧⲁⲉ ⲙ̀ⲡⲟⲗⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉϥⲙⲁⲣⲏⲥ ⲉⲧⲉ ⲡⲓⲛ-
ⲗⲁⲕϩ ⲡⲉ ϧⲁⲧⲉⲛ ⲛⲓⲉⲑⲁⲩϣ : - ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲥ-
ϧⲁⲓ ⲉⲣⲁⲧϥ ⲛ̀ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲡⲓⲇⲟⲩⲝ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲁⲕⲟϯ :
ⲛⲉⲙ ⲛⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲑⲣⲟⲩϣⲟⲣϣⲉⲣ
ⲛ̀ⲛⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧⲕⲏⲧ ⲛ̀ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲭ̅ⲥ̅ :
ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉⲕⲱⲧ ⲛ̀ϩⲁⲛ ⲉⲣⲫⲏⲟⲩⲓ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲟⲗⲓⲥ :
ⲛⲉⲙ ⲕⲁⲧⲁ ϯⲙⲓ : ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉϩⲟⲡⲉⲛ ⲉⲧⲟⲧⲟⲩ
ⲛ̀ⲁⲛ-

ea, quae ille tamquam nova de Diocletiano nobis hodie spectanda offert, ex ore acceperit maxime callo, atque veridico Chriſtiani hominis, qualis erat *Victor* filius *Romani*; quippe qui rerum harum conscius a Patre fieri potuerit. Quod & tu fortaſſe mecum senties, ſi tantum cogitaveris, *Romanum* Genitorem *Victoris*, quem *Cyprianus*, *Lyſias*, & *Eubius* in epiſtola de S. *Epime* ad Armenium commemorant, eumdem eſſe, qui in hac satis prolixa narratione conſilia omnium teterrima de immaniſſima persecutione adversus Chriſtianos omnes Aegypti concitanda, Diocletiano suggeasit.

ⲛ̀ⲁⲣⲭⲱⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ : ⲉⲑⲣⲟⲩⲧⲁϩⲟ ⲛ̀ⲛⲓⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ : ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲁⲛⲁⲅⲛⲱⲥⲧⲏⲥ : ⲛⲉⲙ ⲛⲓϣϯ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲁⲧⲁⲡⲟⲗⲓⲥ : ⲛⲉⲙ ⲕⲁⲧⲁ ϯⲙⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲡⲣⲟⲥⲏⲗⲩⲧⲟⲥ ⲛ̀ⲥⲉϩⲟⲡϩⲉⲛ ⲉⲧⲟⲧⲟⲩ ⲛ̀ⲥⲉϣⲧⲉⲙⲧⲁⲗⲉ ⲡⲣⲟⲥⲫⲟⲣⲁ ⲉⲡϣⲱⲓ ϧⲉⲛ ϩⲗⲓ ⲙ̀ⲡⲁϩⲣⲗⲱⲥ : ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉⲣⲱⲕϩ ⲛ̀ⲟⲩϫⲱⲙ: ⲟⲩⲟϩ ⲛⲓⲟⲩⲏⲃ ϩⲙⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲟⲗⲓⲥ : ⲛⲉⲙ ⲕⲁⲧⲁ ϯⲙⲓ ⲛ̀ⲥⲁⲟⲩⲱⲛ ⲛ̀ⲛⲉⲣⲫⲏⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲥⲉϭⲟ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲣⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲓⲧⲁⲙⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟⲩⲣⲟ: ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉⲟⲩⲱϣⲧ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟⲩϯ : ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉⲧⲁⲗⲟ ⲗⲓⲃⲁⲛⲟⲥ ⲛⲱⲟⲩ ⲉϩⲣⲏⲓ :- ⲛⲏ ⲉⲑⲛⲁⲣⲁⲧⲥⲱⲧⲉⲙ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉϣⲧⲉⲙⲟⲩⲱϣⲧ ⲛⲓⲛⲟⲩϯ ⲙⲁⲣⲟⲩϧⲟⲑⲃⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲥ ⲛ̀ⲧⲥⲏϥⲓ : ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲭⲣⲱⲙ : ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛⲃⲁⲥⲁⲛⲟⲥ ⲉⲩϣⲉⲃⲓⲟⲩⲧ ⲟⲩⲟϩ ⲙⲁⲣⲟⲩⲧⲁϩⲟ ⲛ̀ⲛⲓⲟⲩⲏⲃ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲥⲉⲉⲛⲟⲩ ( pro ⲛ̀ⲥⲉⲉⲛⲏⲟⲩ) ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲣⲁⲕⲟϯ:ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲥⲉⲟⲩⲱϣⲧ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟⲩϯ ⲙ̀ⲡⲉⲙⲑⲟ ⲙ̀ⲡⲓⲇⲟⲩⲝ .... ⲟⲩⲟϩ ⲁⲡⲓⲥ ⲁϫⲓ ⲣⲁⲛⲁϥ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲉⲡⲉϫⲁϥ : ϫⲉ ϣⲉ ⲛⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲛⲟⲩϯ ⲡⲓⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ: ϯⲛⲁⲁⲓⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ : ⲫⲁⲓ ⲧⲉ ϯϣⲉⲣⲡ ⲛ̀ⲛⲓⲁⲡⲟⲅⲣⲁⲫⲏ ⲉⲧⲁⲥϣⲱⲡⲓ ϧⲁ ⲛⲓⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲧⲏⲣⲟⲩ: *Nocte superiori decumbenti mihi in lecto venit ad me Deorum maximus Apollo, & dii cum eo reliqui: iique mecum loquentes dixerunt mihi: Ecce nos plantavimus te: iam & tu quoque gloriam nobis da in Imperio tuo. Quid enim vero illud est, quod volunt, ut eis ego faciam?* (a) *Respondens Romanus dux militum Pa-*

(a) Cum his coniunge quae ſcribit Lactantius L. *de mortib. Perſec.* c. xI. Ibi enim de Diocletiano ſcribit, placuiſſe ei in ſuſcepto negotio de univerſali perſecutione in Chriſtianos omnes concitanda *amicorum ſententiam experiri... Admiſſi iudices pauci & pauci* militares, *ut dignitate antecedebant, interrogabantur ... ſed deos potiſſimum conſulere ſtatuit, miſitque aruſpicem ad Apol-*

*Pater Abbatis Victoris, dixit Imperatori: Audi quae tecum loquor. In diebus Pharaonis Regis Aegypti posuit ille spiritus deorum fabrefactorum in eam formam, qua & eos conſtruxit. Fer mandatum, o Imperator, ut scribatur* edictum *in Aegyptum promulgandum inde usque a Romania, & a principe Aegypti urbe ad ultimam usque Thebaidis, quae angulus est Aethiopibus finitimus: eoque scribatur ad Armenium Alexandriae ducem, & ad Praesides per singulas urbes, ut destruere faciant ecclesias, quae sunt in nomine Christi constructae, & aedificent templa in quibuscumque civitatibus, & vicis: & iubeant magistratibus cunctis, ut comprehendant Presbyteros, & Diaconos, & Anagnostas* ( Lectores, ) *& maiores omnes singularum civitatum tuarum, & vicorum, & proselytorum; atque etiam praecipiant, ne in ullo omnino loco offerant oblationes; & ut comburantur libri; & sacerdotes quoque per singulas urbes, & vicos aperiant Templa numinum erigenda pecuniis aerarii, & fisci Imperatoris, & ut Deos denique sacrificiis adorent, eisque thura adoleant. Inobedientes, & deos non adorantes, ore gladii, & igne, atque tormentis variis eos opprimentibus, interimantur. Impera praeterea omnibus sacerdotibus, ut ingrediantur Alexandriam ad Diis sacrificandum in conspectu Ducis .... Placuit heic sermo*

O *Im-*

*Apollinem Mileſium. Respondit ille, ut divinae religionis inimicus. Traductus eſt itaque a propoſito*. C.13. *Propoſitum* narrat Nicomediae persecutionis *edictum*: cap. 14. *excarnificare omnes suos protinus coepit*. C. 15. *Furebat Imperator iam non in domeſticos tantum, sed in omnes .... Omnis sexus, & aetatis homines ad exuſtionem rapti. Nec minus in ceterum populum persecutio* incubuit .... *Iudices .... universos ad sacrificia cogebant. Pleni Carceres erant. Tormentorum genera inaudita excogitabantur*. Cap.16. *Hieroclem ex Vicario Praeſidem, qui auctor, et consiliarius fuit ad faciendam persecutionem*, commemorat. Vide & Eusebium L.VIII. H. E. cap.6., & 7., ubi de variis Diocletiani *edictis* agit, deque ipſis quoque innumeris Martyribus, qui per Thebaidem, & Aegyptum claruerunt, sermonem generatim inſtituit. At Iulii noſtri propoſitum eſt hiſtoricam hanc narrationem texere de solis persecutionis edictis, quae a Diocletiano miſſa fuerant in Aegyptum. Huc enim unice spectat quicquid heic de de nocturna viſione *Apollinis* a Diocletiano expoſita, atque de Aegyptiacae quoque persecutionis consiliis a duce *Romano* Imperatori datis enarrat.

*Imperatori qui proinde dixit : Per Apollinem deorum maximum : sic ego faciam :* Haec ( Apollinis ) *prima erit inscriptionum , quae sub statuis omnibus sanctis ponentur .*

His praemissis ad edictum Diocletiani descendit in haec verba scribens : Ⲁϥⲧⲱⲛϥ ⲛ̀ϩⲁⲛⲁⲧⲟⲟⲩⲓ ⲛ̀//
ⲥⲟⲩ ⲁ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ Ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ ⲉϥⲛⲁⲟⲩⲱⲧⲉⲃ
ⲉϧⲟⲩⲛ ϯⲣⲟⲙⲡⲓ ⲙ̀ⲃⲉⲣⲓ : ⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲇⲓⲁⲧⲁ//
ⲅⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : - ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ
ⲇⲓⲟⲕⲗⲏⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲉⲓⲥϧⲁⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲧⲁ//
ⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲧⲏⲣⲥ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲭⲏ ϧⲁ//
ⲧⲁⲉⲝⲟⲩⲥⲓⲁ : ⲓⲧⲉ ⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲗⲁⲧⲓⲥ : ⲓⲧⲉ ⲙⲁ//
ⲧⲟⲓ : ⲓⲧⲉ ⲡⲁⲅⲁⲛⲟⲥ : ⲓⲧⲉ ⲣⲱⲙⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧ//
ⲭⲏ ϧⲁ ⲡⲁⲉⲣϣⲓϣⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲑⲣⲉⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲡⲁⲓ ⲣⲁⲛ
ϫⲉ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲟⲩ : ⲁⲗⲗⲁ ⲙⲁⲣⲟⲩⲱϣⲧ
ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟⲩϯ : ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉⲧⲁⲗⲟ ⲗⲩⲃⲁⲛⲟⲥ ⲛⲱⲟⲩ
ϩⲉⲣⲏⲓ : ⲛⲉⲙ ⲑⲩⲥⲓⲁ : ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲁⲓⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ :
ⲛⲉⲟⲩⲟⲛ ⲟⲩϧⲉⲗϣⲓⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲧⲟⲓ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲡⲉ ⲛ̀ⲟⲩ//
ⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲗⲁⲧⲏⲥ ⲉⲧⲁϥⲛⲁⲩ ⲉⲡⲓⲥϧⲁⲓ ⲉⲩⲥϧⲏⲟ//
ⲩⲧ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲁϥⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ ⲁϥⲣⲓⲙⲓ ⲉϥϫⲱ
ⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲁⲣⲓⲃⲟⲏⲑⲓⲛ ⲉⲣⲟⲓ :
ⲛ̀ⲧⲉⲕϭⲉⲣⲟ ⲙ̀ⲡⲓϧⲏⲃⲥ ⲉⲧⲥⲁϧⲁⲩⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲓ ϣⲁ//
ϯϣϫⲉⲙϫⲟⲙ ⲛ̀ⲥⲁϫⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲁⲓ ⲁⲑⲛⲟⲩϯ ⲡⲟⲩ//
ⲣⲟ : Ⲫⲁⲓ ⲉⲧϯϣⲱϣ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ : Ⲫⲁⲓ
ⲇⲉ ⲉⲧⲁϥϫⲟϥ ⲥⲁⲧⲟⲧϥ ⲁϥⲃⲁϣϥ ⲙ̀ⲡⲉϥϧⲱⲕ
ⲁϥϩⲱⲗ ⲉϧⲟⲩⲛ ϣⲁⲡⲟⲩⲣⲟ ⲁϥⲟϩⲓⲉⲣⲁⲧϥ ⲙ̀ⲡⲉ//
ϥⲙ̀ⲑⲟ ⲉⲃⲟⲗ : - ⲡⲉϫⲉ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛⲁϥ : ϫⲉ ⲛ̀ⲑⲟⲕ
ⲛⲓⲙ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ : ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲭⲣⲏⲥ//
ⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲭⲣⲏⲥⲧⲟⲇⲱⲣⲟⲥ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲧⲏⲥ
ⲡⲓⲥ//

ⲡⲓⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲗⲁⲧⲏⲥ : - ⲡⲉϫⲉ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛⲁϥ ϫⲉ
ⲉⲑⲃⲉⲟⲩ ⲉⲕⲟϩⲓⲉⲣⲁⲧⲕ ⲙ̀ⲡⲁⲙⲑⲟ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϧⲏⲕ ⲁⲛ:
ⲁⲕⲧⲁⲕⲟ ⲙ̀ⲡⲁⲝⲓⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲓⲱⲧ : - ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓϧⲉ=
ⲗϣⲓⲣⲓ ⲛⲁϥ: ϫⲉ ⲱ̀ ⲡⲓⲟⲩⲣⲟ ⲁⲛⲁⲛⲟⲙⲟⲥ ϯⲟⲓ ⲙ̀ⲙ=
ⲁⲧⲟⲓ ⲛⲁⲕ ⲁⲛ ϫⲉ ⲓⲥϫⲉⲛ ⲡⲁⲓ ⲛⲁⲩ: ⲉⲑⲃⲉ ϫⲉ ⲁⲡⲓ=
ⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ ϭⲉⲛⲟⲩⲛⲓ ⲛ̀ϧⲏⲧⲕ ⲱ̀ ⲡⲓⲁⲥⲉⲃⲏⲥ: ⲁⲗ=
ⲗⲁ ⲁⲓⲛⲁ ⲉⲣⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ : ⲫⲏ=
ⲉⲧⲁϥⲑⲁⲙⲓⲟ ⲛ̀ⲧⲫⲉ ⲛⲉⲙ ⲡⲕⲁϩⲓ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ⲓⲁⲣ=
ⲱⲟⲩ : ⲛⲉⲙ ⲛⲏⲉⲧⲉⲛϧⲏⲧⲟⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ : ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀=
ⲑⲟϥ ⲁϥⲑⲁⲙⲓⲟⲓ ϩⲱ. ⲉⲣⲉ ⲡⲁⲛⲓϥⲓ ⲭⲏ ϧⲉⲛ ⲛⲉϥ=
ϫⲓϫ: ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲉϥⲥⲱⲧⲉⲙ ⲇⲉ ⲉⲛⲁⲓ ⲛ̀ϫⲉⲇⲓ=
ⲟⲕⲗⲏⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲉⲛⲧⲟⲧϥ ̀ⲙⲡⲓϩⲉⲗϣⲓⲣⲓ ⲁϥϫⲱⲛⲧ
ⲉⲙⲁϣⲱ : ϧⲉⲛ ϯⲟⲩⲛⲟⲩ ⲁϥⲧⲱⲛϥ ⲁϥⲱ̀ⲗⲓ
ⲛ̀ⲟⲩⲥⲏϥⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲧϫⲓϫ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲁⲧⲟⲓ ⲁϥϯ
ⲛ̀ⲟⲩϣⲁϣ ϧⲉⲛ ⲑⲛⲉϫⲓ ̀ⲙⲡⲓϩⲉⲗϣⲓⲣⲓ· ⲁϥⲫⲁϧⲥ:-
ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲙⲁⲧⲟⲓ ⲛ̀ⲥⲉⲑⲱⲟⲩϯ
ⲉⲣⲟϥ ⲛ̀ⲥⲉⲁⲓϥ ̀ⲙⲙⲉⲣⲟⲥ ⲙⲉⲣⲟⲥ : - ⲫⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲓ=
ⲣⲏϯ ⲉⲧⲁϥϫⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲉϥⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ
ⲡⲓⲉϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ⲁϥϩⲱⲗⲉ̀ ⲛ̀ϭⲓⲥⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩ=
ⲑⲉⲗⲏⲗ ⲁϥⲙ̀ⲧⲟⲛ ̀ⲙⲙⲟϥ : ⲛⲉⲙ ⲛⲏⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲧ=
ⲏⲣⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉⲫϯ : ⲁⲙⲏⲛ. ⲙⲉⲛⲉⲛ=
ⲥⲱⲥ ⲁϥⲉⲣⲕⲉⲗⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲥⲉϭⲉⲣⲟ ⲛ̀ϯ=
ϣⲏⲓⲃⲓ ( omnino legendum ⲛ̀ϯϣⲏⲟⲩⲓ: ) ⲛ̀ⲥⲉ=
ⲧⲁⲗⲟ ⲗⲓⲃⲁⲛⲟⲥ ⲉⲡϣⲱⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟⲩϯ : - ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲛⲉⲙ
ⲡⲉϥⲥⲧⲣⲁⲧⲉⲩⲙⲁ ⲧⲏⲣϥ : - ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉϩⲟⲟⲩ
ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ⲁⲩⲟⲩⲱϣⲧ ⲛ̀ϫⲉ ⲅ̅ ⲛ̀ϣⲟ ̀ⲙⲙⲁⲧⲟⲓ :
ⲛⲉⲙ ⲓ̅ⲅ̅ ⲛ̀ⲑⲃⲁ ̀ⲙⲡⲁⲅⲁⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲛⲓⲓⲇⲱⲗⲟⲛ ⲉⲧⲥ=
ⲟϥ :- Ⲣⲱⲙⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ϧⲉⲛ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲛⲓϩⲙⲟⲩⲧ:

ⲛⲉⲙ ⲛⲓϩⲓⲟⲙⲓ ⲛⲓⲕⲟⲩϫⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲛⲓϣϯ ⲁⲩⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ⲡⲓⲉϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲕ̅ⲇ̅ ⲛ̀ⲑⲃⲁ ⲙ̀ⲯⲩⲭⲏ.

Ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲇⲓⲁⲧⲁⲅⲙⲁ ⲁϥⲧⲛⲓϥ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲗⲁⲧⲏⲥ ⲉⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲡⲉ ⲇⲓⲟⲛⲏⲥⲓⲟⲥ: ⲁϥⲟⲩⲟⲣⲡ ⲉⲣⲁⲕⲟϯ ⲛ̀ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲡⲓⲇⲟⲩⲝ ⲉϥⲥϧⲏⲟⲩⲧ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ: — ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲇⲓⲟⲕⲗⲏⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲉⲓⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲡⲓⲇⲟⲩⲝ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲁⲕⲟϯ: ϫⲉ ⲉⲡⲓⲇⲏ ⲛⲓⲛⲟⲩϯ ⲛⲁⲑⲙⲟⲩ ⲛⲏ ⲉⲧⲧⲁⲩϯ ⲛⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲁⲓ ⲁⲝⲓⲱⲙⲁ: ⲛⲉⲙ ⲡⲓϭⲣⲟ ϧⲉⲛ ⲛ̀ⲛⲓⲡⲟⲗⲉⲙⲟⲥ: ϯⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ ⲉⲑⲣⲉⲕϣⲟⲣϣⲉⲣ ⲛ̀ⲛⲓⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲱⲧ ⲛ̀ⲛⲓⲉⲣⲫⲏⲟⲩⲓ ϧⲉⲛ ⲙⲁⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲓⲥϫⲉⲛ ⲣⲁⲕⲟϯ ϣⲁⲥⲟⲩⲁⲛ: ⲓⲥϫⲉⲛ ϯⲗⲩⲃⲓ ϣⲁⲧⲓⲡⲉⲛⲧⲁⲡⲟⲗⲓⲥ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲟⲩⲱϣⲧ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟⲩϯ: ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉⲧⲁⲗⲟ ⲗⲓⲃⲁⲛⲟⲥ ⲛⲱⲟⲩ ⲉϩⲣⲏⲓ: — ⲫⲏⲉⲧⲉⲛⲁⲉⲣⲁⲧⲥⲱⲧⲉⲙ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉϥϣⲧⲉⲙⲟⲩⲱϣⲧ ⲛⲱⲟⲩ: ϯϩⲟⲛϩⲉⲛ ⲛⲁⲕ ⲉⲑⲣⲉⲕⲉⲣⲡⲉⲇⲉⲩⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ϩⲁⲛⲃⲁⲥⲁⲛⲟⲥ ⲉⲩⲛⲁϣⲧ: ⲟⲩⲟϩ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲱⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲧⲏⲓⲧⲟⲩ ⲉⲧⲟⲧⲥ ⲛ̀ⲧⲥⲏϥⲓ: — ⲡⲓⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲗⲁⲧⲏⲥ ⲇⲉ ⲉⲧⲁϥⲓ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲣⲁⲕⲟϯ ⲁϥϯ ⲛ̀ⲛⲓⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ: ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲁϥⲑⲱⲟⲩϯ ⲛ̀ⲛⲁⲧⲓⲡⲟⲗⲓⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲁϥⲱϣ ⲉⲣⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲓⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟⲩⲣⲟ: ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟⲩⲟⲣⲡⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲭⲏⲙⲓ ⲧⲏⲣϥ: — ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲁⲩⲉⲛⲟⲩ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲡⲉⲙϫⲉ ⲁⲩⲧⲏⲓⲧⲟⲩ ⲛ̀ⲕⲟⲩⲗⲕⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲁϥⲟϣⲟⲩ ⲁϥϫⲉⲙⲟⲩ ⲉⲩⲥϧⲏⲟⲩⲧ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ: ϫⲉ ⲣⲱⲙⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲑⲛⲁⲉⲣⲁⲧⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲁⲫⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲣⲟ ϯⲉⲝⲟⲩⲥⲓⲁ ⲧⲟⲓ ⲛⲁⲕ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲣⲱⲟⲩ

ⲱⲟⲩ ⲉⲑⲣⲉⲕϭⲕⲟⲃⲃⲟⲩ : ⲓⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲟⲩⲟⲣⲡⲟⲩ ⲛⲏⲓ ⲉⲣⲁⲕⲟϯ ⲛ̀ϯⲁⲉⲣⲃⲁⲥⲁⲛⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ :- *Surge is mane diei primae menſis Pharmuthi* (a) *incurrentis in novi anni initium, edictum ſcripſit his verbis : Ego Dio-*

(a) ***Surgens mane diei primae menſis Pharmuthi incurrentis*** (***in annum novum, ſive***) ***in novi anni initium***. Suſpicor, oſcitantia Scethenſis Librarii, poſitum heic eſſe ***Pharmuthi*** pro ***Pharmhoti***; unde ⲡⲁⲣⲙϩⲟⲧ Thebaicum apud Tukium, & Coptico-Aethiopicum ***Bermahat***, (vel ***Parmahat***, aut ***Pharmahat***) apud Ludolphum; qui certe omnium menſium nomina, uti a memphitis accepta in Aethiopum Kalendarium retulit. Nam ſi ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ ***Aprilem*** legeris, nullo modo intelligere poteris, quomodo dies ***prima Aprilis*** concurrerit cum novi anni initio. Ne quid enim dicam de anno ***vago*** Aegyptiorum, in quo, iudice cl. V. Nicolao Averanio in excellenti diſſert. de ***menſibus*** eorumdem ***Aegyptior.*** cum notis mei Cardinalis Noriſii, cap. 6. ***collatio menſium Aegyptiorum, & Romanorum inexplicabilis eſt***; annus certe fixus nec apud latinos exordium umquam ſumſit a primo die aprilis. Inde igitur fit, ut hic locus accipi omnino debeat de ***prima*** die ⲫⲁⲣⲙϩⲟⲧⲓ, ***Martii***, alias ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ nuncupati ad evitandam fortaſſe ambiguitatem nominis inter ⲫⲁⲣⲙϩⲟⲧⲓ, & ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ. Quo poſito facile intelligis, ***Iulium*** noſtrum in epocha edicti a Diocletiano in urbe ***Nicomedia*** propoſiti mirifice convenire cum ***Lactantio***, qui lib. de Mort. Perſec. cap. 12. & 13. de edicto a Diocletiano promulgato haec ſcribit. ***Inquiritur peragendae rei dies aptus, & felix; ac potiſſimum terminalia deliguntur, quae ſunt ad ſeptimum Kalendas Martias, ut quaſi terminus imponeretur huic*** (Chriſtianae) ***Religioni***: & mox cap. 13. ***Poſtridie propoſitum eſt edictum***. At dies ſelectus & felix, quo ***terminalia***, Romano more, celebrabantur erat 23. Februarii; ***poſtridies*** igitur, quo promulgatum eſt ***edictum***, concurrebat cum die 24. febr. Latini; adeoque & cum ***primo Pharmhoti***, ſive ***Phamenoth*** apud Aegyptios, ducto exordio a veſpere eiusdem diei. Cetera, quae Iulius addit de hac prima die ***Menſis Martii*** incidente in ***anni novi exordium***, exponenda ſunt cum eruditiſſimo ***Gisberto Cupero*** in notis ad cap. XII. Lactantii de anno ***veteri*** Romanorum, de quo Ovid. II. Faſtor. 47.

> ***Sed tamen antiqui, ne neſcius Ordinis erres.***
> ***Primus ut eſt, Iani menſis, & ante fuit:***
> ***Qui ſequuntur Ianum, veteris fuit ultimus anni***
> ***Tu quoque ſacrorum, termine, finis eras.***

Hinc ***fictione quadam***, ſubdit Cuperus, ***dies terminalium, dies anni ultimus habebatur***. ***Varro*** l. 5. L. L. ***Terminalia, quod is dies anni extremus conſtitutus eſſet. Duodecimus enim menſis februarius: & cum intercalatur, inferiores quinque dies duodecimo demuntur menſe; ita ut hi quinque dies cum diebus intercalaribus februario non fuerint computati***. Hunc morem ſequutus eſt is noſter Aegyptius ſcriptor.

*Diocletianus Imperator scribo edicens universo Imperio meo, & cunctis qui sub mea ditione degunt, sive ducibus copiarum, sive militibus, sive paganis, sive cuiuscumque generis hominibus sub mea potestate positis, ne audire patiantur, ut ullo ex ore pronuncietur hoc nomen: Iesus: sed Deos adorent, eisque thura offerant, & sacrificia.*

„ Heic ego suspicor *Iulium* non integrum, sed man-
„ cum retulisse primum hoc Diocletiani edictum, de quo
„ nullam mentionem facit Eusebius. Idque ei fortasse con-
„ tigit ob subitae cuiusdam festinationis & properantiae
„ impetum, quo statim abreptus ad sequentem *Christodori*
„ historiam narrandam accessit: *Quidam Iunior miles Filius ducis militum, quum regia iussa in eum modum scripto tradita vidisset, lugens exclamavit*: Domine mi Iesu Christe adiuva me, & lucernam tuam interiorem in me accende, ut loqui possim cum atheo isto Imperatore, qui nomen tuum sanctum contemnit. *Quum haec dixisset exutus subito militari armatura ingressus ad Imperatorem sese ei praesentem obtulit. Dixit illi Imperator*: Tu quis es, qui in hunc modum ad me venis? *Ego*, respondit, *sum Christianus Chsistodorus Filius Basiletis regii Ducis*. Dixit ei Imperator: *Eccur Tu te sistis coram me insignibus militaribus non ornatus?* Respondit ei *adolescens*: *O impie Imperator, Tuus ego miles non sum ex hac utique hora; quandoquidem diabolus, o impie, suas in te radices iam egerit. Sed ego perpetuo confitebor Dominum meum Iesum Christum, qui fecit Caelum, & terram, & mare, & flumina, & omnia quae in eis sunt: & me quoque; quippe qui spiritum vitae mihi inspirans, manibus suis creavit. Dum haec ex ore adolescentis audiret Diocletianus vehementer iratus, cum impetu surgens gladium arripuit de manu militis ibi stantis, eoque adolescentem in ventre vulnerans medium repente discidit*: (a) *& mox congregatis militibus iussit, ut eum in*

(a) Immane hoc ſpectaculum confer cum eo prorsus simili, quod edidit Diocletianus solemni ipso inaugurationis suae die, quum e throno descendens gladio confodit, peremitque *Aprum*.

*in partes minutatim dilacerarent . Sic is consummato ex illa die martyrio , evolavit cum exultatione , & cum sanctis omnibus in pace Dei ad supernam requiem . Amen .*

*Postea iussit Imperator , ut illuminarent Altaria , & thura Diis adolerent . Quod ipse cum toto exercitu fecit : illoque die Idola vana adorarunt sex millia militum , & ter decem mille ,* idest triginta mille , *Pagani . Omnes vero homines in civitate* ( Nicomediae ) *mares , foeminae , parvi , & magni adorarunt eodem illo die ad numerum usque viginti quatuor myriadum ,* nempe *ducentorum quadraginta millium animarum .*

Scripsit porro *edictum , quod tradidit duci militum , cui nomen erat* Dionysius , *illudque per eum misit Alexandriam ad Armenium ducem verbis hisce* exaratum : *Diocletianus* Imperator ad Armenium , ducem Alexandriae : Quoniam Dii immortales hanc nobis summam dignitatem , & victoriam in bello contulerunt , iubeo , ut destruantur ecclesiae , & aedificentur templa in omni loco : ab Alexandria ad Assuanam usque : & a Lybia usque ad Pentapolim ut omnes adorent Deos , eisque thura offerant . Si qui inobedientes erunt , & eos non adoraverint , Tibi impero , ut eos duris suppliciis constringi facias , ac dein extremis tradas ictibus gladii . Dux autem militum , quum scripta Principis Alexandriam tulisset , ea dedit Armenio ; qui civium omnium convocato conventu legit coram ipsis Imperatoris edicta , eaque evulganda misit per omnem Aegyptum . Quumque adlata fuissent *Pemge* tradita fuerunt *Culciano* Praesidi , qui inter legendum ita scriptum invenit : *In omnes inobedientes mandato Imperatoris esto tibi potestas , ut eos occidas , vel ad me mittas Alexandriam , ut eos ego torqueam*

Eadem fere de hoc Diocletiani edicto per universam Aegyptum promulgato repetit *Iulius* in prooemio Martyrii S. Abbatis *Anub* . Nam & in eo haec omnibus , & singulis indicta fuisse narrat : ϫⲉ ⲑ̀ϯⲟⲩⲛⲟⲛ ⲉⲣⲉ ⲡⲁ// ⲡⲣ//

ⲡⲣⲟⲥⲧⲁⲅⲙⲁ ⲛⲁⲫⲟϩ ⲉⲣⲱⲧⲉⲛ : ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉ-
ⲧⲉⲛⲱϣ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲓⲧⲉ ⲇⲟⲩⲝ : ⲓⲧⲉ ⲉⲡⲁⲣⲭⲟⲥ : ⲓⲧⲉ
ⲕⲟⲙⲏⲥ : ⲓⲧⲉ ⲑⲣⲓⲃⲟⲩⲛⲟⲥ : ⲓⲧⲉ ⲙⲁⲧⲟⲓ : ⲓⲧⲉ
ⲡⲁⲅⲁⲛⲟⲥ : ⲓⲧⲉ ⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ : ⲓⲧⲉ ⲡ̀ⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉ-
ⲣⲟⲥ : ⲓⲧⲉ ⲇⲓⲁⲕⲱⲛ : ⲓⲧⲉ ⲩⲡⲟⲇⲓⲁⲕⲱⲛ : ⲓⲧⲉ
ⲁⲛⲁⲅⲛⲱⲥⲧⲏⲥ : ⲓⲧⲉ ⲣⲉϥⲱϣ : ⲓⲧⲉ ⲯⲁⲗⲙⲟ-
ⲧⲟⲥ : ⲓⲧⲉ ⲙⲟⲛⲁⲭⲟⲥ : ⲓⲧⲉ ⲗⲁⲓⲕⲟⲥ : ⲓⲧⲉ ϩ-
ⲱⲟⲩⲧ : ⲓⲧⲉ ⲥϩⲓⲙⲓ : ⲓⲧⲉ ⲕⲟⲩϫⲓ : ⲓⲧⲉ ⲛⲓϣϯ :
ⲁⲡⲁⲝ ⲁⲡⲗⲱⲥ ⲙⲁⲣⲉⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲩⲭⲏ ϧⲉⲛ
ⲡⲁⲁⲙⲁϩⲓ ⲛ̀ⲧⲁⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲧⲏⲣⲥ ϣⲟⲡⲓ ⲉⲩϣⲉⲙ-
ϣⲓ ⲛ̀ⲛⲁⲛⲟⲩϯ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⲉⲧⲁⲓ ⲧⲁϩⲙⲟⲩ ⲉ-
ⲣⲁⲧⲟⲩ : ⲛⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲛⲟⲩϯ ⲡⲉ ⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ : ⲛⲉⲙ
ⲡⲓⲍⲉⲩⲥ : ⲛⲉⲙ ϯⲁⲣⲧⲉⲙⲓⲥ ⲑⲙⲁⲩ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟⲩϯ ⲧⲏ-
ⲣⲟⲩ :- ⲫⲏ ⲉⲑⲛⲁⲉⲣⲁⲑⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲁⲡⲓⲡⲣⲟⲥ
ⲧⲁⲅⲙⲁ ⲉⲧⲁⲓⲧⲟϫϥ ⲉⲃⲟⲗ ϯⲉⲝⲟⲩⲥⲓⲁ ⲧⲟⲓ
ⲛⲱⲟⲩ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲣⲱⲟⲩ : ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛ ⲉⲣⲃⲁⲥⲁ-
ⲛⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲕⲁⲕⲱⲥ : ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲓⲣⲓ ⲛ-
ⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲣⲏϯ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲉⲧⲉⲛ ⲟⲩⲱϣ :- ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲱⲥ
ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲱⲗⲓ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲁⲫⲉ ϧⲉⲛ ⲡⲱⲥ ⲛ̀ⲧⲥⲏϥⲓ :
ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛ ⲡⲱⲕϩ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲥⲱⲙⲁ ϩⲓⲛⲁ
ⲛ̀ⲧⲟⲩ ϣⲧⲉⲙ ϫⲉⲙⲟⲩ ϫⲉ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ :-

*Qua hora meum hoc edictum ad vos pervenerit , illudque a vobis perlectum fuerit , sive dux , sive Praeses , sive militum ductor , sive Praefectus , sive comes , sive tribunus , sive miles , sive paganus , sive episcopus , sive presbyter , sive diaconus , sive subdiaconus , sive anagnostes , aut lector , sive cantor , sive monachus , sive laicus , sive mas , sive femina , sive parvus , sive magnus , & ut semel brevi dicam , omnes & singuli , qui sub ditione totius imperii mei versantur , colant , & ado-*

*adorent deos meos sublimes , & venerandos , quos ego constitui , & stabilivi , deorum maximum Apollinem , Iovem , & Artemidem deorum Matrem . In eos omnes , qui edicto meo iam confirmato non obedierint , sit vobis plena potestas , ut ipsos male direque torqueatis , eosque tractetis quomodocumque vobis libuerit . Postea caput eis gladio amputabitis , & corpus comburetis , ne mors quicquam eorum relinquat , & quidem in sempiternum .*

Similia *Christophorus* habet in exordio martyrii S. Abbatis *Isaac* , quocum mire consonat scriptor actorum S. militis *Apa Tia* . In exemplo enim , quod iam inde ab initio profert , Diocletianei edicti , illud in hunc modum repraesentat : ⲡⲓⲁⲩⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ ⲕⲉⲥⲁⲣ ⲇⲓⲟ=
ⲕⲗⲏⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲛⲓⲗⲁⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧϧⲉⲛ ϯⲟⲓⲕⲟⲩ=
ⲙⲉⲛⲏ : ⲛⲏ ⲉⲧⲭⲟ ϧⲉⲛ ⲛⲁⲙⲁϩⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲁⲙⲉⲧⲟⲩ=
ⲣⲟ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲟⲛϧ ϧⲉⲛ ⲧⲡⲣⲟⲛⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟⲩϯ ⲭⲉ=
ⲣⲉ. ⲉⲡⲓⲇⲏ ⲁⲟⲩⲥⲟⲛⲓ ⲉⲛⲁⲓ ⲗⲁϣϫ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓⲭⲣ=
ⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ : ϫⲉ ⲥⲉⲟⲩⲱϣⲧ ⲛ̀ⲓⲏ̅ⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲩⲁⲧϥ :
ⲟⲩⲟϩ ⲛⲥⲱϫⲡ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟⲩϯ ⲥⲉⲉⲣⲕⲁⲧⲁⲫⲣⲟⲛⲓⲛ
ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ : ⲙⲁⲗⲓⲥⲧⲁ ⲡⲓⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ ⲫⲏ ⲉⲑⲛⲟ=
ϩⲉⲙ ⲛ̀ϯⲟⲓⲕⲟⲩⲙⲉⲛⲏ : ⲟⲩⲟϩ ⲉϥϯ ⲛⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲓ=
ϭⲣⲟ ⲛ̀ⲥⲏⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ : ϯⲛⲟⲩ ⲟⲩⲛ ϯⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ
ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ : ϫⲉ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲥⲉⲭⲱ ⲛ̀ⲥⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲓⲙⲉⲧⲉ=
ⲫⲗⲏⲟⲩ : ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲥⲉⲥⲟⲩⲉⲛ ⲛⲓⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲣⲉϥⲧⲟⲩ=
ϫⲟ : ⲛⲁⲓ ⲉⲧϯ ⲙ̀ⲡⲓϭⲣⲟ ⲛ̀ⲛⲓⲟⲩⲣⲱⲟⲩ : ⲟⲩⲟϩ
ⲉⲧϯ ⲙ̀ⲡⲱⲛϧ ⲛ̀ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ : - ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲑⲛⲁⲉ=
ⲣⲁⲧⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲁⲡⲉⲛⲡⲣⲟⲥⲧⲁⲅⲙⲁ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ
ⲫⲁⲓ ⲉⲧⲉⲣⲉϯ ⲕⲉⲣⲑⲩⲥⲓⲁ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⲉⲣⲥⲩϯ=
ⲙⲉⲛⲓⲛ ⲉ̀ⲣⲟϥ : ϯⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲁⲣⲭⲱⲛ ⲉⲧⲁ=
ⲙⲁϩⲓ ⲕⲁⲧⲁ ⲭⲱⲣⲁ : ⲓⲥϫⲉⲛ ϯⲛⲓϣϯ ⲣⲱⲙⲏ
ϣⲁ ⲉϧⲣⲏⲓ ⲉⲭⲏⲙⲓ : ⲛⲉⲙ ϯⲡⲉⲛⲧⲁⲡⲟⲗⲓⲥ ⲛⲉⲙ

ϯⲁⲫⲣⲓⲕⲓ: ⲛⲉⲙ ⲫⲙⲁⲣⲏⲥ ⲛⲓⲛⲓϣϯ ⲓⲥϫⲉⲛ ϯⲗⲩⲃⲏ ϣⲁ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲛⲓⲉⲑⲁⲩϣ ⲉⲑⲣⲟⲩⲉⲣⲧⲓⲙⲱⲣⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲧⲓⲙⲱⲣⲓⲁ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲁⲓϭⲛⲉ ϯⲁⲥⲟ :- ⲉϥϣⲁⲛ ⲁⲩϣⲁⲛⲉⲣⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓⲛ ⲉⲧⲉϫⲱ ⲛⲱⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ: ⲓⲥ ⲉϥϣⲁⲛ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲟϩⲓ ϧⲉⲛ ⲑⲏⲉⲧⲉⲑⲙⲱⲟⲩⲛ ⲅⲛⲱⲙⲏ : ⲡ̀ⲉⲛⲕⲣⲁⲧⲟⲥ ⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ ϫⲉ ϩⲓⲛⲁ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲛⲓⲃⲁⲥⲁⲛⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧⲉⲧⲏⲓⲧⲟⲩ ⲉⲧⲟⲧⲥ ⲛ̀ⲧⲧⲓⲙⲱⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲥⲏϥⲓ: ⲟⲩⲟϩ ⲛⲟⲩⲥⲱⲙⲁ ⲉⲧⲉⲣⲟⲕϩⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲛⲓϫⲣⲱⲙ :- ⲛⲁⲓ ⲟⲩⲛ ⲉⲣⲉⲧⲉⲛϫⲱⲕ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲑⲏⲛⲓ ⲉⲛⲁϣⲱⲥ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲛⲓⲛⲟⲩϯ : ⲧⲉⲧⲉⲛⲛⲁϭⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧⲟⲩ ⲛ̀ϩⲁⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲇⲱⲣⲉⲁ:ⲉⲣⲉⲧⲉⲛⲟⲛϧ ϧⲉⲛ ⲧⲟⲩⲡⲟⲛⲓⲁ ⲛ̀ⲟⲩϫⲁⲓ : ϫⲉ ⲁⲛⲟⲛϩⲱⲛ ⲧⲉⲛⲟⲩⲟϫ :- ⲛⲁⲓ ⲡⲣⲟⲥⲧⲁⲅⲙⲁ ⲟⲩⲛ ⲁⲩⲟⲩⲟⲣⲡϥ ⲉϧⲣⲏⲓ ⲉϫⲏⲙⲓ ⲛⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲛⲓⲕⲟⲙⲏⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲁⲕⲟϯ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲟⲩⲃⲉⲣⲉⲧⲁⲣⲓⲟⲥ : (a) ⲉⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲡⲉ ⲇⲓⲟⲛⲏⲥⲓⲟⲥ :- ⲫⲁⲓ ⲟⲩⲛ ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲉϥϭⲓⲧϥ ⲛ̀ϫⲉⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲛⲓⲕⲟⲙⲏⲥ ⲁϥⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ⲙⲟϥ : ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟⲩⲱⲣⲡ ⲛ̀ⲥⲁ ⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ : ⲛⲉⲙ ⲁⲙⲟⲛⲓⲟⲥ ⲡⲓⲣⲉⲡⲁⲣⲓⲟⲥ : (b) ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲙⲏϣ ⲙ̀ⲙⲁⲧⲟⲓ ⲁϥⲉⲛⲟⲩ

ⲉϧⲟ-

(a) ⲟⲩⲃⲉⲣⲉⲧⲁⲣⲓⲟⲥ, idem ac latinis:*veredarius* uno excepto articulo ⲟⲩ & mutatis ⲃ in *v*,& *d* in ⲧ. Graecis Alexandrinis Βηριδάριος dicebatur: *nuncius publicus*. Hinc episcopi catholicae ecclesiae,qui cum Magno Athanasio Tyrum accessere,eius concilii Patribus haec inter cetera de *Meletianis* cum Colluthianis, & Ariomanitia coniunctis per epistolam repraesentant, quod *quatuor ante diebus* Βηριδάριους, *veredarios sub vesperam viae commisissent. qui Meletianos ex Aegypto in Mareotem ...cogerent,ex aliisque locis Collutianos, & Ariomanitas, quos de calumniis in nos deferendis ante monerent.* Eosque iidem Aegyptii episcopi in sequenti epist.ad *Flavium Dionysium comitem* δύο Βηριδαρίους *duos veredarios appellant*.

(b) Ⲣⲉⲡⲁⲣⲓⲟⲥ: *Reparius*, nomen, uti credo, officii. Eo significari opinor, *tabellarium publicum*, qui non equis mutatis, neque rhedis, sed *cita navi* litteras, atque nuntia ultro citroque defferent. Nomen vero ipsum Ⲣⲉ-

ⲡⲁ-

ⲉϧⲟⲩⲛ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲣⲁⲕⲟϯ : - ⲛⲁⲓ ⲇⲉ ⲉⲧⲁⲩⲓ ⲙ̀ⲭⲱⲗⲉⲙ ⲁϥⲑⲣⲟⲩϣⲱϣ ⲉⲣⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲓⲡⲣⲟⲥⲧⲁⲅⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲟⲩⲣⲟ : - ⲛⲁⲓ ϫⲉ ⲟⲩⲛ ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲟⲩϭⲓⲧⲟⲩ ⲁⲩⲥⲱⲣ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ϯⲭⲱⲣⲁ ⲧⲏⲣⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲭⲏⲙⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲟⲩⲙⲏϣ ⲙ̀ⲙⲁⲧⲟⲓ ⲛⲉⲙ ⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲓⲥϫⲉⲛ ⲣⲁⲕⲟϯ ϣⲁ ⲫⲙⲁⲣⲏⲥ ⲙ̀ⲡⲓϣϯ ϣⲁ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲛⲓⲉⲑⲁⲩⲥ : - ⲁⲩϭⲱⲡⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲏϣ ⲛ̀ⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲛⲁⲩϭⲓⲏⲡⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ : ϩⲁⲛⲟⲩⲟⲛ ⲙⲉⲛ ⲁⲩϧⲟⲑⲃⲟⲩ ⲛ̀ⲣⲱⲥ ⲛ̀ⲧⲥⲏϥⲓ : ⲉⲁⲩⲃⲉⲣⲃⲱⲣⲟⲩ ⲛ̀ϧⲣⲉ ⲛ̀ⲛⲓϩⲟⲩⲱⲣ : ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲑⲏⲣⲓⲟⲛ : ⲛⲉⲙ ⲛⲓϩⲁⲗⲁϯ ⲛ̀ⲟⲩⲁⲙⲥⲁⲣⲝ : - ϩⲁⲛⲕⲉⲭⲱⲟⲩⲛⲓ ⲇⲉ ⲛⲁⲩⲣⲱⲕϩ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲭⲣⲱⲙ : - ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ⲛⲁⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛⲁⲣⲉⲫϯ ϯⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉϥⲥⲱⲧⲡ ϧⲉⲛ ⲙⲁⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲟⲩⲟϩ ϩⲁⲛϣⲫⲏⲣⲓ ⲛⲁⲧϭⲓⲏⲡⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ : ⲛⲁⲩϣⲟⲡ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧⲟⲩ ⲉⲩⲑⲱⲧ ⲛ̀ϩⲏⲧ ⲛ̀ⲛⲓⲉⲩⲥⲉⲃⲏⲥ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲫⲛⲟⲩϯ : - *Imperator Caesar Diocletianus Populis omnibus terrae habitabilis versantibus in ditione Imperii mei, & viventibus in providentia deorum, salutem.* Quoniam turbationes, & concussiones inductae in nos sunt, propter *Christianos*, qui unum solum *IESUM* adorant, ceteros vero deos, & maxime *Apollinem*, qui liberator est universae terrae, quique nobis victoriam largitur, contemnunt, eis ob hanc caussam nunc praecipio, ut huiusmodi vanitates aspernantes deserant, & honorent *Deos servatores*: illos, inquam, qui victoriam dant Imperatoribus, & vitam largiuntur universis. Si qui inobedientes erunt huic nostro supremo edicto, quo sublimis, atque gloriosa sacrifi-



ⲡⲁⲣⲓⲟⲥ ortum puto a verbo: *Repariare*, de quo praestantissimus *Du-Cangius* in Gloss. ad script. mediae & infimae latinitatis, haec habet: *Repariare vela. Renavigare. Solinus* cap 33. Hoc Arabiae sat est: hinc ad Pelusium repariemus. *Pariare vela dicuntur navigantes, qui paribus & aequis velis secundo flatu cursum tenent. Unde re*-pariare. *Retro dare cursum, ut habet* Hofmannus in Lexico. Itaque Aegyptium ⲛⲓⲣⲉⲡⲁⲣⲓⲟⲥ apte dixerim, *cursorem, tabellariumque nauticum.*

ciorum ratio, & constitutio firmatur, ac stabilitur, magistratibus potestatem exercentibus per regiones singulas, inde a magna Roma ad Aegyptum, & Pentapolim, & Africam, & magnam usque Thebaidem, indeque a Libya ad Aethiopas usque, iubeo, atque impero, ut ii omni suppliciorum genere sine remissione, indulgentiaque puniantur. Si autem poenitentia ducti resipuerint, dimittantur. Quod si pertinaces in animi sui sententia fuerint, auctoritas nostra, atque summa potestas mandat, ut post omnia suppliciorum genera subiiciantur ictibus exemplaribus extremae animadversionis, ultionique gladii: & corpora eorum comburantur igne. Haec vos multa cum punitionis severitate perficientes pro Diis, dona ab ipsis accipietis, & vitam agetis in providentia eorum salutari; nam & in ea nos quoque sani, & salvi vivimus. *Hoc edictum misit in Aegyptum ad* Armenium comitem Alexandriae *per Beretarium, cui nomen* Dionysius. *Hoc itaque quum accepit* Armenius Comes *osculo veneratus est, & ad* Arianum Praesidem, *atque ad* Amonium Reparium *misit, multisque etiam militibus, qui Alexandriam adierant, tradidit. Hi vero abeuntes, brevi effecerunt, ut legeretur edictum Imperatoris. Et hi igitur milites multi, & Arianus Praeses, quum illud excepissent, evulgarunt per omnem regionem Aegypti iam inde ab Alexandria ad magnam usque Thebaidem, atque Aethiopum fines. Apprehenderunt multitudinem Christianorum innumerabilium; & alios quidem ore gladii interfecerunt; eosque proiecerunt in cibum canibus, & bestiis, & carnivoris volucribus, alios igne cremarunt; & his omnibus glorificati sunt electi* (Christi) *in locis cunctis, & in eorum prodigiis innumerabilibus, quae ab eis facta sunt in solamen pietatis, & religionis erga Christum Deum.*

Quid his significantius ad declarandum *Diocletiani* persecutionem non unis tantum ecclesiarum antistibus, aut presbyteris, ceterisque sacris quibusque muneribus insignitis, sed omnibus omnino, christianae fidei assertoribus

ribus

ribus, cuiuscumque generis, sexus, aetatis, & conditionis essent, fuisse indictam; eamque tantae immanitatis vi exasperatam, ut post acerbissima quaevis supplicia gladio tandem & larga cruoris effusione explenda in occiso quovis christiano esset? Quaedam certe sunt in Aegyptiacis hisce narrationibus, quae in Eusebii, & Lactantii historia desiderantur. At Eusebii, & Lactantii silentium nihil obesse potest rerum gestarum, de quibus Aegypti nostri scribunt, veracitati. Quo enim tempore Diocletiani *edicta* evulgata in Aegypto fuerunt, neuter eorum ibi praesens aderat, ut tam lugubrem tragoediam coram aspicere posset. Lactantius ne aquas quidem Nili salutavit unquam: Eusebius vero non nisi sub Maximino iter in Aegyptum instituit. Non ita nostri hi indigenae scriptores, qui edicta ipsa Diocletiani suis ipsi oculis, non sine lacrymis, inispexerunt, & strages Martyrum inde editas commemorarunt. Quamquam Eusebius ipse de Palaestinis Martyribus scribens cap. 3, mentionem facit sub initium an. II. persecutionis de καθολικῷ προστάγματι *universali edicto quo iubebatur, ut omnes ubique locorum ac gentium publice idolis sacrificia, ac libationes offerrent*; quod Dodwellus disimulare non debuit. Sed satis de his.

Quam vero ingentem Martyrum numerum dira haec & universalia Diocletiani edicta toti Aegypto pepererint, vel ex his unis memphiticis actis, quorum vix levem quamdam, rudemque adumbrationem particulatim edere potuimus, colligere licet. Et sane in bistoria Martyrii *S. Epime*, de eo legitur, quod quum Spiritus S. ductu ingressus esset urbem *Pemge*: ⲁϥⲥⲱⲧⲉⲙ ϫⲉ ⲡⲓϩ= ⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ϩⲉⲙⲥⲓ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲃⲏⲙⲁ ϧⲁⲧⲉⲛ ⲡⲓⲧⲉ= ⲧⲣⲁⲡⲓⲗⲟⲛ ⲉϥⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉϩⲁⲛⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ: ⲉⲧⲉ ⲛⲁⲓ ⲛⲟⲩⲣⲁⲛ: ⲡⲓϩⲣⲛ ⲡⲓⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲁⲛⲉϣ: ⲛⲉⲙ ⲁⲡⲁ ϩⲱⲣ ⲡⲓⲣⲉⲙⲧⲱϫⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲑⲟϣ ⲛⲉⲙ= ϫⲉ: ⲛⲉⲙ ⲙⲁⲝⲓⲙⲟⲥ ⲡⲓⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ϣⲉ= ⲛⲉⲣⲱ

ⲛⲉⲣⲱ : ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲑⲱϣ ⲡⲓⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⲛ̀ⲡⲣⲉⲙⲧⲉⲣⲃⲉ :
ⲛⲉⲙ ⲕⲉⲙⲏⲛϣ ⲛ̀ⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲑⲟϣ ⲛⲉⲙϫⲉ :-
ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲁϥϥⲁⲓ ⲛⲉϥⲃⲁⲗ ⲉⲡϣⲱⲓ ⲉ//
ⲧⲫⲉ ⲁϥⲧⲱⲃϩ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅
ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲉⲕⲉϯ ⲛⲏⲓ ⲛ̀ⲟⲩϫⲟⲙ : ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲙⲉⲧϫⲁⲣϩⲏⲧ
ϣⲁϯϣϫⲉⲙϫⲟⲙ ⲛ̀ⲥⲁϫⲓ ⲛⲉⲙⲡⲁⲓ ⲁⲛⲟⲙⲟⲥ ϩⲏ//
ⲅⲉⲙⲱⲛ : - ⲉⲧⲓ ⲉϥϫⲱ ⲛ̀ⲛⲁⲓ : ⲓⲥ ⲁⲃⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓ//
ⲡⲣⲟⲡⲟⲛⲧⲟⲥ ( sic ego lego ) ⲁϥϫⲟⲩϣⲧ ⲁϥ//
ⲛⲁⲩ ⲉⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲉϥⲟϩⲓⲉⲣⲁⲧϥ : ⲁϥⲓⲉⲡ//
ⲙⲏϯ ⲙ̀ⲡⲉⲙⲑⲟ ⲙ̀ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲡⲉϫⲁϥ : ϫⲉ
ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲓⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲫⲏⲉⲧⲟⲓ ⲛ̀ⲁ//
ⲫⲉ ⲉⲡⲁⲛⲕⲟⲗⲉⲩⲥ : ϩⲏⲡⲡⲉ ϥⲟϩⲓⲉⲣⲁⲧϥ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲙ̀//
ⲑⲟ : ⲟⲩⲟϩ ⲙⲁⲣⲉϥϥⲓ ϯⲛⲟⲩ : ⲛ̀ⲧⲉϥⲓⲛⲓ ⲛⲁⲕ ⲛ̀//
ⲛⲓⲕⲗⲏⲣⲓⲕⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉϥϯⲙⲓ : ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲇⲓⲁⲕⲱⲛ :
ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲥⲕⲉⲩⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉϥⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ : ⲛⲉⲙ
ⲛⲉϥϫⲱⲙ : ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥⲇⲣⲁⲡⲉⲍⲁ : ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥⲡⲟⲧ//
ⲏⲣⲓⲟⲛ : ⲕⲁⲧⲁⲫⲣⲏϯ ⲉⲧⲁϥⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓ//
ⲟⲩⲣⲟ :- ⲛ̀ϯⲟⲩⲛⲟⲩ ⲁϥⲟⲩⲱⲣⲡ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ
ⲛ̀ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ ⲡⲓⲕⲟⲩⲃⲟⲩⲕⲗⲁⲣⲓⲟⲥ ⲁϥⲉⲛϥ ⲛⲁϥ ⲉ//
ϫⲉⲛ ⲡⲓⲃⲏⲙⲁ :- ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛⲁϥ : ϫⲉ
ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲡⲉ ⲉⲡⲓⲙⲉ : ⲫⲏ ⲉⲧⲟⲓ ⲛ̀ⲁⲫⲉ ⲉⲡⲁⲛⲕⲟⲗⲉⲩⲥ :
ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲛⲁϥ : ϫⲉ ⲁϩⲁ ⲁⲛⲟⲕ : ⲁⲗⲗⲁ ⲫϯ
ⲡⲉ ⲉⲧⲟⲓ ⲛ̀ⲁⲫⲉ ⲉⲣⲟⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ :- ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓϩⲏⲅⲉ//
ⲙⲱⲛ ⲛⲁϥ : ϫⲉ ⲉⲕϫⲉⲣ ⲉⲡⲓⲙⲉ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲛⲟⲩϯ ⲡⲓⲁ//
ⲡⲟⲗⲗⲱⲛ ϣⲁⲛ ⲡⲓ ⲍⲉⲩⲥ : ⲥⲱⲧⲡ ⲛⲁⲕ ⲛ̀ⲟⲩⲁⲓ ⲛ̀ϧ//
ⲏⲧⲟⲩ ⲙⲁⲣⲉϥ ⲛⲁϩⲙⲉⲕ :- ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ :
ⲁⲗⲗⲁ ⲉⲓϫⲉⲣ ⲉⲫϯ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲫⲉ ⲫⲓⲱⲧ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅
ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ :- ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛⲁϥ : ϫⲉ ⲟⲩⲱⲣⲡ
ⲁⲛⲓⲟ//

ⲁⲛⲓⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ : ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲕⲇⲓⲁⲕⲱⲛ :
ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲥⲕⲉⲩⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲙⲁ ⲛ̀ⲉⲣϣⲱⲟⲩϣⲓ : - ⲡⲉϫⲉ
ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲛⲁϥ : ϫⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲡⲣⲉⲥ//
ⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲁⲛⲁⲛⲣⲱ : ⲁⲗⲗⲁ ⲉϣⲁⲓⲕⲱϯ ⲕⲱϯ
ⲕⲁⲧⲁ ϯⲙⲓ ϣⲁⲧⲁϫⲓⲙⲓ ⲟⲩⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥϯⲥⲙⲟⲩ
ⲛⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ : ⲛⲉⲙ ϯⲕⲩⲣⲓⲁⲕⲏ ⳿ ⲟⲩⲟϩ
ⲛⲓⲥⲕⲉⲩⲟⲥ ⲉⲧⲟⲩϭⲓⲥⲙⲟⲩ ⲛⲁⲛ ⲛ̀ϧⲏⲧⲟⲩ ϩⲁⲛⲁⲃ//
ⲁϫⲏⲛⲓ ⲛⲉ : ⲉⲡⲓⲇⲏ ⲁⲛⲟⲛ ϩⲁⲛϩⲏⲕⲓ ⲣⲱⲙⲓ ⲛⲉ
ⲉⲛϣⲟⲡ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ⲛⲉⲡⲓⲅⲓⲟⲛ : - ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓ//
ϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛⲁϥ : ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲭⲛⲁϣⲥⲱⲃⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲥⲁⲛ :
ⲕⲉⲅⲁⲣ ⲁⲩⲉⲣϣⲟⲣⲡ ⲛ̀ⲧⲁⲙⲟⲓ ⲉⲑⲃⲉ ϯⲡⲗⲁⲛⲏ ⲉ//
ⲧⲉⲛϧⲏⲧ : - ⲗⲟⲓⲡⲟⲛ ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲱⲓ ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲕ//
ⲧⲁⲕⲟ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲥⲁⲣⲝ ϧⲉⲛ ϩⲁⲛⲃⲁⲥⲁⲛⲟⲥ ⲉⲩϭⲟⲥⲓ :

*Audivit de Praeside*, qui *sederet pro tribunali ad Tetrapilum audiens christianos* , quorum *haec sunt nomina*: *HOR* Diaconus Kanasc : Apa *HOR* incola *Togi* in Nomo Peinge : & *MAXIMUS* Presbyter loci *Sceuero* nuncupati : & *PETHUS Diaconus* habitans in *Terbe* , praeterque eos *audiens MULTITUDINEM CHRISTIANORUM eiusdem Nomi Pemge . Sanctus vero Epime sublatis oculis in Caelum oravit dicens*: Domine mi Iesu Christe da mihi robur , & fortitudinem , ut colloqui valeam cum hoc iniquo Praeside ( Culciano . ) *Mox* , *quum haec diceret* , *ecce* Arianus regii penoris *CURATOR* , *qui respiciens vidit S. Epime praesentem* : *quique & in medium coram Praeside progressus dixit ei* : Domine mi Praeses , en Apa EPIME , qui caput est *Pancoleusensium* , praesens heic stat in conspectu tuo : sed pergat nunc , & ad Te adducat clericos vici sui : & Diaconos , & vasa omnia illius ecclesiae ; & libros codicesque eius , & mensas , & calices secundum mandata Imperatoris . *Tunc statim Praeses misit* Theodorum *a cubiculo* , *qui eum* ( Epime ) *adduceret super gradus ante Iudicis sedem* : *Ipsique*

*que tum dixit Praeses*: Tu ne es Epime, *caput Pancoleusensium*? *Respondit ei Sanctus*: Ita quidem: ego sum: sed Deus est caput omnium nostrum. *Dixit illi Praeses*: explora inter deos hosce: uter tibi placeat ex his *Apollo* ne, an *Iupiter*? Unum ex his selige; *ut ille te liberet*. *Respondit Sanctus*: Ast mihi seligo deum Caeli Patrem Domini mei Iesu Christi. *Subiunxit ei Praeses*: Iam mitte qui adducant Presbyteros, & Diaconos tuos, & vasa, atque instrumenta altarium. *Respondit S. Apa Epime*: Non sunt nobis Presbyteri stationales: sed qui per vicos quosque circumeunt, ut eorum unus inveniatur, qui nobis benedictionem (eucharistiam scilicet) impertiat Sabbato, & Dominico die: vasa vero quibus benedictionem accipimus sunt VITREA: quoniam nos homines sumus pauperes habitantes in exigua villa. *Dixit ei Praeses*: An mihi illudis, Epime? Iam enim ab initio significatum mihi est de errore, in quo versaris. Ceterum obtempera mihi, ne carnem tuam devastem ac perdam immanibus suppliciis.

An non heic agnoscet *Dodwellus* hanc omnem iudiciorum formam, qua Aegyptii Praesides utebantur, exacte respondisse *universalibus edictis*, quibus *Diocletianus* iusserat, ut non solum ecclesias in Aegypto (Praesides) destruerent, divinos codices flammis adiicerent, instrumenta omnia eucharistici sacrificii diruerent, Presbyteros, Diaconos, ceterosque sacros ministros vinculis manciparent, & extremis suppliciis e medio tollerent, sed & genus omne christianorum paribus saevitiae modis opprimerent, ac devastarent?

At spectaculum, quod haec eadem acta in multiplici Alexandrinorum civium martyrio sub *Armenio Duce* uno eodemque die confecto nobis contemplandum exhibent, longe illustrius, & splendidius est. Quum ii magno numero, coram duce & ρϛ *centum, atque sex* militibus, una voce clamassent: *Unus est Deus Christianorum Iesus Chri-*

*Christus Deus S. Apa Epime .... Nos Cristianos esse, & deum S. Apa Epime nos colere, & adorare profitemur;*

ϧⲉⲛ ϯⲟⲩⲛⲟⲩ ⲁⲩϫⲱⲛⲧ Ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ : ⲁϥⲑⲣⲟ//
ⲩϭⲓⲧⲟⲩ ϩⲓϫⲉⲛ ⲫⲓⲟⲙ ⲉⲁϥϯ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲁⲡⲟⲫⲁⲥⲓⲥ
Ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̀ⲥⲓⲙⲁⲭⲟⲥ ϫⲉ ⲙⲁϣⲉⲛⲁⲕ ϣⲁ ⲛⲓⲁⲡⲟ//
ⲥⲧⲁⲧⲏⲥ ⲁⲣⲓⲟⲩⲓ ⲛⲱⲟⲩ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲥⲁϫⲓ ⲛ̀ⲛⲉⲛ//
ⲥⲓⲥⲉⲩ ⲛ̀ⲟⲩⲣⲱⲟⲩ ϯⲉⲝⲟⲩⲥⲓⲁ ⲧⲟⲓ ⲛⲁⲕ ⲉϧⲟⲑⲃⲟⲩ
ϧⲉⲛ ⲙⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲉϩⲛⲁⲕ. Ⲥⲓⲙⲁⲭⲟⲥ ⲇⲉ ⲕⲉ//
ⲥⲧⲱⲛⲁⲣⲓⲟⲥ ⲁϥϭⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ
ⲉϫⲉⲛ ⲫⲓⲟⲙ: ⲁϥⲁⲓⲧⲟⲩ ⲛ̀ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ :
ⲁϥⲥⲟⲩⲧⲉⲛ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉϥϫⲓϫ ⲁϥϭⲓ ⲛ̀ϯⲥⲏϥⲓ
ⲁϥϣⲉⲛⲁϥ ϣⲁⲣⲱⲟⲩ: ϩⲁⲛⲟⲩⲟⲛ ⲛ̀ϧⲏⲧⲟⲩ ⲁϥ//
ⲱⲗⲓ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲁⲫⲉ: ϩⲁⲛⲕⲉⲭⲱⲟⲩⲛⲓ ⲁϥϫⲱϫϥ ⲛⲉⲛ//
ⲙⲟϯ ⲛ̀ⲣⲁⲧⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ: ⲁⲡⲗⲱⲥ ⲕⲁⲧⲁ ⲫⲏ ⲉ//
ⲧⲉϩⲛⲁϥ ⲁⲫⲓⲣⲓ ⲛⲱⲟⲩ:-...ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϥⲟϫⲓ ⲉⲛ//
ϣⲱⲓ ⲛ̀ϫⲉⲥⲩⲙⲁⲭⲟⲥ ⲁⲩϧⲱⲧⲉⲃ ⲙ̀ⲡⲥⲱϫ ⲛⲏ//
ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ:- ⲟⲩⲟϩ ⲁⲡⲓⲥⲧⲉⲣⲉⲱⲙⲁ ⲙⲟϩ ⲛ̀ⲁⲅ//
ⲅⲉⲗⲟⲥ ⲉⲁⲩⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲁϫⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲏⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉⲩ//
ⲣⲁϣⲓ ⲛⲉⲙⲱⲟⲩ ϣⲁⲧⲟⲩϭⲓ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲯⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲥⲉⲗ//
ⲥⲱⲗⲟⲩ ⲛϩⲁⲛⲙⲁⲡⲡⲁ ⲛ̀ϣⲉⲛⲥ :- Ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲇⲉ
ⲁⲡⲁ Ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲛⲁϥⲥⲟⲙⲥ ⲉⲣⲱⲟⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲡⲉ: ⲉⲩ//
ⲥⲙⲟⲩ ⲉⲫϯ: ⲟⲩⲟϩ ⲉⲩϯⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲟ̄ⲥ ⲓ̄ⲏ̄ⲥ ⲡⲭ̄ⲥ̄:

*Tunc iratus Armenius eos adduci iussit iuxta mare, ut in ipsos supremam ferret sententiam: dixitque ad Simachum: I tu in hosce apostatas, fac eis secundum Verbum Dominorum nostrorum Imperatorum: potestatem do tibi occidendi eos quocunque mortis genere tibi placuerit. Simachus vero tortor duxit Sanctos Martyres iuxta mare: in varios ordines eos disposuit: extendit manum suam, eduxit gladium: irruit in eos: pluribus eorum amputavit caput; aliis nervos crurum abscidit: Brevi,*

q fe-

*fecit eis quicquid voluit .... Postquam vero laſſus aliquamdiu quievit , ſurſum exiliens reliquos Sanctorum interfecit . Ita firmamentum plenum eſt Angelis , qui obviam occurrerunt Sanctis cum eis laetantes uſque dum eorum animae accepiſſent byſſinorum indumentorum ornatum Beatus autem* Epime *eos omnes utique vidint benedicens Deum , & glorificans Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum .*

Quid quod in vico *Phuoh* civitatis *Henes* , ubi *Hierocelianus* Praeſes , & *Sebaſtianus* dux Thebaidis *Apollinem* a ſacerdotibus ex caſtro *Cemin* allatum una cum militibus adorarunt , imo & ad ei ſacrificandum S. Epime ſaeviſſimis ſuppliciis , fruſtra licet , compellere tentarunt , dedita opera erectum eſt Tribunal ad chriſtianos omnes eius regionis capitali iudicio ſecundum Diocletiani edicta ſubiiciendos ? ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲱⲥ , aiunt acta , ⲁⲩϩⲉⲙⲥⲓ ϩⲓ ⲡⲓⲃⲏⲙⲁ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲁ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ : ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲉⲣⲕⲉⲗⲉⲩⲓⲛ ⲉⲑⲣⲟⲩⲓⲛⲓ ⲛⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲓⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲁ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ :- ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲓⲛⲓ ⲛⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲁⲡⲁ ⲥⲁⲣⲁⲡⲓⲱⲛ ⲡⲓⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲛⲓⲁⲛⲉⲩ : ⲛⲉⲙ ⲱⲣⲓⲟⲛ ⲡⲓⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡϭⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲕⲉⲙⲏⲛ : ⲛⲉⲙ ⲁⲃⲓⲱⲛ ⲫⲏ ⲉⲧⲟⲓ ⲛ̀ⲁⲫⲉ ⲉⲧⲕⲉⲙⲏⲛ : ⲛⲉⲙ ⲉⲧⲇⲉⲙⲱⲛ ⲡⲓⲣⲉⲙⲫⲟⲩⲱⲓⲧ : ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲧⲥⲓⲣⲓ ⲡⲓⲣⲉⲙϯⲗⲟϫ : ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛⲕⲉⲙⲏϣ ⲛ̀ⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲙⲁ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ :- ⲉⲁⲩⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲣⲱⲟⲩ ⲇⲏⲙⲟⲥⲓⲁ : ϩⲁⲛⲟⲩⲟⲛ ⲛ̀ϧⲏⲧⲟⲩ ⲁⲩϧⲟⲑⲃⲟⲩ : ϩⲁⲛⲕⲉⲭⲱⲟⲩⲛⲓ ⲇⲉ ⲁⲩⲁⲗⲟⲩ ⲛⲉⲙⲱⲟⲩϩⲓ ⲡⲓϫⲟⲓ :- *Poſtea pro Tribunali ſederunt in loco illo , & mandarunt , ut ad ſe adducerentur chriſtiani , qui in eodem loco eſſent . Adducti porro ſunt* Apa Sarapion *Preſbyter* Phuoh *in ultraiectu* : Arion *Preſbyter arcis , ſive caſtri* Cemen : Abion , *caput* Cemen

men : Evdaemon, *incola* Phouoit : Petsiri *incola* Tilog, & *christianos multos*, *eos omnes*, *qui in loco ipso erant*. *Alios ex eis occiderunt*, *alios secum in navi adduxerunt*.

Sed age ; perge hinc ad historiam Martyrii duodennis parvuli *S. ANUB*. Lysiae Praesidis iussu, *coniicitur in carceres* Gemenuthi, *vel* Semenuthi *vinculis ferreis ea de caussa constrictus* : *quod hi pleni essent* non solis episcopis, aut Presbyteris, sed quibuscumque *hominibus propter nomen Christi*. Eo ingressus ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲱⲟⲩ : ϫⲉ ⲛⲁ=
ⲥⲛⲏⲟⲩ ϯⲱⲟⲩⲛⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲛϣⲉ ϣⲁⲣⲟϥ ⲛ̀ⲧⲉⲛϯϣ=
ⲱⲓϣ ⲛ̀ⲛⲉϥⲓⲇⲱⲗⲟⲛ ⲉⲧϭⲁϩⲉⲙ : - ⲁⲣⲏⲟⲩ ϥⲛⲁ=
ⲉⲣⲃⲁⲥⲁⲛⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲛϭⲟⲛⲟⲩ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ϧⲓ=
ⲥⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ϣⲁⲧⲉⲛϭⲓ ⲛⲓ=
ⲭⲗⲟⲙ ⲛ̀ⲁⲑⲗⲱⲙ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ : - ⲁⲩⲧⲱⲟⲩ=
ⲛⲟⲩ ⲇⲉ ϧⲉⲛ ϯϫⲟⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ : ⲁⲩϣⲉⲛⲱⲟⲩ ϩⲓ=
ϫⲉⲛ ϯⲁⲛⲉⲙⲣⲱ : ⲁⲩϫⲓⲙⲓ ⲙ̀ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲉⲧⲁ=
ϥⲧⲁⲗⲟϥ ⲉⲟⲩϫⲟⲓ : ϫⲉ ⲉϥⲛⲁϩⲉⲣⲱⲧ ⲉⲣⲏⲥ : ⲛⲉⲙ
ⲡⲉϥⲥⲧⲣⲁⲧⲉⲱⲙⲁ ( l. ⲥⲧⲣⲁⲧⲉⲩⲙⲁ ) ⲧⲏⲣϥ
ⲛⲉⲙⲁϥ ϧⲉⲛ ϩⲁⲛⲕⲉϫⲏⲟⲟⲩ : ⲉϥⲟⲩⲱϣ ⲉϩⲱⲗ ⲉ=
ⲁⲑⲣⲏⲃⲓ ϯⲃⲁⲕⲓ . . . ⲁⲩⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲛⲓϣϯ
ⲛ̀ⲥⲙⲏ : ϫⲉ ϥⲟⲛϧ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ : ϫⲉ ⲧ=
ⲉⲛⲛⲁϫⲁⲕ ⲉⲣⲏⲥ ⲁⲛ ϣⲁⲛⲧⲉⲕϯ ⲁⲡⲟⲫⲁⲥⲓⲥ ⲉⲣⲟⲛ :
ⲉⲩⲉⲣⲱⲕϩ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲕⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ ⲉⲛⲱⲛⲓ
ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲕⲕⲉⲛⲟⲩϯ ⲉⲧϭⲁϩⲉⲙ ⲛⲉⲙ ⲇⲓⲟⲕⲗⲏⲧⲓⲁ=
ⲛⲟⲥ ⲡⲉⲕⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲁⲛⲟⲙⲟⲥ : ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲉⲣϩⲟϯ ⲛ̀=
ϫⲉ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲉϥⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲛⲓϧⲣⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲓⲙⲏ=
ⲏϣ : ⲁϥⲓ ⲉⲛϣⲱⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲓϫⲟⲓ ⲁϥⲧϩⲉⲙ=
ⲥⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲃⲏⲙⲁ ⲉϫⲉⲛ ϯⲁⲛⲉⲙⲣⲱ : ϫⲉ ⲁϥⲛⲁⲉⲣ=
ⲃⲁⲥⲁⲛⲓⲍⲓⲛ ⲛ̀ⲛⲓⲁⲅⲓⲟⲥ : - ⲥⲁⲧⲟⲧⲟⲩ ⲁⲩⲧⲁⲙⲉ
ⲛⲓⲕⲉⲙⲏϣ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲡⲓϣⲧⲉⲕⲱⲟⲩ : ⲁⲩⲓ̀ ⲉⲃⲟⲗ

ⲧⲏⲣⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲛ̀ϣⲑⲟⲣⲧⲉⲣ : ϩⲱⲥ ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲉϯⲃⲁⲕⲓ ⲧⲏⲣⲥ ⲙⲟⲛⲙⲉⲛ ⲉⲩⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲩϧⲣⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ : ϫⲉ ⲁⲛⲟⲛ ϩⲁⲛⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲣⲣⲏⲥⲓⲁ : ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲧⲫⲉ ⲟⲩⲇⲉ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲕⲁϩⲓ ⲉⲃⲏⲗ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ : ⲫⲏ ⲉⲑⲛⲁⲃⲱⲗ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲓⲇⲱⲗⲟⲛ ⲛ̀ⲃⲟϯ : - ϩⲉⲛ ϯⲟⲩⲛⲟⲩ ⲉⲧⲁϥⲛⲁⲩ ⲉⲡⲁϣⲁⲓ ⲛ̀ⲡⲓⲙⲏϣ ⲉⲛϫⲉ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲉϥϣⲑⲟⲣⲧⲉⲣ ⲉⲙⲁϣⲱ : ⲁϥⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ ⲉⲑⲣⲟⲩϧⲱⲧⲉⲃ ⲛ̀ⲥⲱⲟⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲧⲥⲏϥⲓ : ⲓⲥϫⲉⲛ ⲁϫⲡ ⲅ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲉϩⲟⲟⲩ ϣⲁ ⲁϫⲡ ⲑ̅ϯ : ϩⲱⲥ ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲥⲛⲟϥ ⲥⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲡⲗⲁⲧⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲉϯⲃⲁⲕⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲱⲟⲩ : - ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲱⲗⲓ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲁⲫⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛⲓϩⲱⲟⲩⲧ : ⲛⲉⲙ ⲛⲓϩⲓⲟⲙⲓ : ⲛⲓⲕⲟⲩϫⲓ : ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲛⲓϣϯ ϩⲓϫⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲭ̅ⲥ̅ : - ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩϭⲓ ⲛⲏⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲉⲧⲁⲩϧⲟⲑⲃⲟⲩ ⲥⲉⲓⲣⲓ ⲛ̀ⲏ̅ ⲛ̀ϣⲟ ⲙ̀ⲯⲩⲭⲏ ⲁⲩϭⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲭⲗⲟⲙ ⲛⲁⲧⲗⲱⲙ ⲛ̀ⲥⲟⲩ ⲑ̅ ⲙ̀ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ :- *Dixit illis* : Fratres mei, surgite, ad eum ( Praesidem ) eamus, ut idola vana spernamus: si tormentis cruciabimur, quicquid illud erit modicum doloris & poenae pro nomine Domini Nostri Iesu Christi patienter feramus, donec accipiamus coronam immarcescibilem in caelis. *Illi autem surgentes Christi virtute roboreque muniti, ierunt in Tanemro* ( portum heic ego intelligo, ) *ubi invenerunt Praesidem* ; *qui navim conscenderat*, *iturus* Athribem *cum exercitu suo omni aliis in navibus imposito, & paratus iam erat ad solvendum* ...... ibique *magna voce clamarunt* : vivat Christus Deus Noster : non sinemus te hinc discedere, quamdiu ultimam in nos mortis sententiam non proferas. Abiuramus Te, & Apollinem tuum lapideum, & Diocletianum iniquum Imperatorem tuum. *Timuit tunc* prae-

Digitized by Google

*Praeses hos audiens clamores multitudinis . Egressusque e navi sedit pro tribunali super* Anemro : *quia sanctos erat suppliciis addicturus . Tum statim , ut de re nata admonitae sunt turbae aliae captivorum , quae in carceribus detinebantur , exierunt omnes magno cum tumultu , adeo ut tota civitas in summa commotione esset , & omnes simul una voce clamarunt :* Nos palam Christiani sumus : neque in caelo , aut in terra , ullus est Deus , nisi IESUS CHRISTUS , qui destruet idola tua abominanda . *Tunc Praeses , quum vidisset tam ingentem populi copiam , turbatus est vehementer , & omnes gladio caedi , & interfici mandavit ab hora tertia usque ad horam nonam , tanta strage , ut sanguis tamquam aqua per universae civitatis plateas efflueret : itaque omnes & mares , & feminae , & parvuli , & grandes natu , capite truncati sunt propter Nomen Christi : & collecto numero interfectorum , summa fuit OCTO MILLIA Animarum , quae immarcescibilem coronam acceperunt die* IX. *Phamenoth* , XIII. *martii* .

De his dixit S. Puer Anub ad Lysiam Praesidem :

ⲓⲥϫⲉⲛ ⲁϫⲡ ⲅ̅ ϯ ⲙ̀ⲫⲟⲟⲩ ϣⲁϯⲛⲟⲩ ϯⲛⲁⲩ ⲉⲛⲓ-
ⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲉⲩⲟϩⲓ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲁⲏⲣ ⲁⲩϯⲭ-
ⲗⲟⲙ ϩⲓϫⲉⲛ ⲛ̀ⲛⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅:

*Vidi hodie ab hora tertia ad hoc usque momentum temporis stantes in aere Angelos , qui coronis ornabant Martyres Domini mei Iesu Christi* . En *octo mille* Martyrum numerus vel uno die christiano nomini fauste , feliciterque in urbe *Gemenuti* partus . Eritne vero & is , Dodwelli sententia , exiguus ?

Quid porro ? Nonne in ipsa civitate *Athribi* , quae Sanctum Puerum Anub inter horrenda supplicia mira Dei pietate ad fidei christianae gloriam servatum obstupuit , nova Martyrum germina pullularunt ? Nam visis stupendis prodigiis in Beato *Anub* a Deo patratis multitu-

titudo populi Athribensis: ⲁⲩⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲁⲛⲟⲛ
ϩⲁⲛⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲣⲣⲏⲥⲓⲁ: ⲉⲛⲏⲡ ⲉⲫϯ ⲛ̀ⲁⲡⲁ
ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲡⲓⲣⲉⲙⲛⲁⲏⲥⲓ: - ⲁϥϥⲟϫϥ ⲉⲡϣⲱⲓ ⲛ̀ϫⲉ=
ⲙⲁⲅⲙⲉⲛⲧⲓⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲑⲙⲟⲩⲓ ⲁϥ=
ϩⲓⲧⲟⲧϥ ⲉⲡⲓϩⲃⲟⲥ ⲉⲧⲧⲟⲓ ϩⲓⲱⲧϥ ⲁϥⲫⲁ=
ϧⲟⲩ: ⲡⲓⲑⲱⲟⲩⲓ ⲉⲧⲧⲟⲓ ⲉⲛⲉϥϭⲁⲗⲁⲩϫ ⲁϥ=
ⲉⲛϥ ⲉⲃⲟⲗ ⲁϥⲕⲱⲗⲁ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉϫⲉⲛ ⲧⲁⲫⲉ ⲛ̀ⲛ=
ⲕⲩⲡⲣⲓⲁⲛⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲗⲟⲩⲥⲓⲁⲥ: ⲛⲉⲙ ⲉⲩϩⲓⲟⲥ ⲉϥ=
ϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛⲱⲟⲩ: ⲙⲏ ⲧⲉⲧⲉⲛ ⲛⲁⲩ: ϫⲉ ⲱ ⲛⲏ
ⲉⲧⲁⲛⲟⲩⲃⲁⲗ ϭⲉⲛⲟ ⲛ̀ⲧⲟⲧⲟⲩ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲫⲗⲓⲃⲓ ⲙ̀ⲙ=
ⲡⲟⲩⲓⲱⲧ ⲡⲓⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ: ⲙⲏ ⲧⲉⲧⲉⲛⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲑⲱ=
ⲧⲉⲛ ⲁⲛ ⲉⲛⲓϫⲟⲙ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲱⲟⲩ ⲉⲣⲉ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ϯⲙ̀=
ⲙⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲉϥⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ: - ⲉⲡⲓⲇⲏ ⲁⲛⲟⲕ ⲟⲩⲭⲣ=
ⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲛⲏⲉⲧⲏⲡⲉⲣⲟⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲩⲉϫⲱⲣ
ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲓⲓⲇⲱⲗⲟⲛ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧϣⲉⲙϣⲓ
ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ: - ⲉⲧⲁⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲇⲉ ⲛⲁⲩ ⲉⲡⲓⲛⲓ=
ϣϯ ⲛ̀ϣⲑⲟⲣⲧⲉⲣ ⲉⲧⲉϥϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲁϥ=
ⲑⲣⲉⲛⲓϩⲩⲡⲉⲣⲉⲧⲏⲥ ϧⲱⲧⲉⲃ ⲛ̀ⲥⲁⲛⲓⲉⲧⲉⲣⲟⲙⲟⲗⲟ=
ⲅⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅: ⲁⲩϧⲱⲧⲉⲃ ⲛ̀ⲥⲱⲟⲩ ⲓⲥϫⲉⲛ ϣⲱⲣⲡ
ϣⲁ ⲫⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲁϫⲡ ⲉ̅: ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩϭⲓ ⲛⲏⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲉ=
ⲧⲁⲩϧⲟⲑⲃⲟⲩ ⲥⲉⲓⲣⲓ ⲛ̀ ⲏ̅ ⲛ̀ϣⲉ ⲙ̀ⲯⲩⲭⲏ ⲛⲉⲙ ⲡ̅ⲉ̅
ⲉⲧⲁⲩⲫⲱⲛ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲥⲛⲟϥ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓϫⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀=
ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲥⲟⲩ ⲏ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲡⲁϣⲟⲛⲥ
ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉⲫϯ ⲁⲙⲏⲛ: ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁⲣⲉ
ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ϯⲛⲟⲙϯ ⲛⲱⲟⲩ ⲡⲉ: ϣⲁ=
ⲧⲟⲩϭⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲭⲗⲟⲙ ⲛ̀ⲧⲁⲗⲱⲙ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ: -

*clamabant*: Nos christiani in aperto sumus, profitentes adorantesque Deum *Apa Anoub Naesensis*. *Tum celeriter ascendit MAGMENTIUS Praeses Thmuitanus*, *& ve-*

*& vestes, quibus indutus erat, scindens, & calceos, quos in pedibus gerebat, reiiciens, seseque flectens versus caput CYPRIANI, LYSIAE, & EUHII, dixit illis:* O vos, quorum oculorum lumen insania & furore Patris vestri diaboli extinctum est, nonne videtis multiplicis gloriae fulgores, quibus Iesus munit, ornatque Martyres suos? Eaquepropter ego christianus, & omnes, qui circum me sunt, diis, & universis eorum cultoribus dissipandis, evertendisque incumbimus. *Quum autem* (Athribensis) *Praeses magnam hanc turbationem atque tumultum in civitate vidisset, iussit ministris, ut eos omnes, qui Christum confiterentur, occiderent a prima usque ad horam sextam. Collectus deinde est numerum occisorum; & summam reddidit* DCCCLXXXV. *animarum eorum scilicet qui sanguinem effuderunt pro Nomine Domini Nostri Iesu Christi die* VIII. *mensis Pascons* (idest XIII. Maii) *in pace Dei. Amen. Sanctus vero Apa Anub illos erigebat, & consolabatur quousque incorruptibilem coronam accepissent in Caelis.*

At paullo post, quum iam puer *Anub* raptus fuisset in navim, qua erat Alexandriam vehendus ad Armenium ducem, ecce iterum copiosa multitudo populi tum *Athribis*; tum proximorum vicorum, qui clamabant. *Non patiemur, ut hic servus Dei occidatur; sed qua morte morietur ille, & nos quoque moriemur.* ϧⲉⲛ ϯⲟⲩ//ⲛⲟⲩ ⲁⲩⲉⲣϩⲟϯ ⲛ̀ϫⲉⲛⲓⲁⲛⲟⲙⲟⲥ ⲛ̀ϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲁⲩⲑⲣⲉ ⲛⲓⲙⲁⲧⲟⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓϩⲩⲡⲉⲣⲉⲧⲏⲥ ⲃⲱϣ ⲛ̀ⲛⲓ//ⲥⲏϥⲓ ⲛ̀ⲥⲉϩⲱⲧⲉⲃ ⲛⲥⲁⲡⲓⲙⲏϣ ⲛⲓϩⲱⲟⲩⲧ ⲛⲉⲙ ⲛⲓ//ϩⲓⲟⲙⲓ : ⲛⲓⲕⲟⲩϫⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲛⲓϣϯ : ⲛⲓⲃⲱⲕ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲣⲉⲙϩⲉⲩ ϩⲱⲥ ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲥⲛⲟϥ ⲥⲱⲕ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉⲫⲓⲁⲣⲟ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲕⲁⲧⲁⲣⲁⲕⲧⲏⲥ ⲙ̀ⲙⲱ//ⲟⲩ ⲛ̀ϩⲱⲟⲩ :- ϩⲁⲛⲟⲩⲟⲛ ⲙⲉⲛ ⲁⲩϥⲟϫⲟⲩ (forsan : ⲁⲩϥⲟϫϩⲟⲩ) ⲉⲫⲓⲁⲣⲟ ⲁⲩⲙⲟⲩ : ϩⲁⲛ//ⲕⲉϫⲱⲟⲩⲛⲓ ⲁⲩⲱⲗⲓ ⲛⲟⲩⲁϥ ⲉϩⲁⲛⲕⲉϫⲱⲟⲩⲛⲓ ⲁⲩ//ϫⲁⲩ

ⲭⲁⲩ ⲉⲩⲟⲓ ⲙ̀ⲫⲁϣⲙⲟⲩ ϣⲁⲧⲟⲩϯ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲡⲛⲉⲩⲙⲁ : - ⲉⲣⲉ ⲡⲓⲉⲑⲩ̅ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲟϩⲓⲉⲣⲁⲧϥ ⲉϥϯⲛⲟⲙϯ ⲛⲱⲟⲩ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ϫⲉⲙⲛⲟⲙϯ ϭⲣⲟ ⲙ̀ⲙⲱⲧⲉⲛ ϣⲁⲧⲉⲧⲉⲛ ⲉⲣⲡⲉ̀ⲙⲡϣⲁ ⲛ̀ϯⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ : ⲉⲣⲉ ⲛⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ϯⲭⲗⲟⲙ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲓⲙⲏϣ ⲧⲏⲣϥ : - ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩϭⲓ ⲏⲡⲓ ⲛ̀ⲛⲏⲉⲧⲁⲩϧⲟⲑⲃⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲓϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ⲥⲉⲓⲣⲓ ⲛ̀ⲟⲩϣⲟ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲓ · ⲛⲉⲙ ⲡ̅ⲃ ⲛ̀ⲥϩⲓⲙⲓ ⲁⲩϭⲓ ⲡⲓⲭⲗⲟⲙ ⲛ̀ⲛⲁⲧⲧⲁⲕⲟ ⲛ̀ⲥⲟⲩ ⲓ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲡⲁⲱⲛⲓ : - ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ϯⲟⲩⲛⲟⲩ ⲁⲩⲧⲁⲗⲟ ⲙ̀ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲉⲡⲓϫⲟⲓ ⲁⲩⲉⲣϩⲱⲧ ⲉⲣⲏⲥ ⲛⲉⲙⲙⲁϥ : - ⲛⲁⲣⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲟⲩⲉⲛⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϫⲟⲓ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ϯϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ ⲛ̀ⲧⲟⲧⲕ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ : ϫⲉ ⲁⲕϯⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲙ̀ⲡⲁⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲁⲓⲛⲁⲩ ⲉⲛⲉⲕⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲉⲩϯⲭⲗⲟⲙ ⲉϫⲉⲛ ⲛⲉⲕⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ :

*Tunc metu correpti iniqui Praesides militibus atque ministris insserunt, ut evaginatis, nudatisque gladiis interficerent multitudinem marium, feminarum, parvulorum, maiorumque natu, servorum, & liberorum, ut inde sanguis veluti catarractes pluviae in flumen deflueret. Alii quidem mortui sunt suffocati in fluvio: alii semimortui relicti sunt eousque ut subinde animam exhalarint. Sed sanctus Apa Anub stans recreabat eos dicens:* Consolamini vos: durate vincentes, donec quod dignum est Regno Caelorum perficiatis; & Angeli lucis super universam multitudinem coronas imponant. *Porro summa eorum, qui die illo occisi sunt, collecta fuit mille hominum & octoginta duarum mulierum, qui incorruptibilem coronam adepti sunt* die x. *mensis Paoni*, nempe XVI: Iunii: *Deinde in navi Beatum Apa Anub imposuerunt, & una cum eo navigarunt. Stabat autem ad arborem navis* S.*Apa*

*S. Apa Anoub orans* , & *dicens* : Gratias Tibi ago Domine mi Iesu Christe : quod spiritum meum consolatus sis , quum vidi Angelos Domini mei coronas imponentes super sanctos Martyres suos .

Tandem IULIUS scriptor certaminis sancti Pueri Anub ad calcem historiae haec habet : ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲁⲩⲉⲣⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲥⲉⲓⲣⲓ ⲛ̀ ... ⲉ̅ ⲛ̀ϣⲟ ⲛⲉⲙ ⲡ̅ⲇ̅ ⲙ̀ⲯⲩⲭⲏ ⲉⲁⲩϭⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲭⲗⲟⲙ ⲛ̀ⲁⲧⲧⲁⲕⲟ : ϧⲉⲛ ⲑⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ :- *Omnes qui martyrium fecerunt cum Sancto Apa Anoub conficiunt numerum ... quinque mille & octoginta quatuor animarum , quae coronam incorruptibilem acceperunt in Regno Caelorum* . Sed mendum in hanc summam irrepsisse oportet . Nam *Tukius* Scethensis exemplaris descriptor , notula huic loco in margine apposita , indicare videtur in eo antiqui codicis intervallo , quod est inter 'ⲛ ... & ⲉ̅ aliam fuisse litteralis numeri figuram , quam ipse satis discernere , & intelligere nequiverit . Sed etsi germanum numerum ⲉ̅ ipsum esse velis , non ex eo certe colligere unquam poteris exiguam fuisse Martyrum copiam , quae vel ex uno Pueri *Anoub* martyrio tanto numero prodiisse traditur .

Praeterea acta passionis *S. Apa Tia* mentionem faciunt de *sententia caedis* , quam *pluries uno eodemque die* sub Diocletiano in christianos pronunciare *Pompius* solebat . Ut enim actorum scriptor exprimeret, quam facile esset *Pompio Praesidi* exsecutioni mandare *propositum*, quod iam indicarat, interficiendi sanctum Christi militem *Tia*, subiungit:

ⲟⲩⲟϩ ⲟⲩⲙⲏϣ ⲁϥϯ ⲁⲡⲟⲫⲁⲥⲓⲥ ⲉⲣⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ⲉⲁⲩϭⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲭ̀ⲗⲟⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲓⲁ ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲉⲛ ⲛⲁⲩⲛⲩⲙⲫⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲏⲓ ⲡⲭ̅ⲥ̅ : *& multoties mortis sententiam illo die dixit in eos , qui obtinuerunt coronam confessionis a vero sponso suo Christo* .



Quod

Quod si ex unius tantum, aut alterius Martyrii historia tam copiosus est Aegyptiorum Martyrum numerus non tam de clericorum, quam de simplici Laicorum fidelium coetu exortus, quanto maior, & sine ulla comparatione copiosior esset, ut ad infinitam pene multitudinem pertingere posse videretur, si partem saltem maximam actorum, quae de SS. Martyribus sub Diocletiano Principe in universa Thebaide, in Libya, in Pentapoli & in tota demum Aegypto scripta sunt, haberemus? Ne itaque dubita, quin calculus Martyrum, qualem tibi dat Dodwellus, ex uno ordine ecclesiasticorum sub Diocletiano, mancus omnino sit, undequaque deficiens, & ad libidinem ingenii sui ex integro excogitatus, tantaque proinde fallacia confictus, ut nullam omnino fidem apud veri, rectique amatores mereri ullo umquam tempore possit, aut certe debeat.

## VII.

*SS. Paesis, & Soror eius Thecla, qui ex Thebaico eorum fragmento antea edito inter Martyres consummatos cognosci non potuerunt, ex actis memphiticis S. Pueri Anub nunc deteguntur ut consummati: & coniecturae plures ex eodem Fragm. deductae retractantur.*

Postquam *Iulius* discessum descripsit S. Pueri *Anub* ex urbe Athribi, reliqua illius navigationis spatia Alexandriam usque narrare pergit in hunc modum:

ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲇⲉ ⲛⲁⲩϣϭⲏⲣ ⲉⲣⲏⲥ ⲡⲉ ϣⲁⲧⲟⲩⲫⲟϩ ⲉⲟⲩϯⲙⲓ ϫⲉ ϣⲉⲧⲛⲟⲩϥⲓ : ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲧⲁⲥⲑⲟ ⲉϧⲏⲧ ϧⲉⲛ ⲫⲓⲁⲣⲟ ⲛ̀ⲉⲙⲉⲛⲧ : ϧⲉⲛ ⲡϫⲱⲕ ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛ̀ϩⲉⲟⲟⲩ : ⲁⲩⲁⲙⲟⲛⲓ ⲉⲟⲩϯⲙⲓ ⲇⲉ ( l. ϫⲉ ) ⲧⲟⲩⲫⲱⲧ :- ⲁⲩϫⲓⲙⲓ ⲙ̀ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲉϥϯ ⲁⲡⲟ-

ⲁⲡⲟⲫⲁⲥⲓⲥ ⲉⲛⲓⲉⲃⲓⲁⲓⲕ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲭ̅ⲥ̅ ϧⲉⲛ ϯⲕⲟⲩⲥⲓ
ⲛ̀ⲧⲉⲧⲟⲩⲫⲱⲧ ϩⲓⲡⲓⲭⲣⲟ : - ⲉⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲡⲁ-
ⲏⲥⲓ ⲡⲉ ⲛⲉⲙ ⲑⲉⲕⲗⲁ ⲧⲉϥⲥⲱⲛⲓ ϣⲁ ⲛⲉⲙ ⲕⲉϧⲉⲗ-
ⲗⲟ ⲙ̀ⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲉⲩⲧⲁⲩⲕⲏⲛ ⲉⲩⲱⲗⲓ ⲛ̀ⲧⲟ-
ⲧⲁⲫⲉ ⲉⲑⲩ̅ : ⲉⲣⲉ ⲛⲟⲩⲥⲱⲙⲁ ϣⲁϯ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ
ⲑⲙⲏϯ ⲛ̀ⲛⲓⲕⲁⲙ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲥⲟⲩⲣⲓ: - ⲙⲙⲟⲛϣϫⲟⲙ
ⲛ̀ⲧⲉϩⲗⲓ ϭⲓ ⲛⲉⲙ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲥⲱⲙⲁ ⲉⲑⲃⲉ ⲧϩⲟϯ ⲛ̀ⲛⲓϩⲩ-
ⲡⲉⲣⲉⲧⲏⲥ ⲉⲑⲣⲱⲓⲥ ⲉⲣⲱⲟⲩ : - ⲉⲧⲁⲩⲧⲁⲙⲟⲛⲓ ⲇⲉ
ⲉⲡⲓⲭⲣⲟ ϫⲉ ⲉⲩⲛⲁⲉⲣⲁⲡⲁⲛⲧⲁⲛ ⲉⲛⲟⲩⲉⲣⲏⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲓ-
ⲙⲁⲧⲟⲓ ⲁⲡⲓⲟⲩⲁⲓ ⲡⲓⲟⲩⲁⲓ ϫⲱ ⲛ̀ⲛⲏⲉⲧⲁⲩⲛⲁⲩ ⲉⲣⲱⲟⲩ
ϧⲉⲛ ⲛⲟⲩⲃⲁⲕⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲟⲩⲑⲟϣ : - ⲛⲓⲙⲁⲧⲟⲓ ⲇⲉ
ϩⲱⲟⲩ ⲉⲧⲧⲁⲗⲏⲟⲩⲧ ⲛⲉⲙ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲁⲩϫⲱ
ⲛ̀ⲛⲏⲉⲧⲁⲩⲛⲁⲩ ⲉⲣⲱⲟⲩ ϩⲱⲟⲩ: - ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩϩⲉⲙ-
ⲥⲓ ⲁⲩⲟⲩⲱⲙ ⲁⲩⲥⲱ ⲛⲉⲙ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲉⲣⲏⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲓⲉϩⲟⲟⲩ
ⲧⲏⲣϥ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ: - ⲉⲧⲁϥⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲁϫⲡ ⲑ̅ ϣⲱ-
ⲡⲓ: ϩⲏⲡⲡⲉⲓⲥ ⲟⲩⲥϩⲓⲙⲓ ⲁⲥⲓ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓϫⲟⲓ ⲉⲣ-
ⲉⲟⲩⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲛ̀ⲁⲕⲁⲑⲁⲣⲧⲟⲛ ⲛⲉⲙⲁⲥ ⲉⲥⲟⲓ ⲛⲉⲃⲟ : ⲟ-
ⲩⲟϩ ⲉⲥⲟⲓ ⲛ̀ⲕⲟⲩⲣ ⲓⲥϫⲉⲛ ⲧⲉⲥⲙⲉⲧⲕⲟⲩϫⲓ : ⲁⲥ-
ⲱϣⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲥⲙⲏ ⲉⲥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ :
ϫⲉ ⲕⲁⲗⲱⲥ ⲁⲕⲓ ⲱ̀ ⲡⲓⲃⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲉⲫϯ ⲁⲡⲁ ⲁ-
ⲛⲟⲩⲃ ⲡⲓⲣⲉⲙⲥⲁϧⲏⲧ: ⲕⲁⲗⲱⲥ ⲁⲫϯ ⲑⲱϩⲉⲙ
ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲉⲡⲓⲁⲅⲱⲛ ⲉⲑⲛⲁⲛⲉϥ : - ⲕⲁⲗⲱⲥ ⲁⲕⲫⲱⲛ
ⲙ̀ⲡⲉⲕⲥⲛⲟϥ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓϫⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲙ̀ⲫⲣ-
ⲏϯ ⲛ̀ⲛⲉⲥⲛⲏⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲡⲁⲏⲥⲓ ⲛⲉⲙ ⲑⲉⲕⲗⲁ
ⲧⲉϥⲥⲱⲛⲓ:- ⲛⲉⲙ ⲡⲁⲓⲕⲉϧⲉⲗⲗⲟ ⲙ̀ⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ:

*Postea autem navigare perrexerunt usquequo pervenirent ad vicum nuncupatum* Scetnoufi, *ubi etiam fit in flumine itineris conversio versus occasum ; quumque dies navigationis tres implerentur , constitit navis in anchora ad* vi-

*vicum*, *qui* Tuphot *dicitur*: *ibique invenerunt Praesidem supremam dantem sententiam mortis in occulto insidiarum loco ipsius vici Tonphot super littus fluminis*, *adversus Christi servos*, *SANCTOS PAESIM*, *ET THECLAM Sororem eius*, *atque in senem alterum PRESBYTERUM*. *Quumque iam capita sanctis amputassent* ( tortores ) *corpora proiecerunt inter iuncos*, *& spinas*: *nihilque de eorum sacris reliquiis surripere potuimus ob metum ministrorum*, *qui ad illorum sacra corpora custodienda vigilabant*. *Ubi autem descenderunt in littus milites*, *sibi obviam mutuo concurrerunt singuli singulis*; *quippe qui descenderant incurrerunt in eos*, *quos viderant in civitate*, *& nomo* ( Athribis. ) *Porro milites*, *qui comitati fuerant Apa Anub cum iis*, *quos illi* ( in Athribe civitate ) *viderant*, *collocuti*, *omnes simul ascenderunt in navim*, *ubi erat* Anub; *ibique simul sederunt manducantes & bibentes toto illo die*. *Quum autem facta est hora nona*, *ecce mulier*, *quae immundo spiritu muto*, *& surdo ab infantia obsessa in navim ipsam conscendit voce magna clamans*, *& dicens*: Fauste ades o serve Dei, Apa Anub incola Sahhet! Feliciter Te Deus ad bonum certamen vocavit! Bene ac fortunate sicut Fratres tui Martyres *PAESI*, *ET THECLA EIUS* soror, atque hic *SENEX PRESBYTER*, sanguinem tuum fundis pro nomine Christi.

Quid hoc testimonio clarius, quid luculentius? *Apa* igitur *Paesi* eo titulo in Fragm. Thebaico insignitus, & soror eius admirabilis *THECLA*, omni proculdubio *Martyres* sunt *consummati*. O Bone Deus? Eccur acta haec memphitica S. Pueri Anoub, unde tam splendidum testimonium effulget, non mihi innotuere quo die de istorum Martyrum gloria Thebaicum illud Fragmentum edere cogitabam? Nam plura, quae superiori volumine, in eo tradendo me peccasse intelligo, nunc demum retractare, & in meliorem ordinem redigere in praesentia non cogerer.

Sed

Sed ut brevitati consulam, hanc tene in laudato fragmento rerum gestarum seriem. I. Natale solum hi Beati Martyres sortiti haud dubie sunt in *vico Apollinis* Provinciae Thebaidis. Et in Thebaide quidem, ni mea me opinio vehementer fallit, ea accidisse puto, quae pag. CV. Praefat. Generalis praemissae priori volumini iam inde ab an. 1789. Romae edito, ex *segmento* I. col. I. II. & III. thebaica dialecto impressa leguntur. Ea tamen loco non suo posuimus, sed quasi distracta ad calcem Fragmenti reiecimus, ac veluti separatim spectanda retulimus, quod nulla in iis mentio fieret de *S. Thecla*, sed una tantum nomina *Paesi*, & amici eius *Pauli* celebrarentur. Nunc vero mutandus est ordo, ut quae antea extrema erant, modo ad caput fere, & frontem actorum *Paesis*, & *Theclae* Sororis, revocentur. Ex eo enim die, quo *Paesis* ingressus praetorium Praesidis, se *christianum* esse solemni clamore publice professus est, exordium sumunt praeludia gloriosi certaminis ab eo cum Sorore sua pro Christo Iesu feliciter initi.

II. In Thebaide pariter ea, quae in *segmento* II. pag. CIX. partim mutila, partim integra de *Paullo* traduntur, probabilius evenisse censentur. Inde enim Paulus Alexandriam iturus discessisse videtur, ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲙ̀ⲡⲁⲣⲙϩⲁⲧ, (ⲡⲁⲣⲙϩⲟⲧ in Gramm. Agypt. apud Tukium, ) *mense aprili*, ubi tamen ambiguitate nominis τῷ ⲡⲁⲣⲙⲟⲩⲧⲓ similis deceptus, male interpretatus sum, *aprili*; vertere enim debebam *martio*.

Verum qua dein in urbe, aut quo coram illius provinciae Praeside prima iudicii actio, iuxta Diocletiani edicta, fuerit instituta ex membranis, quae hodieque supersunt Thebaici fragmenti sciri non potest. Totum enim id contineri necessario debebat in prioribus XXIV. membranis. At hae e Thebaeo codice avulsae miserandum in modum ex integro perierunt. Coniici tamen potest SS. Martyres primum stetisse vel ante *Culcianum* in *Taubah*,

*bah*, vel ante *Arianum*, Praesidem, ut ex actis nostris memphiticis SS. *Isaac*, & *Apa Tia* didicimus, Thebaidis sub Diocletiano.

Utinam ea nobis tam felix sors a Deo obtingeret, ut deperditae, vel latentes adhuc membranae istae in lucem aliquando prodirent! Ex his facile, uti auguror, intelligeremus, quam multa stupenda prodigia in servis suis *Paesi*, & *Thecla* operatus sit Deus, ut inter horrenda passionis suae supplicia Thebaeis populis celebres, & admirabiles fierent, eosque, non sine magno tyrannorum metu, ad Christi fidem publice celebrandam, immo & ad ipsius martyrii desiderium acriter inflammarent. Ob has certe causas, ut aliis divinis Athletis ex actis illis nostris memphiticis accidisse novimus, hi duo lectissimi Confessores ad extrema subeunda tormenta in dissitam a Thebaide regionem missi sunt.

III. Secunda itaque iudicii actio tota habita est *Alexandriae*. Ea enim urbs princeps Aegypti sedes erat *Armenii*; qui illius *Dux*, *Comes*, & *Praeses* in laudatis memphiticis actis frequentissime audit. Sed actionem hanc inchoavit alter sive *adiutor*, sive ⲥⲩⲛⲕⲁⲑⲉⲇⲣⲟⲥ, sive ⲥⲩⲙⲃⲟⲗⲟⲥ, sic in iisdem actis, appellatus, *Assessor Armenii*. Et ideo, quum sancti Confessores moniti fuissent a *custodibus militibus de caussa dicenda coram Duce*, statim intercepta est actio. Sed ego fallaci coniectura ductus huius omnis secundi iudicii theatrum in Thebaide posui. In praesentia vero intelligens ex iisdem ipsis memphiticis monumentis, *Armenium* sub Diocletiano non alibi, quam *Alexandriae* Ducis & Praesidis dignitate fuisse functum, ibi *secundi* iudicii locum statuendum exsistimo.

Quicquid igitur in *Thebaico fragmento* narratur de rebus gestis SS. MM. *Paesis*, & *Theclae* a pag. XCVII. ad pag. usque indicatae Praefationis meae CII., ad ea, quae Alexandriae sub eiusdem urbis *Praeside*, & *Duce Armenio*

*menio* evenerunt, contra quam ego antea scripsi, referendum est.

IV. Tertia iudicii actio, de qua nihil mihi ex edito illo *fragmento* innotescere poterat, non *Alexandriae*, sed in vico *Touphot* absoluta est, uti *Iulius* testatur in sua illa historia Martyrii S. *Anoub*. Oportet igitur, ut *Armenius* Dux, quemadmodum *S. Epime* perimendum miserat ad *Hieroclem Praesidem*, & *Ducem* Thebaidis *Sebastianum* in *Phuoh vico nomi Athribitani*, ita & insignes fidei nostrae Pugiles *Paesim*, & *Theclam* interficiendos miserit ad Praesidem eiusdem vici *Touphot*. Et is quidem praeses est, qui tacito licet nomine, in actis S. Anoub commemoratur, ubi, post caedem eorumdem SS. MM. *Paesis*, & *Theclae*, ingressus in navim, auditis hinc praeconiis in laudem Beati pueri Anoub, inde portentosis contumeliis ab energumena muliere in ethnicos comites ingestis,

ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲟⲩⲫⲱϯ ⲛ̀ⲛⲓⲙⲁⲧⲟⲓ ⲛ̀ϯⲉⲁⲑⲣⲏⲃⲓ : ϫⲉ ⲛⲁⲥⲛⲏⲟⲩ ϯⲱⲟⲩⲛ ⲁⲗⲓⲟⲩⲓ ⲙ̀= ⲡⲁⲓⲁϫⲱ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲑⲣⲉϩⲗⲓ ⲛ̀ⲕⲉ= ϫⲱⲟⲩⲛⲓ ⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟϥ ⲛ̀ⲥⲉⲟⲩⲁϩ ⲛ̀ⲥⲱϥ :

*Dixit Praeses* Touphot *militibus* Athribis: Fratres mei surgentes tollite hinc magum istum incantatorem (*Anoub*,) ne si Eum alii paullulum viderint, ipsum statim sequantur.

Dubitari ergo non potest, quin nobilissimi Christi Athletae *Paesis*, & *Thecla*, huius Praesidis iussu, gladio caesi, consummati martyrii coronam in littore Nili fluminis ad vicum *Touphot* feliciter obtinuerint. Nec mirum si de una eorum morte, ceteris omissis, *Iulius* scribit. De hac enim praesentes, oculatosque testes habebat; de reliquis vero, quae in *Touphotana* curia ante extremam praesidis sententiam acciderant, nemo erat, qui certum ei firmumque testimonium reddere valeret. Haec sciri tantum poterant ex praeclarissimo illo Thebaico Codice, unde excer-

cerptum est fragmentum. In eo acta omnia, & illa maxime, quae ad interrogationes, & supplicia Martyribus nostris a Touphotano Iudice illata spectabant, litteris, olim auro tectis, ( ut duo ipsa segmenta a nobis edita hodieque demonstrant, ) consignata erant; sed lugendo fato, omnia cum excisis membranis ex eo interiere.

V. Ex his necessario consequitur, ut quicquid in mea illa superiori Praefatione a CIX. pag. ad CXII. usque de *Sancta Thecla* dictum est, ad veracis historiae leges accurate redigi, & emendari omnino debeant. Antequam ea scriberem, nihil ad summam diligentiam reliqui feci, ut certus fierem de consummato huius admirandae Virginis Martyrio. Quum enim centies, ut ita dicam legissem, perlegissemque fragmentum de *Illius*, & Fratris *Paesis* actibus Thebaicum, nec quicquam usquam, quod de corona eorum triumphali, per gladii caedem, indicium mihi daret, occurreret, ad Kalendaria primum, quibus tum Copti omnes, tum Aethiopes utuntur, ac dein ad *Theodocias*, & *Hagiologia* Aegyptiorum confugi. In his *Theclae* nostrae nomen inter *Sanctos* ubique profecto inveni, sed sine insigni illo titulo *Martyris*. Inde mihi aditum patefeci ad eas omnes coniecturas, quas citatis in locis habes, de S. Virgine *Thecla* contexendas. Et eae quidem, antequam cognitam haberem historiam passionis S. Anoub a Iulio nostro *Chbaesensi* scriptam, satis *probabiles*, & rationi consonae vitae mihi fuerant, sed hodie, detecta iam in *Thecla* nostra consummati maryrii gloria, tamquam fallaces a me protinus reiiciuntur.

Primo itaque epocham illius adeptae libertatis a me protractam ad annum usque 312. vel 313. tu mecum penitus dele: & diem ipsius consummati martyrii confer in XIII. circiter iunii Aegyptiaci, & an. Aer. Christ. CCCIV. Diocletianeae persec. *secundum* Sanctus enim *Apa Anoub* qui *Athribe* discesserat ⲓ̅ ⲡⲁⲱⲛⲓ, x. *Paoni*, post *triduum* navigationis, adeoque XIII. die, idest

idest XXI. Iunii nostri, quo ille in vicum *Touphot* pervenit, accidit etiam, ut acta laudata testantur, beata mors *S. Virginis Theclae*, & germani eius Fratris *Paesis*, senisque *Presbyteri*. Tolle praeterea e Catalogo praesidum Thebaidis *Armenium*, qui iam inde ab initio persecutionis sub Diocletiano uni Alexandriae perpetuo praefuit. Perge, & mecum quoque reiice totam illam *hypothesim*, qua pag. CXI. & CXII. eo usque annos vitae *Theclae* in libertatem post Maximinianam persecutionem assertae, produci posse putabam, ut ei describere licuerit integrum Alexandrinum codicem cum tabulis Eusebianorum canonum, & titulis Psalmorum magni Athanasii. Nullus enim est amplius huic hypothesi locus; sed unum illud statuamus necesse est, quod, si vera, & firma est traditio in epigraphe arabica huius celeberrimi codicis insculpta de *Thecla Martyre* illius scriptionis auctore, alia nulla in Aegypto ad hanc usque diem *Thecla*, cui regium istum, ac divinum codicem scripto traditum tribuas, inventa est, quam haec nostra perfecta, & coronata martyr soror inclyta, & socia in passione illustris, & admirandi Abbatis *Paesii*. Sicque pretiosum hoc Alexandrinum Cimelium aequalis ferme aetatis cum Borgiano illo nostro Graeco-Copto-Thebaico cod. Evangelii S. Iohannis iure dici, & haberi posset.

## VIII.

*Tabula Chronologica Imperatorum, Praesidum, & Martyrum Aegypti ex his memphiticis actis, coniungenda cum Thebaico Fragmento Martyrii S. Puellae Theonoes.*

Acta nostra Memphitica, quae veluti frustatim excerpta, ubi ad rem nostram conducere viderentur, hucusque produximus, iure suo exposcunt, ut cum Thebaico fragmento edito pag. 212. de Martyrio S. Virginis

*Theonoe* coniungantur. Illa enim initium, & annos aliquot exhibent succrescentis, istud vero extremos Dioclctianeae persesutionis sub Maximino recrudescentis annos, eiusque finem complectitur. Utraque sibi mutua lumina praebent, & ultima primis egregie respondent. Sed anni sunt huius tam diuturnae & immanis carnificinae *intermedii*, qui licet uberiori Martyrum numero sub *Maximino* tyranno redundarint, nulla tamen nobis acta eorum peculiaria, quae ea aetate Aegyptiaca lingua conscripta ad id demonstrandum adferri possint, praeter unum fortasse alterumve fragmentum, in manus nostras hactenus pervenerunt. At vero testimonia, quae ad posterorum omnium memoriam edidit Eusebius lib. VIII. H.E. c.8. & 9., adeo praeclara, & expedita sunt, ut nemini hac de re dubitandi locum relinquant. Ac primum quidem, caput nimirum VIII. ad *Aegyptios*, de quibus Eusebius loquitur, spectat. Verba, quae iam retulimus, vide pag. 221. in subiuncta adnotat. col. 1. & 2. Alterum ad *Thebaeos* pertinet. Illud nos edidimus pag. 214. Sed in hoc attente consideranda sunt verba illa Eusebii: *Atque haec omnia non paucis diebus, nec exiguo temporis spatio, sed prolixo aliquot annorum curriculo continue* ( graece: ἀλλ᾽ ἐπὶ μακρὸν ὅλων ἐτῶν διάςημα, vel, *per longum omnium*, qui praecesserunt, *annorum curriculum*, *perpetrata sunt*; nam ista aperte referuntur ad *Aegyptios* simul & *Thebaeos*, qui ante Eusebii adventum in Aegyptum tam dira pro Christo, & acerba supplicia passi fuerant. Sequentibus tantum, ubi Eusebius scribere pergit: *Nos quoque cum in illis partibus degeremus, quamplurimos acervatim uno die alios quidem capite truncatos, alios vero flammis traditos vidimus* ...... de iis, quae ipse vidit in Aegypto praesens, intelligenda sunt. Illa a flagranti Aegyptiorum fide acceperat; Ista vero suis ipse oculis spectarat. Horrendam certe innumerabilium Martyrum carnificinam, quam ibi describit, in una Thebaide contemplatus fuerat an. circiter 310. inter VII. & VIII. an. persecutionis.

Heic

Digitized by Google

Heic Dodwellus, sic Eusebii verba interpretatur, ut id unum innuere voluerit, *numerum* (*Martyrum*) decennarium, vicennariumque pro singulis diebus *insignis fuisse feritatis*; *quod vero ad* tricennarium, sexagenarium, centenariumque *usque assurrexerint*, *rarum admodum*, *& singularis fuisse exempli*; quasi scilicet omnem Martyrum Thebaeorum multitudinem ad eum unum Thebaidis locum, ubi tam dirae, frequentisque stragis spectaculum vidit, Eusebius restrinxerit. Quid vero, si caedes, quae uno in loco, praesente Eusebio, edebatur, eadem alibi per universam Aegyptum, eo absente, diffundebatur? Sed male prorsus Eusebii sententiam interpretatur *Dodwellus* sua illa fallaci *hypothesi* hallucinatus, *quod soli Praesides Provinciarum ius gladii haberent pro legibus Romanorum*; *quodque non alibi*, *quam* in civitatibus Metropolitanis praesidum *sedibus*, *edi solerent* Christianorum *supplicia*. Nam in ea persecutione, quae adversus christianos saeviebat ad vindicandam Romanorum Numinum maiestatem, ius *gladii* superstitiosa Imperatorum licentia, commune reddebatur non solis provinciarum, sed & minorum civitatum, oppidorumque praesidibus: nec martyrum supplicia in civitatibus tantummodo, quae metropoles essent, verum & in aliis, immo & in vicis, et ripis ipsis Nili atque etiam in Alexandrini maris littore edebantur. Nonne, ut iam supra vidimus *S. Apa Tia* in castro Babylonis, *S. Epime* in *Phuoh*, itemque in *Touphot* vico SS. MM. *Paesi*, *Thecla*, & senex *Presbyter*, tandemque Beatus Puer *Anub* in maritima vicinia, caedes, & tormenta passi sunt pro nomine Christi?

Do igitur Dodwello, Eusebium eo loci stragem tam magni martyrum numeri, quam in metropoli Thebaidis viderat, descripsisse; neque enim uno eodemque tempore ceteris, quae in aliis totius Thebaidis & urbibus & vicis edebantur, praesens simul adesse potuit. Quid aliud tamen inde sequitur, nisi hoc unum, Eusebium scilicet in singulari, ac illo tam immani spectaculo, quod ipse tam-

quam in urbe principe Thebaidis viderat, exemplum dare voluisse aliarum omnium caedum, quae magno cum occisorum numero per reliquas Thebaidis, Libyae, & Aegypti urbes, & vicos similiter fierent? Sed eo redeo, quo instituti ratio me revocat. Itaque

## ANNO CCCIII.

Persecutio in milites primum, in domesticos Imperialis Palatii, in sacra omnia ecclesiarum nostrarum aedificia, in divinos scripturae Sacrae, & Evangeliorum codices, in episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos, anagnostas, ceterosque clericali munere insignitos; in omnes denique christianae religionis homines a Diocletiano excitata. Dies ad exordium persecutionis, & designati excidii religionis nostrae selectus VII. fuit ante kal. febr. dies ipse *terminalium* apud Gentiles. Postridie qui per *fictionem* ex veteri kalendario romanorum computatur dies primus novi anni, uti legitur in prologo memphitico actorum S. Martyris *Epime*, primum edictum, paullo post secundum, tandemque tertium *Nicomediae* propositum est.

Sed anceps haereo, an haec apud Lactantium & Eusebium intelligenda tantummodo sint de edictis a Diocletiano editis pro solis Nicomediae, & Orientis regionibus, an vero etiam pro Aegypti provinciis, quae sub peculiari Diocletiani ditione versabantur. Nam acta illa nostra memphitica, quae de S. Epime a Iulio exarata sunt, haec de ipso narrant, quo die a Culciano missus ad Armenium pervenit Alexandriam:

ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲉⲝⲁⲡⲓⲛⲁ ⲁⲡⲓϫⲟⲓ ⲙⲟⲛⲓ ⲉⲣⲁⲕⲟϯ: ⲁⲛⲓⲙⲁⲧⲟⲓ ⲓ̀ ⲉⲡϣⲱⲓ ⲁⲩϣⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲥⲁ ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲡⲓⲇⲟⲩⲝ ⲁⲩϫⲉⲙϥ ϧⲉⲛ ϯⲑⲉⲱⲣⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲱⲛ: ⲉⲡⲓⲇⲏ ⲟⲩϩⲉⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲓⲥⲓ ⲡⲉ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲣⲱⲙⲟⲩ:... ⲉⲩⲥⲱⲕ ⲙ̀ⲙⲟϥ: ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁϥ ⲟⲩⲱϣ ⲉⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲣⲟϥ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ: ⲁⲛⲁϯⲃⲁⲕⲓ ⲉⲣⲕⲟⲗⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉⲩϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ: ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲣⲧⲁⲕⲟ

ⲙⲡ//

ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲱⲛ : ϫⲛⲁⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲣⲟϥ ⲟⲛ ⲙ̀ⲡⲉϥⲣⲁⲥϯ :-
*Et* ( quum laetus Beatus *Epime* Christo Iesu ob gratiam illius visionis & colloquii secum ab eo habiti, ) *gloriam dedisset, navis confestim appulit Alexandriam. Milites de navi sursum ascendentes ad Armenium quaerendum, eum invenerunt in spectaculo Agonis; quia dies ille erat natalis Imperatorum ...... Et illi* quidem milites *ad eum traxerunt* ( Epime : ) *atque etiam* ( Armenius ) *ipsum volebat eodem illo die audire : sed cives* ( curatores urbis ) *vetarunt, dicentes ei* : Noli turbare agonem : cras eum audies.

At dies natalis Imperatorum Diocletiani scilicet, & Maximiani Herculii, quo S. *Epime* perductus est ad Armenium in urbe Alexandrina, non alius esse potuit, quam vel 17. septembris, vel 20. novembris. Illo enim die Diocletianus creatus est Imperator, ut in chronico Alexandrino traditur, idemque cum eo Norisius, & Tillemontius affirmant : Isto vero *vicennalia* sua, teste Lactantio, Romae celebravit *XII. Kal. Decembris*. Atqui *S. Epime* diem supremum obiit ⲏ̄ ⲉⲡⲏⲡ, VIII. iulii Aegyptii, nostri XIV.; Illius ergo annus emortualis necessario accidit an. 304. adeoque coniungi non potest cum anno 303., quo celebrata Alexandriae fuerant *vicennalia*, dieque ipso natali Imperatorum vel 17. sept. vel 20. novembris. Scio Pagium arbitrari, diem hunc 20. novembris fuisse natalem Herculii, cumque eo Diocletianum coniunxisse solemnitatem inaugurationis suae, quam 17. septembr. celebrare non potuit. Sed hac etiam admissa sententia, quam ceteroquin Tillemontius, aliique praestantissimi chronologi reiiciunt, idem omnino consectarium sequatur necesse est, ut scilicet copulari nequeat annus mortis S. Martyris Epime 8. iulii cum anno eiusdem adventus in Alexandrinam urbem, & cum die natali Imperatorum an. Aer. Chri. CCCIII. Hoc igitur *Epime* anno inter mortales agebat, & an. sequenti CCCIV. martyrium fecit. Idemque statuas oportet, etiamsi po-

ponas Alexandrinos diem natalem Impp. celebrasse eodem quidem an. 303. sed vel die 17. septembr. cum Nicomediensibus, vel 17. novembr. cum Antiochenis, Et ideo S. Romanus Caesariensis, qui martyrium fecit Antiochiae in Vicennalibus Diocletiani, & Herculii, morte defunctus est, Eusebio teste de Mart. Palaestinae die 17. novembr. an. Christiani nominis 303. Sed is *Diaconus* erat. *Epime* vero noster licet Asceta, Laicus: & tamen in universa illius Martyrii historia diris suppliciis afficitur, immo, & mors ei indicitur, secundum Diocletiani edictum. Eo igitur an. 303. Imperatoris edictum in Aegyptum ad Armenium missum non solum ecclesiarum eversionem, sacrorum codicum incendia, & episcoporum, Diaconorum, aliorumque clericorum vincula, tormenta, & cruentam eorum caedem, sed & Laicorum omnium capturam, supplicia, & mortem ipsam, ni diis sacra facerent, imperitabat. Hinc, quo primum die, post divina ipsius Christi Domini hortamenta in aperta visione accepta, accessit *Pemge* ad *Culcianum* Praesidem, ante illius tribunal praeter *Presbyterum*, & *Diaconos*, quorum nomina sunt: *Hop diaconus Canasce: Apa Hor Togensis Nomi Pemge, Maximus Presbyter Scenero, Thoge Diaconus Therbe,* ⲛⲉⲙ ⲕⲉⲙⲏϣ ⲛ̀ⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲛ, *multitudinem quoque Christianorum*, quos ille audiebat, invenit. Vide pag. C.

Igitur S. Martyr Epime hoc eodem an. 303. certamen iniit in eadem urbe: saevis ibi cruciatibus tortus est, & exul inde missus ad Armenium, Alexandriam pervenit vel 17. septembr. vel 20. novembris: ubi variis immanissimis suppliciis excruciatus ad maium, aut iunium usque anni sequentis in carcere detentus est.

*Armenius* proinde Comes, Dux, & Praeses Alexandriae hoc eodem anno accepit ab Imperatore Diocletiano generalia edicta persecutionis; eaque in urbe principe primum proposuit, deinde per omnem Aegyptum, Thebaidem, Libyam, atque Pentapolim ad praesides misit,

sit,

sit, ut ea promulgarent. Nec tibi mirum videatur, si universalis in ipsos quoque Christianos Laicos persecutio citius, quam alibi, in Aegypto excitata est, quia tota ditio Aegypti, non more aliarum provinciarum, sed, ut, observante Valesio in Marcellinum p. 341., ait Tacitus, per praefectos *regio iure* a Romanis Imperatoribus regebatur.

*CULCIANUS*, de quo proxime ante mentio facta est, Praeses *Pemge*.

*EUHIUS*, Dux militiae, accepta Alexandriae ab Armenio Diocletiani edicta pertulit Athribem ad Cyprianum praesidem.

*CYPRIANUS*, & *EUHIUS* primi adorarunt in Templo Athribis *Apollinem* & *Artemiu*. Multos christianorum e vestigio in carceres propter nomen Christi coniecerunt.

*SERGIUS* adolescens annorum XX. Filius Theodori scholastici, & Fratris Cypriani praesidis, durissimis suppliciis pro Christo affectus est.

*APA MENESON*, senex Presbyter, eiusque Frater *Apa Apphlio*, & alter *Paesi* dictus cum *Fratribus* suis, itemque *Georgius*, *Ioannes*, *Isidorus*, *Piscoi*, *Apa Cragion*, *Sarapamon*, *Ioannes*, *Zaccharias*, *Pithos*, *Macarius*, *Iacobus*, *Tursda*, *Apollo*, *Amun*, *Dioscorus*, & alii bene multi, quorum nomina, utpote quae sibi ignota essent reticuit *Iulius* in prologo actorum S. Pueri *Apa Anoub*, post tormenta, ferreis vinculis constricti, carceribus inclusi, ⲉⲩⲏⲡⲓ ⲛ̄ ⲛ̀ϣⲉ ⲛⲉⲙ ⲛ̄ ⲛ̀ⲯⲁϫⲏ. *octingenti*, & *sexaginta* fuere; qui, ne diis sacra facerent, iam interrogati & torti designati erant ad necem.

Haec certe acciderunt anno I. persecutionis, aliquot ante mensibus quam *Apa Anoub* Spiritus Sancti gratia inflammatus propositum conciperet de martyrio subeundo pro Christo.

*S. COLUTHUS* cum sociis XXXVI. aut hoc an. CCCIII. sub *Ariano* praeside Thebaidis, aut sequenti sub eo, vel CCCIV. sub *Cul-*

Digitized by Google

*Culciano* XIII. kal. iunias Antinoopoli capite caesus, martyrii coronam adeptus est.

## CCCIV.

Idem *ARMENIUS* Dux Alexandriae.

*CULCIANUS Praeses Taubah*. Ibi primum pro Christo Martyr occubuit *Dionysius* miles, custos ad limen praesidis, mox ad Christi fidem miraculis, & *catechesi* S. Abbatis Isaaci conversus ⲛ̀ⲥⲟⲩ ⲉ̅ ⲡⲁϣⲟⲛⲥ *quinta Pascons* Aegypti, *maii decima*. Summis dein formidandisque suppliciis idem ipse *Abbas Isaac* cruciatus est. Sed eum tamquam exulen Ariano necandum tradidit.

*ARIANUS* Igitur praeses eumdem *S. Isaac* vinctum ad arborem navis secum ducens in *Hormes*, eo pervenit post navigationem dierum *sexdecim*. Ibi vir admirabilis in carcere *invenit Beatum Philoxenum*, & *Abbatem Sirine*; qui ⲡⲉϫⲱⲟⲩ ⲛⲁϥ : ϫⲉ ϫⲉⲙⲛⲟⲙϯ ⲡⲉⲛⲙⲉⲛⲣⲓⲧ ⲛ̀ⲥⲟⲛ : ⲁⲛⲓϩⲙⲟⲧ ⲧⲁϩⲟⲛ ⲉⲧⲁⲛⲉⲣⲁⲥⲡⲁⲍⲉⲥⲑⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲕ : - ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲡⲁ ⲥⲓⲣⲓⲛⲏ ⲡⲉϫⲁϥ : ϫⲉ ⲉⲣⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ Ⲫϯ ϯϫⲟⲙ ⲛⲁⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲧⲁϩⲟⲛ ⲉⲣⲁⲧⲉⲛ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲉⲑ̅ⲩ̅ ϣⲁⲧⲉⲛϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲁⲅⲱⲛ : ⲁⲙⲏⲛ : - ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲇⲉ Ⲁⲡⲁ Ⲓⲥⲁⲁⲕ ⲛⲁϥ ϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛⲱⲟⲩ ⲡⲉϫⲉ : ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩⲓ ⲛⲁⲓⲟϯ : ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ ⲟⲩⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ⲁⲗⲟⲩ ϯⲥⲱⲟⲩⲛ ⲛ̀ϩⲗⲓ ⲁⲛ : - ⲡⲉϫⲉ ⲁⲡⲁ Ⲫⲓⲗⲟⲝⲉⲛⲟⲥ ⲛⲁϥ : ϫⲉⲙⲛⲟⲙϯ ⲡⲁⲥⲟⲛ : ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛⲁⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲣⲟⲕ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ ⲭⲛⲁϭⲓ ⲙⲡⲓⲭⲗⲟⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲉⲕⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ : ⲁⲗⲗⲁ ⲁ̀ⲣⲓⲡⲉⲛⲙⲉⲩⲓ ϧⲉⲛ ⲛⲏⲓ ⲙ̀Ⲫϯ : - *dixerunt ei*: consolatione affecti sumus, dilecte Frater noster, quod gratiam acceperimus te salutandi. *Beatus vero Apa Sirine dixit*: Dominus Deus det nobis vires, ut stabiles simus in nomine sancto eius, donec consummemus agonem nostrum: Amen.

*At*

*At Beatus Isaac eis respondens dixit* : Mementote Patres mei , quod ego iuvenis exigui pretii sim nihil sciens : *Dixit ei Apa Philoxenus* : viriliter age mi Frater : Primus eris , quem audiet praeses , & accipies coronam martyrii tui : sed ea hora tu memento nostri apud deum .

Impletum est vaticinium Philoxeni : & primus reipsa fuit , qui ad tribunal praesidis die sequenti , & pluries deinceps adductus , post horrenda , & extremae crudelitatis tormenta , quae populum civitatis ad praesidem tantae saevitiae auctorem lapidandum commoverant , tandem ⲉϫⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲛ̀ⲓⲏ̄ⲥ *propter nomen Iesu* capitis damnatus , ad caedem executioni mandandam iterum missus est in *Taubah* , ubi gloriosi martyrii coronam ⲛ̀ⲥⲟⲩ ⲋ̄ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲡⲁϣⲟⲛⲥ die VI. Pachon , Maii nostri XI. accepit.

Sed posito die & mense emortuali S. Militis , & Martyris *Dionysii* ad ⲉ̄ *quintam* Pachon , fieri non potest , quin mendum , scribarum vitio , irrepserit in hanc epocham , qua S. Apa Isaac die sequenti , *sexta* scilicet *Pachon* , mortem obiisse dicitur ; nisi , quod mihi omnino incredibile , & *Ariani* praesidis historiae repugnans videtur , *Pachon* , quo *Dionysius* ex hac vita excessit , referatur ad an. 303. Nam certe Isaac post caedem ipsius Dionysii e *Taubah* discessit , & expleta navigatione dierum XVI. fuit in *Hormes* ; unde rursum dies totidem navigare coactus est in *Taubah* . A die igitur emortuali Dionysii ad reditum usque Isaaci dies saltem *duo & triginta* interfluxere . His adde dies intermedios passionis , qui te magis magisque a terminis diei *quintae* & *sextae Pachon* subducunt : restat ergo , ut mendum corrigas , & mecum , dum ita tibi arrideat , epocham diei emortualis S. Martyris Isaac protrahas ad *sextam* saltem , & *vigesimam* usque ⲡⲁⲱⲛⲓ , *iunii* scilicet,quo cum nomen mensis ⲡⲁϣⲟⲛⲥ , oscitantia fortasse Librarii , confundi quomodocumque potuerit . Abscissum S. Martyris caput

ⲁϥⲕⲓⲙ ⲉⲛⲁⲓⲥⲁ ⲛⲉⲙ ⲫⲁⲓ ⲛ̀ ⲅ̅ ⲥⲟⲡ: ⲁⲟⲩϩⲣϯ
ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲥⲑⲉⲣⲧⲉⲣ ϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ: ⲁⲩⲙ//
ⲏϣ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲓ ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲁⲩⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲛⲁⲩ ⲉϯϣ//
ⲫⲏⲣⲓ ⲉⲧⲁⲥϣⲱⲡⲓ: ⲉⲣⲉ ⲡⲓⲥⲛⲟϥ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲉⲣⲱϯ
ⲥⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲁⲃⲃⲁ Ⲓⲥⲁⲁⲕ: -
ϩⲱⲥ ⲇⲉ ⲛⲓⲃⲉⲗⲗⲉⲩ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓϭⲁⲗⲉⲩ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲕⲟⲩⲣ:
ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲉⲃⲟ: - ⲉϣⲁⲩϭⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲥⲛⲟϥ: -
ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲉⲣⲱϯ ⲉⲑⲛⲏⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀//
ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ: - ϣⲁⲩϯ ⲉϫⲉⲛ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲉⲗⲟⲥ ⲉⲑⲙ//
ⲟⲕϩ ϣⲁⲩⲟⲩϫⲁⲓ: - ⲛⲓⲃⲉⲗⲗⲉⲩ ⲛⲁⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲡⲉ:
ⲛⲓϭⲁⲗⲉⲩ ⲛⲁⲩⲙⲟϣⲓ ⲡⲉ: ⲛⲓⲕⲟⲩⲣ ⲛⲁⲩⲥⲱⲧⲉⲙ:
ⲛⲓⲉⲃⲟ ⲛⲁⲩⲥⲁϫⲓ ⲡⲉ .... ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲁϥⲓ ⲛ̀ϫⲉ
ⲡⲓⲡⲣⲟⲧⲟⲡⲟⲗⲓⲧⲏⲥ ⲁϥⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲗⲉⲛⲧⲓⲟⲛ ⲛ̀ϣⲉⲛⲥ
ⲁϥⲑⲏⲓϥ ⲉⲧⲉϥⲁⲫⲉ: ⲁϥⲓⲛⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲛ̀ϩⲁⲛⲥⲩⲛⲧⲟⲛ//
ⲓⲟⲛ ⲁϥⲕⲱⲥ ⲙ̀ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲁⲃⲃⲁ Ⲓ//
ⲥⲁⲁⲕ... ⲉⲧⲁⲓ ⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲣⲱⲙⲓ ⲛ̀ⲑⲏⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲩ:
( heic aliqua deſunt ) ⲁϥϯϩⲟ ( rectius ⲁⲓϯ//
ϩⲟ ) ⲉⲡⲓⲡⲣⲟⲧⲟⲡⲟⲗⲓⲧⲏⲥ: ⲁϥϯⲛⲏⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲕⲁ//
ⲣⲟⲕⲓⲟⲛ ⲛⲉⲙ ⲓ̂ ⲛ̀ⲧⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲁϥⲁⲓⲧⲁⲗⲟ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲱ//
ⲙⲁ: ⲁⲓⲉⲛϥ ϣⲁϯⲁⲛⲉⲙⲣⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉϥϯⲙⲓ: ⲙ̀//
ⲡⲓϫⲉⲙ ϫⲟⲓ ⲛ̀ⲧⲁⲉⲣϭⲓ ⲛ̀ⲛⲟⲣ ⲙ̀ⲙⲟϥ: - ⲁⲫϯ
ⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲧⲉⲃⲛⲱⲟⲩⲓ ⲁⲩⲙⲟϣⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲓ//
ⲙⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲙ̀ⲡⲉⲧϣⲟⲩⲱⲟⲩ: ⲉⲩⲁⲛⲓⲣⲱⲙⲓ
ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓϯⲙⲓ ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲁⲩⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲁϫⲱϥ ⲧⲏⲣⲟⲩ:
ⲛⲓⲕⲟⲩϫⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲛⲓϣϯ: ⲁⲩⲟⲗϥ ⲉϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ
ϧⲉⲛ ⲟⲩⲱⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲧⲁⲓⲟ: ⲉⲩⲣⲁϣⲓ ⲉⲩϯⲱⲟⲩ
ⲙ̀ⲫϯ. ⲫⲏⲉⲧⲓⲣⲓ ⲛ̀ⲛⲓϣⲫⲏⲣⲓ ⲉⲙⲉⲩⲁⲧϥ. ⲙⲉ//
ⲛⲉⲛⲥⲁ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉⲭ̀ⲣⲓⲥⲧⲟⲫⲟⲣⲟⲥ ⲁⲓϣⲟⲣϣⲉⲣ ⲙ̀ⲡⲉ//

ϥⲏⲓ ⲥⲁϧⲏⲧ ⲛ̀ϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛ ⲙⲁϩ ⲛ̀ ⲏ̅ ⲁⲃⲱⲧ ( nomine mensis negligentia scriptoris praetermisso ) ⲁⲓⲕⲱⲧ ⲛ̀ⲟⲩⲉⲩⲕⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲓϯⲡⲉϥⲥⲧⲉⲫⲁⲛⲟⲩ :- ⲁⲛⲟⲩⲱⲣⲡ ⲁⲛⲓⲛⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲁϥⲉⲣⲁⲅⲓⲁⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ⲥⲟⲩ ⲅ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲧⲱⲃⲓ :- ⲁⲩϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲛ̀ϫⲉϩⲁⲛϫⲟⲙ : ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛϣⲫⲏⲣⲓ :- ⲉⲩϯⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ : ⲛⲉⲙ ⲡⲉϥⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲁⲅⲁⲑⲟⲥ : ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ ⲉⲑⲩ ⲛ̀ⲣⲉϥⲧⲁⲛϧⲟ : ϯⲛⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲏⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲛⲉⲙ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲉⲛⲉϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ:- ⲁⲙⲏⲛ.

*Ibi abscissum caput ter huc illuc se movit. Timor & commotio excitata est in civitate. Hominum multitudo accurrit ad spectanda prodigia, quae edebantur. Sanguis, & lac exibant e corpore S. Abbatis Isaac adeo ut caeci, & claudi, & surdi, & muti exceperint de sanguine & lacte a copore Beati manantibus: & qui membrorum doloribus cruciabantur sanati fuerint: Caeci visum recuperarint, claudi ambularint, surdi audierint, mutis fuerit restituta loquendi facultas .... Postea venit Protocivis quidam, attulit linteum candidum byssinum, quo caput eius involvit; simulque etiam Sindonas attulit ad cadaver S. Abbatis Isaac sepeliendum .... Quumque ibi viderem neminem esse*, ( supple, qui mihi daret necessaria ad sacra *Lipsana* transferenda, ) *rogavi protocivem, qui mihi rhedam dedit cum decem Tok, qua corpus transtuli, illudque invexi in Anemro* ( in portum nempe, sive stationem navium ) *vici eius* ( Tephre ). *Quumque navem non invenissem, qua illud flumine traiicerem, Deus iumenta rexisse visus est; quippe quae de ponderis honore veluti laeta, & gloriabunda cursum iuxta aquas mira alacritate tenuerint. Incolae vici quum haec audissent obviam ei processerunt omnes, parvuli, & magni, atque cum gloria, & honore ipsum detulerunt in ecclesiam gaudentes, & glori-*

*rificantes Deum, qui facit mirabilia solus. Deinde ego Christophorus revolvi domum eius interiorem in ecclesiam die VIII. mensis.. aedificavi oratorium viro sancto, illius coronae a me dedicatum. Misimus ad Episcopum, qui huc adductus oratorium consecravit die VI. mensis Tobi, XI. Ianuarii. Fiunt in eo virtutes, & prodigia in gloriam Domini nostri Iesu Christi, & Patris eius Boni, & Spiritus S. Vivificatoris: nunc & per omnia tempora, & in secula seculorum omnium: Amen.*

*Arianus* licet in SS. Martyrum carnificina *crudelissimus esset*, in eorum tamen iudicio, & condemnatione, eo quod Aegyptiacam linguam ignoraret, utebatur interprete. Sic acta ferunt S. Apa Isaac.

Quae dixi de S. Martyre *Epime* anno superiori 303. in urbe *Pemge* a *Culciano* diris suppliciis affecto, ab eoque Alexandriam misso ad Armenium ante vel *semptembrem*, vel *novembrem*, eiusdem anni, maiorem lucem accipiunt ex adventu *Hieroclis*, sive ut in actis ipsius *Epime* dicitur, *Hierocelíani*, in Aegyptum una cum *Sebastiano* novo *Duce* Thebaidis a Diocletiano missi. Is enim non potuit Praesidis dignitatem in urbe *Pemge* adipisci, nisi anno 304. in locum *Culciani*, qui, postquam anno superiori in *Pemge* Christi athletas immanissime cruciaverat, inde discesserit id praesidatus munus gerendum in *Taubah*.

Itaque *Hierocelianus* praeses, & *Sebastianus* Dux Thebaidis, quo anni mense, nescio; sed certe ante *maium*, vel *iunium* an.CCCIV. Alexandria discessuri *S. Epime* manus pedesque vinctum, & collari, catenisque obstrictum, eum in Aegypto interficiendum, tamquam suae ipsorum fidei commissum ab Armenio receperunt, secumque navi adduxerunt in vicum usque *Phuoh* nomi & civitatis *Henes*. Nam huius quoque praeses erat Hierocelianus.

Non repetam heic, quae iam in superioribus diximus de variis, saevissimisque suppliciis, quibus, ut ad adorandum Appollinem eique sacrificandum induceretur S. Epime, in *tertia* iudicii *actione* cruciatus est. Ibi

tan-

tandem, in *Phouoh* scilicet *capite obtruncatus* mortem,
pro Christo gloriosissime obiit. Tunc ⲁϥⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ
ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ϫⲉⲟⲩⲥⲛⲟϥ : ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲉⲣⲱϯ ... ⲙⲉ//
ⲛⲉⲛⲥⲱⲥ ⲁⲛⲓⲉⲃⲓⲁⲓⲕ ⲛ̀ⲧⲉⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲓⲛⲓ ϩⲁⲛⲥ̀ⲩⲛ//
ⲇⲟⲛⲓⲟⲛ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲧⲁⲡⲟⲩⲟ̂ⲥ ⲧⲏⲓⲧⲟⲩ ⲛⲱⲟⲩ : ⲛⲉⲙ
ϩⲁⲛⲥⲑⲟⲓⲛⲟⲩϥⲓ ⲉⲛⲁϣⲱⲟⲩ ⲁⲩⲉⲣⲕⲉⲡⲁϩⲓⲛ ⲙ̀ⲡ//
ⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲛ̀ϧⲏⲧⲟⲩ : ⲁⲩⲧⲁⲗⲟϥ ⲉⲟⲩ//
ⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ⲥⲕⲁⲫⲏ : ⲁⲩⲉⲣϩⲱⲧ ⲛⲉⲙⲁϥ ϣⲁϯ ⲛⲉ//
ⲙⲣⲱ ⲛ̀ⲧⲉϥⲙⲟⲩⲛ : - ⲉⲧⲁⲩⲁⲙⲟⲛⲓ ⲉⲡⲓⲭⲣⲟ ⲁϭ//
ⲥⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲥⲁⲟⲩⲃⲏⲏ ⲁⲩⲧⲁⲗⲟ ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ
ⲉⲣⲟϥ : - ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲟ̂ⲥ ϭⲓⲙ//
ⲱⲓⲧ ϧⲁϫⲱⲟⲩ : ϣⲁⲩⲉϥⲉⲛⲟⲩ ⲉⲡⲁⲛⲕⲟⲗⲉⲩⲥ :
ⲥⲁⲣⲏⲥ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲁ ⲉϣⲁⲩⲙⲟⲩϯ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲡϫⲉⲗⲃⲁϩ :
ⲟⲩⲟϩ ⲁⲡⲓⲧⲉⲃⲛⲏ ⲟϩⲓ ⲉⲣⲁⲧϥ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲁ ⲉⲧⲉ//
ⲙⲙⲁⲩ : - ϩⲏⲡⲡⲉ ⲓⲥ ⲟⲩⲥⲙⲏ ⲁⲥⲓ̀ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ
ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲉⲥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ⲫⲁⲩⲥ//
ⲧⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲑⲉⲟⲧⲏⲙⲟⲥ ⲭⲁⲧ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉⲡⲁⲓⲙⲁ :
ϫⲉ ⲫⲁⲓⲡⲉ ⲡⲓⲙⲁ ⲉⲧⲁⲡⲟ̂ⲥ ⲑⲁϣϥ ⲛⲏⲓ : - ⲛ̀ϯⲟ//
ⲩⲛⲟⲩ ⲉⲛⲓⲉⲃⲓⲁⲓⲕ ⲛ̀ⲧⲉ Ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲭⲱ ⲙ̀ⲥⲱⲙⲁ
ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲛⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ : - ⲉⲡⲓⲇⲏ ⲛⲁ//
ⲣⲉϩⲁⲛϣⲗⲱⲕϣⲓ̀ ( legendum puto ϩⲁⲛϣⲗⲓϫ
ⲕⲱϣ vel ⲗⲱϣ ) ⲛ̀ϣⲉ ⲛ̀ϫⲱⲓⲧ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲟⲩ ⲡⲉ ⲁ//
ⲩⲧⲁⲟⲩⲟ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϯⲟⲩⲛⲟⲩ ⲛ̀ϩⲁⲛⲕⲁⲣⲡⲟⲥ ⲉⲩⲫⲉ//
ⲣⲓⲱⲟⲩ : - ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲟⲩⲥⲱⲧⲉⲙ ⲇⲉ ⲛ̀ϫⲉⲛⲓ//
ⲣⲱⲙⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲛⲕⲱⲗⲉⲩⲥ ⲡⲓϯⲙⲓ ⲉⲧⲁⲩⲫⲟϥ
( l. ⲉⲧⲁⲩⲫⲟϩϥ ) ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲑⲟϣ ⲧⲏⲣϥ
ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ⲁⲩⲓ̀ ⲉⲃⲟⲗ ⲉϥⲣⲁϩϥ ⲧⲏⲣⲟⲩ : ⲛⲉⲙ
ϩⲁⲛϣⲟⲩⲣⲏ ⲛ̀ⲥⲑⲟⲓⲛⲟⲩϥⲓ ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛⲕⲩⲣⲱⲛ ⲛⲉⲙ

ϩⲁ//

ϩⲁⲛⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲥ ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛϫⲁⲗ ⲛ̀ϫⲱⲓⲧ ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛ=
ⲃⲁⲓ ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛⲥⲩⲛⲇⲟⲛⲓⲟⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲕⲟⲥϥ ⲛ̀ⲕⲁ=
ⲗⲱⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲧⲁⲓⲟ :- ⲁⲩϫⲱ ⲙ̀ⲡⲉϥⲥ=
ⲱⲙⲁ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲧⲟⲡⲟⲥ ϭⲁⲧⲉϥ ⲡⲉϥϣⲫⲏⲣ ⲁⲙⲙⲱ=
ⲛⲓⲟⲥ ϣⲁⲧⲟⲩⲕⲱⲧ ⲛⲁϥ ⲛ̀ⲟⲩⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲕⲁⲧⲁ=
ⲡⲉϥⲙ̀ϣⲁ :- ⲟⲩⲟϩ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ϩⲁⲙⲏⲛϣ ⲛ̀ⲛⲉϩⲟ=
ⲟⲩ ⲁⲛ : ⲛ̀ⲓⲁⲗⲱⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲕⲟⲧⲟⲩ ϩⲁⲛⲟⲩⲟ̂ⲥ
ⲁⲩⲧⲁⲙⲟϥ ⲉϩⲱⲃ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲁⲩϣⲱⲡⲓ ̀ⲙⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ
ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲡⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ̀ⲛⲧⲉⲡⲭ̅ⲥ̅ : ⲛⲉⲙ ⲛⲓ=
ϣⲗⲟⲕϣⲓ ⲛ̀ϣⲉⲛ̀ϫⲱⲓⲧ ⲉⲧⲁⲩⲫⲓⲣⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛⲛⲟⲩ=
ϫⲓϫ : ⲁⲩϯⲟⲩⲱ ⲛ̀ϩⲁⲛ ⲕⲁⲣⲡⲟⲥ : ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩϯ=
ⲱⲟⲩ ̀ⲙⲫϯ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲉⲡⲓⲙⲉ .... ⲫⲁⲓ ⲡⲉ
ⲡⲓⲣⲏϯ ⲉⲧⲁϥϫⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲉϥⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ ⲉⲑ̂ⲩ ⲉⲃⲟⲗ
ⲛ̀ϫⲉⲡⲓϫⲱⲣⲓ ̀ⲙⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ
ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲛ̀ⲥⲟⲩ ⲓ̅ⲏ̅ ̀ⲙⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲉⲡⲏⲡ :-

*manarunt e corpore eius sanguis & lac .... Postea accesserunt servi Iulii, qui attulerunt sindonas a suo sibi ipsorum domino datas cum aromatibus multis, quibus condiverunt corpus sancti; illudque in parva scapha imposuerunt, qua cum navigarunt in stationem* ( vel portum ) *usque* Schmoun . *Quumque littus tenuissent quaesierunt iumentum, quo corpus sancti asportarunt. Angelus Domini ducem se ante eos praebuit, ut pervenirent in* Pancoleus *ad austrum loci, qui dicitur* : Gelbah ; *sive Dselbah . Quumque iumentum in loco illo stetisset, ecce vox exivit de corpore sancti dicens* : Fauste, & Theotime deponite me heic ; quia hic est locus, quem mihi constituit DOMINUS MEUS : ( in manifesta visione qua ei Christus Iesus post pronunciatam mortis sententiam mirifice apparens magna de illius sepulcri gloria revelavit . ) *Eodemque temporis momento servi Iulii deposuerunt in solum corpus S. Abbatis EPIME . Quoniam vero cultris amputarunt de arboribus*

*oli-*

*olivarum, eae repente fructus germinarunt efflorescentes. Ubi homines vici* Pancoleusis *audierunt ( de sancto corpore ) quod eo pervenerat, una cum toto illo nomo* ( territorio nimirum ) *obviam illi processerunt cum thuribulis odoriferis, cum cereis, crucibus, cumque ramis & olivarum & palmarum, atque sindonibus, magnoque cum honore eum sepelierunt: & corpus illius posuerunt in loco iuxta amicum sociumve suum Ammonium; donec ei construeretur ecclesia, quae digna eius nomine esset. Post autem dies non multos servi Iulii reversi ad Dominum suum renunciarunt ei res omnes gestas sancti Martyris Apa Epime, & amputatos ramos olivarum, qui in eorum manibus floruerunt, & protulerunt fructus suos; & glorificaverunt Deum & S. Apa Epime. Tale est Martyrium castum, & purum quod consummavit fortis Martyr Christi sanctus Apa Epime die* VIII. *epip, iulii nostri* XIV.

Hoc item anno Martyrium consummarunt in vico *Touphot* capite caesi, sancti PAESIS, & soror eius THECLA, postquam in Thebaide primum, deinde Alexandriae sub Armenio, & ab eo tandem missi ad praesidem illius vici, *tertium* cruciati fuerant. Accessit & beata mors *senis Presbyteri* ibidem cum *Paesi & Thecla martyrio* coronati. Sed nomen eius, utpote a Iulio scriptore omissum, nobis ignotum est.

Haec acciderunt in *Touphot* inter *decimam tertiam* & *decimam septimam mensis* **ⲡⲁⲱⲛⲓ**, apud nostrates inter XIX. & XXIII. iunii.

Cum his confer, te quaeso, fragmentum Thebaicum, & lacera illa segmenta, quae, ut nobis licuit, dedimus in superiori praef. pag. XCVII. & seqq.

Tillemontius tom. V. de persecutione Diocletiani pag. mihi 364. *Si l'on veut*, inquit, *qui S. Arrien ait este Gouverneur de la Thebaide sous Diocletien, comme portent ses actes, on peut mettre le martyre de S. Paphnuce en* 304. *le* 28. *d'avril, celui de S. Timothée*, & S. Maure *le* 3. *de May, celui de S. Asclas le* 21. *de Ia-*

*Ianuier* 305., *& celui de S. Arrien en la mesme année le* 4. *de Mars, au quel les actes Grecs & ceux de Metaphraste le mettent, & les Latins qui disent que ce fut le* 8. *ne marquent apparemment que la meme chose*.

At *Papnutium* quum audis ne putes eumdem esse cum eo, quem fragmentum nostrum Thebaicum de S.Martyre *Panesniv*, *Papnutium* appellat *Diaconum Boou*. Ille enim sub Ariano, iste sub Culciano passus est.

Ceterum si Tillemontius acta sui illius *anachoretae Papnutii* eo tantum nomine refutaret, quod civitatem Aegypti, ubi crudelis praeses *Arianus* interfici iussit mares feminasque homines 346. ad Christi fidem opera S. Paphnutii adductos, *Genterie*, nomine Geographis omnibus ignoto, appellent, iniuria id faceret. *Genterie* enim palam est, vocem esse τεντωρι in nomenclatore copto, teste Renaudotio de *Patr*. Alex. p. 454. pro *Dendera*, sive verius τεντυρα positam, & inde turpiori corruptione a Graecis, Latinis, Gallisque in deformem tandem *Genterie* formam conversam. Sed si tum S. *Paphnutius*, tum etiam *Timotheus*, & *Maura* martyres, certamen suum consummarunt, ille 28. aprilis, isti 3. maii an. 304., nescio, quo pacto dici possint martyrio coronati in Thebaide sub Ariano praeside. Nam die 6. maii hoc eodem anno *Arianus* in actis memphiticis S. martyris Isaac memoratur *praeses* in *Hormes*: praeses vero Thebaidis dicitur, mea quidem sententia, an. 303. in actis S. Apa Tia. Sed haec difficultas penitus evanesceret, si ut *Castrum Babylonis*, sic & *Hormes* pertinuisset ad praesidem Thebaidis. Qua tamen de re nihil certi proferre me posse sentio. Quanquam, ne sic quidem omnis difficultas sublata esset; nisi prius *Hormes* civitas, quae diebus navigationis *sexdecim* distabat a *Taubah*, posita ostendatur in sinu Thebaidis. Verum, si nobis via fortasse ad haec omnia apte inter se concilianda interclusa fuerit, quid erit quod nobis vetet, ne ad 28. aprilis, & 3. maii an. sequentis 305. emortualem illorum SS. diem transferamus?

Digitized by Google

mus ? Satius deinde esset cum Ughello ex Gr. Menologio martyrium S. Paphnutii in annum quidem 304. sed in diem 24. cum Graecis Meneis, vel in 25. septembris conferre. His adde, quod martyrium S. Ariani antea praesidis Thebaidis Graeci in magno eorum officio celebrant una cum Thyrso, & sociis eiusdem passionis, die 14. decembris concurrentis cum anno desinente 305. Hoc pacto latissimi temporis spatium relinquitur, quo Arianus an. 304. praeses primum in *Hormes* die VI. Pachon., XI. maii an. 304. *S. Isaac*, deinde in *Thebaide*, XXIII. Pharmuthi *XXVIII*. aprilis, S. *Paphnutium*, & *XXVIII*. Pachon, *III*. maii *SS. Thimotheum*, & *Mauram* an. 305. martyrio afficere potuerit.

Non omittam heic mei *Boniourii* observationes ab eo editas in *Append. altera de tempore Serapiorum &c.* Principio emendat in graeca epocha actor. *SS. MM. Philemonis*, *Apollonii*, & *Ariani* numerum ἰικάδι, 20. *Phammenoth secundum orientales*, quem amanuensis incuria 'κ pro 'η mendose positum censet. Ibi dein, ubi viri Sancti martyrium consummasse dicuntur anno *tertio* Diocletiani pro γ. 3. legendum admonet ιγ. 13. Quibus semel positis, diem *octavam* Phammenoth spectatam secundum orientalem Antinoitarum morem in *anno* eorum *vago*, concurrere ostendit cum die *decimaquarta* decembris *intra illud quadriennium*, *quod ab anno Christi* 296. *ad annum* 300. *computatur*: sicque *Philemonem*, *Apollonium*, & *Arianum* Martyrii palmam obtinuisse tradit eodem quidem die 14. decembris nostri, *octava* vero *Phammenoth* Aegyptii, idest *quarta martii*, *pridiana festi*, quod *Isidis navigium* nuncupatum, & 5. martii celebratum ab *Ariano* tunc Ethnico *praeside* in act. S. Philemonis indicatur; sed non eodem anno, immo prorsus diverso ab eo, quo ceteri, *Arianum* martyrium fecisse constituit. Eaque de caussa id etiam permittit, ut si quis velit, verba illa actorum *anno tertio Diocletiani* ...... *ambo* ( Philemon, & Apollonius ) *sub Ariano praeside fidem*

 *con-*

*confessi sunt*, accipere possit, *de anno tertio computato ante passionem Ariani praesidis*. Nec ideo tamen Boniourius a recta Diocletianeae persecutionis epocha a *Lactantio*, & *Eusebio* tradita vel latum unguem recedit, quinimo eam arcte ubique sequitur: sed ob nimiae auctoritatis pondus, quod *Graecis* actibus trium illorum MM. tribuit, digitum intendens in illam inscriptae epochae formulam κατὰ ἀνατολικὰς *iuxta orientales*, in illorum dignitate tuenda vires ingenii & eruditionis suae, ductis subsidiis a calculis *anni vagi orientalium Aegyptiorum*, eorum scilicet, qui ad orientem Nili sedes tenebant, exercuit.

Ceterum Boniurio praecesserant viri doctissimi Bollandi continuatores *Henschenius*, & *Papebrochius*, qui nullo agnito mendo in utraque Graecor. actor. epigraphe, Philemonis, & *Apollonii* sub *Ariano Martyrium* in VIII. Phamenot, IV. martii anno Diocletiani III. aer. chr. CCLXXXVII. contulerunt. Longius a vera epocha abierat Ven. Card. Baronius, summis alioqui doctrinae & pietatis titulis in ecclesia clarus, qui horum SS.MM. gesta ad an. I. *Decianae* persecutionis retraxit. Quae omnia eo spectant, ut intelligatur quam parum necesse sit plura de anno Martyrii Philemonis, & Apollonii ex graecis latinisque monumentis disquirere, quando iam in confesso sit apud omnes huius aevi nostri doctissimos viros par illud MM. generosam mortem obiisse pro Christo die 8. Phamenoth IV. martii nostri in Diocletiani persecutione sub *Ariano praeside Thebaidis* an. 304., vel etiam 305., si is sub huius anni exitum passus est 14. *decembris*. Nam si quid fidei praestandum est actis nostris memphiticis, ea, quae sunt de Martyrio S. *Apa Isaac*, inter vivos exhibent *Arianum* non solum post 8. Phamenot, 4. martii, sed etiam post VI. *Pachon*, XI. maii anni proculdubio aut 304. aut, ut ego credo 305. Itaque S. Martyrem *Paphnutium* coronatum colloco sub hoc anno ad diem 28. aprilis, *Timotheum*, & *Mauram* ad 3. maii, sed certius sub an. sequenti 305.

quo *Arianum* in actis nostris memphiticis diserte aperteque lego *praesidem Thebaidis*.

Tillemontii iudicium de actis *SS. Timothei*, & *Maurae* a Bollandianis Hagiographis ad 3. maii editis aequum est. *Sont, dit-il* ( Bolland. ) *écrits d' une maniere simple & assès semblable à ceux qui sont tirez du greffe, & que nous estimons le plus. Ils ont en effet de la simplicité; & n'ont point les faux ornemens des nouveaux grecs*. Hactenus recte. Addit tamen, *mais avec cela je ne sçay, s'il n'y a point lieu de craindre, qu'ils ne soient au moins alterez & meslez de quelques fictions*. Sed si unum vel alterum ex his, quae Tillemontius obiicit, excipias; quippe quae nonnulla consideratione digna videri possint; cetera tamquam morose nimis, & scrupulose excogitata, mea quidem sententia, spectanda sunt. Illud inter cetera tamquam sibi incertum, in actorum scriptore suspicioni obnoxium censet, quod *Maura* sponso suo Timotheo dixerit. *Quum vero sabbatum, aut Dominica venerit, quis demum legerit libros tuos*? Ad haec enim verba Tillemontius respiciens ait: *l'auteur suppose assès clairement que les chrêtiens tenoient alors leurs assemblées ordinaires le Samedi comme le dimanche: Ie ne sçay neanmoins si l'on trouveroit que ce fust alors la pratique de l' Egypte*. Qui vero? longe praeclarius est testimonium, quod huic Aegyptiacae ecclesiae disciplinae eodem omnino persecutionis tempore, reddidit in urbe *Penge* S. M. *Epime* interrogatus a *Culciano* praeside de presbyteris, de codicibus sacris, deque omni instrumento christiani sacrificii in vico suo *Pancoleusi* adhibito. Vide pag. CXX. Hinc ego miror tam inmensae lectionis, & ingentis doctrinae hominem, qualis erat Tillemontius, dum talia, quae iam audivimus, scriberet, non animadvertisse scriptores omnes ecclesiasticos, quorum aliqui aut Diocletianeae persecutioni coaevi, aut suppares, & aetate proximi ei fuerunt, ubi de sacris *Synaxibus* IV. eccl. sec. apud Aegyptios scribunt, nihil tam

 per-

perspicue commemorare quam *sabbatum*, & *dominicam*; tamquam duos liturgicos dies Eucharisticae Communioni celebrandae destinatos. Et unde id, nisi ex antiquissima traditione patrum, quae non in ipsius modo persecutionis aestu, sed & ante in Aegyptiorum ecclesiis de duobus hisce liturgicis diebus vigebat? Sed nimis multa de his. Ad seriem nostram chronologicam redeo.

*LYSIAS* hoc eodem 304. & *secundo* persecutionis anno, praeses erat in *Gemenuti*, alias *Semenuda*, & urbe, & Nomo, inferioris Aegypti intra *Delta*.

Sub Eo prima iudicii actio in S. puerum, & M. *Anoub*.

*MARTYRES* in *Gemenuti* 8000.

*CYPRIANUS* praeses *Athribis* urbis & Nomi Athribitici.

*EUHIUS* Στρατηλάτης militiae ductor consors ibidem iudiciorum ex Diocletiani nutu adversus christianos.

*Sub iisdem secunda iudicii acta in S. Apa Anub*.

*MAGMENTIUS* (forsan Magnentius) *praeses Thmuitanus quum Athribem accessisset, audito tumultu christianae multitudinis fidem suam in unum Deum S. Anoub constanter profitentis, ingressus concilium, in quo collecti erant Cyprianus, Euhius, & Lysias, magno edito clamore, eis caecitatem mentis exprobrat, quod non videant splendidissima signa virtutum, & gloriae, quibus Martyres suos Christus mirifice illustrat, & protegit*: Est hoc certum viri christiani indicium suo ipsius ore confirmatum.

*Inde pro Christo MARTYRES facti in Athribe octingenti*, & *octoginta*, die VIII. *Pachon*, XIII. *maii*.

*Epistola Cypriani, Lysiae, & Euhii nomine ad Armenium, qua exul, & catenis vinctus mittitur Alexandriam S. Puer Anub*.

*Praeses* (cuius nomen reticetur in actis) *Vici Touphot*.

*SANCTI PAESI, & THECLA in Thebaide primum, deinde Alexandriae suppliciis affecti, tandem in vico* TOU-

***TOUPHOT*** *sub illius praeside iam iam commemorato, capite caesi, una cum* *SENE PRESBYTERO* *martyrii coronam consecuti sunt* die circiter XVIII. maii.

*MULIER energumena annorum XLVI. in Touphot, conscendit in eandem navim, in qua erant* S. Apa Anoub & praesides. Quum gubernator *Touphot milites Athribenses monuisset, ut e conspectu publico amoverent magum Anub, ne ei adhaeresceret quotquot ipsum vidissent, illi continuo vim fecere mulieri, ut eam e navi abstraherent. Illa mox in has voces erupit,* vivat Dominus: Qua via vos ducitis Apa Anoub, eandem & ego cum eo ingrediar, ut Martyr ipsa sim pro nomine Christi. *Milites mox eum, ut in littus descenderet, trahebant. At illa* ̀ⲙⲡⲓⲙⲟⲛⲟⲃⲟⲗⲟⲥ *saltu, quosdam veluti clamores edens, e navi exilit. Tum miles rapido gladii ictu ei tamquam martyri caput abscidit* ⲛ̀ⲥⲟⲩ ⲓⲍ ⲙ̀ⲡⲁⲱⲛⲓ *XVII. Paoni, XXIII. iunii.*

*S.APA ANOUB Alexandriam introductus die* ⲃ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲉⲡⲓⲡⲓ *secundo epip, octava iulii. Tertia Iudicii actio habita alexandriae apud Armenium ducem.* Anoub *pluries cogitur adorare Apollinem maximum aliosque deos. Mira constantia renuit, nec ullis, quamvis saevissimis, horrendisque suppliciis, vinci potuit. Rogatus a militibus, in nomine Iesu Christi imperat draconi, qui collo Armenii arcte circumvolutus formidandum in modum eum affligebat, ut inde evolutus discedat; & ille extemplo discedit. Praesentes, qui aderant obstupescunt, & in Christi laudes erumpunt, valido clamore iterum atque tertio clamantes:*

ϫⲉ ⲧⲉⲛϩⲁϯ ⲉⲓⲏ̅ⲥ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲫϯ ⲛⲁⲡⲁ Ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲡⲓⲣⲉⲙⲛⲁⲏⲥⲓ: ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲉⲣⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲓⲛ ϫⲉ ⲁⲛⲟⲛ ϩⲁⲛⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲕⲉⲗⲉ̂ ⲙ̀ⲯⲩⲭⲏ ⲁⲩⲱⲗⲓ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲁⲫⲉ ⲛ̀ϯⲥⲏϥⲓ ⲛ̀ⲥⲟⲩ ⲏ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲉⲡⲏⲡ:

credimus in Iesum Christum Deum Apa Anoub *Naisensis*: & *palam professi sunt dicentes*. Nos christiani sumus.

*Eorum*

*Eorum sex , & triginta capite obtruncati , Martyres occubuere die VIII. mensis epip , XIII. iulii .*

*Tandem superatis extremis formidandi Hermetarii cruciatibus , ultimam in se mortis sententiam ab Armenio scribi pronunciarique audit in haec verba :*

Ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲡⲉ ⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓⲣⲉⲙⲛⲁ//
ⲏⲥⲓ ⲫⲁⲓ ⲧⲁϥⲉⲣⲁⲑⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲁϯⲕⲉⲗⲉⲩ//
ⲥⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲁⲟ̅ⲥ ⲛⲟⲩⲣⲟ : ⲙ̀ⲡⲉϥⲟⲩⲱϣϯ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲟ//
ⲩϯ : ϯⲉⲣⲕⲉⲗⲉⲩⲓⲛ ⲉⲑⲣⲟⲩϭⲓⲧϥ ⲥⲁⲃⲟⲗ ϯⲃⲁ//
ⲕⲓ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲱⲗⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥⲁⲫⲉ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲥ ⲛ̀ⲧⲥⲏϥⲓ...
ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲉⲧⲁⲩⲉⲛϥ ⲉⲡⲓⲙⲁ ⲉⲧⲉϥⲛⲁ//
ϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̀ⲛⲏⲉⲧⲁⲙⲟⲛⲓ ⲙ̀//
ⲙⲟϥ : ϫⲉ ϯ ϯϩⲟ ⲉⲣⲱⲧⲉⲛ ⲛⲁⲥⲛⲏⲟⲩ ⲱⲟⲩⲛ̀ϩ//
ⲏⲧ ⲛⲉⲙⲏⲓ ⲛⲟⲩⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ⲧⲁϯⲛⲟⲩ ⲉⲩⲭⲏ ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ
ϩⲟⲡⲱⲥ ⲛ̀ⲧⲉϥϣⲱⲡ ⲙ̀ⲡⲁⲡⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲣⲟϥ : ⲧⲟⲧⲉ ⲁⲩ//
ⲭⲁϥ : ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲱϣ ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲛ̀ϧⲣⲱⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ
ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ⲡⲁⲟ̅ⲥ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲫⲏ ⲉⲧⲁⲓ//
ϣⲟⲡ ⲛⲁⲓ ϭⲓⲥⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱϥ ( pro ⲉ//
ϫⲱⲕ ) ⲉⲕⲉϣⲱⲡ ⲉⲣⲱⲕ ϯⲛⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲁ ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ϧⲉⲛ
ⲟ̀ⲩⲛⲟⲩ ⲉⲑⲛⲁⲛⲉⲥ : ϫⲉⲟⲩⲏⲓ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲉⲧⲁⲓϣⲉⲡ ⲛⲁⲓ
ϭⲓⲥⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲑⲃⲉ ⲧⲁⲓ ⲟⲩⲛⲟⲩ ⲑⲁⲓ : ⲙⲁⲣⲟⲩ//
ⲫⲱⲧ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲁⲣⲟⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲇⲓⲙⲱⲣⲓⲥⲧⲏⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲁ//
ⲙⲉⲛϯ ⲛⲉⲙ ⲛⲓϩⲟ ⲉⲩⲥⲉⲃⲏⲟⲩⲧ ⲉϯⲥⲱⲟⲩⲛ ⲙ̀//
ⲙⲱⲟⲩ ⲁⲛ : ⲛⲁⲓ ⲉⲧⲥⲑⲟⲣⲧⲉⲣ ⲛ̀ϯⲯⲩⲭⲏ : - ⲙ//
ⲁⲣⲉ ⲡⲓⲁⲣⲟ ⲛ̀ⲭⲣⲱⲙ ⲉⲧϩⲓϫⲟⲗ ϩⲉⲣⲓ ⲙ̀ⲡⲁⲙ̀ⲑⲟ
ϣⲁϯ ⲉⲣϫⲓⲛⲓⲟⲣ ⲙ̀ⲙⲟϥ : ⲙⲁⲣⲟⲩⲫⲱⲧ ⲛ̀ϫⲉⲛⲓ//
ⲉⲝⲟⲩⲥⲓⲁ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧϩⲱⲟⲩ : ⲛⲁⲓ ⲉⲧϯⲥⲃⲱ ⲛ̀//
ⲛⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ : - ⲙⲁⲣⲉⲛⲉⲕⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ
ⲛ̀ⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲉⲣⲟ̅ⲥ̅ ⲉⲧⲁⲯⲩⲭⲏ : - ⲙⲟⲓ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲟⲩ//
ϩⲙⲟⲧ

ϩⲙⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲁⲥⲱⲙⲁ ϩⲓⲛⲁ ⲣⲱⲙⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲑϣⲱⲛⲓ
ϧⲉⲛ ϫⲓⲛϣⲱⲛⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲕⲁⲛ ϧⲉⲛ ⲟⲩϧⲙⲟⲙ ⲕⲁⲛ
ϧⲉⲛ ⲟⲩⲁⲣⲟϣ ⲕⲁⲛ ϧⲉⲛ ⲟⲩϣⲱϣ ⲛ̀ⲥⲱⲙⲁ: ⲕⲁⲛ
ϧⲉⲛ ϣⲱⲛⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧϩⲱⲟⲩ: ⲉϥϣⲱⲡ ⲁⲩϣⲁⲛⲓ
( pro ⲁⲩϣⲓⲛⲓ ) ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲁⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲥⲉⲧⲟⲃϩ,
ⲙ̀ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉⲕⲉⲧⲁⲗϭⲟⲟⲩ: ϫⲉ ⲫⲱⲕ ⲡⲉ ⲡⲓⲱⲟⲩ
ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ: ⲁⲙⲏⲛ ⲛⲁⲓ ⲇⲉ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲁⲃ̅
ⲙ̀ⲙⲁⲧⲟⲓ ⲁⲙⲟⲛ ⲙ̀ⲡⲉϥϭⲛⲁϩ ⲃ̅: ⲁⲩϭⲟⲗⲕϥ
ⲉⲃⲟⲗ: ⲁϥⲓ̀ ⲛ̀ϫⲉⲟⲩⲥⲕⲉⲡⲱⲗⲁⲧⲱⲣ ⲁϥⲥⲱⲟⲩ=
ⲧⲉⲛ ⲛⲁϥ ϩⲉⲛ ⲧⲉϥⲥⲏϥⲓ ⲁϥⲱⲗⲓ ⲛ̀ⲑⲛⲁϩⲃⲓ
ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲙⲟϥ:- ⲁϥⲓ ⲉ=
ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲟⲩⲥⲛⲟϥ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲉⲣⲱϯ: ⲁ=
ϥϯ ⲙ̀ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲛ̀ⲥⲟⲩ ⲕ̅ⲇ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲉⲡⲏⲡ ⲛ̀ⲟⲩⲉ=
ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲕⲩⲣⲓⲁⲕⲏ ⲛ̀ⲁϫⲡ ⲑ̅ ⲙ̀ⲡⲓϩⲉⲟⲟⲩ:- Ⲓⲟⲩ=
ⲗⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲡⲓⲣⲉⲙϫⲃⲉϩⲥ ⲁϥⲙⲟⲩ ⲛ̀ϩⲏⲧ ϣⲁⲧ=
ⲫⲁϣⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲉϫⲱⲣϩ, ⲁϥⲓ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡ=
ⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲉϥⲥⲓϯ ⲉⲃⲟⲗ ⲁϥⲧⲁϩⲟϥ ⲁϥⲧⲏⲓϥ ⲉ=
ϧⲣⲏⲓ ⲉⲟⲩⲥⲩⲛⲇⲟⲛⲓⲟⲛ ⲁϥϯ ⲉⲣⲟϥ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲥⲑⲟⲓ=
ⲛⲟⲩϥⲓ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲛⲉϩ, ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲏⲣⲡ ⲁϥⲧⲁⲗⲟϥ ⲉ=
ⲟⲩϫⲟⲓ ⲛⲉⲙ ⲕⲉ ⲅ̅ ⲙ̀ⲃⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲁⲩⲥⲱⲕ ⲉⲣⲏⲥ
ⲛⲉⲙⲁϥ ⲛ̀ⲅ̅ ⲛ̀ⲉϩⲟⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲃ̅ ⲛ̀ⲉϫⲱⲣϩ ϣⲁⲧⲟⲩ=
ⲫⲟϩ ⲉⲟⲩϯⲙⲓ ϫⲉ ϣⲉⲑⲛⲟⲩϥⲓ: ⲁⲩⲓ ⲉϧⲏⲧ ϧⲉⲛ
ⲫⲓⲁⲣⲟ ⲁⲩϣⲓⲛⲓ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲙⲱⲓⲧ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ⲛ̀ⲥⲁ=
ⲡⲑⲟϣ ⲛⲓⲙⲉϣϣⲟϯ:- ⲉⲧⲁⲩⲥⲱⲧⲉⲙ ⲇⲉ ⲛ̀ϫⲉⲛⲓ=
ⲣⲱⲙⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉϥϯⲙⲓ ⲁⲩⲣⲁϣⲓ ⲙ̀ⲙⲁϣⲱ: ⲁⲩⲓ
ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲩⲉⲛϥ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉⲡⲉϥϯⲙⲓ ⲛ̀ⲁⲛⲥⲓ ⲛ̀ϫⲱⲡ
ⲁⲩⲧⲏⲓϥ ⲉⲟⲩⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ⲕⲁⲡⲯⲁ ⲁⲩⲕⲟⲡϥ ϣⲁ ⲡⲓ=
ⲥⲛⲟⲩ ⲉⲧⲁⲡⲓⲇⲓⲱⲅⲙⲟⲥ ⲥⲓⲛⲓ ϧⲉⲛ ⲙⲁⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ

ⲛⲧ=

ⲛ̀ⲧⲟⲩⲕⲱⲧ ⲛⲁϥ ⲉⲛⲟⲩⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲕⲁⲧⲁⲡⲉϥⲧⲁ
ⲓⲟ: - .... ⲓⲥϩⲏⲡⲡⲉ ⲁⲓⲧⲁⲙⲟⲧⲉⲛ ⲛ̀ⲛⲏⲉⲧϣⲱⲡⲓ
ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲡⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲭ̅ⲥ̅:-
ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ Ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲡⲓⲣⲉⲙϫⲃⲉϩⲥ ϯⲁⲓⲙⲙⲉⲧⲣⲉ...

Anoub christianum Naisi indigenam inobedientem edicto Domini mei Imperatoris , quod Deos non adorarit , iubeo extra urbem educi , ut caput ei gladio amputetur . . . *Beatus autem quum adductus fuisset ad locum , ubi consummandus erat , dixit iis , qui se vinctum tenebant* : Oro vos , Fratres mei , patientes estote mecum : inducias mihi parumper date , donec mox precibus implorem a Domino, ut suscipiat spiritum meum . *Tunc sibi dimissus, & magna voce clamans sic dixit* : Ita Domine mi Iesu Christe : suscepi ego supplicia , & dolores omnes propter Te , Tu quoque nunc , & in hac hora bona suscipe ad Te spiritum meum : quoniam Domine mi , propter hanc ipsam horam haec supplicia & hos dolores suscepi . Fugiat a me Tortor , & Carnifex Inferni . Facies eorum , quorum studium est humiliare & opprimere , fac ne videam , neve sciam . Hi sunt conturbatores animae . Fac , ut fluvius ignis fluctuantis & procellosi sedatus coram me sit , donec illud pertranseam . Fugiant potestates omnes malignae : hae sunt , Magistrae , & praeceptrices omnium peccatorum . Angeli lucis regant , & protegant animam meam . Da , Domine mi , gratiam corpori meo , ut omnibus hominibus , quibusvis morbis aegrotantibus,etsi febribus , etsi fracturis , etsi ulceribus corporis , etsi alia quavis maligna aegritudine laborarint , si visitantes super corpus meum invocaverint deprecando NOMEN TUUM , eis Tu sanitatem largiaris ; QUONIAM TUA EST GLORIA IN AETERNUM . Amen .

*Haec quum dixisset accesserunt milites duo , duosque humeros eius apprehendentes prostraverunt eum , Tum accessit spiculator , & se super ipsum cum gladio ex-*

*extendens caput amputavit S. Apa Anoub ; atque ex illo effluxit sanguis , & lac . Spiritum reddidit die* XXIV. *Epip.* XXX. *iulii , die Dominico , hora nona .*

*Iulius autem Chbahes forti patientique animo ad noctem usque mediam exspectavit . Tum ad cadaver sancti accessit , illudque abstractum apprehendit , involvit Sindone condivivitque aromatibus , unguento , & vino : sicque conditum navi imposuit . Servi vero* Iulii *omnino tres cum eo beato corpore triduum , & binoctium remigarunt donec pervenissent ad vicum* Sethnouphi . *Ibi enim in flumine navigantes invenerunt se in viis illis , quibus ducti sunt ad nomum* Meschoti . *Quum id audissent viri illius vici indigenae vehementer gavisi sunt : & obviam exeuntes adduxerunt illud in vicum* Naisi *secreto , & parvae capsae inclusum absconderunt usque dum tempora persecutionis in locis cunctis cessarent , & ecclesiam ei honorificam aedificarent . Ecce vobis enuntiavi res gestas S. Martyris Christi Apa Anoub ego Iulius indigena Chbehes , qui testis fui .*

Sed inter huius nostri admirandi Pueri , & invicti Martyris acta nonnulla sunt , quae mihi magnam de adulterino aliquo additamento suspicionem ingerunt . In Christi Domini , & supernorum civium , quae saepe occurrunt , vitionibus , nihil certe est , quod non tempori , non furori , non saevitiae horrendae persecutionis , non universali christianarum gentium terrori , & concussioni , non summis Ecclesiae periculis , non imbecillae aetati pueri duodennis ad magna gerenda divinitus electi , non denique publicae fidei nostrae gloriae , & firmitati congruum videri omnino possit . Quid enim Dei nostri bonitati tam consentaneum est , quam ut qui infantes facit esse disertos , & qui infirma eligit , ut fortia quaeque confundat , idem ipse puerum suum *Anoub* non modo Archangelorum suorum apparitionibus , sed & sui ipsius veluti conspectu recrearet , erigeret , & animaret tamquam maximum fidei suae Athletam ; atque ita per

eum & victos hostes confunderet, & novos milites, veteribus confirmatis, sub Crucis vexillo ad sanctae religionis suae gloriam, & incrementa colligeret? Priora Martyrum saecula huiusmodi *visionum* prodigiis refertissima sunt. At multa illa & nimis longa colloquia, quae inter Christum, eiusque Angelos, & puerum Anoub tamquam familiariter, & mutuo habita referuntur, ingenium, & artem alienae manus, quae primigeniae Iulii nostri texturae non necessaria subtemina inserere tentarit, spirare videntur. Ceterum aliena a genuinis discernere non admodum difficile est. Haec tamen eo uno consilio, ut quantum fieri possit, brevitati consulerem, a me praetermissa sunt.

Non deerit, qui unum, vel alterum ex his, quae de S.ANOUB narravimus, insigne factum tamquam incredibile in dubium vertere fortasse velit. Huic quid aliud ego reponam, quam quod in re simili dixit Eusebius cap. 9. syntagmatis de MM. Palaestinae: λῆρος ἴσως καὶ μῦθος εὖ οἶδ' ὅτι δόξειν εἶναι τὸ ῥῆμα τοῖς μεθ' ἡμᾶς ἀλλ' οὐχ' οἷσπερ ὁ καιρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπιστώσατο: *Probe video futurum, ut haec quae a me dicta sunt pro nugis forsan, & fabulis habituri sint posteri. At non itidem illi, quibus praesentis temporis fides veritatem rei confirmavit*. Hinc ea est inter *variorum* ad Eusebium *adnotationes* p. mihi 754. veluti axiomatis loco recepta *RUINARTII sententia*: *reiicienda non esse Martyrum acta eo nomine, quod quandoque in eis eiusdmodi* παράδοξα, *& insolita miracula a fidelibus interserta sint*.

CCCV.

ARIANUS ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲑⲉⲃⲉⲓⲥ, PRAESES *Thebeidis* (pro ⲑⲉⲃⲁⲓⲥ) *Thebaidis*.

S.APATIA MARTYR: *Prima eius iudicii actio sub eodem Ariano in castro Babylonis*. Exordium actorum sic est:

ⲁⲥϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲑⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲇⲓⲟⲕⲗⲏⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡⲓⲁⲛⲟⲙⲟⲥ ⲛⲟⲩⲣⲟ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲁϩ ⲅ̄ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥⲙⲉⲛⲧⲟⲛ

ⲧⲟⲩⲣⲟ:- ⲁϥⲧⲟⲩⲛⲟⲥ ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲇⲓⲟⲅⲙⲟⲥ ⲉϫⲉⲛ
ⲛⲓⲭⲣⲓⲥ́ⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛⲉⲧϣⲟⲡ ϧⲉⲛ ⲙⲁⲓ ⲛⲓ-
ⲃⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲉϯⲟⲓⲕⲟⲩⲙⲉⲛⲏ ⲧⲏⲣⲥ:ⲟⲩⲟϩ ⲟⲩⲙ̀ϣⲁⲁⲩ-
ⲉⲣⲁⲅⲱⲛⲓⲍⲉⲥⲑⲉ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅
ⲡⲭ̅ⲥ̅ : - ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲙⲡⲁⲣⲣⲏⲥⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲁ-
ⲩϯ ⲛ̄ϯⲙⲉⲧⲙⲉⲑⲣⲉ ϧⲁⲧⲁⲛⲁⲥⲧⲁⲥⲓⲥ ⲙⲡⲭ̅ⲥ̅ : -
ⲛⲉⲙ ⲧⲉϥϫⲓⲛϣⲉ ⲉⲡⲥⲱⲓ ⲉⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ : ⲛⲉⲙ ⲧⲉϥ-
ϫⲓⲛϩⲉⲙⲥⲓ ⲥⲁⲟⲩⲓⲛⲁⲙ ⲙⲡⲉϥⲓⲱⲧ ⲛ̀ϩⲣⲏⲓ ϧⲉⲛ
ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ: ⲉⲁⲩϭⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲭⲗⲟⲙ ⲛ̀ⲧⲉϥϯⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲓⲁ
ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲧϥ ⲙⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̀ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ: -

*In Regno impii Imperatoris Diocletiani, anno tertio Regni eius, excitata est magna persecutio adversus christianos omnes, qui in locis omnibus universae habitabilis terrae versabantur; quique, ut dignum erat, pugnarunt pro nomine Domini nostri Iesu Christi, & magna cum fiducia, & alacritate testimonium dantes de Resurrectione Christi, deque illius Ascensione in Caelum, eiusque sessione ad dexteram Patris sui in Caelis, consecuti sunt coronas confessionis suae ab eodem Domino, & Servatore nostro Iesu Christo.*

Cave tamen, ne putes epocham heic designari imperii, quod Diocletianus a die creationis suae suscepit. Omnia enim, quae mox sequuntur necessario demonstrant, ea numerali nota ⲡⲓⲙⲁϩ ⲅ̅ ⲛ̀ⲡⲣⲟⲙⲡⲓ annum quidem Imperii Diocletianei, seu imperii *tyrannici*, cuius initium sumi debeat a die commotae persecutionis. Eadem exprimendae huius epochae formula migravit ad Graecos. Nam *Petrus asceta*, qui (apud Euseb. de MM. Pal. c. 10.) *Apselamus vocabatur .... velut aurum purissimum per ignem probatus, suae in Christum fidei in urbe Caesarea illustre specimen edidit*, (ante diem tertium Idus Ianuarias,) in Graecorum Menologio, ut refert Valesius in eum Eusebii locum, idem *Petrus* dicitur, *anno sexto Imperii* Dio-

*Diocletiani*, *ignis certamine exacto victima Deo grata oblata est*. *In quibus verbis*, statim subdit Valesius ipse, *obiter notandum est*, *annum sextum Imperii Diocletiani poni pro anno sexto persecutionis*. Simile quid etiam occurrit in Actis SS. *Philemonis*, & *Apollonii*, ubi secundum graecum textum apud Bolland. ἐν ἔτει τρίτῳ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ, passi dicuntur *anno tertio Diocletiani sub Ariano Thebaidis praeside*, anno scilicet tertio persecutionis.

Quod si docti Hagiographi Bollandiani, & Boniourius animadversissent, nec illi de an. aer. vulg. 287. nec iste de numero mendoso γ 3., pro ιγ 13., ut responderet epochae 297. tamquam anno emortuali illorum SS. MM.; quo tamen chronotaxis Diocletianeae persecutionis mire turbatur; cogitassent. Hoc itaque *anno* Persecutionis III. aer. Christ. 305. praeclarum martyrii certamen aggressus est *S. Apa Tia*. Quo enim tempore persecutionis furor in christianos omnes saeviebat, ϧⲉⲛ ⲡϫⲓ-

ⲛⲑⲣⲉϥⲙⲟⲛⲓ ⲇⲉ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ ⲛ̀ϫⲉⲁⲣⲓⲁⲛⲟⲥ
ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ: ⲁϥϩⲟϫϥⲡϥ (! ⲁϥϩⲱⲡϥ) ⲉϧⲟⲩⲛ
ⲉⲟⲩⲙⲁ ⲉⲙⲁⲩⲁⲧϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲧⲓⲁ :
ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁϥⲧⲱⲃϩ ⲙ̀ⲫϯ, ϧⲉⲛ ϩⲁⲛⲉⲣⲙⲱⲟⲩⲓ
ⲉϥⲙⲏⲛ ⲉⲑⲣⲉϥϫⲱⲣ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲓⲇⲓⲱⲅⲙⲟⲥ ⲉⲧ-
ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲉϥϩⲟⲓ: ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉϥϯ ϫⲱⲕ ⲛ̀ⲡⲓⲭⲣⲁ-
ⲥⲙⲟⲥ: ⲉⲧⲁϥⲧⲁⲥⲑⲉ ⲧⲉϥⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲉⲟⲩϩⲓⲣⲏ-
ⲛⲓ: ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲉϥϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲉϥ-
ϣⲉⲙϣⲓ ⲕⲁⲧⲁ ⲧⲉϥⲥⲩⲛⲏⲑⲓⲁ̀ ⲁϥϩⲱⲣⲡ ⲛ̀ϩⲓⲛⲓⲙ
ⲛ̀ⲟⲩⲕⲟⲩϫⲓ : ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲁϥⲟⲩⲟⲛϥ ⲉⲣⲟϥ
ⲛ̀ϫⲉⲡ̅ⲟ̅ⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲟⲣⲁⲙⲁ ⲉϥⲟⲓ ⲙ̀ⲡⲙⲟⲧ ⲛ̀ⲟⲩⲁ-
ⲗⲟⲩ ⲛ̀ⲥⲁⲓⲉ ⲉϥⲉⲣⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲉⲡⲓϩⲟⲩⲟ : ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉ-
ϫⲁϥ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲉⲑⲃⲉⲟⲩ ⲕⲉⲛⲕⲟⲧ ⲉⲣⲉⲡⲓⲁⲅⲱⲛ ⲥⲏⲡ
ⲉⲃⲟⲗ : ⲧⲱⲛⲕ ⲟⲩⲛ ⲁⲣⲓⲁⲅⲱⲛⲓⲍⲉⲥⲑⲉ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲁ-
ⲣⲁ-

ⲣⲁⲛ ϫⲉ ϩⲓⲛⲁ ⲉⲕⲉϭⲓ ̀ⲙⲡⲓⲭ̀ⲗⲟⲙ ⲛⲁⲑⲗⲱⲙ ⲉⲃ⸗
ⲟⲗϩⲓⲧⲟⲧ : ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲉϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ
ⲛ̀ⲕⲁⲗⲱⲥ ̀ⲙⲡⲓⲁⲅⲱⲛ ⲉⲑⲛⲁⲛⲉϥ ⲛ̀ⲧⲉϯⲟⲙⲟⲗⲟ⸗
ⲅⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲁϭⲓⲧⲕ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲡⲁⲓⲱⲧ : ⲛ̀ⲧⲁⲉⲣⲡⲣⲟⲥⲉ⸗
ⲛⲉⲅⲕⲉ ̀ⲙⲙⲟⲕ ⲛⲁϥ ϩⲱⲥ ⲇⲱⲣⲟⲛ : ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲓ⸗
ⲣⲏϯ ⲛ̀ⲧⲉⲕϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲟⲩⲛⲟϥ ⲛ̀ⲁⲧⲥⲁϫⲓ ̀ⲙ⸗
ⲙⲟϥ : - ̀ⲙⲡⲉⲣⲉⲣϩⲟϯ ⲟⲩⲛ ϧⲁⲧϩⲏ ⲛ̀ⲛⲓⲃⲁⲥⲁ⸗
ⲛⲟⲥ : - ⲁⲛⲟⲕ ⲅⲁⲣ ⲛⲁϣⲱⲡⲓ ⲛⲉⲙⲁⲕ ϧⲉⲛ ⲛⲉⲕ⸗
ⲑⲗⲩⲯⲓⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ : ⲕⲁⲓ ⲉⲧⲉⲕ ⲛⲁϣⲱⲡⲟⲩ ⲉϫⲉⲛ
ⲡⲁⲣⲁⲛ : - Ⲡⲗⲏⲛ ϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩϫⲱⲣⲓ ⲛ̀ⲣⲉϥⲉ⸗
ⲣⲁⲅⲱⲛⲓⲍⲉⲥⲑⲉ : ⲕⲁⲓ ⲇⲉ ⲉⲧⲁⲩϫⲟⲧⲟⲩ ⲛⲁϥ ⲛ̀⸗
ϫⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ ⲛ̀ⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲁϥⲕⲏⲛ ⲉϥⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟϥ : ⲟ⸗
ⲩⲟϩ ⲁϥϣⲱⲣⲡ ϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ϯⲟⲩⲛⲟⲩ : - ⲧⲟⲧⲉ...

*Quum ingressus fuisset Babylonem Arianus praeses, occultavit se in loco solitario S. Apa Tia: & orabat multis cum lacrymis Deum assidue supplicans, ut dissiparet persecutionem gregi suo incubantem, & finem imponeret aestui tentationum, et pacem restitueret ecclesiae suae. Dum vero hoc orandi officium secundum consuetudinem suam impleret, ei somno parumper abrepto in visione apparuit Dominus sub forma pulcri infantis mirum in modum splendentis, qui & eidem dixit*: Eccur dormis? Expositum tibi est certaminis periculum. Surge ergo, & in agone pugna pro nomine meo; ut a me immarcescibilem coronam accipias: & in consummando pulcre certamine tuo, quod bonum ex tua ipsius confessione erit, te introducam ad Patrem meum, & ei te offeram tamquam donum: & ita sis in gaudio ineffabili. Ne igitur timeas ante faciem tormentorum; tecum enim ero in cunctis cruciatibus tuis, quos pro nomine meo suscipies. Veruntamen ea tu suscipe viriliter fortiterque certando. *Quae ut dixit servator bonus, finem accepit visio: eique diluculum statim illuxit.*

Tunc

*Tunc ea mirabili visione animatus* Tia *in castrum ingressus apparuit inter milites, quorum universam* ⲛϯⲥⲡⲏⲣⲁ legionem *congregari iusserat* Arianus *coram Tribunalis sui sedem, ut audito Diocletiani edicto, ad unum omnes Deos ibi publico cultui propositos adorarent. Sed, quum ceteri milites ad praesidis nutum eos adorassent, unus in legionis medio observatus est* Apa Tia, *qui erecto collo ne caput quidem in idololatricae adorationis signum inclinarat. Hunc itaque Arianus ad se adduci imperat: quumque adductus fuisset*, quare ( *ad eum inquit*, ) Deos non adorasti secundum Imperatorum. edictum? *Cui ille*;

ⲁⲛⲟⲕ ⲉⲓϣⲉⲙϣⲓ ̀ⲙⲫϯ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲧⲫⲉ ⲡⲁⲟⲩⲣⲟ ̀ⲙⲙⲏⲓ: ⲡⲥⲱⲧⲏⲣ ̀ⲙⲡⲓⲥⲱⲛⲧ ⲧⲏⲣϥ ⲉⲧⲟⲩⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟϥ: ⲛⲉⲙ ⲫⲏ ⲉⲧⲉⲛⲥⲉⲧⲟⲩⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟϥⲁⲛ: ⲫⲏ ⲟⲛ ⲉⲧⲉϥⲛⲓϥⲉ ̀ⲛⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ϫⲏ ϧⲉⲛ ⲛⲉϥϫⲓϫ ⲉϥⲟⲩⲱⲧⲉⲃ ⲉⲃⲟⲗ ̀ⲛⲛⲓⲟⲩⲣⲱⲟⲩ: ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲟⲓ ̀ⲛϩⲟϯ ⲉⲛⲓⲁⲣⲭⲱⲛ: ⲉϥϣⲁⲛϣ ⲇⲉ ̀ⲛϯⲕⲧⲏⲥⲓⲥ ⲧⲏⲣⲥ ϧⲉⲛ ⲧⲁⲅⲁⲡⲏ ̀ⲛⲧⲉⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ:

Ego adoro Deum, qui est in Caelo, Regem meum verum, qui salvator est omnis creaturae visibilis, & invisibilis: qui etiam inspirat omnibus qui in manibus eius sunt, qui transfert Reges, principibus timorem incutit, & nutrit omnem creaturam in charitate benignitatis suae erga homines. „Hinc irae, & furores Ariani in adolescentulum *Apa Tia* incredibiles. Eum arcte ligatum tradit quatuor robustis militibus, more pilae lusoriae ultra citroque inter se mutuo agitandum, ut, saepe errante ludentium manu, iactati corpusculi globus praecipiti casu humi rueret contusis membris, ossibusque diffractis. Mox scalptis, perfossisque calcaneis, eisque insertis funibus, per saxa quaevis aspera, donec copiosus ex lacerato corpore sanguis flueret, eum raptari immanissime iubet. Tum & vinculis undique constrictum in ardentissimum

rogum

rogum iniici imperat. Sed Deus, qui antea salvum, & incolumem pugilem suum omnipotenti virtutis suae brachio reddiderat, nunc quoque missa repente de Caelo ingenti aquarum pluvia ignem extinxit; simulque vox in auribus admirabilis athletae ex aethere insonuit dicens: „ Victoria Tibi, & Solamen; quoniam ego tecum sum, ut liberem te, nec ego te deseram. „

Quibus prodigiis multitudo civium commota, *magnus* (clamabat) *est Deus christianorum*, & *unus est Deus S. Abbatis Tiae*. Haec prodigia, & hos clamores metuens Arianus eum in carcerem contrudi iussit, donec prospiceret, quid consilii de eo caperet. At *Arianus* audita fama sanationum, & miraculorum, quae S. *Apa Tia* in carcere tanta copia, & celebritate patrabat, ut ipsa pene Apostolorum tempora reduxisse videretur, licet ea viribus magiae tribueret, partim tamen ira, partim valido timore commotus, ne populi multitudo fidei & religioni Sancti Abbatis *Tia* adhaereret, summatibus suis consultis, de morte ei inferenda non Babylone, sed alibi cogitavit; adeoque eum in *Peremoun* trucidandum ad *Pompium* misit. Vide epistolam Ariani pag. C.

POMPIUS itaque, sive POMPEIUS PRAESES *erat in Peremoun*.

Sub eo habita est *secunda*, & *extrema iudicii actio in S. Apa Tia*. Quo die catenis obstrictus perductus est Athleta Christi in *Peremoun*, quum vespertinae tenebrae imminerent, non est auditus a Praeside; sed tantum carceri addictus ad matutinum usque tempus diei sequentis. Tum ad Tribunal Iudicis accitus, & a Lictoribus eo adductus, interrogatus est a Pompio: „ Es ne tu Apa „ Tia magus ad nos missus a praestantissimo Ariano, „ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲑⲉⲃⲁⲓⲥ, praeside Thebaidis? „ *Ille respondit*: „ Ita quidem, ego sum Apa Tia, sed non „ magus, neque fiet unquam, ut ego magica opera exer- „ ceam: at Christianus sum servus Christi veri Dei. „

*Sub-*

Digitized by Google

„ *Subiunxit praeses*: „ si vis salvus esse, hunc tuum er-
„ rorem depone, ut veritatem colas, & agnoscas, hono-
„ rans Deos *Salvatores*, ut fias unus de filiis nostris, &
„ gaudeamus de tua fraterna obedientia.„ *Cui Sanctus Chri-*
„ *sti Martyr Tia*. „ O Dux iniquitatis, *respondit*, & con-
„ siliator tenebrarum, amicus corruptionis, qui non co-
„ gnoscis veritatem Dei ! O Fili diaboli, inimice omnis
„ veritatis, non te pudet haec consilia dare servis Chri-
„ sti, ut fiant Athei, & impii sicuti tute ipse es ? Audi
„ me, libere dico : Ego sum Christianus; Nam deum ado-
„ ro christianorum . Abhorreo & exsecror Imperatorem
„ cum suis ipsius diis abominandis, quibuscum proiiciemi-
„ ni in gehennam ignis aeterni, cumque daemonibus quos
„ adoratis : scriptum est enim : Vermis eorum non mo-
„ ritur, & ignis non extinguitur „ . His dictis *Pompius* belluino furore repente excandenscens nullum non horribiliorum suppliciorum genus ad vincendam constantiam Sancti Confessoris *Tia* tentavit. Abscindi ei iussit 'ⲛⲛⲏϯ ( forte ⲛ̀ⲧⲏⲃ, *digitos*, aut ⲛ̀ⲓⲉⲃ, *ungues*) *manuum & pedum*, oculorumque pupillas effossas avelli, eo etiam addito, ut & in vulnera *acetum* cum acrium pulverum copia mixtum ad doloris sensum, acerbitatemque poenae augendam aspergi insinuarique mandarit. In *Hermetarium* deinde tantae effervescentiae coniicitur, ut caro soluta cum sanguine dilapsa flueret. Postea in ignita sede comburendus collocatur : inde in furnum ardenti igne succensum vinctus iniicitur, triduumque ibi clausus manet. Sed quomodo illaesus & incolumis evaserit *praeses* cum suis vehementer admirans dixit. „ Per Deos, Tia, obstupe-
„ sco, quod vivas. *Cui ille* : „ Nonne, praeses, tibi ab ini-
„ tio dixi, ut experimentum sumeres patientiae servorum
„ Christi ? Eius enim omnium temporum statutum est, ut
„ liberet eos qui credunt in ipsum„. Et revera quicquid vulnerum, laesionis, & detrimenti in singulis corporis sui membris ex illatis sibi suppliciis retulerat, sanatum continuo est.

Nam

Digitized by Google

Nam statim atque opem Christi imploravit, Angelum ab eo missum, qui sibi pristinam corporis integritatem repente restituit, praesentem adesse expertus est.

Quae quidem caelestia prodigia quum omnium oculis, mira rerum gestarum evidentia, paterent, ita populorum animos commovebant, ut facere non possent, quin cognita summi operatoris omnipotentia, ad fidei christianae gloriam, continuo exclamarent: ϫⲉ ⲕⲥⲙⲁⲣⲱⲟⲩⲧ ⲫϯ : ⲫⲏ ⲉⲧⲁϥⲛⲉϩⲉⲙ ⲙ̀ⲡⲉϥⲃⲱⲕ ⲁⲡⲁ ⲧⲓⲁ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲭⲣⲱⲙ : ⲟⲩⲁⲓ ⲡⲉ ⲫϯ ⲛ̀ⲛⲓⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ : ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲕⲉ ⲟⲩⲁⲓ ⲉⲃⲏⲗ ⲉⲣⲟϥ : *Benedictus Deus, qui liberavit servum suum Apa Tia ex igne. Unus est Deus Christianorum; praeter hunc unum alius non est.*

Haec tamen *Tiae* praedicanti *Praeses* repugnans, *tuis*, ei dixit, *verbis non credo: sacrifica. Si non...?* Ille protinus: *Non sacrificabo. Fac tu mihi quicquid velis.* Tunc *Pompius* eum *ligatum demergi* iubet *in pelagus*. Sed inde vegetus emergit, & a lictoribus navi ductus coram praeside sistit. Praeses attonitus obstupescit; eumque in carcerem, consulturus quid de eo decerneret, iterum mittit. Ibi *Apa Tia* impositis manibus super oculos caeci, signo crucis *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ter in faciem eius aspirans*, dicto citius illuminavit. Ille vero miraculi magnitudine obstupefactus pedes & caput Sancti exosculatus eum rogat, ut precibus apud Deum suum & sibi vehementer afflicto, & uxori suae iam a diebus septem difficillimi partus doloribus, sine spe vitae acerrime laboranti, succurreret. Ille paullulum olei signo Crucis Christi benedicti tradit viro roganti; isque domum concedens eo ungit uxorem suam, & illa sedatis doloribus, ⲥⲁⲧⲟⲩⲧϥϯ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲟⲑⲛⲉⲥ (pro ϧⲉⲛ ⲟⲩⲉⲑⲙⲟⲧⲉⲛ), *e vestigio naturali tranquillitati restituta*, peperit puerum,

rum, cui in memoriam pii subventoris *Tia* nomen imposuit.

Quod prodigium ubi innotuit praesidi diaboli fraude inductus misit ad eum in carcerem meretricem muliebri pompa eleganter ornatam, ut in malae concupiscentiae crimen purum innocentemque invenem traduceret. At quum ingrediens accessisset ad sanctum, ille iam eam novit in spiritu, oràvitque dominum dicens: *O Domine mi Iesu Christe, ne abstrahas charitatem tuam, qua eam diligis*. Mulier vero, dum vidit gratiam Dei in vultu S. Abbatis *Tiae* splendentem, humi prostrata, & adorans eum, interrogavit de negotio salutis suae. Quumque *Tia* multa hac de re diceret, illa cuncta in seipsam ad salutis suae bonum avide excipiens caelestibus desideriis inflammata est: & ita per eum c veteris vitae coeno egressa Domino famulari proposuit, & finem imponere prioribus insipientiae suae erroribus. Unde tandem evenit, ut eo temporis momento, se ab omnibus absconderit, & fidelis piaque christiana evaserit multis vacans asceticae vitae exercitationibus cum timore Domini.

At vero audiens praeses tam praeclarum divinae gratiae prodigium in huius fortunatae mulieris conversione *Tiae* opera perpetratum, eum ad se e carcere adduci iussit; & post multa, quae dixit tum in contemtum Christi, & aeternorum praemiorum, quibus in tormentis suis se inhiare testabatur *Tia*, tum vero maxime in laudem *deorum suorum Salvatorum*, tortoribus repente imperat, ut ei vinculis constricto cutem a vertice capitis ad plantas usque pedis scindendo raderent, sicque totum illius corpus fluenti sanguine tectum, & contaminatum ori devorandum obiicerent ferocis leaene. Bellua accessit quidem ad Sancti Iuvenis corpus tam larga sanguinis effusione cruentatum, sed ut cruorem, & vulnera lamberet, non ut dentem in illius carnem figeret. Quo mirabili eventu confusus Pompius, & nescius iam, quae ultra ad vincendam *Tiae* constantiam tentare machinamenta posset,

set, audito Assessoris consilio, ⲁⲡⲟⲫⲁⲥⲓⲛ in eum scribit: *Apa Tiae militi inutili, quod rebellis sit edicto Imperatoris, & Deos adorare detrectet, maxime vero, quod ea formula de se profiteatur: Ego sum Christianus: secundum Imperiales leges caput amputator.*

Sanctus vero accepta sententia, quae erat in se exsequenda, exultavit Spiritu, & adductus in locum, ubi executioni mandanda erat die VII. mensis *Emseir*, XIII. februarii, gratiam a militibus impetravit, ut sibi preces suas facere liceret. Itaque sibi relictus, ad Orientem versus in haec verba oravit: ϫⲉ ϯϣⲉⲛϩⲙⲟⲧ ⲛ̀ⲧⲟⲧⲕ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲫϯ ⲡⲁⲥⲱⲧⲏⲣ ϫⲉ ⲁⲕⲁⲓⲧⲉⲛ ⲛ̀ⲉⲙⲡϣⲁ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲙ̀ⲕⲁϩ ⲛ̀ⲣⲉϥⲧⲁⲛϧⲟ : ⲟⲩⲟϩ ⲁⲕⲧⲏⲓⲥ ⲛⲏⲓ ⲉⲑⲣⲓⲙⲟⲩ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉⲧⲥⲙⲁⲣⲱⲟⲩⲧ : - ϯϯϩⲟ ⲉⲣⲟⲕ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲉⲑⲣⲉⲕϣⲱⲡ ⲙ̀ⲡⲁ ⲡⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲣⲟⲕ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ : ⲙ̀ⲡⲉⲣⲱⲡ ⲉⲣⲟⲓ ⲛ̀ⲁⲙⲉⲧⲁⲙⲉⲗⲉⲥ : ⲛⲛⲏⲉϯⲥⲱⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲛⲏⲉϯⲥⲱⲟⲩⲛ ⲉⲙⲱⲟⲩ:- ⲙⲁⲣⲉⲛϩⲁⲛⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲛϩⲓⲣⲏⲛⲓⲕⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲁⲕⲙⲟϣⲓ ⲛⲉⲙⲏⲓ : ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲟⲩϭⲓⲧ ⲛ̀ϫⲟⲛⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲓⲇⲩⲛⲁⲙⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡϫⲁⲕⲓ ⲉⲧϩⲉⲛ ⲡⲓⲁⲏⲣ : ⲛⲁⲓ ⲉⲧⲏⲓⲥ ⲉⲟⲩⲕⲁⲕⲓⲁ : ⲟⲩⲟϩ ⲉⲑⲟⲩⲱϣ ⲉϭⲓⲁⲟⲩⲱ ⲙ̀ⲡⲁⲙⲱⲓⲧ ⲛ̀ⲓϩⲟⲣⲟⲕ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲁⲛⲟⲩϯ : ⲫⲏ ⲉⲧⲁϥⲧⲏⲓⲥ ⲛⲏⲓ ⲉⲑⲣⲉⲥⲉⲛ ⲫⲓⲟⲙ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲁⲓⲃⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲕⲁⲗⲱⲥ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲧⲉⲕϩⲩⲡⲟⲙⲟⲛⲏ ⲛⲉⲙ ⲧⲉⲕϫⲟⲙ ⲉⲧⲁⲕⲉⲣⲭⲁⲣⲓⲍⲉⲥⲑⲉ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲛⲏⲓ : ϣⲁⲛⲧⲁϯϣⲓⲡⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲟⲩⲣⲱⲟⲩ: ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲁⲟⲩⲱⲛϩ ⲙ̀ⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲉⲙⲑⲟ ⲙ̀ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ : - ⲙⲏⲓⲥ ⲛⲏⲓ ⲟⲛ ϯⲛⲟⲩ ⲡⲁⲛⲏⲃ : ⲉⲑⲣⲓⲥⲉⲙⲡⲥⲧⲁⲗⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲏⲣ ⲁⲧϭⲛⲉ ⲕⲩⲛⲇⲓⲛⲟⲥ : ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲁⲫⲟϩ ⲉⲛⲓⲗⲩⲙⲏⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲕⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ ⲁϭⲛⲉ ϩⲟϯ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲛ̀ⲧⲁⲙⲙⲟⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲕ : ⲫⲏ ⲉⲧⲁⲧⲁⲯⲩ-

ⲭⲏ ⲙⲉⲛⲣⲓⲧϥ : ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲁϩⲱⲗϫ ⲉⲣⲟⲕ : ⲫⲏ
ⲉⲧⲁϥⲧⲏⲓⲥ ⲛⲏⲓ ⲉⲑⲣⲓϭⲣⲟ : ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲁϭⲓ ⲉⲃⲟⲗ
ϩⲓⲧⲟⲧⲕ ⲙ̀ⲡⲓⲭⲗⲟⲙ ⲛ̀ⲧⲉϯⲟⲙⲟⲗⲓⲁ ( ⲛ̀ⲧⲉϯ=
ⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲓⲁ ) ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲛ̀ⲧⲁⲟⲩⲛⲟϥ ⲉⲙⲟⲓ :
ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲕⲁⲅⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ : ϫⲉ ⲉⲛⲑⲟⲕ ⲡⲉ
ⲉⲧⲉϥⲉⲣⲡⲣⲉⲡⲓ ⲛⲁⲕ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲱⲟⲩ ϧⲁϫⲉⲛ ⲛⲓⲉⲛⲉϩ
ⲧⲏⲣϥ ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲕⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲑ̅ⲩ̅
ⲛ̀ⲣⲉϥⲧⲁⲛϧⲟ : ϯⲛⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲏⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛⲉⲙ
ϣⲁⲉⲛⲉϩ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲉⲛⲉϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ : ⲁⲙⲏⲛ :- ⲉⲧⲁ=
ϥϫⲱ ⲇⲉ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲙⲏⲛ : ⲁⲟⲩⲥⲙⲏ ϣⲱⲡⲓ ϩⲁ=
ⲣⲟϥ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲧⲫⲉ ⲉⲥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛⲁϥ : ϫⲉ
ⲁⲙⲟⲩ ϯⲛⲟⲩ : ⲱ̀ ⲫⲏ ⲉⲑ̅ⲩ̅ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ=
ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁⲧⲓⲁ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲛⲉⲙ ⲛⲏ=
ⲉⲑ̅ⲩ̅ ⲧⲏⲣⲟⲩ :- ⲛⲁⲓ ⲉⲧⲁⲕⲛⲁϭⲓ ⲛⲉⲙⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲓⲁ=
ⲅⲁⲑⲟⲛ ⲛ̀ⲉⲱⲛⲓⲱⲛ : ⲉⲩⲁⲛⲁⲡⲁⲩⲥⲓⲥ ⲛⲱⲧⲉⲛ ϧⲉⲛ
ⲛⲓⲉⲛⲉϩ ⲉⲧⲉⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲧⲟⲓϫⲱⲕ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲉⲡⲟⲩⲣⲁⲛⲓⲟⲛ:-
ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁⲓ ⲉⲧⲁϥⲥⲟⲑⲙⲟⲩ ⲛϫⲉⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ
ⲧⲓⲁ ⲁⲡⲉϥⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲑⲉⲗⲏⲗ ⲛ̀ϧⲣⲏⲓ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ : ⲟⲩⲟϩ
ⲛⲁϥⲛⲉⲥ ( pro ⲛⲁϥⲛⲉϩⲥⲓ ) ⲡⲉ ⲛ̀ⲥⲁⲛⲓⲙⲁⲧⲟⲓ ⲉϥ=
ϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛⲱⲟⲩ : ϫⲉ ϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲫⲏ ⲉⲧⲁ=
ⲟⲩⲁϩ ⲥⲁϩⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛⲱⲧⲉⲛ : ⲟⲩⲟϩ ⲗⲟⲓⲡⲟⲛ
ⲉⲧⲁϥⲕⲱⲗϫ ⲛ̀ⲛⲉϥⲕⲉⲗⲓ ⲁϥⲥⲱⲟⲩⲧⲉⲛ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀=
ⲡⲉϥⲙⲟⲧⲧ ⲉϥϫⲱ ⲛ̀ⲣⲱϥ ϫⲉ ⲟⲩⲁⲓ ⲇⲉ ⲛ̀ⲛⲓⲙⲁ=
ⲧⲟⲓ ⲁϥϩⲱⲗⲉⲙ ⲛⲁϥ ⲛ̀ⲧⲁⲡⲟⲫⲁⲥⲓⲥ ⲙ̀ⲫⲙⲟⲩ :
ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲁϥϯ ⲛ̀ⲟⲩϣⲁϣ ⲛⲁϥ ϧⲉⲛ ϯⲥⲏϥⲓ ⲉ=
ⲧⲉⲛⲧⲟⲧϥ ⲁϥⲕⲉϩⲧⲉϥⲁⲫⲉ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉⲃⲟⲗ :-
ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲁϥϫⲱ ⲛ̀ⲥⲱϥ ⲙ̀ⲡⲁⲓ ⲃⲓⲟⲥ ⲁ=
ϥϣⲉϣⲁⲫⲏ ⲉⲧⲉϥⲙⲉⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲁϥϣⲱⲡⲓ
ⲛⲉⲙⲁϥ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ :- ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲟⲩⲉⲣⲁⲡⲁ=
ⲡⲁ=

ⲛⲁⲩⲭⲱⲣⲓⲛ ⲇⲉ ⲛ̀ϫⲉⲛⲓⲙⲁⲧⲟⲓ ⲁⲩⲓ ⲛ̀ϫⲉ ϩⲁⲛⲣⲱⲙⲓ
ⲙ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲥ ⲁⲩϫⲱⲗ ⲙ̀ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲫⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ
ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲧⲓⲁ:
ⲁⲩⲕⲟⲥϥ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉϣⲁ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲧⲓⲙⲏ : ⲁⲩⲭⲁϥ
ϧⲁⲧⲉⲛ ⲙ̀ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉϩⲁⲛⲕⲉⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲉ-
ⲧⲟⲩⲁⲃ ⲛⲁⲓ ⲉⲧⲁⲩϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲁϫⲱϥ :- ⲙⲉ-
ⲛⲉⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲉⲧⲁⲩⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ϫⲉⲥⲱⲧⲏⲣⲓⲭⲟⲥ ⲫⲓ-
ⲱⲧ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲧⲓⲁ ϫⲉ ⲁϥϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ-
ϧⲉⲛ ⲛⲁⲓⲃⲓⲟⲥ: ⲁϥϣⲱⲗ ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲛⲉⲙ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓ-
ⲉϥϣⲏⲣⲓ ⲁϥⲓⲛⲓ ⲙ̀ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲑ̅ⲩ̅ ⲁⲡⲁⲧⲓⲁ ⲉ-
ϧⲟⲩⲛ ⲉⲥⲁⲃⲁⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲩϯⲙⲓ.

Ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲁⲩϫⲓⲙⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲓⲟⲩ ⲛ̀ϩⲓⲣⲏⲛⲓⲕⲟⲛ
ⲁⲩⲕⲱⲧ ⲉϫⲱϥ ⲛ̀ⲟⲩⲧⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲥⲉⲙⲛⲟⲛ : ⲁⲩⲭⲁ
ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ⲉⲑ̅ⲩ̅ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲛ̀ⲥⲟⲩ ⲓ̅ⲅ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ
ⲉⲡⲏⲡ:- ⲫⲁⲓ ⲉⲧⲁϩⲁⲛⲛⲓϣϯ ⲙ̀ⲙⲏⲛⲓ ⲛⲉⲙ ϩ-
ⲁⲛⲧⲁⲗϭⲟ ⲉⲩⲟϣ ϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ:- ⲉⲩⲱⲟⲩ ⲛ̀-
ϯⲧⲣⲓⲁⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ: ⲉⲩϣⲟⲩϣ ⲇⲉ ⲙ̀ⲫⲏ ⲉⲑ̅ⲩ̅ ⲙ̀-
ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅:- ⲫⲁⲓ ⲉⲧⲉ ⲉⲃ-
ⲟⲗϩⲓⲧⲟⲧϥ ⲉⲣⲉⲱⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛⲉⲙ ⲧⲁⲓⲟ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛⲉⲙ
ϯⲡⲣⲟⲥⲕⲩⲛⲏⲥⲓⲥ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲣⲡⲣⲉⲡⲓ ⲛⲁϥ ⲛⲉⲙ ⲡⲉ-
ϥⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲁⲅⲁⲑⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲑ̅ⲩ̅ ⲛ̀ⲣⲉϥⲧⲁⲛϧⲟ:
ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲟⲙⲟⲟⲩⲥⲓⲟⲥ ⲛⲉⲙⲁϥ: ϯⲛⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲏⲟⲩ
ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛⲉⲙ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲉⲛⲉϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ: Ⲁⲙⲏⲛ:

*Gratias Tibi ago Domine Deus Salvator meus, quia fecisti me dignum tuis cruciatibus vivificantibus, & dedisti mihi gratiam, ut moriar propter nomen tuum benedictum. Oro te Domine, ut suscipias spiritum meum in pace. Ne imputes mihi delicta mea, quae sciens aut ignorans commisi. Angeli Pacifici sint mihi comites in gressibus*

*sibus itineris mei ad Te , ut mihi progressum violenter non impediant potestates tenebrarum , quae in aere degunt : illae , quae sunt auctores malitiae , & calumniari student in me viam eundi ad Te . Domine Deus meus , qui dedisti mihi , ut bene ac prospere traiicerem mare huius vitae per patientiam , & virtutem tuam , qua me gratuito donare dignatus es , ut Imperatores pudefacerem , & nomen tuum manifestarem coram Praesidibus , nunc quoque da mihi , ut per aera pariter conscendam sine periculo , & perveniam ad portum benignitatis , & clementiae tuae sine metu atque timore , & ita tandem possideam Te : Te , qui animam meam caram habeas , eamque tibi coniungas : Te , qui ut mihi das vincere , & per te recipere coronam confessionis , ita & Te frui cum sanctis Martyribus tuis mihi concedas : quoniam te decet gloria per omnia secula cum Patre tuo bono , & Spiritu Sancto vivificante : Nunc & in tempora omnia , & in secula seculorum : Amen .*

*Quumque dixisset : Amen , facta est super eum vox de caelo dicens :* Veni nunc , o sancte Martyr Christi , Apatia . Quies & consolatio tibi est cum sanctis omnibus . Haec tu supercaelestia bona consequeris cum eis , qui requiem habent per secula , quorum nullus est finis , in supercaelestibus . *Haec vero audiens S. Apa Tiu , in suomet ipsius spiritu exultavit , & milites excitans dixit eis :* Exsequimini vos quod vobis mandatum est . *Quod enim ei supererat , ipse per se praestitit : in genua provolutus , extendit , curvavitque collum super os suum . Tum vero unus militum abstulit ei tabellam , cui inscripta erat sententia mortis , deinde gladio suo eum percussit , & sanctum illi caput amputavit . Et ita ex hac vita exscedens evolavit ad Christum , dilectum suum , qui semper cum eo fuit .*

*Quum autem milites discessissent , iverunt fideles viri , abstulerunt corpus incluti martyris Christi S. Apatia ; illudque , ut dignum erat , cum honore sepelierunt , posue-*

*sueruntque illud iuxta corpora aliorum SS. Martyrum. Ubi vero Soterichus Genitor S. Apatiae nuntium de illius vitae termino accepit, ipse cum Filio suo Ioanne adduxit corpus S. Apatiae in vicum suum SABAR.*

*Postquam vero tempora pacifica apparuerunt, super illud aedificarunt locum religiosum: & in eo collocarunt corpus illius sanctum die* XVI. *epip*, XXII. *Iulii*, ( anno tamen vel oscitantia scriptoris, vel abnormi Aegyptiorum more, praetermisso: ) *Ibique magna signa, & multae sanationes fiunt, glorificantes Triadem Sanctam, & commendantes Beatum Martyrem Domini Nostri Iesu Christi: cui per ipsum convenit glorificatio omnis, honor, & omnis adoratio cum Patre eius bono, & cum Spiritu Sancto vivificante, & ei consubstantiali: Nunc, & per universa tempora, & in secula seculorum omnium. Amen.*

S. ASCLAS MARTYR. Illius Martyrium, Tillemontius huic anno 305. illigari posse existimat ad diem XXI. Ianuarii, quo, *Ariani Praesidis iussu*, post crudelem lanienam praegrandi saxo pedi eius innexo in Nili fluenta necandus, ex Antinoitano littore a lictoribus proiectus est. Nec quicquam video, quod huic sententiae repugnet. Arianus enim, qui sub initia Ianuarii in castro Babylonis suppliciis affecerat S. *Apatiam*, & inde eum miserat ad Pompium in Peramoun, potuit, his expeditis, navi ascendere in Hermopolim, & inde facile digredi *Antinoourn*, atque ibi etiam in S. Asclam extremam mortis sententiam brevi proferre.

SS. APOLLONIUS *Diaconus*, & PHILEMON *Choraula*. Prima eorum iudicii actio *Antinoe* sub *Ariano Praeside* habita est. Acta dedit *Ruinartius ex libro Rufini de Vitis Patrum c.* 19. reiectis iis, quae a PP. Bollandianis edita erant ad 8. Martii. Eum *Tillemontius*, aliique docti viri sequuntur. Quo tempore Apollonius una cum Philemone iussu *Ariani*, totoque Antinoitano spectante populo, inter flammas ardentis ignis iniectus Deum oravit: „ Ne „ tradas, Domine, bestiis animas confitentes tibi: sed „ osten-

„ ostende nobis evidenter salutare tuum : repente nubes repleta rore circumdedit viros , & flammas accensi ignis extinxit . „ *Deus illustri omnipotentis* , & *misericordis gratiae suae triumpho* , *cor durum* , & *crudele Ariani ita ad se convertit* , *ut* ipse , & populus una omnes voce clamare coeperint : *MAGNUS* , *ET UNUS EST DEUS CHRISTIANORUM* : *SOLUS IMMORTALIS EST*. *Simile quidem prodigium viderat* Arianus *in castro Babylonis* , *quando* nubes circumdedit in medio ignis S. Pugilem *Tiam* , & magno pluviae impetu extinctae sunt flammae ardentis rogi , & *populi clamabant* : Magnus est Deus Christianorum unus est Deus Abbatis Tiae „ . Sed tunc metu tantum popularis clamoris concussus , in pristinae perfidiae suae duritie perstitit , nunc vero , quia , Dei iudicio , venit tempus miserendi eius , & ille gratiam , quae cor eius lapideum movit , & emollivit , ei dedit , ita conversus est , ut non modo Christi fidem continuo amplexus sit , sed ad ipsum quoque Martyrium pro ea subeundum inflammatum se senserit , immo & ad illius desiderium officialium Alexandrinorum , ductorumque suorum animos , hoc idem ipso pariter Apollonio agente , efficaciter excitarit .

*SANCTUS ARIANUS EXPRAESES Thebaidis*. *Apollonius*, & *Philemon MM.* in secunda Iudicii actione habita Alexandriae gloriosum certamen consummarunt pro Christo . Eorum Socii *Teotychus* , *tres alii* & qui ab Henschenio ad 8. aprilis memorantur apud Ruinart. pag. 488. Martyrum horum corpora eodem , quo S. Asclas , sepulcro in Antinoo condita .

*S. ARIANI* conversionem , eiusque Martyrium Tillemontius huic anno affigi posse censuit . Sed ubi diem eius emortualem in *octavam Phamenort* , 4.*Martii* statuit, vereor , ne quid sit , quod cum memphiticis actis *S. Apa Tiae* conciliari nullo modo possit . Sive enim acta spectentur ab Hagiographis Bollandianis edita ad eum octavum diem

diem Martii, sive quae ex Ruffino, & Palladio excerpta apud cl. Ruinartium leguntur, tam longa est rerum gestarum series, ut brevi illo intervallo temporis, quod ab stante ianuario mense, sive a die, quo *Apa Tia* ab Ariano missus est ad *Pompium* in *Peremoun* ad IV. usque *martii* excurrit, concludi nulla ratione queat. Collige heic mecum vel unam summam dierum, quos Arianus sive in varia itinera, sive in alias muneris sui functiones, tum ante, tum post suam ipsius admirabilem conversionem, insumere debuit ad horam usque suscepti martyrii, & facile intelliges, nimis arctum, & angustum fuisse *quinquaginta* circiter dierum spatium, quam quod tam longam, atque distractam actorum horum seriem complecti potuerit.

His adde totam historiam actorum, quae Arianus gesserat Hermopoli, & in alio ignoti nominis loco, antequam S. Asclam *die* 21. *Ianuarii* in fluvium demergi iuberet; quae omnia *sex* saltem vel *septem* dierum spatium, ut fierent, requirebant. Certe equidem Arianus Hermopoli esse debuit ante 14. vel 15. ianuarii. Atqui si acta recipimus S. Martyris *Apa Tia*, tum temporis aut adhuc erat in castro Babylonis, aut si inde discesserat, non Hermopoli stabat, sed eo iturus, versabatur in navi. Igitur ratio temporis non patitur, ut Arianus die 21. ianuarii an. 305. in Antinoou urbe fuerit, ibique Martyrem Asclam aquis necandum tradiderit. Ab hac vero die S. Asclae emortuali, quis credat ea omnia, quae vel de christianorum Antinoitarum fuga in latebras, vel de eorum perquisitione, vel de 37. viris ecclesiasticis carceri mancipatis, vel de S. Apollonio aliquamdiu inter vincula detento, & a gentilibus Philosophis, immo & ab ipso choraula Philemone saepe deriso, & quae de ipsius conversione, deque ceteris iudicii actionibus in eum, & Apollonium institutis, ad eam usque horam, qua Deus mire tetigit, suumque fecit cor Ariani, narrantur, accidere potuisse? Pone praeterea reliqua, quae post Ariani conversionem sequuta traduntur, de nunciis novae rei ad Praefectum

Augustalem Alexandriam missis, de officialibus ab eo Antinoum ad inquirendum, deducendumque reos legatis; de eorum denique reditu, ceterisque iudicii actionibus in eos Alexandriae habitis, & inde intelliges, longe probabilius esse, *Ariani*, *Apollonii*, *aliorumque sociorum* Martyrium Alexandriae accidisse 14. decembris, quo die eorum memoriam solemni officio celebrant Graeci, quam die *octava Phamenot*, *quarta martii*; praesertim quum latina Martyrologia sint, quae, Ruinartio teste, *Ariani* Passionem sub *Maximino* collocant.

*MAXIMINUS CAESAR* a kal. maii, post imperium a Diocletiano dimissum, Syriae, & Aegypti ditiones regendas suscipit, & saeviorem quam ante persecutionem in christianam religionem, eiusque sectatores instaurat.

CCCVI.

Sub *MAXIMINO Persecutio adversus christianos in Aegypto vehementius aucta*.

*HIEROCLES*, alias *Hierocelianus apud Aegyptios nuncupatus*, Praeses qui erat *Henas*, *Pemge*, & *Cais*, in Augustali *Alexandriae* Praefectura *Armenio* successit. *Armenius* enim, qui, ut ex Fragm. Thebaico SS. MM. *Paesis*, & *Theclae* superiori volum. edito, novimus, mala iam ac perdita valetudine utebatur, e vita fortasse excesserat.

*CULCIANUS Praefectus Thebaidis* in Ariani locum suffectus. De his consule testimonium S. Epiphanii inter adnotationes nostras ad Fragm. Theb. S. Virginis puellae Theonoe pag. 234.

*S. MARTYR ABBAS, ET DIACONUS PANESNIV* sub Culciano Praeside Thebaidis.

*IULIUS CHBAHENSIS Comes* (commentariensis) scriptor actor. SS. MM. *Epime*, & *Anoub*, christianus occultus, & Martyrum ministerio insignis. Vide pag. 383. & seqq. in not. ad acta S. Diaconi *Panesniv*.

CCCVII.

CCCVII.

CCCVIII.

Sub huius anni exordia *MAXIMINUS* sua se vi, & auctoritate *Augustum* ex Caesare fecit, factum approbantibus reliquis Impp. *Galerio*, *Licinio*, *Constantino*, & *Maxentio*. Ex Card. Norisio.

CCCIX.

De immanitate Maximinianae persecutionis trium horum annorum curriculo saeviente, vide pag. 219. ubi testimonia recitantur Eusebii, qui recentissima tam longae, & horrendae tragoediae spectacula ab Aegyptiis in Aegypto praesens audierat.

CCCX.

*MAXIMIANUS Herculius* crudelis & ipse christianorum persecutor, ob insidias in communem imperii quietem, & firmitatem, immo & adversus Constantini vitam structas, Massiliae fractis faucibus detestabilem vitam ignominiosa morte finivit.

*MAXIMINUS persecutionem*, quae desinente an. 309. & ineunte 310. alibi mitescere coeperat, in Aegypto peraeque acerbam in Sanctos Episcopos ceterosque christianos exercet.

*Eusebius* hoc anno e Palaestina in Aegyptum se contulit. Quae tamquam oculatus testis de atrocitate eiusdem persecutionis narrat, vide cit. pag. 219. in not. ad Fragm. Thebaicum Martyrii S. Theonoe, & p. c.

CCCXI.

*MAXIMIANUS GALERIUS* auctor malorum, & totius persecutionis antesignanus ulcere pestilenti, ac penitus insanabili, ceu *poena*, ut ait Eusebius θεηλάτῳ κολάσει *divinitus inflicta*, correptus, tandem tota mentis acie in semetipsum conversa & a medico christiano libere monitus de malis Christi servis cum tanta veri summique Dei iniuria illatis, errorem suum primum quidem eidem ipsi omnium conditori Deo confessus est; deinde convocatis aulae suae proceribus, christianorum persecutioni

tioni finem imponere iubet , & ecclesias eis extrui , ut quae suae religionis essent, more solito peragerent, & preces pro Imperatore funderent, imperiali lege praescribit. Edictum Sardicae iuxta Valesium , aliosque scriptum dicitur ante *kal. martias*, rectius apud editorem adnotatoremque Lactantii, *post kalendas* martias legendum est , ut *pridie kal. maias* , die nempe 30. aprilis , teste eodem *Lactantio* , iam exaratum , ut & Tillemontius scribit, fuerit Nicomediae propositum . „ Nec tamen ille „ hoc facto veniam sceleris accepit a Deo, sed post dies „ paucos ... horrenda tabe consumptus est . Idque co- „ gnitum Nicomediae idibus eiusdem mensis „ ; nempe 15. maii, eodem ipso Lactantio auctore.

*MAXIMINUS* accepto nuncio de morte Galerii ex Oriente confestim pervolat, moram interim trahente Licinio , ad praeoccupandas eiusdem Galerii provincias . Omnia sibi vindicat usque ad fretum Chalcedonium . Eo accurrente Licinio pax , & amicitia inter eum , & Maximinum certis conditionibus componitur. Huic subiecta manet *Asia*, in qua fit ille , immanis christianorum persecutor, qualis in *Syria* , & *in Aegypto fuit*. Renuit proponere edictum Maximiani, communi licet omnium Principum nomine editum . Sed , metu Constantini coactus , oretenus tantum proceribus suis, annunciat, simulque etiam per ministerium Sabini Praefecti Praetorio Orientis Rectoribus Provinciarum significari iubet, hanc esse voluntatem suam , ut christiani e carceribus liberi suas quique domos redirent. Atque hic quidem eventus quam laetus & iucundus cunctis acciderit, Eusebius summa cum diligentia, & voluptate describit. Maximinus sexto necdum mense ab edicto pro christianis elapso , pacem turbat, & persecutionem multo quam ante acerbiorem renovat. Maligno , & insidioso astu subornat legationes civitatum, ut petant , ne christiani ecclesias exstruant , neve sacras suas synaxes celebrent : quin & easdem ipsas legationes sollicitat , ut quotquot chri-

christiano nomine censerentur, ex urbibus, earumque territoriis expellerentur. Sunt haec Maximini decreta non in solis aut Antiochiae, aut Nicomediae, & Tyri civitatibus, sed in omnibus provinciis eius imperio subiectis, proposita. Falsa acta *Pilati* in Christi servatoris dedecus, & quaedam muliercularum testimonia vi tormentorum excepta, & mendaciorum plena ad christianam religionem infamandam ubique locorum, & per ora ipsa puerorum, publicari mandavit: tandem non mutilationibus duntaxat, ut Dodwello placuit, sed cruentis, dirisque caedibus christianos persequi aggressus est. Hoc maxime in Aegypto contigit.

*CULCIANUS* in *Hieroclis* locum missus est a *MAXIMINO* Alexandriam Praefectus Augustalis. Is edictum novae, eiusque acerbioris persecutionis eiusdem *Maximini* & *Licinii* Impp. Nomine, primo statim aditu, vel desinente octobri, vel certe ineunte novembri promulgavit.

Tillemontius art. XLII. Diocletianeae persecutionis, ut & alii Eccl. Historiae scriptores secundam hanc *Maximini* persecutionem sine ullis generalibus edictis renovatam scribit. Attamen, subdit, *le desir de luy plaire, et l'esperance de recevoir de luy quelque faveur, portoit tout le monde, & les particuliers aussi-bien que les Magistrats à faire toutes choses contre eux, à chercher des nouvelles inventions pour les tourmenter et à n'epargner pas mesme leur SANG, & leur VIE. Les grands prestres & les Pontifes établis par Maximin .... prenoient un grand soin d' empecher les Chrétiens des bastir des Eglises, et mesme de faire ou en public ou en particulier aucun acte de religion: et quand ils les surprenoient, ils les arrestoient en vertu du droit, que* Maximin *leur avoit attribué, et les obligeoient à sacrifier, ou les mettoient entre les mains des Gouverneurs.* Haec quidem verissima sunt, si tantum gesta spectentur in *Asiae*, *Orientis*, *Bythiniae*, & *Syriae* provinciis. At in Aegypto, ubi nihil fortasse erat, unde sibi a Constan-

stantino metueret, maiorem sibi saeviendi licentiam arrogavit. Ibi certe novae persecutionis edicta solemni ritu promulgari mandavit.

*Theone*, vel rectius *Theonoe*, virgo, & puella octennis prima Christi Martyr in exordio huius secundae persecutionis fuisse colligitur ex Borgiano-Thebaico Fragmento edito pag. 212. & seq.

Hoc anno sub initia novembris Magnus Abbas Antonius Martyrii desiderio accensus ex eremo Alexandriam perrexit, ut suam ipsius vitam, si Deo placeret, pro Christo daret. Sin minus, ut ceteris Martyribus ministerium, opemque suam omnem, quomodocumque posset, praestaret, ut S. Athanasius in illius vita testatur.

CCCXII.

Sub *CULCIANO Alexandriae Praeside*, & *Augustali Praefecto* magnus Martyrum numerus l. VIII. c. 10. & alibi apud Euseb. sanguinem suum pro Christo effudit.

*SS. CYRUS, ET IOHANUES* MM. De his vide Mabillonium Tom.I. Musei, Bolland. 30.Ianuarii, Tillemont. *Memoires H.* tom. V. pag. 484. Bailet, aliosque. At nomen Praesidis Alexandrini, sub quo duo hi divini Athletae passi sunt, uti in eorum actis legitur in mendo cubat. *Syrianus* in iis dicitur. In graeco vero cod. Bibl. Angel. XI. sec. Συναριανός, *Synarianus*. Sed legi omnino debet *Culcianus*.

*S. PHILEAS generis nobilitate clarus, in Graecorum disciplinis apprime versatus, divitiarum copia, & opulentia affluens, cunctis in patria honoribus ac muneribus perfunctus, illustris tandem Thmuitanae Ecclesiae Episcopus intrepida prorsus, & admiranda animi alacritate solemne Martyrium Alexandriae fecit die quarta februarii*. Varias, quae de de illius gloriosi triumphi sententiae feruntur, vide pag. 238. Sed nos eam, quae testes habet antiquissima Martyrologia, & a Ruinartio statuitur, immo & in Kalendar. Aethiop. & Aegyptiaco sub nomine ፌሎ ፡ ኤጲስቆጶስ ፡ *Felo Episcopi* ad 4. *Emscir* x. febr.

no-

nostri consignatur, seligendam putavimus. Ad annum tamen quod spectat, Ruinartius incertus haeret; idque tantum monet, *S. Phileae Martyrium* post annum contigisse 306. Nondum enim ex *Veliterno-Borgiano Museo* illustre istud *Thebaicum Fragm. de martyrio S. Theonoe* in lucem prodierat. Ex eo enim certus *S. Phileae* ep. & M. emortualis annus sub Culciano Augustali Praefecto sine ulla ambiguitate aperte colligitur.

*S. PHILOROMUS*, *Rationalis summarum Aegypti* (de quo vide Ruinart., ad pag. mihi 311.) socius S. Phileae in eodem martyrio.

*S. PETRUS Alexandrinae ecclesiae Episcopus, christianae Religionis doctor eximius, & inter eius Presbyteros FAUSTUS, DIUS*, atque *AMMONIUS perfecti Martyres*: verba sunt Eusebii ex lib.8. H. E. cap.13. Sed obiter tantum, nec loco suo illos Eusebius commemorat. Petri proinde iterum meminit l.IX. cap.6. in hunc modum scribens: „ Per idem (*quo Silvanus episcopus*) tempus Petrus quoque, qui Alexandrinae ecclesiae summa cum laude „ praefuit, vere praecipuum, ac divinum episcoporum „ decus: ἀθρόως οὕτω καὶ ἀλογως ὣς Μαξιμίνου προςάξαντος, „ subito, & absque ulla probabili caussa, ut pote *Ma-* „ *ximino* iubente, capite truncatur. Idem cum ipso per- „ pessi sunt complures quoque alii Aegyptiorum epi- „ scopi. „ De die illius gloriosi Martyrii Aegyptii, *Latini*, & *Graeci*, ait Tillemontius not. X. pag. mihi 765. conveniunt in 25. & 26. (secundum an. intercalarem) novembris. His consentiunt *Aethiopes*, & *Russi*. Vide etiam quae Tillemontius ipse dixerat de die Passionis S. Petri Alexandr. art. XII. ubi illius acta refert. Dies 2. Athyr, novembris, in Calendario Coptico, cuius meminit Renaudot. in H. Patr. Alex. pag. 60. erratum est librarii. Nam idem Calendar. a Seldeno, & Ludolfo editum habet 25. Athyr.

De anno gravior est difficultas. Ne quid enim dicam de Bollandianorum Hagiographorum sententia, qua Pas-

Passio sancti Martyris Petri in annum 303. aut 304. coniicitur ; ea enim reiecta iam est in laudata Tillemontii adnot. X. ad acta eiusdem S. Petri . At de aliorum chronologorum placitis quid ego dicam ? Summi profecto viri sunt, meus in primis Card. Norisius , Valesius , ideinque Tillemontius , & alii , qui magni huius Alexandr. episcopi Martyrium in annum conferunt CCCXI. unius , ut video, Eusebii auctoritate commoti ; quippe qui ad finem lib. VII. H. E. aperte dixerit , S. Petrum coronam Martyrii promeruisse ἐνάτῳ ἔτει τοῦ Διωγμοῦ *an. nono persecutionis* . At nemo mihi audaciae notam , uti spero , appinget , si dixero ob incomperta Maximinianae persecutionis in Aegypto eventa , viros alioquin doctissimos , sic esse interpretatos Eusebium , ut intra annum *nonum* Persecutionis Diocletiani , & 311. aer. christianae, diem mortis S. Petri Alexandrini concluderent . Nunc vero ex Thebaico Fragmento nostro probe intelligimus , edictum renovatae persecutionis a *Culciano* , Maximini iussu , Alexandriae publicatum , pertinere ad finem *sex* illorum *mensium* , quos Eusebius numerat a pace per Galerium in extremis vitae suae angustiis die 30. aprilis christianis reddita , sed his sex mensibus vix expletis repente turbata ab Imp. Maximino alibi quidem aliis indignis , cruentisque modis , in Aegypto vero per novum funestae persecutionis edictum . Quum autem menses hi sex expleti fuerint sub initium novembris eiusdem anni 311. , necessario consequitur , ut hoc ipso anno , ineunte novembri , Culciani edictum de nova persecutione Alexandriae promulgari contigerit .

Atque hoc illud est persecutionis tempus , quo S. Antonius Alexandriam ex Eremo descendit , teste , ut iam diximus, Magno Athanasio in illius V. num. 46. „Post haec ecclesiam exercuit Maximini persequutio : sanctosque Martyres Alexandriam adductos , relicto ille monasterio „ sequutus est . Et martyrii quidem desiderio flagrabat : „ sed cum nollet se se tradere , confessoribus in metallis , „ & in carceribus ministrabat . Magna quoque ipsi cura

„ in

„ ἐν τῷ δικαστηρίῳ in iudicii loco, vocatos concertantesque hortari ad animi alacritatem: μαρτυροῦντας δὲ martyriumque passuros excipere, atque comitari, donec consumarentur. Iudex itaque... iussit neminem Monachorum in iudicii loco interesse, vel in urbe prorsus versari. Tum aliis omnibus visum est illo die sese occultare. Antonio autem tantum iussio curae fuit, ut loto ependyte, insequenti die conspicuus staret, atque Praefecto nitidum se exhiberet. Omnibus rem mirantibus, καὶ τοῦ ἡγεμόνος ὁρῶντος, ipsoque Praeside id perspiciente, & cum militum suorum turma praetereunte, stetit ille intrepidus... Itaque moerenti similis erat, quod Martyrium assequi non posset. Dominus autem eum conservabat ad nostram caeterorumque utilitatem... Τοῖς ὁμολογητοῖς Confessoribus itaque rursum de more ministrabat, & quasi vinctus cum illis fuisset, assiduum illis ἐν ταῖς ὑπηρεσίαις officiorum suorum impendebat laborem. Postquam autem cessavit persequutio, beataeque memoriae EPISCOPUS PETRUS Martyrio affectus est, profectus est ANTONIUS, atque iterum secessit in Monasterium... Haec, quae de Antonio a S. Athanasio narrantur *Tillemontius*, aliique scriptores egregii sine ulla difficultate admittunt, & Alexandrinum *Antonii* iter in annum consignant CCCXI. Atqui hoc iter statui citius non potest quam *sub initium novembris*, quo sex elapsis mensibus a pace per Galerii *palinodiam* ecclesiae restituta, nova per *Maximinum* persecutio instaurata est; si igitur eodem ipso anno CCCXI. die 25. novembris, ut iidem ipsi scriptores statuunt, *S. Petrus* Alexandrinus martyrio coronatus in Caelum migravit, fateantur necesse est, Antonium vix paucos illius novembris dies Alexandriae mansisse in ministerio Confessorum, & Martyrum: quum ille statim post mortem S. Petri, sedata persecutione, in Monasterium redierit. Quae quidem omnia cum recitato Magni Athanasii te-

stimonio tam aperte vehementerque pugnant, ut nullo modo conciliari cum eo possint.

Neque hoc unum, sed & alia absurda, quae facile mitigari nequeant, ex ea sententia de morte S. Petri in an. 311. statuta, sequuntur. Inde enim fieret, ut secunda, ac postrema Maximini persecutio uno eodemque mense novembri & rediviva simul, & extincta fuisset; quod nonnisi desipiendo cogitare quis valeat. Quin & illud deinde sequeretur, ut in hac persecutione nullus esset reliquus locus passioni S. Episcopi Phileae, totique illi ingenti multitudini, & Confessorum, & Martyrum, de quibus idem ipse paullo ante mortis diem ad Thmuitanos suos scribit.

Contra si S.Petri Alexandrini Martyrium conferatur in diem quintam atque vicesimam novembris anni 312. omnia suapte sponte recte, atque apte mirifice fluent. Sic enim integrum annum, & mensem, quos tribuas rebus a Magno Antonio Alexandriae gestis in vario ministerio SS. Confessorum, & Martyrum, in promptu habebis: intelliges recrudescentem persecutionem a Maximino per *edictum Culciani* Praefecti Alexandriae, & in tota Aegypto adversus christianos omnes sub initium novembris an. 311. acrius renovatam, fuisse continuo productam ad ipsum prope decembrem anni labentis 312., quo tempore Antonius, sedata iam Maximiniana persecutione, & *S. Petri* certamine consummato, ad Monasterium suum, teste Athanasio, reversus est. Hinc quoque aperta tibi erit caussa, quamobrem Graeci tamquam ultimum Diocletianeae persecutionis Martyrem eximiis praeconiis celebrent S. Petrum Alexandrinum. Talem enim & Athanasius, immo & Petrus ipse se fecisse visus est, ubi paullo ante mortem, proximam sibi morienti ecclesiae pacem praedixisse traditur. Inde etiam via facile aperitur ad solvendam difficultatem eo partam Eusebii loco, quo *Petrus* Martyrium consummasse dicitur *anno nono* persecutionis, si *de nono anno absoluto* exponatur. Nam aer.

aer. Christ. 312. erat revera annus *nonus* persecutionis *absolutus*, & *decimus inchoatus* a Paschate. Nec est, cur ab Eusebio rigidam *anni* huius noni acceptionem exspectemus. Nullo enim in loco id sibi consilii proposuit, ut definitum sive diem, sive mensem, aut annum mortis S. Petri traderet; sed generali tantum locutione eam obiter indicavit sub nota incerti temporis citra vel ultra *nonum annum* persecutionis. Quapropter lib. 8. c. 13. postquam mentionem fecit de gloriosis Christi Athletis *Petro*, & *Philea* aliisque bene multis, qui *per Ecclesias in illis* ( Aegypti ) *locis*, *ac regionibus constitutas*, *multis laudibus celebrantur*; continuo subdit, *quorum omnium . . . confecta certamina*, & *quae singulis eorum acciderunt*, *commemorare non est officii nostri*, τῶν δ' ὄψει πράγματα παρειληφότων ἴδιον ἂν γένοιτο, *sed eorum potius*, *qui res gestas oculis suis contemplati sunt*. Ab Aegyptiis proinde, qui Episcoporum suorum certamina viderant, eorum acta singillatim descripta exspectari oportere sapienter monuit. Et ideo nos ad martyria, quae sub renovata Maximini persecutione acciderunt, cognoscenda, usi sumus Borgiano-Thebaico Fragmento, quo acerbius hoc bellum adversus christianos per Culciani edictum instauratum est in Aegypto.

Neque heic pretereunda est circumstantia *subitae*, & *tumultuariae* caedis, qua veluti de improviso Maximinus S. Episcopum *Petrum* aliosque Episcopos, illico trucidari, teste Eusebio, iussit. Haec enim nota est temporis concurrentis cum postremis mensis anni 312. quibus Maximinus Constantini litteris a saevitiis in christianos prosequendis, ut ait Lactant. de M. P. c. 37. deterritus est. Has litteras *Bandurius* in eum Lactantii locum, periisse scribit; sed eas Maximinus *dissimulavit*. Constantinus tamen vix devicto Maxentio, simul cum Licinio *primam* pro christianis Romae edidit legem, anno eodem 312. desinente octobri, aut ineunte novembri ad Praef. Praetorii, & ad Maximinum ipsum missam.

 Quae

Quae omnia ita, credo, Maximini animum clam irritarunt, ut antequam memorata lex publicaretur, in rabiem furoremque actus adversus sibi cognitam perspectamque Constantini mentem, sacrum *Petro*, aliisque Episcopis caput, insano prorsus atque praecipiti impetu statim amputari iusserit. Indeque, uti persuasum mihi est, originem duxit tota illa tumultuaria agendi ratio, quam in caede S. illius Alexandrini Praesulis Eusebius commemorat.

*DIOCLETIANUS* horrendum in modum agitatus, nullo loco quietem inveniens, in vitae odium adductus, fame & angore confectus inter lacrymas, & suspiria, impiam efflavit animam III. non. decembr. Alii sunt qui morbo aquae intercutis, alii, qui veneno, & alii denique qui suspendio Diocletianum periisse tradant.

CCCXIII.

*CONSTANTINUS*, ad VI. kal. novembris viso in caelo horis pomeridianis sole in casum vergente, sanctae crucis trophaeo, nocte sequenti a Christo ipso, qui ei dormienti cum eodem caelesti signo manifeste apparuit, monitus est, ut in militari vexillo signum eius simile quod in Coelo viderat, imprimeret, eoque tamquam salutari praesidio uteretur in praeliis. Sic fecit: atque divino hoc signo armatus exercitus ad pugnam cum hoste paullo ultra Pontem *Mulvii* concurrit; vincit, & in fugam vertit Maxentium; qui Romam redire volens ad pontem properat, sed ut eum interruptum offendit, dum quovis pacto eum traiicere tentat, fugientium multitudine pressus in Tyberim fluvium deiectus, aquis demerssus, ut & is merebatur, infelicissime periit. Constantinus vero ingenti cum Senatus Populique Romani laetitia Imperator susceptus est.

*CONSTANTINUS, & LICINIUS edictum secundum pro christianis Mediolani multo, quam primum, accuratius, liberalius, & honorificentius instruunt, mittuntque ad Praefectum Praetorii Orientis.*

*LICINIUS* victo ac prostrato Maximino in bello pridie

die kal. maias ad campum serenum inter Hadrianopolim, & Heracleam, Nicomediam petiit, ibique idibus Iunii edictum ante commemoratum cum Praesidis programmate proponi iussit; quin & idem ipse christianos, ut conventicula ad pristinum statum redderentur, hortatus est. Sic finem habuit Diocletiani persecutio, quae ab eversa ecclesia usque ad restitutam perduravit annos X. & menses plus minus quatuor. Ex Lactantio.

*MAXIMINUS*, clade accepta, sumpta veste servili clam fugiens Nicomediam celeri cursu regressus, inde in Orientem, & Cappadociam ubi militibus collectis Purpuram resumpsit, emigrans, tandem in Tarsum Ciliciae se recepit. Interea edictum *secundum* pro christianis prolixiori indulgentia conditum, emittit, circa medium mensem maium, ut visum est Tillemontio not. LIII. *sur les tems des édits de Maximin*, aut etiam paullo serius, ut Eusebii verba lib. IX. c. 10. indicare videntur. Postremo ubi Tarsum circa iulium mensem, sic opinante Baluzio, pervenit, quum laeta plura, & honorifica in christianae religionis gratiam sanxisset, *quasi quodam accepto beneficio, ob eam ipsam causam mitiore, quam merebatur, poena affectus, repentina a Deo percussus plaga, angore & metu* in desperationem actus, quod viam evadendi a Licinii militibus non inveniret, dum exercitus suus in acie staret, ille domi sedens, seseque occultans, hausto veneno, furentibus praecordiis, rabie mentis saeviente, eo furoris, & insaniae adductus est, ut per quatuor dies terram manibus devoraret: deinde post acerbissimos cruciatus caput parietibus infligens ipsos oculorum bulbos e sedibus suis eiectos amisit, & ita caecus unum Deum summum de se iudicantem videre coepit, exclamans, non se, sed alios fecisse; interque haec Christum deprecans, ut misereretur sui, quasi iam cremari se sentiens, multis cum gemitibus, & eiulatibus, horrendo mortis genere e vivis excessit circa augustum, aut septembris mensem an. 313. iuxta Baluzium; ex Cardinalium vero Baronii, & Norisii sententia an. 314. Li-

Licinius eodem, aut sequenti anno Alexandriae caput abscidit *Culciano*.

De Licinio tamen, ne eum aut christianae religionis mysteriis initiatum, aut eidem ex animo aliquamdiu favisse putes, vide pag. 214. & seqq.

## IX.

*Chorographica quaedam nomina in memphiticis hisce MM. actis usurpata partim ignota, partim non satis adhuc cognita.*

I. In actis M.Epime, ⲡⲉⲙϫⲉ nomen est *civitatis*, & *nomi* inde dicti. Nihil de eo est in cl. Danvillio. Nam *Peme*, quod apud ipsum memoratur nil prorsus commune habet cum *Pemge*. Illud ego pro *Oxyrincho* accepi. Ad hunc vero nomum pertinet ⲡⲁⲛⲕⲟⲗⲉⲩⲥ, *Pancoleus* vicus, natale solun S.Epime ⲡⲓⲧ̄ⲓⲟⲛ, rectius ⲡⲓⲟⲓⲕⲓⲟⲛ, *villa* nuncupatus, de quo vide p.407. in append. ad superiorem tom. I ⲕⲁⲛⲁϣ, *Canasc*, ⲧ̄ⲱϫⲓ, *Togi*: ϣⲉⲛⲉⲣⲟ, *Scenero*: ⲧ̄ⲉⲣⲃⲉ, *Terbe*: & hi vici in eodem nomo censentur:

Sub finem actorum, ubi res est de sacro Martyris *Epime* corpore navi traducto a servis Iulii, ii navigasse dicuntur ϣⲁϯ ⲛⲉⲙⲣⲱ ⲛ̀ⲧ̄ⲉϣⲙⲟⲩⲛ, *ad portum usque* Semoun; ubi de ⲛⲉⲙⲣⲱ, *Nemro* quin *portum*, aut *stationem* navium significet, nemo, credo, in dubium verterit. Sed ϣⲙⲟⲩⲛ, quod apud Aegyptios, *octo*, sive *octavum* designat, civitas ne, an *oppidum esset*, ignoratur. Inde per continentem via erat in *Pancoleus*, qui ⲥⲁⲣⲏⲥ *australis*, loci sic dicti ϫⲉⲗⲃⲁϩ, *Gelbah*, vocabatur, & ad fines forsan Nomi *Arsinoïtici* vergebat. Ex huius vero loci positione factum fuisse suspicor, ut ut quibusdam chorographicis tabulis, ubi ⲥⲁⲣⲏⲥ est, ibi in-

inscriptum fuerit THEBAIDIS , quasi locus esset pertinens ad Thebaidem , quemadmodum **ⲥⲁⲣⲏⲥ** pariter dicta est Babylon , cuius Gubernator erat Arianus Praeses Thebaidis . Et hinc forsan caussa repetenda est cur Sebastianus Dux Thebaidis aequam in iudicando potestatem cum *Hierocle* praeside Pemge haberet .

II. **ϩⲏⲛⲏⲥ** *HENES* . An haec civitas eadem sit ac AHENAS ad extremitatem lacus . *Moeridis* apud Danvillium , ignoro . Certe ad occasum huius civitatis *castrum* erat , cui praeerat *tribunus militum* . **ⲡϫⲱⲙ** , sive **ⲡϭⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲕⲉⲙⲓⲛ** , *Arx Cemin* appellabatur . In eo erat *Templum Apollinis* , cui *sacerdotes* proprii ministrabant .

**ⲫⲟⲩⲟϩ** , *Phuoh* , vicus : quo traiectus erat ad occiduum *Nili* littus .

**ⲫⲟⲩⲱⲓⲧ** , *Phuoit* , & **ϯⲗⲟϫ** , *Tilog* , vici & ipsi pertinentes ad *Henes* , vel *Henas* .

III. **ϯⲫⲣⲉ** , *Tiphre* vicus Nomi Panopolitani . Ex act. S. M. Isaac . De eo *Kircherus* , & Lacrozius in Lex.

**ⲧⲁⲩⲃⲁϩ** , *Taubah* , civitas , cui praeerat *Culcianus* . Hanc eamdem fuisse suspicor ac *Antinoum* . Quid enim eo probabilius , quam ut S. Asceta Isaac e *Tiphre* missus fuerit ab Angelo ad sedem proximioris Praesidis , coram quo sisteret , & fidem christianam profiteretur ? Nam etsi quis forte sentiat , tum temporis Thebaidis Praesidem fuisse *Arianum* , quum tamen Diocletiani aevo nondum Thebaidis divisio facta fuisset , sed cuicumque Imperator vellet , ei aut tota , aut portio superioris Aegypti administranda committeretur , nihil impedimenti esse video , quominus *Imperator* reliquis Thebaicae ditionis civitatibus *Ariano relictis*, *Taubahm* cum aliis eiusdem nomi oppidis *Culciano* regendam tribuerit . Quamquam

quam aliquid legitimae conventionis, ex nutu *Principis*, inter eos intercessisse videatur, ut in exercenda gladii potestate rem de condicto, atque compacto gererent. Nisi enim id ponas, numquam intelliges, quomodo Arianus, qui secum in iudicio exagitandum S. Isaac adduxerat, eumque capite plectendum ex edita sententia, quae sui ipsius carnificis gladio exsequenda esset, in *Taubham* remiserit.

ϩⲟⲣⲙⲉⲥ, *HORMES*. Ubinam haec civitas, cui praeerat *Arianus*, posita esset me latet. Unica nota, qua ea a ceteris sive Thebaidis, sive Aegypti urbibus distinguitur, ea est, quod *illius cives insignes essent hospitum amatores*. Sed mihi tantum otii non est, ut hoc uno indicio ductus in ea investiganda me diutius fatigem. Ceterum Hormes a Taubah distabat itinere navigationis dierum XVI. qua de re iam alibi in superioribus me dixisse memini. Unum superest ϩⲟⲣⲙⲉⲥ etymon, ex quo meam hanc qualemcumque divinationem de illius urbis nuncupatione situque, eruditorum iudicio, si mihi liceat, proponere tentarim. ϩⲟⲣⲙⲉⲥ, mea quidem sententia est quasi ϩⲟⲣⲙⲉⲥ *Horus genitus*, *partus* ac *natus*. Horus autem ab Iside quidem genitus, sed a *Latona*, sive ab Aegyptiaca *Buto* enutrius dicitur. Locus duplex est in inferiori Aegypto *Butus*, uti docet Iablonskius lib. III. Pant. c. IV. §. 2., uterque dictus, alter in *Paludibus*, & *insula* natatili, iuxta mare, alter in quo postea Cambyses, teste Iosepho, aedificavit *Babylonem*. In utroque celeberrimum erat *Latonae* Templum. Quum autem *Babylon* peregrinum, & chaldaicum nomen sit, valde probabile fit, Aegyptios in designanda *Babylone*, dum Aegyptiace loqui vellent, gentili nomine, quod esset *Hormes*, & *Hori natalem* exprimeret, fuisse usos. Sic *Hormes* idem esset ac *Babylon*.

ⲁⲛⲁ

Ⲁⲛⲉⲙⲣⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉϥϯⲙⲓ, *Portus vici eius*. Hucusque enim *Christophorus* scriptor se e *Taubah* urbe sacrum Isaac corpus *rheda* evexisse, inde vero *navi* in vicum Tiphre transtulisse scribit.

IV. ⲟⲩϯⲙⲓ ⲛⲁⲏⲥⲓ, *Vicus Esi*, sive *Isi*, natale solum S. M. *Anoub* ex eius actis. Vicum hunc eumdem esse conieci ac *Isidis oppidum*, aut certe non longe ab eo positum sub gr. lat. 31. Vide Tabulam Chorographicam Aegypti apud *Danvillium*. Ab Alexandria distabat itinere navigationis *dierum trium*, & *noctis unius*.

ⲑⲟϣ ⲛⲓⲙⲉϣⲟϯ: *Nomus Mescoti*. De eo Lacrozius ex Boniourio in Lex. Danvillius *Isisc*, vel *Isidis* oppidum collocat in nomo *Sebennyto superiori* XIII. vide pag. 86. Huc spectant quae *cl. Zoega* observat in lib. de *Nummis Aegyptiis* Mus. Borgiani pag. 74. ubi ad nummum 99. Traiani de *Sebennyto* haec habet: *Urbis nomen egregie interpretatus est* Iablonskius ϫⲉⲙⲛⲟⲩϯ *robur Dei*; *quo nomine dictum Aegyptium Herculem testatur Macrobius*. Atque ea quidem mihi quoque probatissima sunt, dummodo ϫⲉⲙ in ϫⲉⲙⲛⲟⲩϯ ob mutuam commutationem vocalium ⲉ & ⲱ, positum sit pro ϫⲱⲙ̀ⲛⲟⲩϯ Sed an *Sebennyti* tutelare numen *Hercules* esset, vehementer dubito. Erat forsan *Traiani* aevo. Nam sub Diocletiano in Templo *Gemenuthi*, sive *Dsemenuthi*, vel *Semenuthi* praecipuum inter cetera Nunen lapideum simulacrum *Apollinis*, ut ex act. S. M. Anoub liquet, colebatur. Idque etiam *cervulus* in eo 99. numo cusus demonstrare videtur.

ϫⲉⲙⲛⲟⲩϯ, *Gemenuthi*, vel *Gemenuti* idem ac *Sebennytus*, & *Semannud*.

ϯⲁⲛⲉⲙⲣⲱ, *portus* in *Gemenouti*.



Digitized by Google

Ⲁⲑⲣⲏⲃⲓ : *Athribis*, civitas inter praecipuas Aegypti urbes insignis.

ϣⲉⲧⲛⲟⲩϥⲓ, *Scetnufi*, vicus, ubi naves descendentes *Athribi* in Alexandriam volvebantur ad occasum fluvii, sive Athribitici canalis post *triduanam* navigationem.

Ⲧⲟⲩⲫⲱⲧ, *Touphot*. Ibi in littus descendebatur. Locus is est, ubi Martyrium consummarunt SS. MM. *Paesi*, & *soror eius Thecla*, & *senex Presbyter*.

Ⲫⲓⲟⲙ ⲛ̀ϣⲁⲣⲓ, *Mare algosum*, sive *Rufum*, passim *Erithraeum*. Vide Lacroz. in Lex.

ϫⲃⲁϩⲥ, vel ϫⲃⲉϩⲥ *Chbahs*, aut *Chbehs* si χ cum vocali *a* legatur, & *e*, uti saepe fit apud Aegyptios, vertatur in *a* permutabile, civitas erit Coptico nomine *Chabhas*, latino vero *Cabasa*, unde *Cabasitis* nomus VIII. in inferiori Aegypto apud *Danvillium*. Ludolphus in historia sua Aethiopica Scaligeri & Goltzii auctoritate deceptus in nummo Severi *Abassenorum* mentionem fieri scripsit. Sed, quum Lutetiae Parisiorum a viris doctis intellexisset, in nullo Severi nummo reperiri ΑΒΑΣΗΝΩΝ, *sed tantum* ΑΒΑΣ ..... *priore littera detrita, idque Goltzium male supplevisse*, tandem in lib. Harduini *de nummis antiquis populorum & urbium illustrati* ad vocem *Abas* haec sibi ob oculos posita deprehendit: *a Goltzio*, *Occone*, *Scaligero*, *& Patino falso* Abassenos *intelligi*. ΚΑΒΑΣ *enim metropolis est Nomi Aegypti καβασιτης .... & in not. ad Plinium* additum reperit: *nummum Hadriano Principe cusum* ΚΑΒΑΣ. Α. ΙΑ. Haec ille in *commentar*. pag.67. Verum tres habes *Hadriani* nummos sic insculptos n.163. ΑΙΑ ΚΑΒΑΣΙ, aliis n.164. 165. ΑΙΑ ΚΑΒΑΣ apud cl.Georgium Zoegam in *nummis Aegyptiis Imper.Mus.Borgiani Velitris*.Ac sane difficile est,ut aliter quam καβασι, vel *Cabasa*, Aegyptium ϫⲃⲁϩⲥ, vel ϫⲃⲉϩⲥ Grae-

Greci vel Latini efferre potuerint. Hoc vero nomen, καβασος quoque dictum, auditum est in Ephesino concilio, cui *Theopemptus* subscribit καβασου *Cabasi* episcopus. Hinc si Iulium scriptorem Martyrii S. Pueri Anoub civem dixeris *Cabasitanum*, non sine caussa te id fecisse intelliges.

V. ⲥⲁⲃⲁⲣⲟⲩ, sive ⲥⲁⲃⲁⲣⲟⲩⲕⲟⲩϫⲓ ϯⲙⲓ *Sabarou*, sive ⲥⲁⲃⲁⲣ *exiguus vicus*, cuius presbyter erat *Soterichus Genitor* S. Militis, & Martyris Apa Tia.

ϯⲙⲟⲩⲓ, alias ⲑⲙⲟⲩⲓ ⲡϣⲁϯ ⲟⲩⲙⲏⲧⲣⲟⲡⲟⲗⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲭⲏⲙⲓ: *Timovi*, sive Thmuvi *olim metropolis Aegypti*. In hoc Nomo situs erat *vicus Sabarus*. Sed Ptolemaeus *Thmui* tamquam caput constituit Nomi *Mendesii*, ea forte de caussa, quod iam hic nomus cum altero, qui *Thmui* dicebatur, confundi caepisset. Unde & illud accidisse puto, ut saeculo quarto vertente, quum non amplius Thmuites, sed unus Mendesius Nomus celebraretur, eique *hirci* cultus tribueretur, Magnus ecclesiae doctor Hieronymus *Thmoui* pro *Mendes* accipiens, ⲑⲙⲟⲩⲓ, quod Aegyptiis est, *Leo* interpretatus sit ⲙⲉⲛⲇⲉⲥ *hircum*. Sed ante Ptolomaeum Herodotus certe *Thmuitem* nomum a *Thmui* derivatum statuerat. *Thmui* enim civitas erat praestantissima. *Praesidem* sub ipsomet Diocletiano habebat *Maguentium*, ut in actis traditur S. M. Anoub, &, ut heic dicitur, fuerat *quondam Metropolis* Aegypti. Similia de *Thmui* scribit *Danvillius* p. 91. ubi urbem hanc celeberrimam pristini nominis formam in hodierna nuncupatione *Tmaie* sine magnae corruptionis vitio adhucusque tueri pergit, eamque magnae antiquitatis vestigia hodieque servare tradit: *avec de grands vestiges d'antiquité.* Nam & Diocletiani aevo ϯⲙⲟⲩⲓ, *Timoui* & ⲑⲙⲟⲩⲓ in actis nostris efferebatur. Erat & eodem seculo civitas episcopolis sedis dignitate conspicua; quippe quae *Serapione* gloriaretur episcopo, quem utpote sanctimoniae, & doctrinae praestantia eximium inter eccl.



scri-

scriptores Hieronymus numerat, & Sozomenus mire celebrat tamquam Magni Athanasii propugnatorem, & legatum ab eo missum ad Imper. Constantium. S. Epiphanius vero haer. LXXIII. alterum addit *Ptolemaeum* episcopum θμουιως *Thmuitanum*.

**Κακτρον. Βαβτλοn:** *Castrum Babylonis* nuncupatum. Sic etiam Straboni Βαβύλων φρούριον ἐρυμνὸν *Babylon castellum natura munitum*. **ϲⲁⲣⲏϲ**, *Australe*, adiunctum est eidem castro attributum, quasi nota quaedam ad indicandum, ut ego opinor, eius ditionem ad Praesidem austri sive Thebaidis pertinere. Inde enim frontem extollere incipiunt montes, qui Arabici sive Thebaici appellantur, & ad sinistram sursum versus per Nilum fluvium navigantes perpetuo comitantur. Et ideo Eustathius in *Dionis*. *Perieg*. secundum antiquiorem *Heptapolis* positionem ex Thebaide descendentibus occurrere dicit sex quidem civitates a sinistra *Memphi*, *Diospolin*, *Memnoniam*, *Parvum magnumque catarractem*, & *Syenem*, unam *vero* a dextra, *Babylonem*. Ibi, antequam *Babylon* conderetur, erat, ut observat ex Iosepho (lib.II. antiq. c.15.) *Danvillius* p. 112. *Letupolis* sive *Latopolis* (de qua paullo ante diximus; ) & unde primum iter cepere hebraei egredientes ex Aegypto. Immo & hanc ipsam eam esse *Latopolim*, quam Stephanus Byzantinus partem urbis *Memphis* appellaverat, idem Danvillius animadvertit. Eo denique celebris Geographus *Babylonis* positionem redigit, ubi situm erat castrum *veteris Cairi Cassr-Isshemma*, *Arx flammarum*, *luminum*, aut etiam *fumorum Templum*, ita dictum ex antiquo *Persarum Pireo*, uti *Iacuti*, *Golius*, *Renaudotius*, *Assemanus*, aliique consentiunt. Quod vero additur, **ⲛ̀ⲱⲛ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ** *civitatis ON* metropolim indicat, & nomum *Heliopolis*, ad quem spectabat *Babylon*. Sed quae sequuntur **ϭⲁⲣⲁⲧϥ ⲛ̀ⲟⲩⲧⲣⲓ..ⲟⲡⲟⲥ ⲉⲛⲉϥⲣⲁⲛ ⲕⲁⲗⲓⲛⲓⲕⲟⲥ**, attente consideranda sunt.

sunt. Ac principio quidem vox est ⲛ̀ⲟⲩⲧⲣⲓ⁝.ⲟⲡⲟⲥ, quam ego in superioribus pro ⲛ̀ⲟⲩⲧⲣⲓⲧⲟⲡⲟⲥ, sed non sine haesitatione, accepi. Nam littera media inter ⲧⲣⲓ & ⲟⲡⲟⲥ posita in exemplari Tukiano speciem habet cuiusdam liturae, quae moneat de mendo aliquo ibidem latente. Nunc vero totam hanc vocem ad incudem revocans, eamque comparans cum κνίδος Strabonis, eam ⲟⲩⲧⲣⲓⲧⲟⲡⲓⲟⲥ legendam esse opinor. ⲧⲣⲓⲧⲟⲡⲓⲟⲥ, vero, teste Hesychio, est ἡ κνίδος *Knidus*, καὶ ἱερὸν ἔνθα ἑορτάζουσι, & *Templum ubi festum celebratur*. Hoc sensu, ut *templum*, ⲉⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲕⲁⲗⲓⲛⲓⲕⲟⲥ, *cuius nomen Calinicos*, idest, eodem auctore Hesychio νικητὴς *victor*, (Sol, Horus, Osiris, aut Hercules) colebatur, ab Aegyptio scriptore τριόπιον nuncupatum existimo. Idemque *Strabonem* in primigenio Libri sui textu fecisse censeo. Sed Graeci sequioris aevi sacra Egyptiorum parum heic, aut nihil intelligentes, locum Strabonis mire turbarunt. Ansa enim arrepta ex *speculis Eudoxi*, *iuxta quas cercesuram* in Libya civitatem positam Strabo proxime ante dixerat, induxerunt *speculam* alteram, quae ante *Heliopolim* erecta similis esset illi, quae sita fuerat πρὸ τῆς κνίδου *ante Knidum*, tacito nomine *Callinici*, quod quid sibi vellet, penitus ignorantes, neglexerunt. Sic Aegyptium *Templum* mutarunt in Σκοπὴν *speculam*, & τριόπιον, invito Strabone, *in Knidum*. Huiusque corruptionis indicium est transpositio illorum verborum, quae vetus interpres post memoratam Heliopolitanam σκοπὴν sic exposuit: *de quibus* (speculis) *ille* (Eudoxus) *caelestium corporum motus observabat*. Haec scilicet aperte indicant in Archetypo Strabonis fuisse coniuncta cum *speculis* Eudoxi ad *Cercesuram* Libyae sitas: κατὰ τὰς Εὐδόξου κειμένη σκοπὰς, & non cum σκοπῇ *Heliopolis* ubi nequidem καθ' ἕω, ut in vulgata Geographi lectione hodieque occurrunt, interpres legisse videtur. Nec mirum, si & hic Strabonis locus depra-

pravatus esset ; sunt enim & alia pene innumera tam excellentis scriptoris loca , quae mendositatis vitio laborant . Meam hanc tamen , qualemcumque sententiam eruditorum iudicio expendendam integre casteque relinquo .

ⲡⲉⲣⲉⲙⲟⲩⲛ : *Peremoun civitas* , cuius praeses erat *Pompius* . Multa de hac voce meditanti in mentem mihi denique venit quaerere , num esset πάπρημις *Papremis* , Marti sacra , itemque *Nomus* apud Cellarium ex Herodoto , & Stephano Byzant. de urbibus . Sed ipsemet Cellarius observat ex eiusdem Herodoti testimonio colligi non posse , an *Papremis* intra vel extra *Delta* esset . Idemque scribit *Danvillius* pag. 73. ubi approbare non audet sententiam P. *Sicardi* Papremim ob quamdam nominis similitudinem agnoscentis in *Efrim* iuxta recentiores tabulas non longe a *Menus* versus Mareoticum lacum . Certe quidem ⲡⲉⲣⲉⲙⲟⲩⲛ *Peremoun* , spectato more Aegyptiorum , qui ut nomina quaedam , augere , sic etiam decurtare solebant , per τȣ̃ πα *apocopen* , & commutationem non inusitatam τȣ̃ η in ι , & τȣ̃ ι in ȣ ⲡⲉⲣⲉⲙⲟⲩⲛ , magnam cum ⲡⲣⲉⲙⲓⲥ, aut ⲡⲣⲉⲙⲓⲛ Herodoti affinitatem praesefert . At ubinam vestigia ⲡⲉⲣⲉⲙⲟⲩⲛ in Aegypto invenire poteris ? Ne diu quaeras , vide *Danvillium* p.97. Ibi , inquit , *si* Tineh *remplace* Péluse , *c' est dans ses ruines* : *et pres de la Mer une ville nomée al*-Farma , *ou* Farameh , *et* Baramoun *par les Coptes au rapport de* Golius ( in Alferg. pag. 145. ) , *paroit avoir prévalu dans un temps postérieur aux siecles où il est parlé de* Peluse *comme boulevard de cette frontiere* . Omnia probe , si ea tantum demas , quae Danvillius de *Farma* , *Farameh* , & *Baramoun* tanquam aut Arabicis , aut recentioris aevi nominibus, postquam celebritas Pelusii in oblivionem lapsa est , institutis . Nam & *Farma* peraeque ac *Farameh* , Aegyptiaca sunt , & antiquissima . P. Sicardus ( *Mémoires des Mis-*

*Missions* p. 99. ) de *Pharamia* tamquam *urbe*, & *nomo* in quo *Praesidis* sedes esset, mentionem diserte facit. En verba. *Au milieu de la plaine s' éleve une ancienne église à* 22. *dômes, dont l' aspect est fort riant de pres, & de loin. Elle est dédié à Saint Gemmiani .... mais son véritable nom est DAMMIANE, ainsi que je l' ay lû dans tous les Martyrologes Coptes & Arabes. Cette Sainte étoit fille unique du Gouverneur de PHARAMIA nommé Iuste. Elle fut martyrisée sous l' empereur Dioclétien à la tête de* XL. *Religieuses*. Est autem *Farameh*, sive *Pharamie* ad ostium Bubasticum sive *Pelusiacum*, quo Nilus fluvius in mare mergitur. *Farma* tamen sive *Pharamia*, aut *Farameh* ex ⲡ-ⲉⲣ ⲉⲙⲟⲩⲛ, rectius ⲡ ⲉⲣ-ⲁⲙⲟⲩⲛ ex Aegypto-graeco ερ·αμμος, aut ερ αμμου, *eo quod ex arena factum*, sive quod *arenosum* est, significante, derivare potuit. Nam teste Strabone: *Quae Gazam sequitur regio sterilis est*, καὶ ἀμμώδης, *& arenosa. Magis etiam, quae inter Sirbonidem lacum, & mare*. Quumque in hac regione sita sit *Rhinocorura*, sive *Rhinacolura*, ideo & ipsa *Farma*, seu *Peramon* dicitur; unde apud Iacobitas episcopi Rhinocurorum & *Faramah* iidem sunt, qui & episcopi *Farmae* appellantur. Qua de re Consule doctissimum *Le-Quiennium* tom. II. *Orientis Christ. Provinciae* Augustamn. primae p. 452. At cave, ne φερμη, *Pherme*, qualis est *mons* in *Sceti* positus, & a Palladio, aliisque commemoratus, confundas cum *Pharma Pelusii*, & *Rhinocorurae*.

## X.

### *De Diis* LXX. *partim maribus, partim foeminis a Diocletiano constructis*.

Quisquis Graecae, Romanaeque Idololatriae historiam vel a limine salutavit nunquam, credo, difficilem se praebe-

bebit in fide praestanda ei omni narrationis parti, quae memphiticus scriptor Iulius in prooemio actorum *S. M. Epime* de Diis maribus XXXV. totidemque deabus a Diocletiano elaboratis describit. Palam iam est, omnem illam Deorum multitudinem, cuius in Illiade meminit Homerus ex eversa Troia, auctore Aenea, in Lavinium primo, deinde per Ascanium in Albam, indeque tandem a Romulo fuisse in huius Romanae urbis sinum invectos. Iidem vero & ipsi Graecorum Dii erant. Roma tamen tam multis Diis, sacrisque a Numa constitutis non contenta, capitolium, summumque ibi Templum Iovi deinceps erexit: Aesculapium ex epidaura ambivit: Deorum Matrem ; ex Delphici oraculi iussu, Scipione Nasica Pontifice ex Pessinunte excepit, tot denique Numinum deorumque catervam urbs Roma collegit, ut eos, teste Augustino lib. III. de civ. D. cap. 12., nemo numerare possit: *indigenas, & alienigenas, caelites, terrestres, infernos, marinos, fontanos, fluviales, & ut Varro dicit, certos atque incertos, in omnibusque generibus Deorum, sicut in animalibus mares & feminas*. Hinc idem ipse Doctor SS. l.4. c.8., *quando possunt*, inquit, *uno loco commemorari omnia nomina Deorum, aut Dearum, quae illi grandibus voluminibus vix comprehendere potuerunt, singulis rebus propria dispertientes officia numinum* ? Ex hoc numero sunt deae, *Meni, Postverta, Prosa, Ops, Rumina, Educa, Paventia, Adeona, Abeona, Volumna Agenoria, Stimulas strenia, Camnena, Salacia, Venilina, Bellona Cloacina, Volupia, Libentina, Cunina, Felicitas, Victoria, Iuventas, Virtus, Fides, Concordia, Pudicitia, Pecunia, Fessona, Bubona, Mena, Andromeda, Ino, Intercidona, Rusina, Collatina, Vallonia, Seia, Segetia, Tutilina, Volutina, Patelana, Hostilina, Flora, Pomona, Nuttisea, Spinensis, Robigo, Cardna sive Corna, Marica, Levana, Leucothea, Larentina, Matuta, Runcina, Libera, Fortuna, Febris*, & alia id genus infinita propemodum nomina Dearum. Inde & Dii

Ma-

Digitized by Google

Mares: *Romulus*, *Picus*, *Faunus*, *Tiberinus*, *Tellumo*, *Ops masculus*, *Terminus*, *Volumnus*, *Lacturius*, *Nodotus*, *Summanus*, *Iugatinus*, *Aventinus*, *Subigus*, *Silvanus*, *Rusor*, *Forculus*, *Limentinus*, *Pilumnus*, *Argentinus*, *Priapus*, *Sancus*, *Catius*, *Pavor*, *Pallor*, *Honor*, *Vitumnus*, *Sentinus*, *Hercules*, *Aesculapius*, *Castor* & *Pollux*, *Perseus*, & reliqua eiusdemmodi farraga Numinum.

His adde XX. *Deos selectos*, XII. Mares, inter quos *ORCUS*, VIII. feminas, alias *contentes*, *maiorumque gentium* Deos nuncupat ex eodem Varrones apud August. VII. de C. D. cap. 11. In distico Ennii *APOLLO* ultimam sedem obtinet inter XII. selectos; sed in memphiticis Actis nostrorum MM. ⲛ̀ⲛⲓⲥϯ ⲛ̀ⲛⲟⲩϯ, *Deorum Maximus* perpetuo appellatur. (*) Perge, & his



(*) Ad eum denique locum, quo maiori indulgentia, ac benignitate tua indigeo, Amice Lector, perveni. *Sophista* ille *indicus*, in quem nonnulla, ut nosti, adnotavi a p. 270. ad 290. usque, quum ea necdum in publicum edita, sed adhuc in latebris iacentia, furtim surrepta legisset, bellum mihi internecinum indixit: & *Diocletiani* ingenium aemulatus & mores, ut ille ob *Apollinem* tamquam *Deorum omnium maximum* Christianos in universis praesertim Aegypti locis immanissima persecutione insectabatur, sic iste ob novum inauditumque *Apollinem Krsnab*, quem ad obscurandam Brahmanum idololatriam sibi temere finxit, me cane peius, & angue insequitur, scriptisque suis, qua latinis, qua italis vel in Romanis ipsis *Ephemeridum*, & *Anthologiae* tabulis, ubique me vexat, & lacerat. De hac furtivâ, & parum honesta agendi ratione absit, ut conquaerar, sed patienter ego sinam, ut is unum audiat iudicem S. Hieronymum in epistola LVII. ad Pammachium. Mea enim interest *commenta*, *nugas*, *ἀλαζονείας*, *mendacia*, & *imposturas*, quibus me veluti ex insidiis furibundus aggressor opprimere tentat, paucis refellere. En igitur tibi in conspectu mea haec quantumcumque levis, cum hoste commissa

VELITATIO.

Iam me statim adoritur, & quasi ex antris tenebrosae silvae immenso voluminum, saxorum, palmenrumque foliorum strue onustus, omnia mihi misero Indicae & Brahmanicae litteraturae armamenta, quibus me terreat ante oculos ponit; *& tu*, inquit, in *Exam. Historico-Crit. Codd. Indic. Bibl. de Prop. Fide* pag. 11. *censor*, *in haec indigitamenta*, *in has indicas preces*, *in libros indicos*, *in linguam*, *atque gentem indicam*, *numina ipsius*, *& cultum*; *ex his*, *non autem ex palato tuo*, *ex Arnobio*, *ex Tillemontio*, *& Valentinianorum somnils diiudica*. Pax, pax, mi Sophe: Ecquinam ii sunt

& his adde *Osiridem* , *Isidem* , *Serapim* , *Anubim* Romae deinde publica auctoritate receptos : Adde & *Deos Mon-*

sunt indici libri , quos mihi meditari iubes , ut de Diis Indorum , eorumque cultu , quae tu velis , agnoscam ? Sunt *Samscrdamici* , quos tu propriis indicae gentis characteribus exaratos , ad secula fere ipsa diluvio proxima in grammatica , & in ceteris operibus tuis Romae editis impudenti iactantia ubique revocas ? At hos non ego , non Arnobius , non Tillemontius,sed Strabo ad sua usque tempora ab Indis Brahmanibus scriptos cum *Megasthene* , aliisque sibi cognitis probeque notae viris , rotunde negat , qui disertis omnino verbis testatur , nullas usquam Indos neque sacras , neque civiles *leges scriptas* habuisse , immo nec *ullas cognovisse* gentis suae *litteras* , sed omnia *memoriter* tantum administrasse . Relege adnotationes nostras ad pag.283. Quid , quod Tu ipse pag.7. huius tui *Examinis* laudasti testimonium Eusebii , qui de Brahmanibus in haec verba scribit : *Si tam maiorum quam legum TRADITIONE ab omni caede , cultuque simulacrorum abstinent?* Numquid & p.19.testem non adduxisti Arrianum de Indis scribentem: *non concedere eos monumenta mortuis ; virtutes enim virorum ad perpetuandam post mortem memoriam sufficere existimant , & carmina , & odas , quibus eorum virtutes , ( ᾄδοντας ) decantant* , odas scilicet *non* scripto *traditas* , sed de memoria , orere tenus expromptas , quales erant hymni , quos Brahman *Calanus* , dum ad rogum sese combusturus accederet τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ *patria indorum lingua* canebat , quosque Indi ipsi, teste Arriano l.7. Exp. Alex. *Deorum laudes continere dicebant* . Haec tute ipse recitas, & tamen , quia tu omnia confundis , & linguam , cum calamo , salivam , cum atramento , & cantum unum idemque esse cum scripto putas , vis ut ego coeca fide tibi credam , dum mihi libros tuos *Samscrdamicos* tam portentosae antiqnitstis tempora referri oportere praedicas ; nec his contentus *Amarasbinae* tuae vocabularium cum *Calepini* nostri aetate vix comparandum, ad *an.circiter* 500. *ante Christum* natum,adeoque & ante *Herodoti* seculum *Samscrdamicis* litteris commendatum p. 16. affirmas ? Credat haec Iudaeus appella , non ego .

Da ergo mihi tuos hosce libros sec. circiter vel IV. aerae christianae , vel V. post inventos litterarum typos , *Samscrdamicis* formis exaratos , & ex his indicam Deorum , Dearumque superstitionem portentosis fabulis , monstrisque horrendis plenam , te iubente , expendam .

Hac tanta erga te liberalitate utar, ut aditus tibi aperiatur ad sustinendam originem Iapponensium numinum *Amidae* , & *Chanon* , tum & ad aliorum id genus institutorum antiquitatem , quam in Systemate tuo Brahmanico , ab indicae Religionis Archetypis derivatam censes . Nam & Iapponenses sunt , qui , quum antea nullas haberent , quibus uterentur ad scribendum, litterarum formas , eas seculo VI. sequenti acceperunt , non quidem ab Indis , sed a Sinis . Ita P. Martinius in append. ad Atlantem Sinicum , ubi *Iapponenses* , inquit , *Religionem a Sinis , & litteras sexcentis circiter post Deum natum annis* . An non mihi gratias egeris , quod Samscrdamicos tuos libros annis fere bis centum Iapponensibus antiquiores fecerim ?

Ne vero novam tu mihi dicam inscribas , necesse est , ut indicae idololatriae tempora accurate tu mecum in ea dividas quae ante , & quae post Strabonis

Montenses, quos Romula Mater Maximiani Gallerii, & Gallerius ipse princeps apud Diocletianum persecu- · cc 2 tio-

bonis aetatem fluxisse novimus. Ante Strabonem id unum de Indorum erroribus scimus, quod Deos multos adorarint, sed quinam hi fuerint, quum populari tantum & praxi, & traditione, non vero ullis usquam scriptis tabulis, omnis eorum cognitio contineretur, ab antiquis historiarum scriptoribus ignorabantur. Id unum de *Baccho* memorat Arrianus, quod sibi ab Indis cultum dari ore, non scripto, praescripserit. Ctesias de luco meminit sub Solis, & Lunae nomine. Q. Curtius *arbores maxime*, tamquam Deos, Indos colere dixit. Strabo, libr. xv., ex quorumdam scriptorum testimoniis de Indis refert, eos honore prosequi *& indigetes genios*; *Iovem pluvium*, *Gangem fluvium*, καὶ τὺς ἐγχωρίυς δαίμονας; *fabulas* tamen Brahmanum veluti memoria indignas obiter tangens silentio involvit. Facile tibi dedero, plura ex vetustioribus Indicae superstitionis instituta in libris, qui post Christum natum scripti sunt, reperiri, sed tam vasto fabularum gurgiti immixta quis ea modo, uti antea erant, rite cognorit?

Post aetatem Strabonis, quando, iam inventis Indicae scripturae elementis, tv. circiter seculo, vetus illius gentis superstitio novis interiorum, externarumque fabularum involucris in immensum aucta succreverat, hi libri tui Samscrdamici scribi caeperunt. Iidem ipsi, quos ceteris antiquiores tanto oris hiatu tu praedicas, tam apertas recentioris huius aevi notas in fronte gerunt, ut nulla eas artis tuae fraude fucoque tegere aut obscurare possis. Brahmanes illi tui egregii Patrum nostrorum Simii nihil tam frequenter in his libris commemorant, quam *Monachorum* & *Hesychastarum* mandras: nomina omnia e terrenis hisce ad supernas astrorum sedes, solide translata, & inter agmina siderum ingenti copia distributa, originem suam e sinu florentis monachismi ductam aperte enunciant. Tua enim illa sunt: *Iadoshva*. *Muni*, *Muni Khrshna*, *Muni Visnu*, *Xaca Muni*, *Iadoshva Monachus*, *Hesychasta*, *Monachus Krshna*, *Visnu Monachus*, *Xaca Monachus*, *& Munindra Ascetarum*, *Monachorum Praeses*, unde est forsan p. 182. gram. & ille *Mercurii sui genius*, seu *rector*, *cui satellites*, *aliaque astra ipsi obsequentia*, *tamquam Monachi*, *& Hesychastae subsunt*.

Quamquam etsi quaedam Brahmanum scripta, paullo antiquioris aevi, sed certe post Strabonis aetatem, tibi concesserim, ea tamen non sunt, quae tu in tuis hisce Samscrdamicis libris mihi propouis. Non tibi heic memoravero *infinitos thesauros historiarum*, *& librorum ante diluvianorum latentes*, ut narrat Postellus de originibus apud Brahmanes Guzaratae, et Narsinge, quia *nos eos cum* Henochianis *expectare* opus *esse* dicit, *antequam claritatem absolutam rerum mosaicarum cernamus*; ni tu forte tam longae exspectationis tempora praevenire velis.

Sed quid illud praeterea est, quod mihi ex 20. Exodi, & 13. Sap., ex Eusebio, ex Porphirio, Clem. Alex., & Philostrato de prisca gentium *astrolatria*, obiicis, quasi Indis *naturae & astrorum cultum* ego *abnegarim*? Tune haec mihi obtrudere audes, postquam meum Alphabetum Tibetanum, ubi de hoc superstitioso solis lunae siderumque cultu apud Gentes Iudaeosque ipsos identidem protuli, te saltem percurrisse significas, postquam & pag. 288., atque 289. huius voluminis multa iterum de hac gentilium idololatria dixi? Id unum a te quaerebam, ut mihi auctores, qui de divinis honori-

tionis consultor, & incentor assiduus, impense colebat; & indẹ intelliges, quam facile Diocletianus ex his, aliisque

noribus Soli, Lunae, & astris ab Indis ante aeram Christianam tributis, proferres. Tu nuilom dedisti, ego tibi vel unios *Ctesiae* testimonium suggessi; quamquam ad *Solem* quod spectat Io Aiph. Tibetano Alexandri Magni inscriptionem, quam videas necesse est p. 158. tibimetipsi indicarim; & tu mihi retributionis ioco hanc imposturam affingis?

Contendis deinde me *omnium gentium deos homines fecisse*. Unde id tibi fingis? Nam ego & hanc mortalium hominom *apotheosim* Graecis certe & Latinis constanter tribui; idemque de Aegyptiis cum Athenagora, Athanasio, Augostino, Arnobio, ceterisque christianae religionis Patribus, ac defensoribus, ex eo usque tempore, qoo inter eos desertis priscis *solis*, & *lunae*, nova *Osiridis*, *Isidis*, *Typhonis*, *Hori*, aliaque id genus nomina audiri coeperunt, censeodum putavi. De India vero, ubi sermo sit non de commentitiis, & phantasticis eorum Diis, sed de terrigenis in Deorum numerum adscriptis, Bacchum uti principem Indiarum domitorem inter Deos, illos agnovisse, testata res est. At tu incredibili audaciae portento verba Diodori Siculi, quibus Bacchi irruptionem narrat in Indias lib. 2. Bibl. *Remotissimis temporibus cum mortales adhuc dispersi vicatim habitarent, Baechus ex occiduis terrae partibus cum numeroso exercitu adventaus Iudiam totam peragravit*; de Baccho non homioe, sed de *sole ab occidente ad Indos per semptemtrionem, seu montem Meru venit* allegorice, *& eo sensu accipienda esse verba Diodori* p. 131. Syst. Brahman. impudeotissime doces, immo & ad maioris impudentiäe tuae iactantiam exercitum militum secum a Baccho ductum vertis io *exercitum stellarum planetarumque*. Egregie mi Sophe Allegorista? Ao sic etiam interpretaberis Arrianum, apud quem pag. 522. ille idem Diodori Διόνυσος, *Bacchus* ex extera regiooe Indiam pervasit, *Indosque vicit*, & urbes eis condidit, leges tradidit, vini usum dedit, agriculturae rudimenta ostendit, eorum plerosque aratores ex Pastoribus fecit, aiios martiis armis munivit, omnes modum & se & Deos ceteros coiendi ritum edocuit, ac tandem quum *primum* apud eos Regem *Spartembam* constituisset, ex India *discessit*? Heic rogo te, discessit ne forsan *allegorice* sol ex Iodis, quem antea ex propioquo *Meru* monte io aethere volantem cum exercitu stellarum in Indiam penetrasse satis ridicule, corrumpens *Diodori* verba, fabuiabare? Si sol ex Indis discessit, & discessit cum Baccho, Bacchus noo ultra rediit, nec ergo sol. An Indiae sine sole in perpetua nocte manserunt?

Sed hoius tam immanis *imposturae* te iure convincunt, damnantque ambo hi clari scriptores *Diodorus*, & *Arrianus*. Ille ubi paullo post verba a te recitata, ait, *tandem cum Bacchus multa Indos praeclara edocuisset*, θεὸν νομισθῆναι *inter DEOS recensitus*, *immortales obtinuit honores*: Iste ubi haec scribit, *Bacchus* καὶ θεοὺς σέβειν ὅτι ἐδίδαξε *Indis praecepit Deos colere* ἄλλους τε καὶ μάλιστα ἑαυτόν, *tum alios*, *tum vero maxime seipsum*.

Et his tamen, aliisque pluribus in eamdem senteotiam Arriani verbis novam appiogere audes imposturae notam system. tui Bram. p. 140: *Arrianum*, dicens, *non credidisse Bacchum verum Indicae gentis institutorem patet ex eo, quod supra de Baccho dicat: atque haec Poetae finxerunt*. Sicciοe mecastor tibi pervertere licuit mentem & dicta Arria-

aliisque innumerabilibus Diis , summam conficere potuerit XXXV. marium , totidemque feminarum Deorum , quos , ut-

Arriani ? Ea , quae de *Dionyso* , sive Baccho sunt a Poetis , Arrianus ad unam secnndam ipsius Baechi nativitatem omnino fictam ex μηρῷ *femore* Iovis , ( unde nomen *meros* factum est *monti vicino Nyssae* , ) Arrianus p. 509. libri sui restringit ; tu vero illa improba fide ad pag. usque 523. ipsius operis distrahis, ibique sd eas qnoque verae historiae partes tam maligno sstu ea Poetarum figmenta accomodas , ut quicquid iis in locis scribit Ariianns ex fictionibus poetarum derivstum credatur. Arrianus tamen non ex Poetarum fabulis , sed ex frequenti , praestantique fams ( περὶ πολλὸς λόγος κατέχει , ) & ex indicis monumentis es , quae de *Dionysii* , *Bacchi* aote Alexandrum expeditione in Iodias scribit , se desumsisse teststur . De *Hercule* vero , quem item deum ex homine mortali apud Iodos factum agnoscit , non sequslem fsmsm neque tam multa πολλὰ ὑπομνήματα *monimenta* periode sc de Baccho in Indiis p. 519. se reperisse tradit . In hoc Diodorus ab Arriano differt , quod ubi hie Bacchum ex Indiis ad gentes alias per orbem postremo *discessisse* narrat, ille post annos Regnl LII. γήρᾳ τελευτῆσαι *senecta decessisse* ,*deorumque honores* obtinuisse testatur . Paria fere eum Arriano de *Hercule*,altero illo Indorum domitore , & ioter Deos ex mortali homine apud eos consecrato Diodorus narrat .

Ageounc, & haec Tu de uno *Sole* allegorice expone , ut omnium denique litteratorum risum in te commoveas . Nega iam , ut pluribus in locis immoderatissime facis, nullos esse inter Iodos Heroas homines io Deorum numerum saltem post mortem evectos . Quod quum facis , teipsum vel invitus aperti mendacii condemnas . Tu enim ille es , qui *Krsbna* hominem inter mortales Indos & genitum , & msledictum , & isculis in arbore confixum , & mortl traditum tsm saepe praedieas; & hunc tamen,euoctis licet silentibus , & Indis, & graecis scriptoribus , tu solus quasi alter Brahmsnum *dictator* in *Deum Apollinem* erigis? At hypsea caecior antilogiam , qua tecum tam manifeste pugnas non vides , neque vero videbis , qusmdiu de profundo tam ineptissimarum allegorisrum tuarum pelago non emergss .

Ceterum de hominibus a Chaldeis , Syris , Africanis , Gallis , Germanis , aliisque oationibus in Deos post mortem evectis disserere meum non erat . Attamen Persss ex eo numero sperte excepi , ut inde iotelligss *tuum* esse *mendacium* illud , quo me *omnium gentium Deos homines* fecisse ineusas . Ubi vero me carpis , ( p.tt. ) quod ego *astrorum* , *& partium naturae in symbola & statuas transformationem negarim* , quodque *indicae gentis religionem & naturalem philosophiam nudius tertius* oatam dixerim , vetera , ut soles , mendacis novis mendaciis accumulas . Illud *nudiustertius* a me semel adhibitum memini sd recentis inventionis tuse commentum explodendum , oon ad nstivitatem indicae superstitionis , sut Brshmsnicae Philosophiae designandam .

Sed verae insaniae prodigium est , quo mihi mox iubes , ut *tercentis triginta duo decies centenis millibus Indorum* Diis totidem *reges heroasque indicos* substituam . Multo tamen maior dementis fuisset , si tuo huic *secundo Deorum* ordini , addidisses tum *primum* qui *superior* est apud Indos , & *subalternorum* ouminnm apud Indos vocatur , tum etism *tertium* qui *secundo* subest , & Diis , quos *Prophetas* Indi sppellant , *quadraginta mille* omnino

Digitized by Google

utpote delectos, in domestico, sive Palatino Larario suo colendos, adorandosque locarit. Silenus in Iuliani Caesari-

mnino constat. Si enim eorum oblitus non esses, iussisses mihi ut & iis maiorem regum, heroumque numerum substituerem. Quid vero? *Phantasmatis phantasmata* respondent. Ne alios itaque Deos, quos ego Indicis tuis subiiciam, exspecta. quam INNUMERABILES illos *Deos* Manichaeorum, quorum meminit S. P. meus Augustinus L.xv.c.Faustum cap.v.& vi.

Ast perge *Sophe*, & pag. 19. atque seqq. ad 25. usque, sparge ubique flores eruditionis tuae; sed quae tota vanissima sit, & nihil ad rem, qua de agitur spectet. Abuteris enim inter cetera doctissimi Praedic. O. Scriptoris, omnis quidem sed peregrinae inprimis, & exoticae litteratura laude celeberrimi Mag. *Gabrielis Fabricii*, dum scripta vere divina *Moysis*, eaque omnium omnino Graecorum, ceterarumque gentium longe vetustissima ad antiquitatem *Samscrdamicorum* librorum tuorum trahere niteris. Deinde imposturam facis Straboni, qui quum tam perspicue scripserit ad suam usque aetatem *Indos litteras ignorasse*, tu eos contra tamquam *litteris . . . politissimos* in caelum extulisse mira prorsus impudentia affirmas. *Tertio* abuteris pag. 8. *Nearchi* dictis, qui licet Indorum leges alias *communes*, alias *proprias*, *& ab* alienis diversas agnoscat, omnes tamen ἀγράφους νόμους, *non scriptas testatur*. *Quarto* abuteris scriptis Brahmanicis, quorum ego memini in *chronotaxi* Tibetana, & alibi; nam etsi incertus de tempore inventionis characterum ea commemorarim, illa tamen pertinent ad aetatem, quae Strabone iam vita functo, effluxit: & qualiacumque demum fuerint, a tuis, quos iactas, recentioris aevi libris quam longissime distant. *Quinto*, inter cetera quae profert, aut tua sunt, & ea nullo modo probas, sed vane ostentes, aut aliena sunt, & haec extra chorum inaniter cantas. *Sexto*, templa Indorum, quae antiquissima praedicas, Strabo non memorat, nec ulla monumenta mortuis erecta, sed nec saxa eis inscripta. *Septimo* pag. 19. intellige *Odas* & carmina in Deorum laudes, apud Arrianum, alia esse *memoriter* composita, & ore recitata, alia litteris, atque tabulis commendata, & tunc facile percipies, quam abnormis, & lepida sit tua illa consecutio: *Odae ergo, & carmina antiquitus inter Indos extabant*. Extabant, sed ἄγραφα, *non scripta*, cuiusmodi erant *hymni*, *quos* Brahman Calanus, sub Alexandro M. τῇ τῶν Ινδῶν γλώσσῃ, *Indorum lingua* rogum conscensurus de memoria, ut ante iam dixi, cantabat, non de scripto legebat. Idem est de carminibus magicis, quae tu inter Indos memoras. Sed tu *scripta* cum *non scriptis* ubique confundis apud eos, quibus, teste Strabone, ignota erant elementa scribendi, ut fucum facias imperitis. *Octavo*, Megasthenes est, qui apud Strabonem dicit Indos *epistolas scribere in Sindonibus perelegantibus*. Verum ibi Megasthenes intelligendus est de *opificibus*, qui etsi litteras nescirent, pictorum tamen more figuras litterarum egregie pingebant. Nam monstraturus Megasthenes *quam valde essent Indi studiosi artium* inter varia, quae profert exempla hoc etiam est, quod epistolas in Sindonibus eleganter pingerent. Hae tamen litterae esse non poterant Indicae linguae, quia ut idem Strabo continuo subdit: *cum alii negent ullis eos uti litteris*; immo & Megasthenes ipse, observante Casaubono, dixerit, Indos γράμματα οὐκ εἰδέναι, *litteras non cognoscere*.

Quoties proinde epistolas scribere vellent graecorum & lingua, & lit-

Digitized by Google

saribus Augustum appellabat κουροπλάςην, *Puparum effectorem*, quod, ut *Puporum psalmatores* faciunt, sic ille Deos,

& litteris uti cogebantur; huiusque moris exempla duo praeclarissima habemus, alterum ex Brahmane *Calano* in graeca epistola ad Alexandrum M. apud Philonem, alterum ex Poro Rege in ep. ad Augustum Rom. Imper. Nam inter Indos qui linguam, & scripturam *graecam* colerent, oon defuisse omni proculdubio existimo. Erat enim ad *Nysam*, & Mootem *Meru* Graecorum colonia, io quam & Indi voluntarii, teste Arriano, admissi fuerant, a Dionysio, seu Baccho iostituta.

Neque huc spectat tuum illud ineptissimum argumentum ductum ab Indo Rege Trevancorensi, qui si lusitanica epistola ad Pont. Max. PIUM SEXTUM scripsit, non ideo id fecisse potandus est, quod ei Iodica scribendi forma deesset. Qois enim, oisi iosanus, id aut diceret, aut cogitaret? At de Indis illis vetustissimis hoc generatim Strabo, aliique dicuot, eos *indice* noo scripsisse, quia propriae scripturae litteras ignorabant.

Hactenus ego credo, te satis atrae bilis e nigro felle in me expectorasse. Quiesce tu tandem, & me parumper sedato animo audi. Ad pag. *Examinis tui critici* 21. & alias seqq. do tibi Brahmanes Alexandro coaevos in philosophicis *opinionibus*, non tamen *scriptis*, sed de *memoria* & *ore prolatis* convenisse *cum graecis*. Id vero quid vetat, quominus Iuniores Brahmaoes, qui seculis posterioribus, quum iam apocryphae Valentinianorum scripturae in Iodias usque propagatae fuerant, vixerunt, ab iis Pseud-Evangelium, *Yudistbira* dictom, receperint, illudque ad impias suas de religione fabulas & errores accomodarint? Id egn iamdiu ante Brahmanicum Systema tuum, a pag. 253. usqoe ad 263. in Alphab. Tibetano fuse satis perspicue usque ostenderam. Tu vero meum hunc qualemcumque librum aut non legisse aut certe callido astu hucusque dissimulasse videris. Nam si tu legisti, fieri vix posse credam, ut tu tot illa Yudhistirae porteota ad *philosophian* Brahmanicam detorquere te tandem posse confidas? Tu ex isto infami centnoe uoam eam particulam, qoae ad fictum, ut ego puto, Pandevarum bellum refertur, cognitam hobuisti, ego vero ea etiam acta, quae ex pseudo-evangeliis Nicodemi, Iudae, aliisque excerpta, sed mirum in modum corrupta, ad Krisou Indicum spectant, in medium protuli. Ao mihi antea promere non licuit, quod tibi postea tamqoam aut ignotum, aut neglectum silentio praeterire placuit? Sed tu a me quaeris *Pandaeam* gentem in pseudo-evangelio Iudae. Stulta nimis, ignosce, tua haec petitio est. In pseudo-evangeliis noo profanae cuiusvis, sed sacrae & divinae historiae narratio, eiusque corruptio spectaoda est.

Mea igitur interest de uno *Chrisnu* in *Yudistbira* agere. Is ibi conceptus dicitur a matre *Devoki*, sive *Kekai* sine opera viri, partus vero nocte media lunae 8. mensis *Badr* Augusti, die *Bud* mercurii, sub sidere *Rhoini*, virginis nempe in Regno *Agioda*, Iuda scilicet. *Aggr Riki* innumera eius nomina revelat, propheticum de eo oraculum pandit, praedicit futurum, ut salvet prosapiam suam omnem *Gioda*, idest Pastorum, vitam det bonis, gigantes viocat, agnoscatur ab omnibus gentibus, & nomen eius invocetur in toto orbe terrarum. Gigas *Kams* movet in eum persecutionem: *Sridoro* simulato desiderio videndi *Krisnu*, eum in cunis ioterficere tentat. Hinc caedes infantium iotra bimatum, anus curva erecta, mortui redivivi commemorantur. Krisnu quaesiturus filium Brah-

Digitized by Google

Deos, quorum unus *Iulius Caesar* esset, crearet. Unde & illud est Manilii carmen ad calcem lib. IV.

*Iam*

Brahmanissae in celsiores caeli partes statim a partu sublatum, una cum *Argiun* conscenso curru ad *Barbmdip* usque sese extollit. *Argiun* ibi ob tenebras nil videt. *Kbrisnu* instrumento *Ciarb* circumscindit tenebras, & ecce soles nitidissimi fulgent. Altius sese extollunt ad *Nirangiau purum spiritum*, tandemque ad *Giotisirup*, *splendoris originem*, sedemque ipsam *Bisuu*, cuius fulgor aequabat termillemani. Ibi facta vox est ad *Krisnu* dicens: *Hic est filius Brahmanissae, quem ego tui caussa ad me sustuli, ut tu eum quaesiturus ad me venires, meoque fruereris conspectu*. Tu descendisti in mundum, ut terram *liberares a gigantibus*; *Sed mundi laqueis irretitus, deliciis eius inhaesisti. Accipe Filium quem tibi do.* Filius adorat *Krisuu*. Hic accepto Filio descendit cum Argiun in *montem Daorica*. Ibi se transformat. *Riki Durbasa* contemplationis sublimitate in vicino Maris littore insignis a *Giodubansi* gentis suae hominibus illuditur. Eorum unus mutatis vestibus feminam praegnantem simulat: catinum ferreum sibi ad uterum adaptat, ut tumorem latentis foetus ostendat. Tum *Giodubansi* ad *Durbasa* accedunt, eum laudibus, & encomiis extollunt: sed is ambitione gloriolae inflatus, ubi se interrogari audivit de partu, an felix futurus, de foetu vero, an mas, an femina nasciturus esset, respondit: *non novi hominem*. Inde *Durbasa*, cognita fraude suorum Giodubansi, dira in eos imprecatus est; *hoc ferro*, dicens, *quo me decepistis, peribitis omnes*. Sed illis formidando vaticinio perterritis, adeoque rogantibus, qua tandem ratione infausti casus eventum avertere a se possent: Ite, inquit, ad littus maris, & catinum saxis, & arena tam diligenter perfricando terite, ut nihil ferri ex eo supersit. Sic fecerunt; sed tantum ferri ex attrito catino relictum superfuit, quantum est *acumen clavi*, quod in mare proiectum deglutivit piscis. Hunc piscem cepit *Agand* in piscatorem tunc transformatus: Is exenterato pisce invenit reliquiam ferri, eaque iaculi sui aciem armavit. Dii interea legatum ad *Krisnu* mittunt eumque rogant, ut quando iam terram a gigantibus liberaverat, ad caelum rediret, ubi sine capite versabantur. Ille ad legatum: Diis, inquit, *renuntia, me post septiduum rediturum ad eos*. Itaque *Krisnu* ad ostium fluminis *Gomti* se confert. Ibi *bog* coena facta cum *Gioduvaſis* idem ipse, & ceteri omnes se lavant: paulio post, excitato tumultu, *Giodubanſi* ictibus acutissimorum *sevar iuncorum* nempe, qui nati erant ex spuma maris immixta scobi fereae ex attrito catino relictae, se mutuo caedunt. Perierunt omnes, & illos Krisna in caelorum superna continuo misit: nam quisquis aut a *Krisna* ipso, aut Krisnae causa interemtus moriebatur, recta ferebatur in Caelum. Krisna commendat *Argiunae* sponsas suas 16000.: sub forma *Giatar* se videndum exhibet sponsis suis, easque abstrahit ab *Argiuna*. Antequam vero ad vitae finem *Krisnu* accedat amplectitur *Giudistira*: *Giudistira* vero post mutuos complexus revertitur *Deli*. Postea *Krisua* ad ostium *Gemti* fluvii quasi strato decumbens, sic tensa corporis membra in margine prope undam maris composuit, ut pedem pedi superpositum ad aquas usque porrigeret. At *Agand* piscator cymba vectus, pedes *Krisnu* pro pisce accipiens *iaculo*, quod erat armatum aculeo ex reliquiis attriti catini forte for-

tuna

Digitized by Google

*Iam facit ipse Deos, mittitque ad sidera numen,*
*Maius, & Augusto crescit sub principe caelum.*

d d Pri-

tuna transfodit. Eo vulnere Krisna confossus languentium oculorum nutu crimina omoia ille dimittit eidem ipsi *Agand*, & ut secom currum conscendat interea dum animam, idest *mirificum splendorem* ex ore emittit, lubet; mox que cum eo simul in caelum avolans, supernas omnes sedes perlostrat, & inde in *Bekunt* transcendens ibi manet *Gioti Sirup*, *prima lucit origo*. *Corpus* eius cum octo *regiis* Sponsis τῷ *vdò* in *Daorica* comburitor. Cineribus in profluentem ioiectis, & in mare delatis saxum ex iis igootae materiae compactum est, quod iterum a fluctibus ad littus adactum post longa tempora ab *Indradrumana* conditore sanctuarii *Ciangranatae* consecratum est. In eo enim insculpait statuam Numinis *Budba*, quod est *Bisna* in nona sua *Avotar*, incarnatione.

Ecquis est, qui in portentosis Valentinianorum, Manichaeorum, aliorumque impiorum *Docetarum* erroribus vel leviter eruditus, non statim intelligat, totam hanc Brahmanici *Iudbistirae* partem horrida illa exhibere monstra, quae ex *Pseudo-evangeliis* exhausta, novisque mendaciis, & corruptionibus aucta sacrilegi isti impostores ad veram Cooceptionem Nativitatem, infantiam, transfigurationem, mortem, resurrectionem, asceosionem, & cetera divina *Christi Iesu* facta, sub fictis hisce, & simulatis *Krisnae* actis tegenda, obscuranda, & infamanda Brahmanibus ipsis, & Iodis populis insinuaverant?

Simplicem seriem actorum *Krisnae* ex *Iudistirae* libro hucusque dedi, sioe notis corrupta sancti Evangelii nostri loca indicantibus, quas tamen in Alph. meo Tibet. inserui, & eas iterum infra habebis, ut integrum de re tota iudicium tibimetipsi, bone Lector, relinquam. Sed interea unum consideres velim *Tudistira*. Is ipse est, qui *Krisnam* complectitur, & reciproco amplexu a Krisna ipso excipitur. Nonne *Iudam* proditorem (Matt. 26. v. (49. 55.) ad vivum repraesentat, idemque est ac *Iudistira* in pseudo-evangel. Valentinianorum indicatus? Quinimmo & idem est *Giudistira*, cui *Aggr*, thronum, & regiam dignitatem post victom in pugna *Galasiudum*, iuxta eorumdam nebulonum placita, praedixit.

To, Sopbe. *Judab*, ex Samscrdamico sive ex Malabarico vocabolo *Iudbam* (pag. 22. exam.) *bellum* interpretaris. Nolo tibi de hac tua mihi dubia interpretatione intendere litem. Sic esto. *Judab* ab hebr. ידה *deiicere, dispergere, iaculari & expugnare*, belli actionem significare peraeque potest: & *bellum* revera est argumentum totius libri *Iudbistirae* dicti. Sed ubi partem alteram totius nominis, qoae *bistira* est, *isbta* vel *isbtam* exponis, ibi miserandum in modom friges, & ridiculum te facis. *Istbam* vox graeca est *αἴσθημα*, in indicam linguam corrupte recepta, *sensationem* significans. At vero *Istbam* tantum ab *bystira* distat, quantum caelum a terra. Hoc pacto fatearis necesse est in indico idiomate nullam te habere vocem *bystirae* similem, quam cum *Iudba* coniungas, ut fiat *Iudbistira*. Est igitur vox ista non indica, sed *exotica* non aliunde cognita, quam ex *Pseudo-evangelio* Valentinianorum; apud quos, teste S Irenaeo, *Iadistira*, *oppugnatorem*, *dissolatoremqae bysterae*, idest *fabricatoris caeli & terrae*, perinde ac apud Brahmanes, significabat. Et tu, ut tam impia Brahmanum tuorum dogmata contegas, & ex oculis mortalium subducas p. 18. *Exam.* & iterum p. 20. litterariae Reipublicae *librum Iudbistira* proponis a

Per-

Primus tamen, qui inter Romanos Imperatores, dum viverent, *se ut Deum adorari iusserit*, ab Eutropio, et a S. Hie-

Persa *Thedzkerat assalatiu ex Samscrdamica in persicam linguam* versnm, ut ex eo discant omnes *aetatem*, & *bella* (ficta profecto, & commentitia) *Pandavarum*: quando istiusmodi fabulae ad tantae antiquitatis gloriam tam falso, & inani tot sseculorum calculo, provehuntur, ut praecessisse tradantur Hegirae Muhamedanae annos 3723., adeoque ad aetatem *Adami*, iuxta hebraicae veritatis canonem, adhuc inter mortales agentis, insanissime referantur? Verum de his plusquam satis. Ad alia, tuis in me maledictis plane neglectis, atque derisis, nunc venio.

Mirabontur, ita credo, in Te eruditi Viri, quomodo tam multa a p. 23. ad 50. usque, toto §. III. examinis, scribere potueris de *notis*, & *regulis criticis* ad discernendos veteres a novis, sacros a profanis, spurios a genuiois, apocryphos a caoonicis libris Brabmanum, etsi nullum usquam *prototypum* antiqui apud eos Samscrdamici codicis te nsquam vidisse memineris; praesertim quum nemo ignoret, quam rigida, ac severa arcani lege Indici sacerdotes, ne cum exteris uoquam religionis suae scripta communicent, teneantur. Sed haec missa facio.

P. 31. *Παλίμβοθραν* urbem maximsm ab Hercule aedificatam memoras. Cur, quaeso, in ea *delubrum Deorum exstitisse* scribis? Nemo veterum scriptorum, cuiusmodi sunt *Diodorus Sic*; *Arriauus*, *Strabo*, *Stephan. Bisantin.* immo ne nuper quidem Geogr. *Cellarius*, hulus *Delubri* meminit. Tu unus ad libidinem tuam illud modo fingis. Cur siles, *Diodorum* eo loci asserere *Herculem Deorum honores* post mortem in Indiis *promeruisse*, ubi tamen tu constanter affirmas, nullum unquam fuisse factum ex homine τὸ Dirum? Ecquid erat ante apud Indos *Hercules*, de quo Diodorus loqoitur, nisi homo?

P. 34. Strabo, inquis, de donis a Poro Indiae Rege ad Aug. Imp. missis disserens, ait: *esse autem dona MERCURIUM a puero brachia ab humeris exertum, quem nos vidimus. Itaque Mercurii cultus ante aeram vulgarem in India obtinebat*. Quid hoc est, amice Sophe? Cerebrumne amisisti? Quicquid tu ex citato *Strabonis* testimooio concludis, non est, nisi erroris & *imposturae tuae* insigne exemplum, quod sibi, quandiu vives, podori erit sempiterno. Ex simplici mutilato homine, qualis erat regium Pori dooum, *Deum Mercurium* fecisti ab eodem *Poro*, & ab indis cultom ante aeram christianam. Si non intelligebas *Strabonem*, cur eum tamquam vadem & sequestrum *imposturae* tuae ioduxisti? Sed sermo hac de re iterum redibit, ut omnes cognoscant, quam facilis sis ad imposturas noo mihi solum omnium miserrimo, sed & scriptoribus ipsis longe clarissimis appingendas.

Pag. 35. *Alphab. Tibet. auctor passim multis, sed vanis argumentis evincere adlaborat* Boudham *Manetem haeresiarcham esse, ac libros suos in Tibetum importasse*. Si de *Boudha*, qui Tibetum adiit, loquaris, *mentiris*, & *imposturam* mihi de more tuo *facis*. Eum oumquam ego *Manetem* esse asserui, nec quicquam de libris ab eo in Tibetom asportatis dixi.

P. 39. 40. *Xaca ... Shyakmuni Muni est Mouachus silentiarius, contemplator, quales omnes planetas fuisse fingunt Iudi*. Verba tua sunt, Sophe, Ea & ego accipio. Sed hoc nomen *Muni*, *Mouachus* seculo tantum ecclesiae IV. vel V. In Indiis audiri coepisse, ut nosti, iure contendo. Abi.

Pag. 41. *Censor noster paedagogi-*

*co*

S. Hieronymo, aliisque scriptoribus, ut observat Gisbertus Cuperus in c. 17. de M. P. Lactantii, numeratur

dd2

Dio-

*eo fastu dissentus* ( forsan distentus ) *dicat an hi gymnotophistae Valentiniani haeretici erant* ? O Sophe, maligne tergiversator, noli mihi *visiones* tuas tribuere. Nec de Gymnosiphistis sive Mosis Coronensis, aut Porphyrii; immo nec de Brahmanibus, aliisve Indorum Samscrdamicis scriptoribus eos umquam *Valentinianos haereticos* esse dixi. De *Iudbistira* tantummodo asserui, titulum & argumentum esse libri Brahmanum ex *Iudbistira* Valentinianorum desumtum. Mentiris ergo, & tua mihi somnia contra fas iusque omne impudenter affingis? Aliud est enim dicere Brahmanes esse Valentinianos haereticos, ut tu dicis, & aliud est dicere Brahmanes turpes impiosque errores accepisse ex *Iudbistira* pseudoevangelio Valentinianorum, ut ego dico.

Pag. 79. *Hunc* ( *Xacam* alias ) *Shakya Muni*, *Shakya Monachum*, *seu Mercurium auctor Alphabeti Tibetani Manetem fuitse dicit*. *Doctrinae monstrum quo non tetrius ullum*. Sycophanta maledice! Ut novum hoc mendacii, & imposturae genus mihi imputares oportuit, ut ea, quae de hoc argumento scripta a me sunt, calcaneis magis, quam oculis, aut si oculis, iis quidem atro livore offuscatis, percurreris. Mea sunt ad extremum p. 277. eiusdem Alph. Tibet. verbis hisce concepta: *At quemadmodum MANES* ( apud discipulos suos pro Iesu Christo, & spiritu Paraclito habitus est, ) *ita & pro sciaka haberi voluit*, *habitusque revera est pro Deo illo secundo & tertio*, *quem colunt Tibetani*, *praesertim quum Deus iste tertius Parens & Conditor Religiosorum* Kednn, *idem omnino sit ac Sciaka quadruplicis instituti auctor*. Numquid hic unus locus te falsae criminationis reum non aperte convincit? Dixi igitur *Manetem* apud suos haberi voluisse, & habitum reipsa fuisse *pro Sciaka* Tibetano, non dixi *Shakiam*, ut tu comminisceris, *fuisse Manetem*. Pueri ipsi a primis grammaticae rudimentis, quam longe duo haec: *haberi*: & *esse* inter se distent, probe norunt. Verum & ex his verbis intelligas necesse est, me tibi non concedere, ut *Sciakammuni*, Sciakam *monachum* vertas in tuum illum *Mercurium*, quem genium esse dicis rectorem cognominis planetae, & Numen astronomicum Tibetanorum, atque Indorum futili commento appellas: Deinde ad plurium *sciakhiarum* ambiguitatem evitandam, moneo te, ut scias in Alph. Tib. *duos* tantum *sciachias*, sive *Xacas* a me poni, veterem unum, iuniorem alterum. Illea me quoque *Mercurius*, non tuus tamen, ante te nuncupatus est. Sed hic, cuius acta dedi num. XXIV. & XXV. eiusdem Alph. numquam consentiam, ut re simili nomine appelletur. *Manetis* nomen, quod heic insertum audisti, iram tuam omnem in me concitavit. Ferre nullo modo potes, meam illam sententiam, quam ego in *Alphabeto Tibetano*, de *Lhamis*, *Brahmanibus* & *Iudis* tamquam istius haeresiarchae, praecursoribus, & Symmistis, tradere sategi. Eam proinde tamquam *doctrinae monstrum*, *quo tetrius nullum*, in orcum relegandum stygio ritu iussisti. Sed exspecta parumper: & intelliges, spero, quam probrosum, & indignum sit officio Apostolici Missiónarii ad Indos missi simplices illos, miserosque, populos in Manichaicis erroribus demersos non solum fovere, sed & ab iis purgare velle, & vindicare. Huc enim spectat tota allegorica fabula tua de diis Brahmanum astronomicis.

P. 12. Ex Codd. mss. Emi Card. Borgiae. *Quid ad haec epithete ex Brahman*

Digitized by Google

Diocletianus. Ecquid mirum, si quo tempore, longe quam antea, maiora erant Christianae Religionis incremen-

*mau. Cod. desumta, quid ad monumenta Indica, Peguana, Sinensia, Lapponensia, Aegyptia? Quid ad has nominum etymologias? Quid ad hanc gentium historiam, & traditionem . . . reponet noster censor, qui . . . suae tantum opinioni indulgens, molem profusae eruditionis affert, ut evincat, Xaxcam, hoc est Shakyam haereticum illum MANETEM esse? Numquid Manes iste apud Indos, Tibetanos . . . capite canino exhibetur?* . . . . Quid ad haec reponam, quaeris? Reponam, ut mitius tecum agam, te eamdem, quam ego iam iam refutabam, *imposturam* in me renovare. Et ubinam ego vel semel asserui *Xacam*, sive *Shakyam eumdem* esse ac *haereticum Manetem*? Omnia confundis, & quae non sunt ad libidinem aestuantis imaginationis tuae fingis, & vis porro, ut tuis hisce mihi figmentis temere, & insolenter impactis respondeam? Indigna sunt quae a viro ingenui moris audiantur. Respondeo ego tamen, te aperte mentiri & calumniari. Redde verba mea, & evanescet calumnia tua.

Sed Tu, quaeso, dic mihi, quo in *Tibeti* loco simulacrum hominis cum capite Canino exstat Anubi Lapponensi simile? Illud enim, quod Tu demum *Mercurium* apud *Tibetanos* cum *canino capite* interpretaris, me pro *Manete* accepisse insimulas. An non & hoc ipsum fabularis inventionis tuae commentum est?

Quid denique tua illa & *epithetа, & monumenta, & nominum etymologiae*, quae omnia mihi confertim obiicis, valere possunt, quando tu ipse p. 10. dicis *nomina cum simulacris Dei, quem exhibent, non semper convenire*; idque multo magis, quod *nomina Deorum mutata fuisse affirmas*? Sed & mirum est, quam crebro etymologiae tuae cum epithetis, & attributis confundas, immo & quam varias significationes singulis quibusque *Amarasbinae* tuae vocabulis tribuas, ut de proprio & fixo plerorumque nominum valore lectorem tuum incertum relinquas.

P. 13. Auctor Alph. Tib. p. 242. *Manetem Magnum fuisse ostendit* . . . Aio. Ecquid tibi dolet? Dasne manus Beausobrio contra S. Epiphan., S. Leonem Magnum, & sacras Impp. Leges?

Ibidem. *Budham* censor *cum Sakya confundit*. Ita est. Quid a me vis? *Budham*, & *Xacam* eumdem esse dixi apud Tibetanos, non intuitu Budhae, ut tu scribis, *Ciangarnatensis*, sed spectatis actis, quae a *Lhamis* Tibetanis de utroque narrantur. Sed *Budham*, ut & *Xacam*, *duplicem* exhibui: alterum veterem, mille fere annis ante Christum a Clemen. Alex. alterum vero post Christum natum, & a S. Hieronymo indicatum, tum ad Archelai disputationem cum Manete habitam, tum ad ceterorum Patrum auctoritatem adversus Calviniani Beausobrii calumnias pro mea virili vindicandam. Sed nil te pudet, credo, in partes abire *Beausobrii* adversus *Archel.*; *Cyrill. Hierosol.*, *Epiphanium*, aliosque praeclaros orthodoxi Ordinis viros.

Ibid. in not. *Censor Brahmanibus dicat Manetem ab ipsis coli* . . . . Non id certe consilium, quod mihi suggeris, tam inanis stultitiae, & insipientiae plenum, in disputationibus cum Brahmanibus amplecterer unquam; sed errores eorum ex *Manicheismo ante & post Manetem* apud Indos Populos, irato Deo, serpentes evellere, & eradicare conarer. Tu vero contra, miseros Indos, ut ex omnibus scriptis tuis intelligo, in Mani-

Digitized by Google

menta ; eo etiam magis in Imperii Romani Principibus *exestuans esset* , verbis utar Magni Augustini ex l. 2. de

nichaicarum foeditatum coenum magis magisque immergere , & confirmare paratus esses . Eugepae ! An salvae erunt oves sub lupo custode ?

P. 14. *Si Budha iste* ( Ciangarnat) *Manes est , aut Iesus Manichaeorum , ipse semel adhuc incarnetur est necesse*; *Incarnationem enim hanc decimam , quin etiam plures alias omnino firma fide credunt Indi* . Credant . At haec , si sapis , de *Vishnu , non de Budha* Indi credunt . Hanc vero Indorum credulitatem a Visnu in *Budham* , vel *Manetem* transferre velle , insania est . De hoc igitur tuo *Budha* nihil hodie ad me . Sed risu me pene dissolvi sentio , quum te implicatum video tot illis, quas memoras, novarum Incarnationum portentis . Quid eo frequentius in Brahmanicorum Deorum fabulis est , quod non sit in Schola Manetis , qui Christum ipsum tam multas , ac varias formas perpetuo finxisse , ac simulasse docuit ?

P. 18. & 19. *Iam aperte patet mera esse figmenta quibus auctor Alphabeti Tibetani Samanaeos philosophos pro Monachis Nestoris , aut Valentinianis aliisque priorum saeculorum haereticis . . . in Indiam illapsis nobis obtrudere vult* . Tantam calumniandi libidinem numquam in te suspicatus fuissem. Nunc re experior quod antea de te suspicari ne in mentem quidem mihi venerat . Sed da loca, Impostor . Haec enim commenta , quae mihi tanta cum audacia tribuis , mea certe in Alphab. Tibet. non sunt. Tu tamen imposturam auges , ubi in adnot. 2. ad p. 18. dicta mea citas ex pag. 285. 283. in acta S. M. *Pauesuiv* ; quae tamen non modo nihil favent , sed aperte contraria sunt calumniae tuae . Quod vero magis est , hanc omnem malignae fraudis tuae vim eo dirigis , ut loco christianorum Monachorum priscis ecclesiae seculis colloces in Indiis quasi *gentiles monachos* , Philosophos *Samanaeos* , & his *monasteria* ante tempora propagatae religionis nostrae ibidem invenias , distincta ab Asceteriis Christianorum eo etiam *sexto seculo* , quo *Cosmas Indico pleustes* de his scribebat . Verum ecqui fieri poterat , ne Cosmas eorum , si in Indico orbe extitissent , meminisse vellet ? Et tamen ne leve quidem vel unius *Samanaei Monasterii* vestigium apud *Cosmam* tibi invenire hucusque licuit , sed ne quidem imposterum licebit unquam . Quae memorat *Marcus Paulus* seculi sunt vertentis XIII. ; sed heus, quantum a priscis ecclesiae temporibus distant ! Quin & *monasteria*, quae ille appellat , *ethnica* sunt potius falsorum numinum templa .

Audes porro & id contra me mentiri , quod *omnem Brâmhanicam religionem ex fabulis & commentis valentinianis deduxerim* . Unum Valentinianorum *Iudbistirae librum* antiquiorem feci Samscrdamico tuo *Iudbistirae* Cod. , ex quo Brahmanica acta Krisnu excerpta dedi : & tu bellulam hanc imposturam tuam mihi affingis ?

P. 20. *Posita Indorum pertinacia in retinendis avitae superstitionis institutis , iam quisque coniiciat* , ais , *quos progressus veteres illi haeretici in propagandis Valentinianorum , aliorumque novatorum pseudo evangeliis , quorum inter Brahmanes ne vestigium quidem exstat , facere debuerint . Libri Brahmanici legendi sunt , atque ex iis* Brahmanica *doctrina evertenda , quos libros Samscrdamices cum censor noster non legerit , in iudicis rebus tradendis non testis videtur idoneus . Hos libros quia nec veteres illi haeretici , neque monachi Nestoriani legerant , aut intellexerant , Brahmanicam religionem* ver-

de C. D. cap. 22. *in multos Deos libido Vesana* ? Varro ipse , vir Tullio teste Romanorum *doctissimus* , probe intel-

*vertere atque suam eisdem affingere nequibant* . Egregie . Fateor & ego Brahmanes & Indos in avitae religionis constantia pertinacissimos esse . Sed iam cognitum & exploratum est , eos proclives & faciles pariter esse ad exteram , & maxime christianam religionem amplectendam , si ipsis permittatur cum *avitis* alieni , & externi quoque cultus ritus coniungere . Idque multo facilius accidere intelligitur , si nova , quae eis proponitur religio, cum avita Indorum *in principiis* conveniat . Huiusmodi erat haereticum Valentinianorum , & Manichaeorum systema ex antiquioribus Brahmanum erroribus natum . Unum deerat , ut hi haeretici Indis insinuarent nomen , & acta Christi . Id impostores isti sacrilegi praestarunt non ex vere sanctis , divinisque N. T. scripturis , sed a *pseudevangeliis* , aliisque nefariis de Christi gestis scriptis inter Indos ipsos propagatis . Haec deinde novis corruptionibus depravata Brahmanes induxerunt iv. circiter Eccl. saec. exaratis , ut in Samscrdamicis libris suis , sub nomine *Vishnu* , & Krisnu , *primum hominem Deum* , & *Christum* turpiter adumbrarint . Harum depravationem insigne exemplum est liber *Iudisthirae*. Quod si huius indolis sunt Libri tui *Samscrdamici* , uti iis non poteris , nisi eo modo , quo Paulus usus est epigraphe de *ignoto Deo Atheniensium* , ad insinuandum gentibus Indis *verum Deum* , *& Iesum Christum* , quem ignotum & impie effictum sub falsis aliorum Deorum nominibus habent: sed ii , quos Tu tamquam Samscrdamicos laudas , uti ex variis *slogis* in Grammatica tua eruditissima editis intelligo , ineptis fabulis , inutilibus , secumque etiam pugnantibus nugis refertissimi sunt ; & ut ingenue dicam , quod sentio , nescio quid apocryphi spirare videntur. De his ego iudico non ex mea , sed ex tua interpretatione . Ego enim de Indica Brahmanum lingua addiscenda , quod ad sacras illas Missiones a Deo vocatus non fuerim , numquam antea cogitavi . In rebus tamen Indicis , quae ad me spectarent tradendis , usus sum probatis auctoribus , & interpretibus . Tu vero qui ad id tantopere necessarios praedicas libros Indorum Samscrdamicos , non ad eorum tantum conversionem curandam , verum etiam ad profana , & sacra ipsorum monumenta illustranda , quosnam , quaeso , legisti ? Nullos , credo . Nam paucae illae slogae , quas dedisti , vix inter particulas unius , vel alterius Samscrdamici codicis numerari merentur . Unicum est Amarashinae tuae vocabularium , quo perpetuo usus es ad divinanda non *Theologica* , sed *astronomica numina* gentis. Nunc intelligo quae ampla librorum Samscrdamicorum suppellex te aptum reddident ad Apostolici Missionarii officium rite gerendum , & ad res indicas docte perfecteque tradendas . Te beatum ? Tibi gratulor . Vale .

P. 30. Ais , me in *Alph. Tib. magna contentione docuisse* , *Samanaeos esse Manichaeos* , & *Valentinianos* , & *Godamam esse Manetem* , *aut Iesum Manichaeorum* . Eadem semper chorda aberrans , tuas in me *Sycophantias* renovare non cessas . Haec certe , quae tu dicis in Alphab. meo non exstant .

P. 34. Ingenue fateor me leviter derisisse non Brahmanum , sed tuam illam tantopere iactatam astronomiam de caelis in indicas terras , te lepido incantatore , deductam . Tu vero quae in te dicta sunt , in Brahmanas callida simulatione versas .

P. 35. *Quid respondet ad sacrae Scriptu-*

intelligebat, *generationem* & *sexum* Dei Naturae repugnare, unde illud est Lactantii l. 1. de *Falsa Relig.* c. 16., cui

*pturae* (de cultu solis, lunae, & astrorum) *censor noster. qui defendit omnium gentilium deos homines fuisse?* Respondet, te duplici nomine sycophantam esse, qui utramque calumniam contra tam multa Alphabeti sui loca, alios longe plures, quam inter homines, in caelestibus, terrestribusque Deos, pleno ore passim indicantia, mihi petulanter impingis. Addis & tertiam de Indis, quos *Valentinianos* me fecisse perpetuo mentiris. Ubi nam ego hanc insaniam protuli, quasi Indorum gentem sacris christianorum mysteriis initiatam dixerim?

Ibidem: Quid Sophistae *Indico reggeret Theologus ipse, qui ut Indos Valentinianos esse ostendat in actis Martyrum de colore Indicorum Deorum disputat?* Regeret, non Te, sed larvam insaniae auctorem esse tantae stultitiae. Miser enim ille scriptor, qui varias observationes in acta S. M. *Pauesniv* edidit, inter eas, non ad Indos certe in Valentinianos, a quibus longe aberat, transformandos, sed ad deridendum novum Indorum *solem Apollinem nigrum*, hunc dixi *nigrum* esse ex nativo Indicae gentis colore, non ex *Eclypsi*, ubi tamen *Apollo* in actis MM. Aegyptiorum summe formosus, & splendidis coloribus rutilans, ad *Dioclesianei Apollinis* exemplum depictus, Christianorum oculis adorandus proponebatur. Ast larva illa furens, quod erat in dedecus ficti Apollinis, nunc in mei opprobrium vertit. Tu tamen vide quae in Alph. Tibet. p. 393. & 394. scripsi contra Beausobrium impie comparantem colores sacrorum Indumentorum Pont. Max., aliorumque Praesulum, & Ministrorum Eccl. Catholicae cum varietate colorum vestimentorum Manetis.

P. 36. Sophe insane, quid me rogas de *quibus diis*, & *quo seculo locuti fuerint Arnobius*, & *Lactantius*, quum eos homines mortales fuisse dixerunt? *Anne*, inquis, *de Diis Indicis?* Audi quid tibi respondeam. Non illi de Diis Indicis, sed tu maligno subterfugio de Deo Indico *Chrisna*, quem simul & graecum, & Romanum deum *solem Apollinem* facere voluisti, loquutus es. Tu illum in forma hominis, sagittis confixum, & morti traditum insana apotheosi tua in Deum Apollinem erexisti. Quamquam sententia Patrum de hominibus in deorum numerum adscriptis multo antiquior sit, quam tu temere, & falso putas. Nam ea inter Indos tuos iam inde a senioris Bacchi, & Herculis aevo recepta dignoscitur. Ac ego quidem satis obstupescere nequeo tuum illum animi impetum, quo pag. 68. nulla habita SS. PP. & christianorum Apologistarum ratione, pari mecum imposturae, & notae genere eos afficis, quasi qui, perinde ac ego, *omnium gentium Deos fuisse puros putosque homines* commenti fuerint.

Ceterum *Godama*, sive *Samonacodam* a me quoque *Mercurius* appellatus est p. 151. Alphab. T. Non eo tamen insaniae oestro me abripi passus sum, ut hunc tuum *Godama* sive *Budham*, *Mercurium* vel *Planetam* ipsum στίλβοντα a Graecis dictum, vel *genium Rectorem* ipsius Planetae, vel *astronomicum allegoricum, fictitiumque Numen crediderim*. Totum hoc figmenti genus ex fabulis est librisque Indorum post Christum natum scripto traditis, arbitratu tuo effictum. Inde sunt & cetera consectaria, quae a te tanta cum molestae eruditionis copia ad pag. usque 46. frustra traduntur. Res isthaec est, quae nec fabulis, nec Samscrdamicis unius *Amarasbinae* vocibus tractari postulet. Da mihi, si habes, ex cognitae antiquitatis

cui consentit Augustinus: *Videmus in diis feminas esse: ergo dii non sunt*: Attamen, quod Populi magis essent ad

tatis scriptoribus, qui omnium prior *Buttae* Indici mentionem fecerit. At is alius non est, quam Clemens Alexandrinus; cuius testimonium tanti valet, ut tuarum omnium Mercurialium, Astronomicarumque idearum molem omnem repente subvertat. Sanctus Hieronymus *Budhae alteriat* meminit, Sed hunc mecum dicit ex *latere Virginis partum*, quo tempore *Gnostici*, *Docetae*, & *Manichaei* impios errores suos de simulato, fictoque, aut etiam *nullo*, Christi partu ex Virgine Matre longe lateque in oriente toto, maxime vero in Indiis propagaverant. Tunc Brahmanes tam insigne prodigium Christi ad *Buttam* suum accomodare, eumque uti natum ex latere Virginis praedicare coeperunt. Totumque id Hieronymus non ex eorum *Scriptis*, sed ex una ipsorum *orali traditione* sibi cognitum sincera fide testatur. Certe Vir Sanctus non Astronomicum, ridiculumque spectrum, non fictitium tuum Buddham Mercurium, sed antiquum illum, cuius meminit Clemens Alex., novo tamen Virginis partus honore insignitum, nobis ostendit. Hunc si tibi placeat cum Brahmanibus, Talapoinis, Peguanis, Iapponensibus, Siamensibus, aliisque Samscrdamicis Indorum Magistris, appellare Budham Mercurium, *Filium mayae*, idest, ut tu interpretaris, *Filium imaginationis*, quatenus *specieteaas* ex Maira *Matre* natus apparuerat, ut tenebriones *docetae* de Christi nativitate ex Virgine Maria impie fabulabantur, fac ut lubet. Ego de *Budha* ea tantum retuli, quae in eius *Actis* a Lhamis Tibetanis narrantur.

P.42. *Ii qui Prodici haeresim sequebantur non* pseudo-evangelium Iudae, *sed arcanos Zoroastris libros se possidere gloriabantur* ... *Cotelerius ad Recogn. Clem. in nota &c.* Mitto dicere, quam male in hanc tuam sententiam laudes locum *Cotelerii*, quem si legisses, facile erat, ut intelligeres priora tantum notae verba ad Recognit. Clem. Rom. p. 542. esse Cotelerii, reliqua vero *Clerici*; qui ἀποκρύφους, *apocryphos libros* Zoroastris cum latino Clementis Alex. interprete in adiuncta adnot. vocat *arcanos*. Illud tamen in Te mihi mirum accidit, qui fieri possit, ut tu totum hoc Alex. Clem. testimonium contra me urgeas, & tamen nescias *Prodicum* turpissimi moris magistrum, & haeresiarcham infamem ex eadem, qua Valentiniani *Iudistbirae* praedicatores, impia *gnosticorum* stirpe prodiisse. Quin & ex hac ipsa ignominiosa secta, perinde ac ex Zoroastris & Magorum Persarum, immo & Indorum Brahmanum schola sua hausit impia dogmata *Manes*.

Eccur non legisti loco suo Cl. *Cotelerii* notam quam e vestigio excipiunt *Anathematismi* ab ecclesia praescripti Manichaeis redire cupientibus in sinum Catholicae communionis? Ibi principi loco haec formula eminet: *Anathemate ferio Manetem* ... *Anathematizo ZARADEM* (sic dictum *Zoroastrem*,) *quem Manes Deum dixit ante se apparuisse apud INDOS, & PERSAS, quemque solem vocavit: cum illo autem etiam anathematizo preces ZARADEAS dictas*. Ecce, nomen illud *Manetis*, quod tanto cum horrore in Alphabeto meo Tib. Inter Indos spectasti, nunc apud ipsos licet invitus agnoscere & admittere cogeris.

P. 45. 46. *Asceterium Monachorum, seu Philosophorum Samanaeorum, qui in Paradiso habitare creduntur* (circa lacum Mansaroar ad templum Dei *Mahadeva*) *Monasteria haec*

ad Poetarum fabulas multa de diis foeminis manibus commixtis passim commiscentes, eosdem ipsos Romanos *Prin-*
e e *cipes*

*haec gentilica primorum ecclesiae haereticorum seu Manichaeorum, seu Valentinianorum aedes & Asceteria iis in locis constructa esse putabat De Guignes, aliique huius viri sequaces, qui in iis Templis & Asceteriis, Budham, hoc est, Christum Iesum mira & improba fraude haereticorum deformatum coli dicunt*. Quot verba, tot imposturae, malignae mentis fallacias omni ex parte spirantes! Moveas licet Acheronta, ante seculum ecclesiae v. ne nomen quidem *Monasteriorum*, & *Monachorum* in Indiis invenies. Quid vero De-Guignes doctissimus, idemque honestissimus scriptor de Templis *Maneti* erectis in historiis suis dixerit, habes in Alph. Tib. p. 399.

P. 64. *O quam bella res videre censorem nostrum in actis Martyrum de coloribus Indorum Deorum disputantem*! Scilicet offam, quam devorare nequeas, iterum evomere alteria. Abisis: & ad tuum hunc iteratum Sarcasmum vide quid tibi supra responderim ad p. 30. 35.

P 68. *Quid respondet censor, quid oggeret ad haec epitheta, qui* Budham *Manetem, Iesumque Manichaeorum leplde canit*? Respondet, tua haec epitheta, vana, inepta, fictitia, & recentis aevi commenta esse, mendaciis, & sycophantiis tuis similis.

Ibid. *Quid ii, qui cum ipso omnes gentium Deos puros, putosque homines esse garriunt, & comminiscuntur*. Heus Tu! quid agis? Tuum hoc exsecrabile convicium, cum usitata calumnia tua coniunctum, non me omnium infimum, & nullius pretii hominem, sed sacra & beata capita omnium ecclesiae Patrum & cunctorum pene doctorum virorum, qui cum iis sentiunt, uno ictu acerbissime ferit.

P. 69. Eandem de *Manete, & Iesu Manichaeorum* in me renovas imposturam. Sed miseret me tui, qui te in sequentibus tam inaniter defatigas.

P. 71. 72. Deucalion, ut fabulae ferunt, quo tempore saxa & lapides suum post tergum iaciebat, eos in homines verti laetus cernebat, tu contra omni memoria dignus in eo apud posteros celebraberis, quod vivos homines in saxa converteris: Sed ne tota haec impostura, quae ex te uno oritur, tibi tribuatur, eam in Strabonem mira prorsus temeritate transfers. Hoc facinus semel, ut ante vidimus, a te admissum, sat tibi esse poterat, ne illud iterum committeres, sed libido mentiendi te excaecavit. Ubi Strabo lib. 15. loquens de *graeca epistola*, deque nunciis regiis, atque etiam donis ab Indorum Rege *Poro* ad Augustum Imper. missis, dicit ea *dona esse*: ἑρμᾶν *Herman a puero brachiis ab humeris truncatum*, & alia, quae subinde describit. Idemque est *Herma*, qui in *Chrestomatheia*, sive epitome eiusdem lib. 15. ἄνθρωπος dicitur, *homo a puero brachiis obtruncatus*, qui pedibus loco manuum in difficilioribus quibusque operibus mirifice uteretur. De eodem quoque *Herma* ad D. Caesarem a Poro misso, Dio scribit lib. 54. eumque μειράκιον, *adolescentem* humeris *carentem*, *hermisque similem* appellat. Tu vero ex homine adolescente mira inter mortales sine brachiis manibusque agente, saxeam lapideamque Budhae, atque *Mercurii* dei tui *statuam* semel iam, & nunc iterum incredibili mentis allucinatione fecisti. Quodque multo magis portentosum est, ex huius tam solemnis imposturae facinore ansam sumis ad maiores sycophantias in me, & Cl. *De-Guignes* improbe fabricandas.

Audi, quam multa falsa prorsus, & commentitia inde concludas, & tui
te

*cipes & sexum, & generationes Deorum* credidisse, *eorumque coniugia constituisse* ille idem Varro affirmat. Principes

te interea pudeat, si quid adhuc pudoris reliqui in te est. *Itaque*, ais, *statuae* Mercurii saeculo aerae vulgaris primo, *in India iam fabrefactae ex India mittebantur, & horum Mercurii, seu* Budae *statuarum unam ex Indico Regno Nepal, & urbe* Catmandu *an. circiter 60. Aer. Chr. in Tibetum Regi Tibetano attulit Sponsa Regia* Laeksmistri Sunari, *hoc est formosa puella* Laekshmi *filia Regis Nepalensis Filia. Hoc nomen, & alia infinita corrupit auctor Alphab. Tibetani* (qui scilicet *Laci-thri-tzun* eam, ut Tibetani solent, pari forsan cum intacto *Samscrdamico* nomine, appellavi.) *Vide Chronotaxim Tibet. in Alphab. Tibet.* pag 298.299. *Aliam Budhae, seu Fobi statuam argenteam*, (Xacae ego dixi auro *pariter conflatam*) *ex Sinis in Tibetum nuptura tulit sponsa Sinensis*, Lha ci-con-cioa *filia Imperat. Sinici*, Chia khang-tzho-pruhl-ciung. *Vide l.c. Hae statuae* Mercurium *exhibebant a puero brachia exertum, ut id palam & aperte*, (id ne etiam asserere audes impostor?) *docet Strabo. Non igitur erant statuae* Manetis, aut Iesu Manichaeorum, *quod linguarum imperitus docuit Deguignes, & quod noster sustinet censor.* Chioacam imposturarum hactenus effudisti, de solemni more apud Indos, eorumque Reges in donis statuarum *Mercurii* ultro citroque, Strabonis aevo, in India missis, de *Herma* vero ac vivo homine in saxum Mercurii *Budhae*ve statuam converso, deque hoc saxo a Rege Poro Augusto Rom. Imp. pretiosi muneris loco oblato, de *Xaca*, arbitratu tuo, mutato in *Budham*, & *Mercurium*, de metallo, eiusque colore in statuis Regiarum sponsarum in Lhassam Tibeti metropolim delatis, transformato, de Strabone, quem uti horum omnium figmentorum tuorum auctorem mendacissime facis, de clarissimo denique scriptore *De Guignes*, eiusque asseclis, quos tu inique reprehendis, quasi qui *statuas* hasce, ut tu impune mentiris, *Manetis, aut Iesu Manichaeorum fuisse* dixerint. Et tu hac omni mendaciorum, & calumniarum tuarum peste te triumphasse iactas, atque etiam exsultas?

Sed ad Strabonem redeo. De eo p.46 dixisti: *Neque ex omni sua parte verum est id, quod ait Strabo* (lib.15) *Persas nempe nullas statuas, nulla simulacra coluisse. Nam antiquissima sunt Persica simulacra, quae utique non ioci, sed venerationis caussa fuere sculpta. et* Mitrae *Persici in Villa Pinciana exstantis interpretatio Samscrdamica est . . . & S. Hieronymus ep. ad Laetam* ait . . . *Vester Gracchus . . . n omne specum Mitrae, & omnia portentosa simulacra . . . subvertit . . ? Vide & simulacra Mitrae apud Thomam Hyde* p. 111. 113. 307.

Si Thomam Hyde legisses, Strabonis narrationem dixisses confundere tempora *ante, & post* tum instituta *Pyrea*, tum receptae *Anaitidis cultum*. Quamquam Hyde ipse potius confundere videatur verba Strabonis. Is enim p. 733 *Persas*, qui tales origine & loco vere dicebantur, aperte distinguit a Magis, qui *in Cappadocia*, Πύραιθοι, sive Πύρετοι nuncupati *multa Persicorum deorum templa* habebant, quae peculiares ritus, quos ibi describit, in sacris suis ad *aram* obeundis, adhibebant. *Haec* inquit, *in ANAITIDIS, & OMANI delubris fiunt. Nam & horum ibi delubra sunt, & Omani statua in pompa deducitur. Ista nos vidimus.* Tu vero longe deterius Strabonem in falsi suspicionem adducere tentas, quod inter

cipes itaque civitatis, ut iure infert Aug. l. 1. de C. D. c. 31. *daemonum similes, ea quae vana esse noverant, reli-*

 *gio-*

inter Persas nullas *Mithrae statuas* fuisse scribat, quum tamen Romae in Villa Pinciana hodieque spectetur, & olim sub *Gracchо urbis Praefecto* tot ac tam portentosa simulacra, ut & alia, quorum tabulas edidit Hyde, antiquissima, silentio praetereat? O Sophe infelix, & non intelligis haec omnia *Mithrae* sigoa non in *Persia*, de qua Strabo loquitur, sed *Romae*, *Palmyrae*, aut alibi extra Persiam, post ipsius *Strabonis* aevum, fuisse elaborata?

Non ita, tu contra clamas, non ita. *Nama Sebesio*, inscriptio est in collo Mithriaci simulacri Villae Pincianae *Indo samscrdamica*. Haec una index esse potest tantae antiquitatis, quae cum temporibus diluvio proximis certare facillime possit. *Nama Sebesio* idem sonat ac *adoratio Sebesio*. Ecquibus litteris? rogo te: Samscrdamicis ne? Non credo. Hae namque ante Strabonem, ut ipse testatur, in Indiis ignotae penitus erant. Quibus ergo? Romanis. Sed tene, inquis, vocem, quae certe ex Samscrdamica traditione ad Romanas aures pervenit. At Gruterus Persicam dixit. Doctissimus vero scriptor *Philippus a Turre* in monum. V. Antii in eam propendet sententiam, quae *Meni* pro *Nama* accipit, & *Sebesium*, *Solem* ioterpretatur. Ego demum ausus sum *Nama* nomen Tibetaoum dicere, ut epigraphes, mea quidem sententia, sit: *Iovi Sebesio*, sive *Iovi Soli*. Vide Alph. Tib. p. 88. Sed interpretationi tuae non repugno. Verum, ut *Nama* Samscrdamicum vim habeat significandi *adorationem* ostendas necesse est in tabula, aut *aram* aut *ignem*, aut *suffitum*, vel certe signum aliquod sacri cultus, & adorationis. Acrem tibi praeterea adversarium conciliabis Thomam Hyde, qui sive vere, sive falso, (qua de re modo non disputo,) firmiter contendit: Persas numquam religiosae adorationis officiis coluisse *Mithram*, *Solem* uti *veri Dei symbolum*; etsi eum manifesto in errore versari cum Ruinartio, Evodio Praesule Assemano, aliisque viris Eruditis, firmissime credam. Qui enim magno numero in Persarum Regno mortem pro Christo obierunt, ne *Solem Mithram* adorarent, tamquam generosi fidei nostrae athletae in albo sanctorum inscripti summis *Martyrum* honoribus ab Ecclesia Catholica cumulati semper sunt, semperque cumulabuntur usque ad consummationem seculi. Idem tu quoque mecum sine dubio profiteberis, quamquam Tibi quoque *solem* cum Hyde *veri Dei symbolum* apud Indos vocare placuerit.

P. 73. 74. Vere immane & insanabile est tuum illud vix credibile *cacoethes*, quo ita perpetuo agitaris, ut Indiam tuam tamquam non scientiarum modo, sed etiam veluti Babelem alteram *linguarum* omnium matrem litterario orbi persuadere, & commendare nitaris. *Budham* mihi repraesentas, qui p. 74. *genius est planetae Mercurii*, *reliquiae certa militiae caelestis cultus*, *genius beneficus*, *astrum*, *almifer*, *ac omnium moralium institutionum auctor fictitius*, p. 63. *fictitium numen*, & alibi *Deus fictitius*. Ecquod *Chimaerae* monstrum magis portentosum, quam tuum hocce, quod certe in medium proferre ne Horatius quidem ipse effreni pictorum licentiae concederet? Atque hoc sane verbo, quod extremo loco ponis, *fictitius*, repente tollis omnem illum laudum cumulum, quo antea *Budham* sive *Mercurium* tuum exornaveras, nisi simul fatearis fictitia esse omnia, quae ante in *fictitio Mercurio* a te supposita sunt. Et reapse tu ille es, qui

hanc

*gionis nomine, populis tamquam vera suadebant, hoc modo eos civili societati arctius alligantes, quo similiter subditos*

hanc tibi Budhae Chimaeram effinxisti; non vero *Samanaei*, quibus tuam hanc imposturam p. 63. temere tribuisti. Illi enim non astrum, non genium, non rectorem planetae Mercurii, sed simplicem hominem tamquam legislatorem, & virtutum suarum merito divinis honoribus cumulatum ante aer. Christ., uti eum disertis verbis, quae tu quoque recitas pag. 156. Syst. Brahman., descripsit Clem. Alex. Post id vero temporis Gnosticorum, et Docetarum fabulis irretiti eum ad exemplum Christi ex Virgine natum, suisque centonibus ex Pseud-evangeliis excerptis indutum, novum plane Budham, quem uti verum, et non fictitium deum, adorarent, sibi fecerunt. Sed tu ad eorum errores occultandos, eosque cum astronomicis figmentis tuis copulandos, ingenii tui astu *fictitium* appellas.

Quod tamen commentum quomodo cum aliis dictis tuis cohaereat, nemo facile intellexerit. Primo enim quo sensu, quaeso, *Mercurium* vocas *Auctorem, Numen, deum fictitium*? Eone quo sacrae litterae nostrae Idola, & Deos omnes, praeter unum illum, & verum, Deos appellat *fictitios*? Non ita certe. Nam hi Dii sunt, & nihil omnino sunt: tuus vero *Mercurius* inter astra *spiritus est bonus*, *beneficus*, *beatus semper verax*, *Muniudra Monachorum Praeses*, *Sbassamuni Praeceptor*, *& castigator monachorum*; ut cetera omittam magnifica attributa, quorum alia ad numerum usque XX. in Syst. Brahm, alia in hoc IV. Borg. Cod. numero copiosissime refers. Sed nec *auctorem*, *Deumque fictitium* dicere potes ex *opinione* Brahmanum, qui non solum eadem ipsa nomina, & attributa, te vade, & sequestro, de Mercurio praedicant, verum etiam ut verum Deum venerantur, & colunt. Haec, inquam, quo pacto cum sententia tua de *fictitio* Deo Mercurio conciliari possint, non video, nisi fortasse dicere velis, ideo te illum appellare Deum, auctoremque *fictitium* quia, veterum more ob illam opinionem, qua Mercurius omnium disciplinarum, et artium auctor probatur, per quamdam veluti *fictionem*, quaedam etiam opera, instituta, et scripta, etsi eorum auctor verus non esset, ei tamen tribui consueverint; quemadmodum colligitur ex exemplo *Samanaeorum* a te superius adducto, laudata pag. 63., et iterum p. 94. At id extrinsecum, et alienum quid est, nec facit, quin tuo, et Brahmanum sententia, pro vero Deo Mercurius in India colatur, et adoretur. Et revera hunc tuum sive genium, sive daemonem ex orbita Planetae sui descendisse, & *Indis* primum, apparuisse dicis, in Aegyptum postea, in graeciam, et in alias terrarum regiones, quibus omnibus se spectandum uti *Dhermaragiam*, *Hermam* regem, et doctorem praebuerit, migrasse denuncias. Huic addis secundum ipsius Planetae Rectorem, iuvenem, formosum, comptum, elegantem astutum, furum et Mercatorum tutorem, qui tam admirandis apparitionibus ex India exordiens reliquas omnes huius mundi plagas perlustrarit.

Atque his tam inauditis portentis magnopere favet tua illa eximia eruditia, qua pluribus in locis passim doces, genios ex astris descendere, apparere hominibus, eisque leges & praecepta tradere; quin, & hanc esse ais Brahmanum, Indorumque omnium sententiam ex eorum de transmigrationibus doctrina derivatam; & tamen alicubi dicis, huiusmodi apparitiones *fictitias* esse. Tales ego equidem eas credo, quia numquam in rerum natura illas, uti a te traduntur, extitisse sentio. Sed tu nimis perplexe am-

*ditos possiderent*. His adde, quae cl. *Fabricius de Diis maribus feminisque* tum ex Proclo, tum ex Ethnicorum *opi-*

& ambigne de his loqni videris. Eas enim alicubi tamquam veras exponis. Nam p 94. tua haec verba sunt: ***Budba Indis. Phoenicibus, Aegyptiis, Graecis, Tibetanis, Peguanis apparuit***. At huiusmodi apparitiones admittere tu non potes, nisi saltem sub hominum sensu illas ipsas, licet non constanti, & perpetuo, at certe ad tempus interfluenti aspectu, cecidisse posueris; eo plane modo, quo Manichael de rebus Christi gestis, ipsiusque in primis cruci affixione, vulneribus, et resurrectione, simulate ac fallaciter patefactis existimarunt. Qua de re vide Augustinum pluribus in locis, sed praesertim l. xxix. cont. Faustum.

Deinde tuus iste sive senior, sive iuvenis Budha, sive Mercurius genius Planetae cognominis, qunm in terris apparuit, & orbem universum peragravit, deseruit ne sedem planetae, aut non deseruit; si non deseruit, non ergo in terras descendit? si deseruit, quis eius loco rector deserti planetae snccessit? An sine rectore mansit? Tandem ne plura dicam, nonne tutius esset Clem. Alex. amplecti sententiam de ***Budba*** homine ad Deorum honores ***ab Indis*** evecto, quam opinionem tuam sequi de Budha in Mercurium Rectorem Planetae, et in astronomicum Indorum Numen, adeo temere violenterque converso? Sic tibi suadeas velim, neminem ex aequi iudicii viris, immo ne ex ipsis quidem Brahmanibus esse futurum, qui tam fabulosis Mercurii tui apparitionibus fidem praestare possit. Restat modo ut de ***Budbae*** nomine dicam.

***Budba*** nomen esse Samscrdamicum in India natum tu quidem constituis. Sed Sinenses, ais, & ***Tibetanos***, quod eorum lingua careat littera B, illud pronunclant ***Fo***, & ***Po***, aut ***Put***. Sic Aegyptii, qunm in antiqua domestica eorum lingua probabilius carerent eadem litera B, ***Budb***, sive ***Budba***, per Θ pronunciarunt Θεὺθ ***Theyth***, (etsi Clem. Alexandr. suidas, & alii paſſim legant, Θωὺθ, ***Thoyt.***) Sed tua illa ***probabilior*** sententia de littera B ***deficiente*** in prisca Aegyptiorum lingua, certus est divinationis tnae error. Quot etenim litteras habebant Graeci, eas & Aegyptii antequam eorum Alphabetum admitterent, numerabant: & quoniam ad indigenas voces exprimendas satis graecae non erant, ***sex*** iis proprias addiderunt, & numerum omnium litterarum a xxiv. ad xxx. usque provehere decreverunt. Parum deinde te callere significas grammaticae legem de mutua commntatione, vel etiam de supplemento consonantium eiusdem organi. Si deinde Aegyptiis defecisset littera B, certe non eis deerant ⲡ, ⲫ; & ϥ, ***fei***, quibus ***Budb*** per ***Pout***, vel ***Fout*** efferrent. At Θ cum B, adeoque Θωὺθ, ***Thoyth*** cum ***Budb***, quam quaeso soni, vocisque affinitatem habet? Similia scribere dignitati, & muneri tuo parum convenire videtur.

Quid vero si Θωὺθ, & Alexandrina dialecto Θωθ, nomen iam in Aegypto cognitum erat antequam eo ***Budba*** tuus ex orbe caelesti, atque ex India perveniret, si tamen eo nnquam, ut ac fabularis, pervenit? Tup. 69. Budhae tui cultnm, & apotheosim ad an. circiter ante Christum refers 1400. aut 1600. Atqui meus Boniurius in Mss. Aegypt. Dynastiis ad an. iuxta hebr. Chronol. 1711. vel rectius 1709. ante aer. nostram, exordia regni Athotis in Thebanor. Dynast. constituit; ***Athotes vero***, Eusebio auctore, ut Marshamus ex lib. 1. Praep. Evang.; ***ad secul.*** 1. observat, ***is est, quem Aegyptii vocant*** Θεὺθ, ***Alexandrini***

*opinionibus de sexu in divinis* adnotavit tom. I. p.362. in *notitia & fragmentis Evangelior. Apocryphor.*

Sed

*drini* Θωὺθ; et cui nomen ipsum *Thot* cum *alpha* initiali more aegyptiorum adiecto, cumque graeca terminatione *ης, ες, A-thoth-es*, aptissime consentit. *Theuth* igitur, sive *Thot* ante Indicum Budham tuum in Aegypto cognitus erat, illiusque nomen uti plurium annorum intervallo antiquius, celebrabatur.

De Θωὺθ vero, quem mihi ex Platone spectandum offers, haec tene. Duo sunt *Mercurii Reges* in diospol. dynastia, uterque *Thes*, sive Thyt-Mosis ex Θεὺθ, aut Θωὺθ, nuncupatus. Ille *Hermes* I. cognomento *Mosis*, quem Artapanus cum Mose ipso visus est confudisse: Iste *Hermes* II., qui regnum coepit an. circiter ante Chr. 1472. Huius aetas respondet tempori, quo in Dynastia Memphitar. florebat Rex *Tham phthys*, quem *Tham* Plato sive *Tamum* nuncupavit. Quodsi Marshamum sequens Tamum *Menem* ipsum, omnium Aegyptiorum Regum primum vocare velis, & filium eius *Athotem*, Thoth, sive Mercurium, cum temporibus *Tosorthri Aesculapii* coniunxeris, erit is longe antiquior, quam qui tuus a te fit Mercurius, Marshamus Θωὺθ, *ſive Mercurium* I. temporibus proximis post diluvium vixisse scribit p. 240. Siphoam vero, qui & ἑρμῆς, *Mercurius* filius Vulcani ab Eratosthene dicitur, idem est ac *Mercurius secundus*, quem sic & *Manetho* appellat, & ad an 65. post exitum Israelitarum ex Aegypto floruisse docet. Plato *Thot* illum antiquissimum sive deum sive hominem in Aegypto conspicuum, et aspectabilem extitisse dicit, tu vero illum tamquam *Deum apparuisse*, ex ore Platonis, summa cum fraude interpretaris, & alia arbitratu tuo, quae vera non sunt, in Platone fingis.

Sed quicquid tot hisce, aliisque tam multis fallaciis, nugisque tuis moliri studeas, numquam eo pervenies, ut eruditis doctisque viris persuadeas, *Budhae* tui nomen origine indicum fuisse, postmodum vero esse apud Aegyptios corruptum in *Thoyth*, sive *Thoth*; aut Budham ipsum esse vel *Deum natura*, vel genium rectorem *Planetae Mercurii*, qui in Indiam primum descenderit, deinde in Aegyptum, migravit, atque Niligenis gentibus apparuerit, eisque leges dederit, et disciplinarum, artiumque praecepta tradiderit. Thot, Mercurius aegyptius aliud quid est, & a *Budha* indico plane diversus; Utrique tamen Dii ex hominibus facti. Atque id quidem de *Indico Budha*, ut iam paullo ante audivimus, tradidit Clem. Alex., de Aegyptio vero *Thoth*, sive *Hermete*, atque *Mercurio* lib. I. Strom. sic diserte testatur: *Ex iis, qui in Aegypto aliquando fuerunt homines, sed dii facti sunt opinione hominum, Mercurius Thebanus, & Aesculapius Memphites*.

Quod vero addis de ipso quoque nomine graeco ἑρμῆς vel ἑρμᾶ, quod ab indica voce *Dherma* tamquam primigenia ad Graios derivatum decernis, quis satis patienter ferat? Nam vel unum illud, quod tanta cum pompa spectandum profers, vocabulum *Dhermaragia*, sententiae tuae vanitatem perspicue manifestat. Quid enim est tuum illud *Dhermaragia*, nisi exoticum & barbarum Samscrdamicum nomen compositum partim ex graeco *Herma*, & partim ex latino *Rex*? Neque id mirum cuiquam videri debet; quum iam sciamus in Malabaricam linguam *praeter bhumi* ex lat. *humus* a te ipso inter indica nomina productum, magnam irrepsisse *graecarum vocum*, locutionumque copiam; *Reconoissant*, inquit auctor

Digitized by Google

Sed Diocletianus priscis hisce principibus, terribili Dei iudicio, multo insanior, et excaecatior, tot illa

auctor articuli *Malabar*, in Gall. Encyclop., *une multitude d'expressions grecques*. Sed tu haec ignorans, quicquid graecum, & latinum est, Samscrdamicum apeilari iubes.

Hinc ego miror, cur tu tam facile, & expedite audeas castigare Graecos, ceterosque populos, tamquam corruptores magni huius tui Samscrdamici, & primigenii nominis *Dhermaragia*; quum tota corruptio noo a graeca aliisque, sed ab una indorum Brahmanumque lingua repetenda sit. Hi enim ob difficultatem, quam experiuntur io proounciaoda prima aspirata *ε* in voce Ἑρμα *Herma*, ad illius faciliorem pronuociationem reddendam, addere coguntur iitteram D, qua lingua veluti naturali impulsu, et adiumento ad aspiratam efferendam sioe difficultate inflectitur. Ob eandem caussam in *bumi* latioa profereoda, addunt voci primam litteram B, ut sit, *Bhumi*. Sin autem tot illa, quae ex *Amarasina* tua colligis, attributa, non ex officiis, & dignitate, sed ex uno *Hermae* oomine proficisci putas, noe tu vehementer erras.

P. 79. Inter epitheta Bodhae seu *Mercurii senioris*, quem post Systema Brahm. nuper tantum tamquam a *Iuniore* distinctum cernere coepisti, ad num. 21. ita scribis: *Munindra hesycastarum, silentiariorum, consiliariorum praeses, apex philosophorum & Sacerdotum*. Hui quanta, & quam multa inter ae diversa hoc unum Samscrdamicum nomeo *Munindra* significat! Et tamen quae simplex, germana, & a te alibi saepe posita est, (*Monachorum Praeses* interpretatio) heic praetermittitur. Sed pergis; *& Muni*, dicis: *silentiarius a Mauna, silentium, non autem a μονος, seu μονοι (sic) solitarius, derivatur. Censor noster ubique ad comminiscendum velox perperam arguit in actis S. M. Panesuiv pag.* 283. *Indos a graecis haec vocabula accepiste. An unum, & idem est solitudo, & silentium?*

*Muni* tibi, & *Hesychastes*, tanquam *duo graeca nomina*, seculo tantum IV. post institutionem Christianorum *Monachorum*, ad Monachos ipsos significandos usurpata obieci, ut intelligeres, libros tuos Samscrdamicos, in quibus Astra, Planetae, Diiqne ipsi Indici, te ipso ioterprete, tam saepe *Monachi, solitarii, silentiarii, & quietistae* appellantur, scribi non potuisse ante IV. Eccl. saeculum. Tu numquam antea, sive in Gramm., sive in System. Brahm; sive tandem in Exam. Codd. Bibl. D.P.F. p. 40. immo, & ante citatam huius Lib. tui p. 79. *Muni* vocabulum, *Monachum* dicere, & ioterpretari, dubitaſti; hodie vero, mutata opinione, *Muni* oon amplius *Monachum*, sed *silentiarium* significare tanta perfidia conteodis, ut mihi, qui interpretationem tuam recepi, indignis verbis insultare oil trepides. O Amice Sophe, oportet mendacem memorem esse. Tua haec fallacia est, non bona fides. Ne tameo putes, hac arte efficere te posse, ut *Muni* aliud quidvis, quam *Monachum* significare valeat. Illius nativa origo est a graeco μοῦνος, μόνος, unde μοῦνοι, auctore Hesychio, aliisque consentientibus Lexicographis, *Monachi*, & *solitarii* apud latinos dicuntur. Quod si Samscrdamicae linguae primigenia vox ista esset, non una, & solitaria *Muni*, sed & plura inde derivata vocabula io tua illa indica liogua, quemadmodum in graeca accidit, reperirentur: at nulla prorsus ex hac voce *Muni* derivata oomina aut verba in Samscrdamico idiomate proferre potes. Est ergo vox exotica, quae solide ex graeca lingua ab Indis adoptata est.

Re-

Digitized by Google

illa spurcissima Deorum, Dearumque coniugia aureis simulacris repraesentata in privato suo sacello divinis

Reponis *Muni* esse factam ex indica *Mauni*, quod *silentium* designat. Erras, & imposturam cum hoc tuo Mauni fabricaris. Nam *Muni* semper, nec unquam *Mauni* dicti sunt in his tuis Samscrdamicis libris & Dii, & Astra & Planetae Indorum. Quid, quod *silentium* non est *Monachus*, nec *Mauni* de *Maunam*, silentium, sed *cum silentio audire* significat, quemadmodum tu ipse in Brahm. Syst. pag. 160. interpretatus es? De ἱσυχάςαις vero quid dicis? An & ii sunt *Mauni*? Sint autem & Dii, & orbes caelestes, & *Munindra*, & *Shastamun*, *Praeses*, & *castigator τῶν Mauni*, perpetuo erunt in scholis sub ferula Magistri, qui eis tamquam discolis auditoribus legem silentii in auribus identidem excitare, & indicere satagat. Iam, te quaeso, mitte tua haec ridicularia, quae te a laqueis, quibus irretitus es, expedire nullo modo possunt.

Habuerint, ut & ego credo, *Orientales* Indi communicationem cum Aethiopibus, Nubiis, & Aegyptiis; nam illos ab Indo flumine in eam Aethiopiae regionem, quae erat super Aegyptum sub Amenophe Aegypti Rege I. in Dynastia Diospolitanorum an. circiter, ut meus Boniurius ex laudat. mss. cod. de Dynast. Aegypt. supputat, 1566., aut rectius 1564., quo Amenophes regnare coepit, emigrasse novimus. Sed & hi Indi meridionales, etsi Aegyptiis finitimi, accipere non potuerunt nomina *Muni*, & *Hesycastae*, nisi eodem ipso Eccl. IV. seculo, quo tempore Monachi in proxima Aegypto nuncupari coeperunt.

Sed antequam hinc discedam, miror, cur tuum hunc Mercurium, *Apollinem* non feceris, ut Krshna fecisti. Nam & is *vaccarum curam* habet, & p. 82. Pastor est *Nomius*, & *Pastorum Deus*,

Eadem p. 82. *Mayae Deae filius* (Mercurius) *magna Dea est*, *sensuum illusionis Dea*, *quae* (p. Sist Brahm. 114) *ut notat Macrobius*, *Mercurii Mater esse creditur*: contendunt alii *Maiam menti* (Maio) *nomen dedisse ... Illi qui Samscrdamica vocabula in graeciam & Latinium perlata fuisse negant*, *vocabulum* Maya *ex lingua graeca*, *aut latina*, *si possunt derivent ... Maya Dea illusionis sensuum*, *imaginationis Dea ... Apud Graecos*, *& Latinos*, *nec radix*, *nec derivata reperiuntur*.

Agite nunc & vos Latini contribules discite tandem ab hoc nupero ultimi orientis sopho, unde sit vestri *maii mensis*, quod ignoratis, nomen. Ille vocis huius originem ab unius Indiae lingua repetendam docebit. *Maia* ibi est Mercurii Mater, a qua & *maii* mensis nuncupatio parta est. In India tantummodo vox *maia*, teste *Amarasinha*, aut Cl. P. *Hanxleden*, *illusionem* significat. At vide, Sophista mi, ne te Romani sybilis, & chachinnis turpem in fugam elabi compellant. *Maius* & *Maia* Indicae certe originis non sunt. Nam *Maius* mensis sic dictus apud eos non reperitur. De *Maia* vero, an nomen latinorum aequae ac Graecorum proprium sit, an potius Graecum, sed a latinis in ditionem suam receptum disputant eruditi. Latini, qui nomen *Maya* domi natum volunt, ab antiquo romano sermone, quo uti *Maius* pro positivo nomine *Magnus* accipiebatur, sic *Maia* pro *Magna* dicta fuit *Rhea*, *Terra* scilicet, *magna Mater* omnium Deorum, qualis in memph. MM. nostrorum actis ipsa quoque *Artemis*, *Diana* appellata est. Qui vero *Maiam* a graeco, *μαῖα*, *nutrix*. *mater etiam*, *Avia*, *obstetrix* apud Hesych., & in ipso quoque Protevangelio Iacobi n. XIX. XX. sic dicta, desumunt; hanc a Romanis ad eamdem ma-

nis honoribus tamquam vera prosequebatur . Id tameṅ

f f

non

*Magnam Matrem* , ad Terram nempe tamquam universorum parentem atque nutricem significandam,adoptatam existimant . Ego vero *Maiam* idem esse opinor ac latioam vocem *Magnam* ; & hoc sensu ab aotiquioribus Indis adhibita est. Nam apud Hesychium Μάι,μέγα, Ινδοι , *Mai magnum Indi* appellaot . Pro Indis tameo,ut adnotator in to. II. Hesychii Alb. Fabr. observat , *Persas Hesychius intelligit* , *quod nec. semel apud eum* ( Hesych. ) *reperies* . Hinc *Maius mensis* , *Dea Maia* , *Deus Maius* . Sed huius vocis usus apud latinos primum obtinuisse videtur , unde ad Persas dein & Indos migravit iam inde a Romuli aevo . Quod si *Amarasbina* tua *maiam* , *illusionem* interpretatur , aut *Maga* pro *maia* falso legit , quemadmodum accidisse traditur Avo Materno Virgilii , cuius nomen *Maius*, in *Magum* fuisse versum dicitur , aut si vere *maia* est , oon nisi καταχρηστικῶς *abusive* , sic dici potuit a die festo *Lemurum* , sive *spectrorum* , quibus mense *maio* Romaoi sacrificabant ; unde & nuptiae toto illo mense contractae, Ovidio teste , tamquam infaustae habebantur .

Idem omoino commentum tibi cudere placuit de oomine *Tauri* Apidis p.324. System. Brahm;ubi haec scribis: *Apis vocabulum corruptum est ab Indico* Apen , *Genitor*, *Pater* .

At ego equidem obstupesco, unde tantam tibi potestatem in omoes fere linguas tibi uni arroges , ut, si vox aliqua alienigena sit , quae tibi non arrideat, etsi ea sit cuiuscumque gentis , & populi usu recepta,& confirmata , hanc tameo in indicam , & Samscrdamicam, dummodo arbitrio & nutui tuo quocumque demum pacto subserviat,incredibili licentia,ac temeritate mutes, convertas , aut saltem ex indica primigenia corruptam appelles . Id cum alibi saepissime,tum hoc maxime in loco facis . Apidis oomen ducis ex tuo Samscrdamico *Apen* . Aegyptii ad nomen *Patris* Bovi suo imponendum nulla necessitate ad indicam linguam confugere cogebantur . Habebant ex hebraica אב, *Ab* , & Syriaca *Abba* , unde vir summus *Vossius* l.1. de Idol. c.29. nomen *Apis* Bovi,tamquam Iosephi Patriarchae symbolo tributum agnoscit ; sed domi cum primis habebant ⲁⲡⲁⲥ , & ⲁⲡⲁ ad *progenitorem* , *avum* , & *Patrem* quocumque modo significandum . Iablonskius vero repetendum putat ab ϩⲏⲃⲓ , *luctus* , vel aptius rectiusque ab ⲏⲡⲓ , *numerum & mensuram Nilometril* designante . Mitto graecos,qui,testibus Herod.& Aeliano , Apidem ἔπαφον nuncuparuot , Aegyptii itaque ad *Apidis* nomen Tauro suo tribuendum non indigebant iodica voce *Apen* . Sed Tu non unum Aegyptium , verum etiam romani operis Bovem eodem nomine , quasi ex Indico *Apen* ducto , appellasti . Immo & ei etiam io os indidisti *Lingam* Samscrdamicum , ut sacer *Api* , veluti ab *Apen* , sic Indice dictus , *Pater* carnalis generatioois , appareret . Quid vero si non *lingam* , sed *cantharus* , sive *Scarabeus* sit ? *Id plane expressit PLINIUS* , ubi ( ut observate Iablonskius ) ait : *nodus est sub lingua* ( Apidis,) *quem chantarum vocant.Optime PLINIUS notam hanc explicuit*; *eaque cum imagine tabulae Bembinae egregie convenit* . Hunc *nodum* , ut iterum aoimadvertit laudatus Iabloonskius, etiam in tabula Bembina , Apis *sub lingua habet* , *& quem veteres* cantharum *vocant* . Hioc ego suspicor te cantharum sub lingua Bovis pro

*lin-*

non facit, quin & in *Templis*, & *Lucis* similium quoque

*lingam* facile accepisse; & male proinde tuum hunc Bovem, qui forsan Aegyptius est, pro Romano venditasse. Quin & inter tot notas, quas Herodotus, Diodorus sicul., Aelianus, aliique tamquam Indices *Apidis* commemorant, ea, quae *Lingam* est, a nemine commemoratur. Adde quod Bovis tui *lingam* nec figuram habet ei similem, quam, uti traditur, *Isis* in Aegypto describi, efformarique constituit.

Argumenta duo, quae ad Tauri phallum demonstrandum adfers, alterum ductum ab impudico ritu, quo a feminis Bos iste in Aegypto salutari consueverat, alterum ab Apidis religione Romae recepta desumptum, aliam vim non habent, quam quae tota in fraude & fallacia narrationis tuae reposita est. Ait equidem Diodorus siculus lib. non 2. ut tute indicas, sed 1. Biblioth. p. 75. gr. text. Oxoniens. edit.; Aegyptias feminas, qua hora accedebant ad salutandum vitulum nuper inventum, coram eo reductis vestibus ostentare consuevisse *γυναικεῖα μόρια*: at id Diodorus contigisse narrat in una urbe *Nilopoli*, quum vitulus adhuc profanus esset, & nondum solemni pompa a Sacerdotibus Memphim deductus, ibique in Templo consecratus Apis, suum in thalamum, septumque magnificum inclusus fuisset. Post id enim temporis sacra lege vetitum erat, ne ulli umquam feminarum *Apidis* faciem amplius videre liceret. Illa igitur impudica mulierum Aegyptiorum salutatio ad *profanum*, non ad sacrum vitulum in *Apidem* consecratum spectabat. Ubi vero eadem p. 324. de tuis bobus scribis: *Monumenta quidem Romana sunt, sed ne Romanos quidem a cultu bovis illius immunes fuisse ex Eusebio tradit Flavius Blondus in sua Roma triumphante, ubi ait: Huius Bovis adorandi insania Romanos etiam tenuit. Nam scribit Lampridius Titum Vespasianum in consecrando APUD MEMPHIM bove* Api *diadema gestasse more priscae religionis*. Quid est, o dulcis Sophe. Heic certe & fallis & falleris. Blondus scriptor & ingenio & doctrina clarissimus non tam hebes profecto fuit, ut ex *facto* Vespasiani, quod *Memphi* acciderat, colligere voluerit, cultum Apidis fuisse Romae, Populo Senatuque approbante receptum. *Memphi* igitur quum esset Titus Vespasianus diademate & ceteris imperialis maiestatis insignibus exornatus interfuit solemni consecrationi Apidis *more*, ut ait Lampridius, *priscae religionis*; *quia in templo Apidis mos fuit solio regio decorari reges, qui regnabant: Ibi enim sacris initiabantur primum, ut dicitur, Reges, satis religiose tunicati, & Tauro, quem Apim appellant, iugum portare fas erat, & per vicum unum duci*. Sic ex veteri scriptore apud Fabric. Iablonskius de Api §. 15. Huic mori paruit Vespasianus tamquam Imperator Romanorum, & summus Aegypti Princeps *Memphi* in Templo *Apidis*, non Romae. Quod vero a Romanorum capite factum fuerat, id Blondus Romanis ipsis tribuere visus est. Tu vero tua illa mirabili audacia, atque licentia, Vespasiani factum, Lampridii sententiam, ac Blondi testimonium, ad Romanae urbis sacra, ut fucum faceres imperitis, sine ulla difficultate repente transtulisti.

Ex Gram. p. 51. Sub oculos mihi ponis tuam illam cantiunculam: *Hum mani padme Hom. Nonne infans, vel nonne Lingam est in loto? Om, ita, omnino, Lingam, vel infans in loto*. Moxque subnotas *Mani Brahmanicum infantem, Phallum, & gemmam ficus indicae significare*. Tum me acriter reprehendis, quod in hac voce *mani* vide-

que Deorum, Dearumque monstra conspicerentur. Vide
ff 2 Euseb.

viderim *Manetem*; sc me demum interrogans. *Quis est ille*, inquia, *qui Tibetanum hoc, aut potius Brahmanicum & Samscrdamicum Mani litera maiuscula scribendum dixit? In quonam dictionario sive* Tibetano, sive Brahmanico *Mani pro Manete scriptum positumque invenisti? . . . Anne licitum cuique privatam, & arbitrariam vocabulis in regione aliqua iam antiquitus receptis in libris, usu, & consuetudine firmatis, appingere significationem, & hoc attribuere Tibetanis, & Brahmanibus, quod ipsi non agnorunt, de quo ipsi ne quidem somniarunt*. Eadem crebro repetis tum in grammat., tum in Syst., tum alibi in operibus tuis. Deum immortalem! Vitium quod in te maximum & insigne est, in me lepide quidem, sed pueriliter vertis, dum vel unam illam vocem *mani* maiuscula *M*, (latino tamen, non Tibetano, neque Samscrdamico, more) rite licet a me scriptam notasti. Cetera mihi frustra, & calumniose imponis. Vocabulum enim *Mani*, si non ex dictionariis Tibetanis, quae mihi, & Patribus Capuccinis deerant; siquidem & unius exemplum, quod amplissimi Cardinalis Spinellii cura ac providentia, Romam missum fuerat, navis, qua ferebatur, naufragio, misere periit; at ex scriptis sane quidem genuinis Lhamarum Tibetanorum accepi; nec umquam, aut corrupi, aut mutavi, sed illud perpetuo retinui ea prorsus fide, quam usus & consuetudo Tibetanae gentis iure suo postulabat. Id attamen, quod te maxime urit est Nomen *Manetis*, a me, ut ais vianm in voce *Mani*. Nonne publicum de eo est Lhamaici scripti testimonium paris saltem cum tuo quolibet dictionario auctoritatis? Vox tamen origine sua Persica est, & inde apud *graecos & alios vulgo audit, μανης, Manes* scilicet, unde & a Syris atque Arabibus مانى *Mani* appellatur: eoque fit, ait *Thomas Hyde de Vet. Rel. Persar.*, *ut hoc verum nomen eius* (Manetis) *fuisse tuto credamus*. Quamquam pag. mihi 285. ista subiungat: *at huius vocis* Mani *significatio hodie non comparet in lingua Persica*. At sicut complurium hebraicorum verborum radices, quae in sacris V. T. codicibus hodie non reperiuntur, servatae deteguntur in Arabum lingua, ita & princeps Persici *Mani* significatio in Tibetana lingua reperitur, eaque a *persica* derivata cognoscitur. Inde hoc sibi nomen imposuit *Manes* iam adultus, postquam Cubrici, *Curbici*, sive *urbici* nuncupationem dimisit. Probabile ne vero fit, ut qui sibi *Mani* nomen selegit, is (quemadmodum tute ariolaris, quasi vel *infans*, vel *phallus*, vel *gemma* indicae *ficus*, sic dici, & haberi voluerit? Nomen igitur sibi tribuit, quod divinum quiddam in auribus suorum sonaret; & id erat in Persia proculdubio *Mani*. Et quoniam ceu sacrum adoptatum deinde fuit in publico cultu, & in illa praesertim solemni precationis formula: *Hom mani petma hum*; ideo dixi per hanc vocem *Mani* in recitatis verbis, *allusionem* fieri ad *Manetem* proprie dictum *Mani*, eumque invocari perinde atque apud Brahmanas invocatur *Vishnu*. Sed hunc revera esse posse personam *Manetis*, non ex una allusione ad illius nomen, sed a *Templis*, quae in illius honorem a Tibetanae religionis cultoribus, eiusque communionis sodalibus erecta fuerant, colligere studui; & satis, quantum res postulabat, quaecumque a me proposita sunt, mea quidem sententia, probavi. Idque totum a me rite factum est, quin ulla aut lege, aut necessitate cogerer ad Samscrdamica tua confugere. Hucusque interrogationibus tuis respondi. Mea

Euseb. l.2. de V. Constantini c.5. ubi, de *luco* agit quo *Licinius*

Mea nunc abs te scire quammaxime interest, cur *nomina* quae *propria* sunt *Tibetanae* religionis, & publica Lhamarum, totiusque Populi usu, & auctoritate firmata ex unius ingenii tui libidine, in alia prorsus diversa, immo & contraria pervertas, & mutes. Novum id certe fraudis, & imposturae genus est, quod ferri nullo pacto potest? Ecce in locum *Mani* Tibetani perpetuo iubes, ut substituatur *Lingam*, & nisi quis *Lingam* legerit pro *Mani*, ei dicam somniatoris e vestigio inscribis? Quid hac insolenti *impostura* audacius? Centies tibi in Alph. meo Tib. Lamarum nomine dictum est, *Mani* esse *Nor-bu*, *gemmam miri*, & *ineffabilis splendoris*, & tu *Lingam* propudiosum illud *Indicae obscenitatis* portentum loco *Mani*, & legi, & intelligi debere contendis. Dic, age, ecqua facultate p.55.gram. tuae, veluti ex tripode statuis, orationem: *Hom mani padme Hum*, origine quidem Indicam, & Samscrdamicam esse, sed *a Tibetanis inversam*, *& corruptam fuisse*; eamque post tot saeculorum seriem esse refingendam ad exemplum Brahmanicae, & Samscrdamicae, ut transpositis vocibus *Hom & Hum*, quae hucusque fuit *initialis*, deinceps *finalis* fiat in hunc modum: *Hum mani pedma hom*? Qua de causa Tibetanos ais *ordinem naturalem orationis pervertere*; & non potius Brahmanas, eorumque asseclas Indos? Nam etsi tibi concesserim, *Lecin*, sive ut, tu vis, *Leksin*, fuisse missum a Rege XXIV. Tibetanorum in Indostan ad litterarum elementa, quibus antea Tibetani carebant, inquirenda; indeque legatum alphabetum, & Brahmanicos libros duos retulisse ad Regem post annum LX. sec. ae.chr. vergentis I., immo & hoc, non sine tamen magna difficultate, tibi dederim alphabetum illud constans litteris 364. prorsus idem esse, quod & hodieque Samscrdamicum dicitur, non inde tamen ullo modo sequitur, ut haec orandi formula: *Hom mani peme Hum*, qua semper usi sunt Tibetani, ortum duxerit a tuis hisce Brahmanicis libris, Indicisque ritibus. Nam Alphabetum, qualecumque illud fuerit, quod *Lecin*, ab Indostan secum in Tibetum detulit, ut & ceterorum librorum usus, reiectum est. Multo itaque probabilius est, ut Tibetani, quemadmodum nomen *Mani*, sic & totam precationis formulam a Magis Persarum desumseriot.

Atque huic sententiae tumetipse aperte suffragari videris, ubi vocem *omomi*, ut tu putas, ab Persarum Magis in sacrificio Lunae recitatam, idem valere censes ac *Hum mani um*, Quamquam rectius dixisses ὄμωμι, *Hom mani um*. Sed hoc tuo commento, licet mihi utili, ego tamen non utar. Eo enim iniuriam, sine caussa, inferrem Plutarcho, qui eo nomine πόαν ὄμωμι καλουμένην *herbam* nimis aperte designat. Alia sunt non infirmi roboris argumenta, quibus certo, ni fallor, ostenditur, hanc orationem ita propriam esse Tibetanae Gentis, ut nulla prorsus ratione ab Indorum institutione profecta dici unquam possit. Indi omnes, ut tute testaris in Gram. pag. 50. & alibi passim, sic orant Visnu: *Hum*, *Narayena Nama Om*; Deum Shivam: *Hum Shivaya nama om*, Iapponenses, *Namadan*, idest *Namu Amida Buth*, ex Gallis scriptoribus in meo Alph. p. 131. Ita & Peguani Siamenses, aliique Indorum Populi suam habent peculiarem orandi formulam a numine gentis petitam; sed earum quaelibet diversa prorsus est a Tibetana. Sicuti igitur in Indicis, & Brahmanicis *Narayena*, & *Shi-*

*nius* bellum contra Constantinum aggressurus se cum suis ad

& *Shivaya* , *Vishnu* , & *Isuren* , aie in Tibetana *Mani* divinum illud nomen est , quod a Populis invocatur .

Iam vero nonne extremae insaniae est , cogere velle Tibetanos , quod tu tamen facis , ut suae huius orationis formulam corrigant , & ad Samscrdamicae Brahmanum normam refingant , sub eo obtentu , quod eam ab indicae religionis magisterio acceperint . Id vero adeo falsum est , ut illam Brahmanes ipsi tamquam alienam semper habuerint , nec uti suam agnoverint unquam .

Quo deinde audaciae impetu putas te posse redigere in ordinem duas has Tibetanae precis particulas , *hom* , & *hum* ,quas utpote loco suo motas pristinis sedibus restituendas temere arbitraris; tu,qui de illarum significatione tam varia,dubia,incerta,& inconstantia tum in *Gram.*,tum alibi scribis, ut quid vere significent , te prorsus ignorare ostendas ? Sed tuis hisce ausibus aperte , ut scis , resistunt Doctores duo , iidemque *Lhamae* Tibetani , quorum commentarium in hanc orationem a me iam editum , & a te laudatum , eam aliud non esse significat,quam sacrae , divinae , atque magicae *invocationis* formulam , cuius *caput* est *Hom*, & *finis Hum* .

Hinc discas velim ea omnia, quae Tu de hac oratione scribis,nonnisi puris putisque imposturis scatere .

I. Est p.Gr.58.qua tu dicis *oratiunculae illi signum apponitur lingamicum super vocula Hum*,( lege Hom ex p.quam indicas, Alph. Tib. 513. ) ཧཱོ ....*ubi vides signum illud Lingamicum* ◌ *a nobis supra allatum* . Amice, unde hoc somnium ? Signum , quod tu appellas *lingamicum* , est apud Tibetanos nota vocalis *o* , dicta *Narò* , & Syriaca *Ezozo inversa* . Vid. Alph. Tibet. p. 593. Eadem in quibusdam nominibus geminatur quasi nota compendiaria , & super ཧ ad *o* vocalem longam indicandam. Ibidem p.595.596.Circellus vero *o* supra *Narò* indicat non aliquid *lingamici* organi , sed simplicem litteram *m* eum *o* copulandam , ut iam monui in Alph. p. 594. Quod item fit in Samscrdamicis tuis *Hom* , & *Hum* , ubi *m* per circellum *o* indicatur .

II. *Hum mani padme om* . *Nonne infans , nonne lingam in loto ? Om , ita , omnino, Lingam, vel infans in loto . . . in yoni , in matrice naturae* ; altera tua impostura est . Hanc iidem ipsi Tibetani doctores in cit.commentario refellunt , qui sane non *infantem* , non *Lingam* in *yoni Matrice* , sed *Tur-ce-cen-bò*, sive *Cenresi Deum* , qui *lotum in manu gestat* , intelligunt, & interpretantur . Vid. Alph. Tibet. p. 520. , & seqq.

III. *Est* , inquis , *orationis sensus , ipsis etiam* ( Bayero , & Georgio , me scilicet ) *adstipulantibus Mani in loto* . At heic palam & certe mentiris . Georgius enim non tuae isti , sed Tibetanor. Lhamarum expositioni se omnino adstipulari testatur . Vide Alph. Tib. pag. 742. Tibet. textus , & pag. 744. 745. *Pema Malbibanab* . *Xa cha* , ubi in has voces, *Malbibanab*, *Xacam* , Lotus *primum* principium gignendi *sine Lingam* exponitur ad faciem secundam Tab. Tib. aversae .

Textus deinde huius orationis quam magicam Lhamae appellant,usque adeo a commentarii tui novitate abhorret, ut si tibi in ea legi permitteretur *Lingam* pro *Mani* , vis eius , & efficacia tota continuo soluta , & eversa periret . Iubent enim Magi antistites , ut ad arcanam huius precationis efficacitatem

ad numinum praesidia imploranda recepit. Ibi παντοῖα omnigena

tem voces duae mediae: *Mani*, *Pema*, dividantur in *quatuor initiales* M. N. P. M. eisque singulis vis propria arcana & effectivam tribuatur. Istorum igitur sententia legere velle *Lingam* pro *Manis*, idem est ac orationem ipsam penitus corrumpere, ac depravare.

Hinc ego nescio unde tibi in mentem venerint tot illa mendacia, quae de *Lingamico* Tibetanorum cultu tum in his quam tuae Samscrdamicae, tum in Syst. Brahman. et alibi frequenter scribis. Nam ne Nomen quidem aut *Lingam*, aut *Pasupati* in Indorum omnium, & Nekpalensium ore positum, apud Tibetanos invenies. Ex me, qui p.211.212. Alph. Tib. solemne sacrificium Tibetanorum descripsi, ansam omnem ad huius infamiae notam Populis hisce inferendam sumsisse videris p.31. System. Brahm. Quod enim ibi dixerim, illius sacrificii pompae praeferri signa cum tridente tamquam symbolo *Mahadei* in vertice, inde tu *Tripodem*, *Conum*, *Thurma* ad obscena *Lingami* arbitratu tuo retulisti. Sed totum id turpe est ingenii tui figmentum, ex eo natum, quod confundas Systema indicum, & Brahmanicum cum systemate. Tibetanorum *de creatione mundi huius aspectabilis*. Soli Indi, & Brahmanes sunt, qui *Lingam*, sive *Shivelingam* vel *Quevelingam* cum *Matrice*, idest, utrumque Dei creatoris sexum, principium creationis constituunt. Hinc illi *Lingam*, quem tecum magnum Deum appellant, omnino repetunt, & divinis honoribus tanta cum turpitudinis ostentatione, & publicae honestatis offensione, afficiunt. Non ita Tibetani, qui longe aliud Systema ab Indico, & Brahmanico omnino diversum constituunt, & profitentur. Vide initium creationis mundi ex sententia Tibetanor. in meo Alph. p.184.185 186. illudque compara cum Brahmanico p. 107. 108. & alibi, ubi in hoc uno tibi datur *Lingam*, in illo vero non invenitur. Habebis & pag. 65. & 66. apud Tibetanos *Xacam*, non aliter atque *Iesum Manichaeorum* in throno sedentem super lunam, & *pema lotum*, uti & opinionem de *Cenreis* infante ex loto nati, sed ibi *pema* sive *lotus*, est sine *Lingam*, cuius exemplum habes in numo Tib. Mus. Borg. a te indicato p.49. Gram. Ex his necessario consequitur, ut quae tam multis in locis sine ullo prorsus teste, adeoque ex pura tui mentiendi libidine scripsisti, de *Lingam*, sive de *Phallo* Tibetanorum omnia falsissima sint, & nullam mereantur fidem. Profecto P. Constantinus ab Asculo, quem tute laudas tamquam in Tibetanis, & Indicis rebus probe versatum, inter *Nekpallenses* quidem Tibeto finitimos, summopere exhorret tam exsecrandae obscenitatis spectacula; sed de his ubi de Tibetanis agit nullam omnino mentionem facit. Quamobrem tua illa: *Lingamicum portentum* ... *quod Tibetani pariter* Mani *vocant*, *ex cingulo*, *vel collo appensum gerunt*, *&* *ut Indi adorant* (Gr. p.43.44.58.59.60.) Mani *Lingam significat positum in loto* ... *Yogui Shiveuitae*, *Tibetani* .. *Xacaitae* ... *secta est. quae Lingam devote colit*. *Hoc symbolum nempe Lingam in collo*, *aut ex brachio vel cingulo portant*. *Hic ille est* Mani, *qui a Tibetanis colitur*, *nempe Lingam*, *quod Hopame Deus Tibetanus* ... *in suis manibus*, *gestat* ... *etiam Lamae Tibetani post mortem sedendo*, *&* *illud in manibus gestando*, *&* *meditabunde considerando*, *in parietibus Templi Labprangae* (immagines Lingam) *pinguntur* ... *Reliquiae* *&* *certissimum vestigium est antiqui* Priapeii *cultus* *&* *sectae*, *quae adhuc in Tibeto in toto suo antiquo vigore superstes est*. *Inde cum illi Tibe-*

Digitized by Google

*gena eorum , quos Deos putabat , simulacra ex lapide scul-*

***Tibetani in Templis ad aram maximam positi , & inter lucernas collocati . Inde conus ille lucet, seu Pyramis quae tripodi, seu triangulo sacro insidet, & in solemnibus Processionibus vebitur , & thure colitur . Lingam nempe , & triangulus auctoris naturae*** , & alia , quae his similia ad nauseam usque repetis in Syst. Brahm. , & in ceteris scriptis tuis, falsa sunt , piena mendaciis , & ingenio atque eruditione tua prorsus indigna .

Tibetani nec de collo , aut de *cingulo* suspensos gestant *Lingamos* , sed *Lypsanothecas* , quae inclusas continent Deorum suorum imagines , fasciculos stercorarios Lhamarum , scripta , & vela serica de quibus sermo fit in Alph. Tib. p.247. & 457. ***Mani*** non est Lingam , sed omnium Tibetanorum , & Lhamarum sententia ***Nor-bù***, gemma , & lapis infiniti splendoris ; de qno in eodem Alphab. p. 542. , & 284. Hunc lspidem , & non Lingam , in manibus gestat ***Hopame*** Deus & ipse dictus infiniti splendoris : nec Lhamae vita functi aut manibus tractant , aut meditantur Lingam : *Syzigiae* XXXII. quae sunt non in templo Laphangae , sed in Ramoce ab ***Asiangb*** Sinensi depictae impudicos virorum feminarumque complexus, non vero *phallos* repraesentant : ac tandem non phalli sunt aut tripus, aut triangulus , aut pyramis , aut conus , quos Lhamae Tibetani in pompa gerunt , & thure colunt ; sed simplices figurae geometricae , quae nihil commune habent cum *lingam creationis* , nisi coniunctionem simul repraesentent *utriusque sexus* .

Tu unus , qui numquam hanc pompam in Tibeto vidisti , eam ad turpissimi tui *Lingam* solemnitatem referre susus es . Prodigium id est effraenis & praecipitis imaginationis tuae . Tota Tibetana natio , Lhamae omnes, & iidem ipsi Apostolici Missionarii Nostri ***Horatius*** , & ***Cassianus*** viri eruditi, probi , & integerrimi testantur , hoc unicum esse ***sacrificium*** quotidianum ubique per universum Tibetum in honorem non Lingam , & phalli , sed ***Xacae*** solius celebratum : & tu improba , & maligna fide , detorques ***ad phallum*** ? Quin & pari fraude in hunc tuum adeo turpem errorem ex obliquo trahis in Syst. Brah. pag.33. testimonium ***P. Constantini ab Asculo*** , licet is de una indica turpitudine in ***Bavani Nekpallensium*** , non in ullo Tibetanorum Numine spectata loquatur .

Praeterea tam ne incautus , & imprudens es , ut non videas , quam aperte tecum ipse pugnes , nbi Tibetanos contendis eodem , quo Brahmanes cultu honorare Lingam? In System. tuo p. 28. ***sacrificium*** , quo Indi ***Lingam*** adorant , ***ab holocausto ignis parum*** , ***aut nibil*** diferre scribis , ***nisi quod in precibus nomen Brambae Dei*** (Creatoris) ***identidem recurrat***. Quam vero hoc sacrificium ignis frequentissimum sit apud Indos , tute ipse refers pag.9. & seqq. At Tibetani nullum habent sacrificium , quod ***Deo*** tuo magno ***Lingam*** ullo unquam tempore offerant . Habent quidem ***sacrificium ignis*** , sed ***raro admodum*** , & uni tantum ***igni*** , more Persarum, non vero aut ***Lingam***, aut alii cuiquam Deo dicatum . Sacrificium apud Tibetanos ***quotidianum*** unicum est, quod ***Thurma*** dicitur , ***Pyramis*** scilicet & ***conus*** ex massa farinae hordeaceae , & butyro compactus , itemque calix cum cerevisia eidem hordeaceae farinae immixtus , eo ritu , quo dixi p.212. 213. oblatus . Hoc idem sacrificium in cellis , & aedibus quibusque privatis iisdem prorsus caeremoniis ***quotidie*** offerunt coenobitae , & universi Patresfamiliss super aram simulacro

*Xs.*

Digitized by Google

*sculpta visebantur*. Ceterum *Diocletianus* in publicis edictis

***Xacae***, cui sacrum faciunt, & non obscenissimo tuo Phallo, erectam.

Eodem prorsus errore in usu huius vocis ***Mani***, constanter laboras. Eam enim e Brahmanum schola secundum placita tua repetendam ubique acerrime iubes. Sed tu demum scias necesse est, totam Tibetanorum rituum partem, quae sub nomine ***Mani*** comprehenditur, ita esse propriam Tibetanae gentis, ut nihil affinitatis habeat cum ritibus tuorum Brahmanum. Ac certe tot illas ***sacras rotas***, quae tum in templo ***Lhatsae***, tum in aliis publicis ***aedibus***, tum etiam in domorum solariis, & alibi passim in toto Tibeto ***Mani*** inscriptae visuntur, non eas illi ab ***Indis***, & ***Brakmanibus***, sed ab ***Aegyptiis*** acceperunt. Neque enim in Indiis habes, aut ***Pagodas***, aut Templa, quae sacris hisce ***Mani*** instructa, & ornata proferre possis. Sed de Aegyptiis tantum Clem.Alex., lib.v.strom.p. 243. haec narrat: ***Dionysius Thrax Grammaticus, in libro de declaratione symboli*** περὶ τῶν τροχίσκων ***de Rotulis dicit: significabant autem*** ( veteres ) ***non per verba solum, sed etiam per symbola... per symbola antem*** ὡς ὅ τε τρόχος ὁ στρεφόμενος ἐν ταῖς τῶν θεῶν τεμένεσιν παρὰ Αἰγυπτίων, ***ut & ROTA, quae vertitur in Deorum Templis, quae tracta est ab Aegyptiis*** .

Multa de his ***rotis*** tu quidem garris pag. 61. Gram. perinde ac in Syst. Brahm., sed ea omnia in foeda mendacia putidasque ***imposturas*** postremo desinunt. Ut enim ostenderes ***Lingam*** esse ***Mani illa rotabilia, quae Tibetani in Processionibus, in publicis & privatis conventibus, in domibus, & compitis gyrant, & continuo rotant, ut populus in suis necessitatibus... auctoris maturae recordetur***, & ***ad eum clamet***, testes appellas ***supremum Lhamam in ep.*** ad P.Noratium, quin & eumdem illum Apostolicum Missionarium, & me tandem ipsum, quasi qui dixerim p.511. 512. in Alph. Tib. ***Hoc idem*** Lingam ***rotatile rota legis vocatur***. Quid eo impudentius? De huiusmodi namque ***rotalibus Mani Lingam*** nec illi, nec ego quidquam usquam ***diximus***, immo contraria potius dedimus testimonia.

Tibetani interea non tantum ***Mani*** sacris rotis inscribunt, quod non faciunt Indi, et Brahmanes ***Lingamistae***, verum etiam & celebri illa, eaque quotidiana precatione: ***HOM MANI PEMA HUM***, diu noctuque invocant nomen ***Mani***. Atque haec ipsa precandi formula ita propria est Tibetanorum, ut apud Indos, & Brahmanas, ut iam supra diximus, inusitata prorsus, et inaudita sit. An hoc nomen ***Mani Manetem*** apud eosdem Tibetanos significare possit, vide pauca, quae dixi p. Alph. 507. 364. 382. De simplici vero vocabulo ***mani*** vide p. 224. 285. 716. 717.

Eamdem dictatoriam potestatem quam tibi in rotatilia ***Mani*** arrogasti, exerces in ***Thurma***, in ***triangulum***, in ***conum*** simplices geometricas figuras in materiali structura Tibetani sacrificii, quippe qui ea omnia ***Lingam*** imperioso calmore appellari iubes. Ecquid tibi non liceat, qui homines convertere potuisti in saxa? De Amida Rege legitur, quod quicquid tangeret, verteretur in aurum. Par tibi sors ex sententia contingit, ut quicquid velis in ***Lingam*** convertas. Et ita rerum ideas, aspectusque una cum vocibus praestigiatorum more, ne quidquam bambantibus populis, repente commutas.

P.147. et seqq. Diri Brahmanum Manes te totum in me miserum senem immaniter heic exagitarunt. Exordium sumis e veteri illa impostura de Budha In-

etis persecutionis ea sola numina, quibus Romani Imperii

g g

Indico, quem me fecisse dicis *Manetem*, *& Iesum Manichaeorum* p. 375. 376. 382. 398. itemque p. 371. et seqq. 302. 303. 235.

Caecus eras, credo, quum loca a te citata in meo Alphab. legeres. Nam p. 375. 376. tota disceptatio inter me & Beausobrium ad PP. Ecclesiae defensionem instituitur de *Terebintho* Manetis discipolo, qui sibi *Budhae Dei Filii* nomen arrogavit. De Manete id unum ad imum p. 376., meo Duce SS. Parente Augustino, dixi eum se *pro Spiritu S. haberi voluisse*. Pag. 382. quaestionem de Manete excito, an esset *ex genere* Brahmanum natus? P. 398. Simpliciter de *Manete* argumentando scripsi, *ipsumetiam fuisse Budham a semichristianis aevo Apostolorum confictum: consequens proinde fuisse, ut vel invito Beausobrio*, Budham *praedicaret e virgine natum apparuisse*: Sed an se fecerit *Budham* virginis *Filium in se renatum*, caute reticui. P. 371. et seq. nihil a me dictum est de persona Manetis. P. 300. 304. Non de Manete, sed de eius discipulo *Budha*, ( sic simpliciter dicto, ) & in Indiam & Scythiam misso, mentionem feci. Pag. 235. nec μὐ, nec γρὺ de Budha, aut Manete. De *Budha* vero, an esset *Iesus Manichaeorum*, nihil usquam in citatis locis a me traditum scriptumve est.

Pergis ad *Krshnam Indicum Deum*, & me insimulas, quod eum esse dixerim *primum hominem manichaeorum*, *eumdem plane ac Christum Iesum Manichaeorum patibilem de terra genitum*, *animarum Salvatorem*. Ad id probandum excitas loca Alph. mei ex p. 253. 254 255. *& seqq. Item* ex pag. 357. 253. 261. 262. Ex his tam confuse & inepte praeiactis me irridendo redarguis, quod *in India posuerim Manetes duos*, *duos Christos manichaeorum*, *duos Salvatores animarum*. Et iterum magis involute clamas: *Quod si igitur et Budha, et Krshna* ( duo numina ) *Manes*, *et Iesus manichaeorum est*, *numquid duo Christi*, *duo Manetes*, *duo animarum Salvatores esse oportet?* Vah monstruosae argumentationis delirium! Hoc equidem nonnisi tuae illi Magnae *Majae* omnium illusionum, et fallaciarum matri tribuendum putarim. Sed ad illud expediendum satis est in tenebrosae argutationis tuae praemissis secernere partem priorem, quae spectat ad *Budham*, *Manetem*, et *Iesum manichaeorum*, a posteriori, quae ad *Krshna* ( ex Indostanis tabulis sic expressum,) atque *primum hominem*, et *Iesum manichaeorum*, eumque *animarum Salvatorem* pertinet.

Ad priorem quod spectat, iam saepius ante dixi, geminum in Indiis a me *Budham* poni, alterum ante, alterum post Christum natum. Illum veterem, hunc iuniorem, sive potius veterem, sed novis involucris, et tegumentis ex rebus Christi gestis, impostorum scelere corruptis, indutum, et ad exemplum Iesu Nostri deformiter confictum, appello. Aio hunc Budham tamquam ex Virgine natum, et uti Dei Filium tempore etiam Apostolorum fuisse ab Haereticis praedicatum. Huius nomen *Terebinthum* praeceptorem, *Budham* quoque discipulum Manetis, tandemque Manetem ipsum sibi imposuisse dixi. Quin et Patrum testimonia sequutus, pro Christo ipso haberi, et coli voluisse Manetem, asserui; sed simul tamen eum docuisse scripsi, Christum esse Iesum patibilem de terra genitum et Salvatorem animarum. Adde Scythianum per transmigrationum vices revolutum in Manetem, de quo ego egi p. 364. Accedat his *Vishnu*, cuius incarnationem IX., et X. pag. huius tui

lib.

Digitized by Google

perii origo, status, & conservatio deberetur, populis colen-

lib. 243. ponis in *Budham*, et *Mercurium* Iudicem universalem hominum *in consummatione mundi*. Sed auge numerum etiam ex eo *Budhae* nomine, quo *Christum* p. 88. ab Indis appellari testaris. Ecquid praeterea sunt *Bramba*, *Visbnu*, *Isturen*, quos *Creatores*, et *Salvatores mundi* millies tute ipse commemoras? Et tu me reprehendis quod duos *Salvatores animarum* in India ego posuerim? O stulta *maya*! Tu meum sophum in has tricas coniecisti. Ego non *duos*, immo vero nec *unum* Manetem in Indiis sic proprie dictis, agnovi. Verum et haec impostura, de *gemino* in India Manete mihi tribuenda erat. Unum *Budham* illius discipulum ad Indos missum scripsi. Idemque ipse esse potuit vetus Scythianus *Budha* pariter nuncupatus per *metempsychosim*, quemadmodum, te iudice, *unus* est *Vishnu*, licet per x. *Incarnationes* sub diversis formis, atque nominibus repetitum proferas. Unus vero, et idem est universalis in omnibus, in Manete ipso, et in ceteris eius asseclis, *Jesus patibilis*, et Salvator animarum, spectatus tamen secundum perversum, et impium dogma Manichaeorum.

Pars altera de *Krshna* est. Hunc ego mihi spectandum proposui, ut Deum Indicum, et Brahmanicum, sed in *Judhistira* sive Valentinianorum, sive Docetarum, aut Manichaeorum fraude conversum ex pseud evangeliis, aliisque corruptis actis Christi in deformatum Ipsius simulacrum, iuxta eorum impia, et scelesta figmenta delineatum. Sic autem nec quatuor hi *Budha et Krshna*, *Manes*, *et Jesus manichaeorum duo sunt Christi*, *duo manetes*, *duoque animarum Salvatores*, *ut maya tua* dementissime blatherat, *sed unus idemque* Christus, et *animae Salvator*: ea tamen forma, quam sibi extra Indiam *unius*, et *non gemini Salvatoris*, *Manetis* insania finxit, depictus.

Ac ego quidem in locis a te citatis mei Alphab., accurate tantum contuli facta admiranda *Krshnu*, cum factis nativitatis, vitae, passionis, mortis, e Resurrectionis Christi; deinde recitatis testimoniis S. P. Augustini *de primo homine*, *de Iesu patibili*, *de Iesu in escis, spicis, sarmentis ligato*, *de natura*, *& parte eius ligata in seminibus*, & in *materie*, deque tandem Iesu ipso *ligato & suspenso ab omni ligno*, eodemque ipso *animarum Salvatore*, secundum paradoxa Manichaeorum, cuncta haec aut eadem, aut paria iis esse, quae a Brahmanibus de Krshnae gestis dicuntur, ostendere studui. Bene an male haec veluti consectaria deduxerim, lis erit inter me & te, non tuo tamen, nec alio, quam aequo, ac prudenti Eruditorum iudicio terminanda.

Tua vero illa, quam mox consecutionis loco in me vibras, interrogatio: *numquid duo Christi*, *duo Manetes*, *duo Salvatores animarum*, *esse oportet*? Papae, quam barbara simul & ridicula est? Si ego dixissem, quod ego non dixi, *Manetem* esse *Budham* Dei Filium, itemque *Krshnam* esse, & *Salvatorem animarum*, sequeretur equidem eumdem MANETEM duos esse: unum, qui per *imposturam* se impie Budhae, uti Dei Filio, & Krshnae similem fecisset, alterum vero, qui per *errorem* haereticum esset *Iesus patibilis*, & Salvator animarum, qualis fingebatur a Manichaeis. Attamen ne sic quidem plures, sed unus esset ille Salvator Iesus ab impio Manete confictus.

Nunc venio ad Acta *Krshnu*. Primum a te peto, ut mihi *antiquitatem*, & *veracitatem* probes libri *Balagapurana*, unde tu mihi profers *la traduzione interlineare del libro Krshnu* elaboratam a P. Marco a *Tumba*. Nam ego hanc histo-

colenda, & adoranda proposuit. Haec enim proprie *Dii*
gg 2 *Im-*

storiam tibi dedi ex *Iudhistira*, de cuius antiquissima, summaque auctoritate multa passim in Gram. in Brahm. Syst. & in postremis hisce operibus tuis hactenus praedicasti. II. Ut seriem rerum gestarum *Krsbnu*, integram, qualis est, & intactam, uti eam paullo supra ex meo Tib. Alph. excerptam dedi, relinqnas, neque eam, ut facere tentasti, in partes laceres, atque disperdas. III. Iure postulo, ut quamdiu tu non probes, iactatos Brahmanum, & Indorum tuorum libros fuisse ante Strabonis aetatem Samscrdamicis litteris exaratos, mihi liceat & meam, & tuam de *Krsbnu* historiam, in ea tempora, quae Strabonis aevum, ortis iam Gnosticis, & Docetis haereticis, sunt consecuta, coniicere. Nulla, credo, hac aequior conditio a me tibi offerri potest.

Iam vero, oro te, *Sophe* eruditissime, eccui bono tantam adversum me fabularum catervam tam immani labore, atque animi anxietate obtrudis? Nonne p. 278. huius mei operis aperte significavi, me facile admittere *Krsbnam Apollinem*, dummodo eum tu in humana forma morti primum obnoxium fatearis, deinde vero Indorum apotheosi in Deum evectum, & ut Apollinem in Coelo, aut in Sole ipso collocatum velis? Id tu tandem mihi fateri videris, pag. 142. 143. huius operis; etsi, & pluribus quidem in locis viribus omnibus contendas, Indos non agnoscere homines, qui dii sint facti nutu, & apotheosi mortalium.

Heic tamen *Krsbnam* Pastorem vaccarum *Regis Anandadagoba*, *Pastorum Principis*, qualis erat Graecus *Apollo* Pastor Armentorum Regis Admeti, post mortem Deum ab hominibus creatum, & collocatum in sole, amplissime probas, & diserte fateris. Illud tantum unum a te modo quaererem, cur, qui antea *Krsbnam* nigrum in una *Solis* eclypsi feceras, ut inde *Phoebus* obscurus appareret, nunc addis pag. 138. *aut apud inferos*, *seu inferiori hemisphaerio dimicantem*, quasi eum, priori emendata sententia, ex *Apolline* vertere velis in Plutonem.

Verum tuus hic novus *Apollo Krsbna* ad exemplum *Graeci servi* Regis Admeti effictus, quo, quaeso, tempore, apud Indos cognitus est? Num ante Strabonem? Non credo. Nam nec Strabo, nec Arrianus, nec Ctesias, nec Megasthenes, nec Graeci alii Alexandri Magni in India comites, huius *Krsbnae Apollinis* meminerunt, quod mirum videri potest. Plutarchus enim tom. 2. oper. pag. 328. ut *admirabilem* commendet eiusdem Alexandri *philosophiam*, *per eam fecisse dicit*, *ut Indi Graecos Deos colerent*: Θαυμαςῆς φιλοσοφίας δι ἣν Ἰνδοὶ θεοὺς ἑλληνικοὺς προσκυνοῦσι. Immo, & Cicero, quem tu pag. 144. laudas, inter varios Graecorum *Apollines* Indicum non memorat. Quod si tuus hic Apollo *orali* tantum Brahmanum traditione tenebatur, ea certe, utpote quae esset unius arcani finibus contenta, nondum indicis litteris esse potuit evulgata. Quaecumque igitur acta *Krisnae*, sive a me, sive a te iam prolata, nonnisi post Strabonis aevum dici possunt exarata in Indiis. Utra vero, mea ne, an tua maiorem sibi fidem concilient, libenter sinam, ut alii, rebus utrinque diligenter pensitatis, decernant.

Ubi itaque p. 146. ita demum scribis: *Liber Balagapuraaa*, *monumenta plurima* ... *ineluctabiliter evincunt*; Krsbna, *in-*

*Imperatorum* appellabantur. Et quoniam *Iupiter* in primis

*indicum Deum Apollinem*, *seu* solem *esse*, *id nempe quod in Systemate Brahmanico docuimus*, nihil concludis, sed tecum apertissime pugnas. Heic Apollinem graecum instar Pastoris hominis & servi Admeti Regis fecisti, in Systemate vero Brahmanico, non Apollinem *Deum solem* ex homine, sed ipsum *solem*, *& Deum* astronomicum in Caelis natum *ἀμέσως* fecisti; in terris autem *Krshnam* ipsum in *Herculem* veri nominis Regem terrestrem p.152. Syst.Brahm.vertisti.

Hinc ego intelligo, quanti tu facias tuum hunc indicum librum *Balagapurana*. Nam ne aequo quidem animo ferre potes, pag.310. eiusdem System. Brahman.; ut P.Marcus a Tumba illius italicae versionis auctor, *multa, quae de ludo, & nequitia Dei pueri Krshna cum puellis in eo afferuntur... rideat, refutet, & detestetur*. Si enim P.Marcus, subdis, *librum illum diligentius examinasset, tunc pene impossibile erat*, eum *latere*, *omnia illa ad solem recens natum*, *seu recenter ex eclypsi emergentem ... cum nudis puellis seu stellis iocantem referri*.

Mox textum recitas ex versione eiusdem P.Marci, & in ea, quae ille ridens detestebatur, interpretamenta tua, quasi in totidem divina oracula, ac veluti ex tripode mira cum iactantia ab eadem pag.310. System. Brahman. ad totam usque pag.312. profers. Proh Deum immortalem! Quis est inter christianos vel leviter eruditus, qui in textu huius libri *Balagapurana*, sive *historiae pueri Krshnae*, non statim intelligat exsecrabilem fraudem impostorum *Docetarum*, qui miseris Indis auctores fuerunt, ut Acta Christi Iesu, eiusque pueritiam, paullo aliter quam in *pseud Evangelio infantiae*, (sed ad illius certe exemplum) *Krshnae pueri* fabulam transmutarent? Sunt & in ea prima veluti stamina, unde Manes errorum suorum telam, uti videbimus, ordiri coepit. Tu interea *Krshnam* Deastrum, quem licet purum putumque *phantasma*, more tamen Manichaeorum, Indi adorant, *Deum verum* appellas, & interpretaris. Tu illius symbolum, ut Thomas Hyde, doces esse solem, qui *Krshnam* aeque ac Deum supremum repraesentat: immo & ipsum *Krshnam* esse eiusdem supremi Numinis Deum *Symbolum*, sub quo illud Indi adorant. Tu *Kamsa* Regem, *qui Deum Krshnam occidere volebat* facis *Saturnum*, licet is filios suos, ut fabula fert, non alienos devorasse fingatur; qua certe in re est *Kamsae* dissimilis.

Tu ea verba: *Li Dei immortali, e gli uomini tutti fuggirono per paura di Cans*, (Kamsae scilicet hostis immanis, quem *Brahma Dei virtus creatrix* creavit) sic a te exponuntur: *Planetae in Caelo, & homines in terra fugiebant, dum Saturnus solem iuvenem aggrediebatur*. At non vides, Amice vates, tua haec somnia esse, quae recitatis fabulae, & P. Marci verbis adtribuis? Tibi *li giganti divennero molto potenti nel mondo*, sunt *mali genii astra nociva vehentes*, qui *terrae mortiferi evaserunt*. Quaeso te, est ne idem esse *potentes in terra*, et *mortem terrae ipsi inferre*? Eccur allusio heic fieri nequeat ad illud divinae Geneseos VI.4. *Gigantes erant ſuper terram.... Iſti ſunt potentes ſaeculo viri famosi*? Par etiam erat, ut considerares Gigantes, de quibus sermo fit in apocrypho *Henoch* ab Hellenista Iudaeo ante aevum Apostolorum condito. Nam inter libros *Manetis* apud *Timotheum* Presbyter. & *Photium* is etiam est, qui inscribitur: τῶν Γιγάντων πραγματεία, *Gigantum molitio*; *Simplicius* vero & *Alexander* Lycopoli-

mis Romani Imperii fundator statorque princeps habebatur,

politanus de eodem Manete narrant, quod, quum in Paganorum fabulis invenisset, Gigantes anguipedes eo audaciae pervenisse, ut Iovem e throno deiicerent, hanc Poetarum fictionem originem ducere censuerit ex antiquiori veracissimae rei fonte, ex bello nimirum, quod potestates tenebrarunt Deo ipsi bono, eiusque luci intulerant, uti in cit. Enochi libro referebatur. Tu *la terra, molto afflitta dal loro peso* (Gigantum scilicet quae, sub forma Vaccae) *se ne fuggì, e se ne corse nel Cielo di Bramma. La si mise a piangere, e disse: Li Giganti travagliano li Religiosi*, de terra explicas taedio affecta, ob *malam nocentiam Aſtrorum influxum. Saturnus enim valde humidus creditur eſſe Quia vero Gigantes aſtra nociva obsunt planetis contemplatoribus, quorum bonus influxus terrae est necessarius*, ideo illa *supplex* a te dicitur confugisse ad Deum Brahmam Creatorem rerum terrestrium; atque ita coram eo incusasse li *GIGANTI*, idest *astra nociva planetis contemplatoribus* in Caelo.

Haecine ars tua est in Brahmanicis fabulis interpretandis? Eas tu corrumpis, non explicas. Nam Terra vacca de suis *Monachis* incolis secum in imo versantibus, quod a gigantibus male habiti essent, quaerelas, ut apparet, Brahmae exponit; sed tu terrestres Monachos commutas in caelicolas planetas, & astra, atque etiam terram ipsam in Caelum repente convertis. Sic autem tota haec tua fabulosa interpretatio ad malignos influxus malorum geniorum in astris habitantium, & bonis astrorum geniis adversantium, refertur. Atquae ita haec illa erit ridicula giganto-machia astronomica, propter quam *Mahadeva*, & *Brahma chiamati tutti li Dei* (Astris, Planetis, Stellis, Ventis, Aere, Aqua) *andarono la dove il PRIMO UOMO IDDIO stava in contemplatione, luogo sulla riva del mare di latte*: iverunt, ut tua latina habent, *ad primum Deum verum sub hominis forma in circulo seu mari lacteo suo Paradiso caeleſti astronomico sedentem, res humanas ex alto contemplantem: La li fecero la supplica. Uscì allora una voce che diceva: a Vishnu. Io* (ait continuo Vishnu) *per riguardo de' Religiosi prenderò l'incarnatione, e leverò il peso alla terra: ristabilirò li religiosi, ed ucciderò li giganti*: incarnationem *subibo propter ... planetas ... occidam astra nociva*, seu genios malos... aut animantes. De Vishnu Krshna sub humana forma futuro heic agitur, quia *cum Krshna* nascituro in (*Madare*, subdis p. 312.) *incarnationem subire debebant etiam aliqua alia astra, ut gigantes e terra profligarent*. Concludis denique: *Confer praedicta ... & meridiana luce clarius videbis, librum Bagapurana*, pueri Krshnu historiam *ad Aſtronomiam, Coſmogoniam*, & *Physicam referendam esse, adeoque omnia ridicula, & inſalſa esse, quae in contrarium adducantur*. Io, triumphe, mi Thraso! An ulla sunt inter mimica mortalium spectacula risu effusiori digna, quam tua haec astronomicarum interpretationum figmenta?

Nullus hucusque inventus est, qui *Gigantes* non dixerit *de terra genitos*. Graecum ipsum nomen *Gigantum* id plane significat. Eos de terra contra Deos bella gessisse profani vates sexcentis carminibus cecinere. Tu contra Planetas, eorumque malos genios in Caelis natos constituis; & inde qui malignos gignunt influxus, hos *gigantes* inepto nomine vocas. Et hi sunt, qui, te interprete, non *gigantomachiam*, sed *astromachiam*, aut *monachomachiam*,

tur, hunc Romani Augusti, & Caesares, ut ambo Maximia-

*chiam*, bellum scilicet cum aliis Planetis, & astris bonis, idest cum solitariis, Monachis, & religiosis caelestibus gerunt, & cum terra denique ipsa ex humo facta caelum, per te pugnam committunt: tametsi tam boni, quam *mali genii* malorum influxuum auctores, (quos Tu *Titanes*, gigantesve in Budhyagna p. Syst. 25 appellas,) *planetarum discipuli sint et in militia caelesti astra*, adeoque & *Monachi pariter contemplatores*, & *hesycastae*, *uti sunt Magistri Saturnus*, *Mercurius*, *Venus*, & *Jupiter*. Dic, ingenue quod res est, mi bone Sophe: Non Tu veterem Brahmanum, sed novam *gigantomachiae* fabulam, quam nemo comprehendere facile posset, de cerebro tuo condere voluisti. Quod vero mirabilius est, eorum, quae proxime dixeras, oblitus, eosdem ipsos gigantes a Krshna profligandos non amplius in Caelo, sed in terra collocas, uti & in terra Monachos ipsos postremo restituendos agnoscis. Sic tecum vel invitus aperte pugnas.

Cur deinde teterrimum gigantem *Kamsa* vertis in planetam *Saturnum*? Certe inter gigantes a nemine, quod sciam, *Saturnus* numeratus est unquam. Quid, quod mali, morbidique astrorum influxus nullam prorsus imaginem referre possunt illius vastae, ac monstrosae sive proceritatis, sive roboris, unde idea gigantum in hominum mente expressa concipitur? Sed insanus essem, si tuis hisce ineptis interpretamentis diutius insistere vellem.

Iam compertum & exploratum est, *indicam* hanc fabulam de pugna Gigantum adversus Deum susceptam, etsi alicubi forsan interpolatam, basim fuisse, cui Manichaicum systema de tenebris bellum adversus lucem, Deique Regnum audaci, atque impio facinore inferentibus. Magnum illud orthodoxae Fidei Lumen S. *Ephraem* Syrus, Manetis aetati proximus, & miris laudibus a S. Basilio, Greg. Nysseno aliisque Eccl. Patribus exornatus, ex hac *indica* fabula eumdem Manetem errorem suum de duobus Numinibus inter se pugnantibus accepisse testatur. Verba habes in hymno III. Syriaco apud Cl. Praesulem Simon. Asseman. t. I. Bibl. Orientalis pag. 122.: *Error quoque indicus Manetem tenuit, qui duo pugnantia Numina introduxit*. Hanc sacrilegam fabulam verbis suis *Manes* ipse narrat sub initium epistolae *Fundamenti*, uti ea a Magno Augustino refertur. Sic enim ad *Patricium* scribit: *Ausculta prius, quae fuerint ante constitutionem mundi & quo pacto PRAELIUM sit agitatum, ut possis luminis seiungere naturam a tenebris. Haec quippe in exordio fuerunt duae substantiae a sese divisae. Et luminis quidem imperium tenebat Deus Pater in sua sancta stirpe perpetuus, in virtute magnificus, natura ipsa verus, aeternitate propria semper exſultans, continens apud se sapientiam et sensus vitales, per quos duodecim membra luminis sui comprehendit Regni videlicet proprii divitias affluentes. In unoquoque autem membrorum eius sunt recondita millia innumerabilium, et immenſorum theſaurorum ... copulata habet sibi beata, et glorioſa ſecula neque numero, neque prolixitate aeſtimanda. cum quibus idem ſanctus atque illuſtris pater, et genitor degit ... Ita autem fundata sunt eiusdem ſplendidiſſima Regna supra lucidam & beatam terram, ut a nullo umquam moveri aut concuti poſſint. Juxta unam vero partem ac latus illustris illius, ac sanctae terrae erat tenebrarum terra profunda & immenſa magnitudine, in qua habitabant ignea corpora, genera scilicet peſtifera. Heic infinitae tenebrae, ex eadem na-*

Digitized by Google

ximiani Herculius, & Gallerius, perinde atque Maximinus

*manantes natura inaestimabiles cum propriis foetibus, ultra quas erant aquae coenosae ac turbidae cum suis inhabitatoribus, quarum interius venti horribiles ac vehementes cum suo Principe, & genitoribus. Rursum regio ignea, & corruptibilis cum suis ducibus, & nationibus. Pari more introrsum gens caliginis ac fumi plena, in qua morabatur immanis Princeps omnium & dux habens circa se innumerabiles Principes quorum omnium ipse erat mens atque origo: haeque fuerunt naturae quinque terrae pestiferae*. Hi certe *Gigantes* non sunt *astronomici*, sed diabolici a Manete ex Indorum Archetypis ad vivum depicta. *Les Geans nez de la terre n'étoient autre chose que les démons, qui étoient nez de la* Matiere, *& qui avoient entrepris de faire la guerre à la divinité*, ait fautor ipse Manichaeorum studiosissimus Beausobr. tom. II. pag. 304., postquam verba *Manetis* hactenus ab Augustino ex eius epistola *fundamenti* producta, ad bellum, quod Regnum tenebrarum contra Deum ante mundi huius aspectabilis creationem suscepit, retulerat.

Hoc autem Manichaicum de praelio tenebrosarum potestatum cum Deo commisso figmentum, idem prorsus est, ac recitata fabula de bello Gigantum, quam S. Ephraem testatur, Manetem accepisse ab Indis. Beausobrius vero multo proximius a Magis Persis tamquam a gentis suae magistris eam didicisse putat: etsi mox fateatur: *Cette doctrine ſe conſerve encore aujourdhui, parmi les restes des anciens Perſens, qui ſes réfugierent dans les Indes apres la conquête des Arabes*, de quibus, *Guabre* abs te nuncupatis cum alibi, tum praesertim in codd. Borg. adnotas, *veterem Indorum* religionem eos primum coluisse; *atque ex India in Persidem emigraſse, tum iterum an. Chr. 631. in Indiam rediviſse*. Sed hanc Manete ipso antiquiorem apud Indos tamquam indigenam & domi natam, non unus S. Ephraem, sed & Brahmanum traditio, cuius testis est liber iste Indicus *Balagapourana*, satis ostendit.

At Tu equidem quandó, ut cetera missa faciam, verba illa fabulae: *il primo Uomo Iddio* interpretatus es *primum Deum verum, sub hominis forma sedentem in circulo, seu mari lacteo suo Paradiso caelesti, & astronomico, & res humanas ex alto contemplantem*, caput, credo, inter astra pererrans, ni penitus amissum gerebas. Nam locum in italica Versione P. Marci turpiter depravasti. Est enim revera *primus homo* Vshnu, qui in hac Brahmanum fabula per *prolepsim* repraesentatur missus ad bellum cum gigantibus gerendum. Et quoniam de lucida ac divina ipsius substantia gens inimica particulas aliquas devoravit, adeoque materiae vinculis se illigari, et vinctum teneri coactus est, ad hanc contractae inquinationis labem significandam spectandus offertur tamquam sedens secus littus *maris lactei* primigenii, in parte inferiori mundi *sensibilis*, & *aspectabilis*. Vox vero ad *Vshnu* facta indicium est *Matris vitae*, quae in Manichaico commento misisse dicitur *primum hominem* ad bellum contra Gigantes.

Quis iste sit *primus homo*, multis quaerit *Beausobrius* tom. II. lib. III. H. M. cap. 3. Beausobrii disquisitionibus utatur qui velit. Ego enim nil dubito, quin huius *primi hominis origo* repetenda sit ab hac ipsa, aliisque similibus Indorum fabulis. Sed ubi eum Beausobrius contendit, esse ex Dei substantia, secundum Manichaeorum sententiam, *mediate* tantum, non *immediate* prolatum, vehementer errat. Hinc & Brahmanes Manetis Antesignani *primum hominem*

nus ceteris anteponere non dubitabant. Sed *Diocletianus* Diis

*nem Deum* appellant. Mihi vero sat est aures praebere Magno Parenti Augustino, qui l.2. contra Faustum Manichaeum alloquens dicit: *Sed videlicet doctissimi homines, profertis nobis ex Armario vestro nescio quem* primum hominem, *qui ad gentem tenebrarum debellandam de lucis gente descendit, armatum aquis suis, contra inimicorum aquas, & igne suo contra inimicorum ignem, & ventis suis contra inimicorum ventos. Cur non ergo & fumo suo, contra inimicorum fumum, & tenebris suis, contra inimicorum tenebras, sed contra fumum, aere, ut dicitis armabatur... Iam vero illa sacrilega deliramenta quis audiat, quod primum hominem vestrum dicitis, secundum hoſtium voluntatem, quo eos caperet elementa quae portabat mutaſſe, atque vertiſſe, ut regnum quod dicitis falſitatis, in ſua natura manens non fallaciter dimicaret, & ſubſtantia veritatis mutabilis appareret, ut falleret? Huius primi hominis Filium credi vultis Dominum Iesum Christum*. Compara iam tu *primum hominem*, & eius *Filium Iesum Christum. Huius commentitiae fabulae filiam dicitis veritatem... Paulus* (Apostolus) *annuntiat primum hominem de terra terrenum. Manichaeus annuntiat primum hominem non terrenum, nescio quibus fallacibus elementis quinque veſtitum... Non erubeſcitis, cum vos commentitium Chriſtum natum filium commentitii hominis veſtri, non ſub ſtellae teſtificatione ponatis, ſed in ſtellis omnibus colligatum* esse dicitis, *quia videlicet Principi tenebrarum commixtum eſſe creditis in illo bello, quo primus ipſe homo veſter cum tenebrarum gente pugnavit, ut de ipſis principibus tenebrarum tali commixtione captis mundus fabricaretur*. Confer tu *duas* hasce Personas a Manichaeis positas cum *duabus* illis a Brahmanibus ante traditis, Vshnu scilicet *primo homine Deo*, & *Krshna*, a quo debellandi erant gigantes, & statim intelliges, quam accurate deliramenta Manichaica cum Brahmanicis in unum idemque erroris principium conveniant.

Sed si vetus haec fabula, quo ad partes aliquas apud recentiores Brahmanas nonnihil mutationis subiit, & post Manetis tempora, ut ego suspicor, scripta est, nemo non videt, quam facile fuerit, ut Brahmanes ipsi, uno retento *primo homine Deo*, Christum Iesum, quem Manichaei *Filium primi hominis* appellabant, verterint in *Krshna hominem*, & Infernalium Gigantum debellatorem una cum *primo homine Deo* in eodem ipso Incarnato. Huc tota illa de gigantibus fabula spectat, non vero ad tua illa mimica, ridicula, & astronomica interpretamenta, quae tu tanto cum fastu inepte ostentas.

Verum ad p. 148. postquam verba mea ex actis S. M. Panesniv p.278. 280. 281. vipereae magis linguae iaculis, quam nigris calami ductibus in me recitasti, haec inquis, *examinemus, ut Missionarios ab eius falsa,* (mea scilicet) *& vana doctrina avocemus. & Europaeis litteratis viris ad monumenta indica explicanda accessum & iter aperiamus. ut Missionariis Gentilium Indorum Mythologiam & superstitiones convellendi in tantis tenebris clarius aliquod lumen praeferamus.*

Quid hoc est, Amice Sophe, ludisne, an serio agis? Si monumenta indica in gratiam Europeorum illustrare tibi proponis, quomodo e medio tollis indicam mythologiam, quam te *convellere* velle dicis? *Convellere* enim idem est ac *avellere*, *& eradicare*. Rursus si hanc convulseris, cui bono

Diis cunctis *Apollinem* praeponere iure suo decrevit. Huic

h h enim

bono tua illa fax proderit Europeis, & Missionariis, ad explicanda indica monumenta una cum mythologia iam a te convulsa, & eradicata? Et tamen tota haec tua thrasonica, & mire involuta verborum ostentatio ad unum denique *Krisbnae.* nomen refertur; nam reliqua foeda sunt, & propudiosa fallaciarum, & imposturarum tuarum excrementa.

Ioveheris primo in Eruditum, & carum Amicum meum P. Cassianum Maceratensem, quod *duobus* ante *&* *vigluti* annis mihi significarit, nomen *Krisbua ipsum esse nomen corruptum Christi Servatoris*: & alte clamas: *ex quo dictiouario indico hauc etymologiam deprompsit? in quo libro & paginaKrisbna proChristo legis*? Non audeo tibi ignorantiae notam inurere, sed certe virum doctum, qualis tu es, noo decet, ut tu,& heic & alibi fere semper facis, *etymologiam* cum simplici nominis interpretatione coofundas; nec idem ipse, si sapis, iure a quoquam exigere unquam poteris, ut is *uomeu*, quod *corruptum* putet, uti tale, in Lexicis, aut libris expresse enuntiatum inveniat. Satis est, nt caussam, cur vocabulum illnd corruptum existimet, probabilem aliunde adferat. Ecquis numerum definiat vocabulorum, quae vel in Graecis Latinisque Lexicis, vel in celeberrimis ipsis aut scripturae sanctae, aut Ecclesiae Patrum Editionibus corrupta doctorum hominum animadversionibus passim correcta & castigata occurrunt? Num eos constringes, ut huiusmodi nominum corruptiones in vocabulariis aut libris aliis quibuslibet expressas ostendaot? Si quid simile contenderes, te universo criticorum ordini sempiterois cacbinnis deridendum, omni proculdubio praeberes. Sed ubi mox ab *Alph.Tibet.* auctore petis, ut dicat, *quonam modo . . . dictionum Indicarum etymologiae sincerae absque grammatica,& dictionario tradi possint, qua ratione ingens illud aedificium & moles,quam construxit...sustiueri queat*, satis ostendis, te animi furore abreptum non intelligere quid illud sit, de quo disputatur. De uno *Krisbuae* nomine, an corruptum sit quaeritur; & tu me vocas ad nescio quas falsi nominis *etymologias* Indicorum vocabulorum, sine quibus ex *grammatica*, *&* *dictionario* cognitis meum illud *ingens*, (tibi uni notum, mibi vero *ignotum.*) *aedificium & molem* sustineri non posse dictitas, etsi de *solie actis* eiusdem Indici *Krisbuae* agatur. Credo te, dnm haec scriberes, cogitationes tuas omnes eo convertere studuisse, ut magnam peritiam tuam in Samscrdamicis litteris ostentares; quanquam necdum, ut video, ad *graecismos*, quibus tua haec Samscrdamica lingua scatet, discernendos perveneris; quippe qui eos tamquam primigenios, & Samscrdamici sermonis foetus in India partos insigni adhuc iactantia defendas. Sed tuis hisce nugis tibi uni relictis,ad rem, qua de agitur, redeo.

In meo Alphabeto *Krisbnae* nomen bis ego iam protuli Brahmanicis Indorum litteris, क़ीरन *Krisbna* pag. 255. & क़ीरनु *Krisbnu* pag. 253. exaratum. Atque hoc ipsum est, quod ego ex *ore indico pronunciatum* sonare dixi *Kristbnu*;adeoque *Krisbnu* corruptum praeseferre nomen ipsum Christi. Et revera in hoc nomine *Kritbnu* pronunciando littera τ inter σ & ν posita, quasi sua sponte fluere inserique postulat, ut inde facile *Kristbnu* pro *Krisbnu*

in

Digitized by Google

enim Numini addictiſſimus erat, illudque inſigni titulo, *Deo-*

in ore Indorum fieri, & uſurpari potuerit. Iam ego in ſuperioribus monui Iodos difficultatem experiri in pronuncianda aſpirata *b*. Unde *Lacrozius* in Hiſt. *Chriſtianis*. Indor. p.447. obſervat, eos oomen chriſtianorum *Franc*, quod ab F., (cui, aequivalet *Pb*,) exorditur, ſemper pronunciare *Pranguis*, non *Franguis*. Deinde in voce ſive *Krsbna*, ſive *Krisbna*, aut *Krisbnu* rite pronunciata, *b* poſt *s*, muta manet: oeceſſe igitur eſt, ut accedat ex more gentis, aſpirata *θ*, *tb*, unde fiat, ut vox ipſa *Krisbnu* efferatur *Kriſtbnu*. Idem accidit in *Visbnu*, quod oomeo, quia Indi pronunciant, ut ego credo, *Viſtbnu*, ideo apud Lacrozium aut *Wiſchtnu*,aut paſſim *Viſtnu*, ut & apud Roger., Kaempher. Galloſque interpretes, pronuntiatur. Quid ergo mirum, ſi hoc nomeo *Krisbnu*, Indi pronunciare conſueveriot *Kriſtbnu*? Profecto aut Maoichaei,ut paullo ante vidimus, verterunt *Kriſtbnu* Brahmanum in *Chriſtum filium primi hominis*, aut Brahmanes *Chriſtum* Manichseorum, verterunt in Indicum ſuum *Kriſtbnu*, vel *Krisbnu*. Neque etiam nova eſt apud Gnoſticos, praeſertim Baſilidiſnos, huius divini oominis corruptio,ot iam oſtendi io Alph.Tib.p.741. 742. Praeterea ſi Marcoſii ex Valentini ſchola haeretici,ut multorum Apocryphorum, ſic & huius nominis *Chreiſnu* pro χρειϛος auctores Indis ipſis fuiſſent, non difficile captu eſſet, quomodo huius nominis corruptio accidere potuerit. Ii impii homines ΧΡΕΙΣΤΟΣ ſcribebant non per ΣΤ,sed per ἐπίσημον ϛ; cuius figuram *defectum*, adeoque πάθος, *paſſionem* apud S. Iren. c. xvi. cont. haereſes ſignificare docebant. *Heracleon* quoque ex eadem Valentini ſecta, τὸν ϛ ἀριθμὸν εἰς τὴν ὕλην τοῦτ᾽ ἔστι τὸ πλάσμα, *numerum ſenarium* (epiſemon) *ad materiam, hoc eſt,ad plaſma* referebat. Fac itaque, ut hi per *Chreiſtbnu* inſinuare voluerint ὑϛέρημα, ſive τὸ πάθος χριϛοῦ, *defectum*, ſive *paſſionem Chriſti*; & ecce cauſſam habes, cur illi abolito ἐπισήμῳ, verterint ϛ in σ, & χρεισνου ſcripſerint pro *Kreiſtnu*.

Adde quod Indoſtanicum त τ, & न ν, magoam inter ſe ſimilitudinem, & affinitatem gerunt, ut unum pro altero *Krisbnu* pro *Krisbtu* facile ſumi potuerit. Quomodocumque demum ſe res iſta habuerit, mihi perſuadere non poſſum, nomen hoc *Krisbnu* idem eſſe ac tuum *Krsbna nigrum*. Nam myſtica, & magnifica nomina, quibus vates *Angr* futuram gloriam *Filii Virginis Devoki* praenunciat, aliquid certe praeclari, & admirandi polliceri videntur. At *Krsbna niger*, *niger Apollo*, *niger ſol* in eclypſi, *niger Pluto*, ut tute ipſe exponis, quid, niſi ridiculum quiddam, & tuis illis Diis prorſus iodignum deſignat? Haec Tibi, quod ad me attinet,de nomine *Krisbna*, reſpondeo.

Aſt quoniam caecus irae tuae furor Dominum *De-guignes* una mecum pari inclementia aggrederis; & a me petis, ut *librum*, & *paginam*, *ubi*, & *quo loco* Krishna *pro Chriſto* Ille ſumpſerit,lege to.I. *biſt. Générale des Huns*, *Les Tcbao*. P.2. l.3. p. 224. *Les babitans de l' Inde regardant ſa naiſance comme une nouvelle incorporation, ou réapparition de leur Dieu Viſebnou qui devient par-là le méme que Fo*,& p.234. *daus l'biſtoire chinoiſe Ieſus Chriſt eſt appellé Fo*. At Viſchnu *incarnatus* io forma hominis non eſt, te quoque iudice, oiſi *Kriſbnou*, adeoque ex *Deguigneſii* ſenteotia, eſt ipſemet *Chriſtus Ieſus*.

Sed iura cauſſae, quae inter me,& te agi-

Digitized by Google

*Deorum maximum* appellabat . Is est ille *Apollo* , qui ;
hh 2 ut

agitur , magis quam in hoc oomine , *in* actis ipsis posita sunt . Ea a me ex Alph. Tibet. soperius edita , tanta evidentia Christom Iesum ab impostoribus sive Valentioianis , sive Manichaeis mire deformatum ostendunt , ot nemo,nisi livore excaecatus tam perspicuae veritatis lucem in oculos sponte sua irruentem negare possit . Nativitas *Krisbnae* ex latere virginis intactae, & sponsae viri *Detrath* ex gente *Inda* : Oracula & vaticinia faustissima ab *Angr* edita de salute Iudaeis suis , & vita per Ipsum danda boois , de excidio inferendo Gigantibus , deque nomine eius In universo orbe terrarum invocando : Persecutio in eum , dum in cunis iaceret , excitata : & tentata occisio cum *bimorum* infantium caede: Miracula io Anu curva , & mortuis ad vitam revocatis ab eo patrata : Vox ex *origine lucis* de*Filio Dei Visbnu*Krishnae tradito , & in illius *transfiguratione* manifestata : *Durbassa* a *Giodubansi* sive *Iudaeis* delusus: *Krisbna*,qni, postquam per legatum diis renunciari iusserat , se *septimo* post *die* ad eos iturum , *coena facta* cum Iudaeis *pedum ablutioni* operam dedit ad ostium fluminis *Gomti* : ibi *Iudaei* tumoltu Inter se excitato se mutuo caedunt , & quia Krishnae causa pereunt , ab eo in Caelom continuo mittontur : mox commeodat *Argiun* Sponsas suas 1600. sed sub specie *Giatar* eis iterum apparet illasque absttahit ab *Argiun* . Tandem *Iudistiram* suavi complexu inter brachia sua stringit : Iudistira Deli revertitor , & Krishna ad ostia Gomti io littore Maris decumbens , quum pedes alterum alteri superpositum lo aquas porrexisset , ab *Agand* Piscatore , qnod pedes eius decussis figuram repraesentantes pro pisce babuerit,transfixus in iis est iaculo armato eius ferri aculeo , quem Iudaei fricatores illusorii catini ad *Durbassa* decipiendom adhibiti,in mare proiecerant . Krishna tandem pro anima mirificum splendorem ex ore emittit , in sublimia fertur , & Caelos omnes perinstrat . Quis in his Krishnae actis noo videat res Christi gestas ex *Pseudevangeliis* Valentinianorum , & Manichaeorum fraude mire corruptis , & depravatis ad veram Ipsius Christi carnem , nativitatem , vitam , miracula , crucifixionem, mortem , resnrrectionem , & ascensionem , impiis fictionibus simulandam ? Haec probe eruditi , & ingenui Missionarii Ord. PP. Capuccinor. *Horatius Pinnabilensis* , & *Cassianus Maceratensis* Indostanicae , & Tibetanae linguae egregie periti ex famoso Brahmanum libro Iudistira inscripto , summa fide descripserunt , eaque ego pari religione meum in Alphabetum transtuli . Sed doleo me longe plura , quae in eorum *Iudistirae* exemplaribos cootinebantur, eo nomioe me omisisse , qood ad rem meam tum temporis facere non putarim .

Tu vero , qoi intelligis , quam aperte haec acta cum *systemate* too *Brahmanico* depugnent, nec viam Invenis, qua ea trahere possis ad tuum illum *nigrum* sive *Apollinem Solem*,sive *Plutonem* , ad ludiera confugis & ambigua Iodicae lingnae vocabula ; quibus etiam admissis , numqnam eo pervenies , ut Indico Apollini tuo *soli* illa convenire posse ostendas . Ubinam , booe Deus ! invenies solem Indicum natum esse filium Patris *Detrath* ; & ex Matris Virginis *Devoki* latere editum io Ayodia *urbe* , quam tu interpretaris , *pugnantium* , licet vernacula voce rectius *Iudba* vocetur ? Nonne tu dicis : *Krisbna Apollinem Madurae* in urbe natum ? Qui igitur natus est *Ayodiae* non est tuus *Krisbna* Apollo , sed alter, quem tu forsao ignoras. Ibi,*Madurae* nempe, ais *Kamsam* , ( quem egò *diabolum* , tu *Sa-*

ut Ephebus pulcher persona histrionum repraesentabatur in

*Saturnum gigantum* principem, etsi inter gigantes a nemine commemoretur appellas,) excitasse persecutionem in tuum hunc *Krisbna madurensem* solem. Et quoniam *Sridoro* alterum Krishnae persecutorem, *Aquilam* qua vehitur Vishnu, exponis, ubinam reperies tuam hanc *Aquilam*, quae interficere voluerit *Kritbna* Apollinem in cunis? Sed est quod tuam hanc interpretationem artificiosae, et subitariae imposturae, suspectam reddat. Ego in Alph. Tib. pag. 128. Vehiculum *Visbnu Garudba* dixeram, idemque a te confirmatum est p. 83. Syst. Brabm. Sed heic ad pag. 150. io Codd. Borg. me reprehendis, quod *Sridorob egregie corruperim*; *nam scribendum* est, in quis, *Sbridbara*, *quod compositum ese ex Sbri Visbnu*, *et Dbara portans*, *nomeu Aquilae, cui insidet Visbnu*. Eccur corruptionem mini tribuis nominis *Sridorob*, quod, uti iacet, ex *Judbistirae* antigrapho summa fide descripsi? Non me, si quid aequitatis in te est, sed codicem potius, dum ita livori tuo placeat, iucusa. Tu tamen loco *Sridorob* arbitratu tuo legendum substituis *Sridarab*, nomen factum ut ais, ex *Sri*, *Vitbnu & darab*, *portans*, ut *Aquilam* denotet Vehiculum *Vitbnu*. Infelix divinator verborum! Nonoe vides, te cum fallaciis tuis excogitasse nomen, quod sine inventoris pudore huic historicae narrationis capiti accomodari nulla ratione possit? *Sri* enim non nisi *per imposturam* ad *Vitbnu* significandum trahitur Centies in *tlogis* tuis Samscrdamicis aut seorsim, aut cum aliis pluribus etiam coniunctim occurrit *Sri*, et ne semel quidem illud interpretatus es *Vitbnu*; heic vero vocula ista *Sri*, vix ut auditur, statim e sinu suo gignere cernitur *Visbnu*. Quid isthuc, quaeso, est, nisi evidentis imposturae indicium?

*Sridarab* deinde heic *abstracte* sumtum intelligibi numquam posset, nisi aliunde, ex *Garuda* scilicet, cognitum fieret. Quisquis tandem tuum hoc nomen *Sridarab* in praesentis narrationis textu adoptate velit, dicere cogitur *Vebiculum Visbnu*, idest *Aquilam persecutionem* excitasse adversus sessorem suum *Vitbnu* incaroatum in *Kritbna*. Quo quid magis fatuum, & incredibile dici possit ooo video. Sed ad mea redeo; et iterum quaero. Unde nam persoadere poteris eruditis viris *interficere pueros intra bimatum*, quod tuus ille Macrobius l. 2. Saturnal. c. 44. de Herode io Syria affirmavit, idem esse ac *Saturnum Gigantam principem*, oon in cunis *devorasse*, (etsi io fabulis devorasse dicatur,) *sed* lapidi allisos septem filios *Opis*, sive *Devagui* Indicae occidisse? Ast perge porro, & exere vires omnes acumiuis tul, ut allegoriarum tuarum ope, ad astrouomicum Deum *Kritbna* accomodes tum miraculum sanatioois, qood in curva foemina *extensa patratum*, notabile fit io *Dodecade* Valentioiana, tum reviviscentium mortuorum prodigia, tum & caetera, admiranda opera iam commemorata *de Filio Dei* e siou origiuariae lucis prodeuote τῷ *Krisbnae* tributo, deque illius transfiguratiooe, uti & de *Coena* cum Iudaeis facta, de fatali tumultu ioter eos nato, de *Durbassa* ab ipsis deluso, de mutuis *Kritbnae*, & *Iudistirae* compiexibus, deque demum pedum *Kritbnae* transfixione, ejusque morte, novaque apparitione, & asceosione in Caelum. Te miserum! Ecquem exitum ex hoc labyrioto invenies unquam?

Ceterum ubi Tu pag. 149. & 150. tam facile me criminaris, quod ego *urbem pro* urbe, *Regnum unum pro alio* substituam . . . *prout mei systematis explicatio postulat*; quippe qui *Ayodiam* civitatem natale solum dixerim

in Theatris, sic & in templis atque delubris tamquam *sta-*

rim Indici *Krishnae*, turpissime erras, & novam mihi imposturam facis. Non ego, o Sophe, sed tuus *Iudistirae* libri Auctor *Ayodiam* esse scribit patriam Krishnae. Quo iure tu negas, & me insolenter reprehendis? *Ayodia* tibi est: *Urbs pugnantium a bellis Bacchi Indici*. At haec tua interpretatio suspecta mihi est. Cur non potius vocis huius origo sit ab Avo Krishnae, quem tu semel,& iterum *Regem Iudha* in Gram. p.71.in & System.Brahm.148.appellas; etsi tu eum etiam vocare non dubites Regem Pandu? Tute igitur mihi das *Iudha* in Indiis, & mihi vetas illius etymon repetere ab hebr. ידה *iadah*? At ego hinc maxime vocem istam repeti debere contendo. Nam Krishnae gesta uti corrupta sunt in *Iudistira* Indico, non aliunde quam a depravatis actis Christi in Civitate *Iuda* nati depromta videntur. *Gioda*, & *Gioduasri*, aut *Giodubansi* nomina iterum, ac tertio repetita,idem omnino sonant, ac *Iuda*, & *Iudaei*. Horumque nominum auctores non difficulter deprehendere poteris inValentinianis,Marcosiis,&Manichaeis præsertim impostoribus, quorũ mores in similium denominationum exemplis inter variosPopulos iam olim relictis, ex Hist. *Petri Siculi* descripsi p.527. mei Alph.Tib. Sic enim duplex Iuda esse potuit, altera in Palaestina, altera in Indiis, uti duplex, immo & multiplex est *Nyssa*, in *India*, in *Arabia*, in *Caria*, *Capp.*, & *Lydia*. Quod si tuus Krishna natus est *Madurae*, meus in lucem venisse dicitur in Domo, & Regno Avi *Iudah*, sive in civitate *Gioda* alias *Iuda*. Nonne et Christus *Nazaraeus* dicitur,etiamsi fuerit in Bethleem natus?

Sarcasmi tui ob vaticinia de futura *Krishnae* gloria in me mimice iactati, causam,quam ego tueor de corruptis actis Christi Domini ad eundem *Krishnam* in *Iudistira* accomodatis, non modo non debilitant, sed magis magisque eam confirmant. Inter caetera insigne illud est, quod eo praedicitur: *Ipse salvabit gentem suam Gioda nempe Pastorum*. Non credo, te per haec verba intelligere velle gentem ex *multorum Apollinum* coetu compositam. At ea, ni fallor, est, quae ex apocrypho *Evangelio Iacobi* desumpta videtur, & a progenitoribus Christi secundum carnem translata conspicitur ad prosapiam Indici *Krishnae*. In eo enim pseudevangelio, quod a Cl. Fabricio scriptori Gnostico, aut Ebionitae, sub S. Iacobi Apostoli nomine, tribuitur c.2. de *S. Ioachim*, tamquam Genitore deiparae Virginis Mariae legitur: *Ivit in desertum*: *Ibi fixit tentoria*: *&* c. 4. *Angeli duo venerunt dicentes ipsi* (Annae) Ioachim *vir tuus* (venit) *cum gregibus suis* (graece, ut notat Fabric., μετὰ τῶν ποιμένων, *cum pastoribus suis*); *&* rursus Angelus ad Ioachim . . . *descende hinc* . . . *& descendit Ioachim*, *& vocavit Pastores suos dicens*: *Afferte mihi huc decem agnas puras*, *& erunt Domini Dei mei*. *Adducite mihi duodecim vitulos mundos*, *& erunt Sacerdotum*: *Afferte mihi centum hircos*, *& erunt totius populi* . . . *Et venit cum gregibus suis*, *& stabat Anna in porta*, *viditque Ioachim virum suum venientem cum gregibus suis*. Et ex Evang. Nativ. M. pag. 21. apud eumdem Fabricium: *Ad Pastores*, *qui cum pecudibus erant in pascuis suis secessit*. Inde Ioachim pater virginis, eodem observante Fabricio, *Pastor* dicitur, *& vir dives plures sub se habens pastores*;indeque etiam Maria nata in domo *probaticae Ioachim* traditur a S. Ioan. Damasceno L. IV. de F. O. c. 15. Haec tecum in animo recole, & vide, an non inde manarit, secunda veluti corruptione, vitiatum quidquid

Agr,

*statua*, auctore Aug. VI. de Civ. D. c. 7. proponebâtur colendus, & adorandus.

Quam

Angr, Angelus scilicet, in hoc Brahmanico *Iudistirae* Oraculo de salute danda per puerum *Krishnam* suaeipsius genti *Pastorum Gioda* praedicitur.

Quin & *Krishnae Pastoris* character, quo tu putas solem Apollinem designari, ex Evangelio infantiae Christi a priscis haereticis in Indiis disseminato, suam apud Brahmanes originem sumere facile potuit. Vide fabellam cap. LX. eiusdem Evang. ex Arabica in latinam linguam a Sike converso apud laudatum Fabricium. Quum enim Dominus Iesus mulieres quasdam de pueris, qui, eo viso, illarum domum aufugerant, interogasset, eaedemque ipsae respondissent, neminem *ibi adesse*; *iterum Dominus Iesus, Hi*, inquit, *quos in fornace videtis, quinam sunt?* Respondentibus *illis haedos esse triennes, exclamavit Dominus Iesus, dixitque: Hinc exite haedi ad Pastorem vestrum. Et confestim egrediebantur pueri haedis similes, & coram ipso exultabant. Quod conspicatae mulieres istae obstupuerunt. Propere igitur* Dominum Iesum *adorabant, & obsecrabant dicentes: O Domine Iesu Fili Mariae.* Tu *revera es Pastor ille bonus Israelis! Miserere ancillarum tuarum, quae ... minime dubitant, quin, Tu o Domine* ad *sanandum, non verò ad perdendum veneris. Deinde cum respondisset Dominus filios Israelis esse inter populos tamquam Aethiopes, dicebant* mulieres. *Tu Domine nosti omnia ... nunc vero te rogamus, ut pueros istos, servos tuos, in pristinum ipsorum statum restituas. Dicebat ergo Dominus Iesus: Adeste, o pueri, ut abeamus, & ludamus: Et extemplo, adstantibus hisce foeminis, haedi immutati sunt, & in formam puerorum* (in figuram scilicet bonae transmigrationis) *redierunt*. Quod factum simile est aliis id genus exemplis, quae in παιδάρικοις, *puerilibus* graeci Evangelii Infantiae, cuius meminit S. Irenaeus, passim referuntur. Sed *Sikius*, ut adnotat Fabricius, *putat hanc fingendi ansam esse petitam ex Iohanne x. ubi Christus se Pastorem appellat*.

Qualis autem erat *Christus Iesus Pastor* apud Gnosticorum, Docetarum, & Manichaeorum catervas, talis erat *Krishna* ex sententia Indorum & Brahmanum idem ac *Vishnu* incarnatus, & missus tamquam primus homo ad gentem suam salvandam, & ad debellandos gigantes e terra, sive a materia mali omnis origine, natos..

Lac vero, quod tu a Krshna puero furto sublatum pastoritiis mulieribus ponis, non est, ut tu putas, indicium *Armentarii*, aut *Apollinis* servi Pastoris Regis Admeti, sed symbolum illius salutiferi pugnatoris, qui uti primus homo Deus laqueis irretitus subtantiae malae, & contrariae concupiscentiae, pugnat, ut se expediat, & ita a vinculis malae substantiae educat, purget, liberetque partes divinae substantiae inimicae permixtas. Ob huius enim lutulentae permixtionis causam rigidi Manichaei, testes Magno Parente S. Augustino, a Lacte abstinebant. An eamdem disciplinam etiam in Oriente servaverint, ego quidem ignoro. Sed eam priscos Samanaeos in Indiis retinuisse, valde mihi probabile fit, quum inter eorum alimenta nullum delacte mentionem fieri observaverim. Huc spectat vas, veluti *purgatorium*, quod manu gestat Krishna eorum, quae Lahae tenent in primo gradu *Rigbiel*, omnino simile. Vide Alph. Tib. p. 237. Mulieres vero, quae Krishnam fugientem cum vase insectantur, partes, ni fallor, significant malae, adversaeque substantiae, quae se a bonae atque divinae com-

Quam enormi aberratione a finibus iustae Praefationis

complexu avelli acgerrime patiuntur. Tu contra Krishnam *solem* esse dicis, *qui butyrum* furatus *est*, *quia radiis* & *calore suo illud liquefacit*, & *profudis*... *sol fistula canit*, *quia ipse ventos producit* in System. Br. pag. 152. *Pastorem* eum appellas, aed *non ex officio pastorali*, ita scilicet, ut cum Macrobio desipias. Eo igitur spectat tam longa, densa, & confusa tot tantarumque fabularum pharrago, quam recitas a pag. 134. in Borgianoa Cod. ad p. usque 148.

Ceterum & meus, & tuus *Iudhistirae* Liber., ut ego quidem sentio, diu post Christum natum, quum iam Manichaeorum errores propagati fuerant, exaratus est. Sed ad historiam *natalis Khrisbnae*, quod attinet, nescio, quo tu, iure illam, quam ego, tradidi tuae postponendam tam mira animi confidentia, ac temeritate constituis, ut Krshna tuum natum modis omnibus velis in *Madura* ad fluvium *Yamunam*, prope *Vindium* montem. In primis, dum haec tanto conatu adversum me urges, tibi e memoria excidisse oportet stropham IX. Libri tui *originalis Bhagavadan*. Ibi Poeta tuus Samscrdamicus, *Krsbnam* canit p. Gram. 184. *adipisci*, (sive sortiri) *voluisse paternum solum*, & *Satvadampadi civitatem AMBADI*. Krshna igitur non *Madurae*, sed *AMBADI* natus est. Stropha X. de Krshna rursus canit; *Eum in urbe Madhu existendo occidisse Kamsa fratrem Matris*, *avunculum suum*. Hinc colligis Madhu *probabilius esse Maduram*, sive *antiquam Maduram*. Detur id tibi perquam liberaliter; sed quod addis, *in qua* (Madura) *natus est Krsbna*; unde id elicia, nisi ex illo Strophae exordio: *Krsbna in urbe Madhu existendo*? O me miserum! *Existere igitur* & *nasci*, te iudice, unum idemque est. Egregie, mi Sophe, egregie! An non vides *Krisbnam*, licet natum *Ambadi* potuisse deinde in urbe *Madhu* existentem occidere *Kamsam* gigantem? Subdis: *ex hac occisione*... *evincitur Krsbna Deum, Christum Servatorem fabulis deformatum non esse*. Quidni, o bone? Si Kamsa Rex, & Gigas Diabolum in fabule praefigurabat? *Krsbna* vero, qui *omniscius*, & *sanctus Muni Monachus* Str. XII. dicitur, cur non uti *Kamsae* victor, & triumphator potuit peraeque apud haereticos docetas & Evangelicae historiae corruptores repraesentare Christum Servatorem? Hia antem positis longe verisimilius est, *Krsbnam* natum esse in urbe *Ayodia*, ubi *Yado* (seu verius *Ioudha*) caput erat Prosapiae *Visbnu* incarnati, quemadmodum canitur Str II. eiusdem carminia, quam in Civitate *Madura*, etsi ibi *Kamsam* Gigantem prostrarit. *Ayodia* enim eadem fortasse erat ac *Ambadi*. Illud vero multo mirabilibus est, quamobrem tu tantopere labores pro statuenda Civitate Madnra tanquam natali solo Dei *Krisbnae*, quando in Syatemate tuo Brahm. nullum habes *Krisbnam terrestrem*, cui necesse fuerit locum nativitatis habere in terris. Unus enim tibi est deus Krishna *Caelestis*, & *astronomicus*, aut ai alius sit, quem *terrestrem* appelles, non is certe est *Krsbna*. Tu quidem pag. 140. & seqq. in Borg. Codd. graecas omnes fabulas de *Apolline* huc congeris, easque ab Indis ad exteras omnes nationes migrasse iactitas; etsi Graeci, & Latini hominem primo faciant Apollinem, deinde morte functum in sole collocent, & ibi uti Deum agnoscant. Tu vero ipsum Apollinem tamquam astronomicum numen semper in Caelo sedem suam habuisae statuis; adeoque & *Krisnbam*, qui idem cum eo est, Deum esse cum Apolline ipso eidem caelesti orbi vere affixum, licet

uti

Digitized by Google

nis excesserim, iam & ante ego videram, & hodieque ma-

uti est in *opinione* Indorum, Deus sit *fictitius*. Quod si *Krisbna* uti Deus apud Indos ponatur in terris, tum ais, *solem* esse terrestrem, sive *Herculem* verum Regem; & ipsum *Madurae* natum, incredibili licentia praedicas; quodque magis est, huius rei sequestrum, & vadem *Arrianum* appellas in System. Brahm. p. 152. Sed Arrianus Herculem nec *Krsbnam*, *nec Solem*, *nec natum* in urbe *Madura* dicit, sed hominem, Regem, Patrem, & maritum unicae Filiae *Pandene*, unde tandem regio, & Regnum nomen *Pandu* accepit, simpliciter facit. Et quamquam asserat Herculem ab Indis haberi tamquam *indigenam*, & a *Suraenis indica gente praecipue coli*, dubitat ille tamen, ideoque scribit, hunc *Herculem*, *ut auctor est Megasthenes*, *eodem cultu corporis*, *quo Thebanus Hercules*, *fuisse usum*, *quod*, ut subdit, *& Indi narrant*.

Tuus itaque *Indistirae* Liber, quemadmodum a te explicatur, fallax est, et antibrahmanicus; quippe qui ex indica religione tollit Deum *Visbnu incarnatum in Krsbna homine*, *& natum in terra*. Nam quatenus *Krisbna Deus* est *astronomicus*, eum *Iudbittira* tuus, uti a te explicatur, non alium, quam unum, *solem* in caelis, qui est Apollo agnoscit; quatenus vero *Historicus* est, pro Krshna ipso in terris non dat, nisi *Herculem* Regem Indorum verum, & terrestrem sub ementito nomine *Krisbnae*, & *Solis terreni*. Et hic, per tuam fidem, *Liber* ille Brahmanicus est, *Iudbistiravigeam inscriptus*, de quo ais p. 128. System. Bram. *hic codex*, *quem ego sacra lingua Samscrdamica exaratum ad manus habeo*, *huius incarnationis Dei Visbnu in Krsbna*, *batis*, *legis compendium*, *& totius indicae fidei de Krsbna Canon est*. O superi! Et haec tu scribere ausus es, postquam hanc Brahmanum de Vishnu, & Krishna fidem funditus evertisti? Tamne caecus es, ut non agnoscas, aotilogias, mendacia, & imposturas tuas?

Contra meus *Indbistira* in excerptis a me datis Theologiae Brahmanicae principia de *Visbnu* & *Krsbna* intacta, te necquicquam bambante, ubique servat, etsi acta eorum habeat ex Pseudevangeliis Valeotinianorum, Manichaeorumque Impostorum fraude, doloque malo aucta atque corrupta.

Nunc vero si mimicis in me dicteriis paullo urbanius parcisses, in eam, quam tu modo subire cogeris, ubi meam *Sridorob* lectionem pro Sri *Herode*, inverso ordine institutam irrides, inscitiae notam non incurrisses. Persae Indis proximi, Hydio teste, & approbatore Beausobrio, oomen *Abrimam* ad mali *Numinis* exsecrationem non solum ordine, sed & litteris inversis scribunt, & legunt. Ego equidem *Horod*, *Herodem* interpretatus sum, quod ibi sermo fiat de caede infantium in eum plane modum, quo S. Evangelium nostrum illam narrat in divina historia Nativitatis Christi. Verum si tibi placeat ὀροδ.. corrupte ex ὀρωδίες, aut ὀροδία, φόβος apud Hesych. ex metu, aut terrore ductum, quasi *Horribilem*, interpretari, nihil impedio. Praeterea in Abraxis Basilidianis, ut alia vocabula sileam, unum ΙΑΩ nomen plerumque recte, sed saepe etiam inverso ordioe scribitur: ΩΑΙ. Apud Cl. *Caylus Recueil d'Antiquités* t. 1. habes in Tab. xx. III. & IV.: ΙΝΟΛΟΠΑΝ & ΑΜΑΔΟΕΑΚ, nomina a dextera in sinistram, ioverso ordine, scripta. Alia praetereo. Quum vero in vexata lectione tota lis sit de *metathesi* litterarum, aut de mutatiooe unius syllabae in locum alterius, quae non infrequens est, tum in sacris tum etiam in profanis scripturis, ut in vocabulis hisce:

*Abod*

Digitized by Google

magis , non sine aliquo doloris sensu , intelli go . Sed
i i quid

*Abod* & *Obad* : *Ador* & *Dora* : κύρνα & κρανία , *Chauranai* & *Terken* ex *De-Guignes* in Alph. Tib. p. 349. His plura addere opus non est .

Nihilque heic est cur a me quaeras , an *Brahman* fuerit , qui Krshna occidere tentarit in *cunis* iacentem ? In actis hisce secundo , aut tertio apud Indos corruptis *Regis* Nomen mutatum est in nomen *Brahmanis* . Quamobrem id factum fuerit , norunt illiidem impostores , qui huiusmodi fabularum lacinias *Iudistirae* inserendas Indis insinuarunt : eos interroga . Ubi vero *Kamsa Gigantum Principem Saturnum* appellas , & *cum Sridoroh* confundis,de cerebro tuo veteri novam fabellam adtexis . Nec ego , sed tu modo *Sridoroh* temere , ut iam dixi , insolenterque corrumpis , & transformas in Aquilam . Quid commune habet *Aquila Vithnu* cum *Sridoroh* tyranno , & persecutore , qui pueros *biennes* , *Krishnae* caussa , occidit ? Quibus tandem praestigiis *Aquilam* tu vertis in hominem horrendae caedis auctorem ? At , ne actum agam, vide plura , quae de tuis hisce fallaciis , & sycophantiis paullo ante dixi , & sine,ut,interea dum Tu *Sridarah*, *Visnu Aquilam* , quae te vehat ad tuum *Krishna* Astronomicum in sole cum *Apolline* ipso sedentem Strophis tuis arcescere perges , ego me ad Krishnu Brahmanicum revisendum quam cito conferam .

In *metamorphosi* istius *Krishnae* , quam ego ad simulandam Transfigurationem Christi Domini , eiusque historiam corrumpendam consulto fictam existimo , *Argiuna* commemoratur tamquam individuus comes ipsius Krishnae in bello praesertim Pandavarum , & in aliis eius praeclaris, heroicisque gestis . In actis itaque Krishnae, ubi *Argiuna* dicitur , quod eodem cum Krishna curru in altum evectus , quum pervenisset ad *Barmbdip materiale* , ut ego interpretor, *Caelum* ,utpote *tenebris* obsitum, *nihil videret*; & Krishna dissipatis subito tenebris,splendidissimos soles apparere fecit ; ad indicandam imposturae & corruptionis sedem , quae facilis cognitu non omnibus esset , dixi de *Argiuna*,heic *Iohannem intellige*: per tropum scilicet , *quo unum dicitur, & aliud intelligitur* . Dicere perinde poteram: *intellige* vel *Petrum*, vel *Iacobum* , qui fuerunt & ipsi testes admirandae Transfigurationis Christi . Neque enim *Iohannes* ibi stat tamquam Interpretatio nominis huius indici , *Argiuna* , sed ut merum indicium sublati nominis unius ex tribus illis veracissimis tam divini prodigii spectatoribus , & in eius locum , fraude impostorum, inducti *Argiunae* . An ia fuerit *Argiuna Filius Indrae* , ut ait P. *Hanxleden* , sive , ut tu vis , *Iovis pluvialis* , sive quis alius inter plures , quos eo nomine commemorari video , percontare Tu huius fabulae , & imposturae Auctores . Mea interest , tuam mihi impactam refellere calumniam , qua me incusas , quod ex *viro Brahmanico* , ego fecerim *Iohannem Apostolum* . Quid enim aliud dixi , nisi hoc ? *lege Argiuna* , & *Iohannem intellige* . Non aliter certe de nomine per imposturam ibi inserto eo scribere poteram . Cur vero Iohannem potius quam Petrum , aut Iacobum intelligendum suggesserim , hae caussae fuerunt . Prima quidem , quod ego putarim,eam fuisse Sycophantarum mentem, ut sub *Argiunae* nomine illum ex discipulis Christi repraesentare voluerint , quem prae *ceteris diligebat Iesus* : Is autem erat Iohannes . Altera vero , quod huius fabulae artificem e Schola prodiisse crediderim eorum haereticorum , qui abutebantur quibusdam apocryphis doctrinis falso adscri-

ptis

quid ego miser agere poteram, qui, quum meam naviculam

ptis Magno huic Apostolo Iohanni. Earum *meminit* Clem. Alex. in adumbrat. epist. 1. Iohan. hisce verbis : *fertur ergo in traditionibus, quoniam Iohannes ipsius Corpus* ( Christi ) *quod erat extrinsecus tangens, manum suam in profunda misisse, et ei duritiam nullo modo reluctatam esse, sed locum manui praebuisse discipuli*. Tertia tandem, quia Manes ipse in ep. ad Scythian. utitur historia transfigurationis Christi in monte, cui Ioannes praesens aderat, ut inde ostenderet, Christum *filium aeterni luminis propriam in eo monte manifestasse substantiam, non duas habentem naturas, sed unam*, quae luminis esset ; ne quis miretur, si Manichaei, qui Sancta Evangelia nostra corruperant, & multa ex eis detraxerant ; hanc tamen divinae transfigurationis historiam, licet vitiatam, apud Indos propagari studuerint.

Tandem p. 151. Indicum *flumen* Gomti *in hortum* Getsemani ( auctor A.T. ) *facili negotio convertit* : *Daorica humilem & vadosum locum ad urbem Surate situm, quem mare corrosit, montem Thabor esse, ait, atque valles uno calami ductu in montes celerrime commutat*. Et rursus in subiuncta nota: *Ganmati, vel potius Gonadi, auctor corrupte scribit* Gomti . . . *Gonade, qui nostro censori est olivetum Gethsemani*. Mitto opprobria quae in me larga manu tota hac etiam pagina profundere non cessas ; & id unum abs te quaero, quaenam sint verba illa mea, quae te ad has mihi calumnias impingendas impulerint. Ego enim *Gomti* nomen, uti scriptum inveni in *Indhistirae* exemplo, integerime reddidi, nec illud ex tuo iactato *Gonadi* corrupi, aut in *Gethsemani*, ut me falso insimulas, mutavi, sed quum in hac peculiari narratione *actorum Krshnae* existimaverim, eam contineri historiae partem, qua Christus traditur, ultima coena cum discipulis suis iam facta, secessisse, traiecto torrente *Cedron*, in hortum *Gethsemani*, dixi, Impostores in Indiis corrupisse vocem *Gethsemani*, eiusque loco vocem quomodocumque affinem *Gomti* posuisse. Ad hanc corruptionem agnoscendam satis est acta Krshnae cum actis Christi conferre, coenam cum coena, sacram cum sacra pedum ablutione post coenam, tumultum Gioduvassi in Gomti cum tumultu Iudaeorum in Gethsemani, & caetera, quae in utrisque actis praeeunt, & sequuntur, quemadmodum habes in cit. locis mei Alphabeti. Idem fit in actis transfigurationis *Krshnae*, & Christi. Quare *Daorica* regio, in quam post acceptum de manu Vishnu *dei filium* Krshna descendit, non est, ut tute fingis *Duarica locus vadosus*, & *corrosus* a mare iuxta *Surate*, ( etsi antiquitus ante *corrosionem, dilapsionemque* ipsam, mons esse potuerit) sed est vocabulum *imposturae*; quam exoticus Evangelicae Historiae corruptor *Daoricam*, sive *Taoricam*, pro *Taboricum* montem, barbaro licet more, repraesentare voluit. Si exempla quaeris de *Manichaeis*, qui nova nomina urbibus, Provinciis, & Regnis apud Populos a se in falsae religionis suae impietatem seductis, imponere consueverint, lege Anathematismos Timoth. Presbyt. Constpl. apud Coteler. & meum Alphab. p. 527. Sed ex tuis illis Chronographicis nominibus *Gomti*, *Goumadi*, *Ganmati*, aut *Gonadi Samscrdamicis*, aut etiam *Duarica*, sive *Doarica*, colligas necesse est, Brahmanicum codicem *Indisthira* dictum, & novis hisce vocabulis, Arriano, Straboni, et Ptolomaeo ignotis constantem, aevi esse recentioris, ac fortasse etiam post IV. eccl. Sec. exaratum.

Pag. 88. In Codd. Borg. *Habita aliqua informi notitia de Christo Domino, Indici* *Sa-*

Digitized by Google

culam a primo in aquas ingressu, breve quidem maris
ii 2 litus

*Samauaei, & cum iis populus rudis, CHRISTUM DOMINUM BUDHAM, hoc est Mercurium, uovae nempe legis auctorem . . . quocirco* Brahmanes Malabarenses *hodiedum Christiauos Nasraui*, & *Baudbenmar, idest Budhae Mercurii discipulos esse dicuut . . . . Igitur ex geutilicis fabulis iudigestis, ex imperitia & iguorantia rudis vulgi, ex astutia Brahmauum orta est illa aequivocatio, qua multi rudes Indi Budham pro Christo Domiuo accipiunt; quemadmodum & Peguani numen suum falsum Devada, MALUM PRINCIPIUM, Samanae seu Budhae dei adversatorem, eumdem Christum servatorem Christianorum* Deum *esse praedicant, ac comminiscuntur*. ( Heic laudas in hanc sententiam D. Mantegatium interpretem lib. Peguani in notis, & mox *Phisignathi* more quasi Imperator ranarum ex abrupto coaxas : ) *sileaus fabulatores uostri*, & *cum iis noster ceusor, qui uobis MANETEM pro Iudico Budha, & Indico Christo venditat. Taceat nugator La-Croze, qui ante Nestorianam haeresim Mouachos in Iudia nullos fuisse ob murmurat. Manum ori imponat alter nugator Gallus, qui Christianos Monachos Samanaeorum Sodales, discipulos, ac desceudeutes lepidissime canit. Doctrinam suam lippis, & tonsoribus veudat De-Guignes, qui asceteria Samanaeorum in India, Tibeto, Aria, Gedrosia, Hircania a remotissimis temporibus exstantia, Christianam institutionem, Templa ac Christiana Monasteria esse, & fuisse suadere cupit. Christi religio ad Indias penetravit. Sed ad hauc usque diem maior Indiae pars sua idola colit . . . . Suos libros legit . . . . Hos libros . . . . hauc doctriuam . . . examiuare & perscrutari illum nou pigeat, qui cum argutulis nugatoribus istis . . . naufragium facere non vult.*

Quo mens tua, dum haec scriberes, o bone, abierat? An non intelligis ea, quae antea in me tam acriter obiurgasti, a te modo recipi, & approbari? Horrori tibi hactenus erat a me audire acta Christi Domini ex Evangelica historia desumta, eaque Impostorum flagitio foede corrupta, fuisse apud Indos & Brahmanes ad eorum Krishnam impie traducta, & accomodata, nunc vero nil dubitas vel invitus fateri, eumdem esse Christum, quem *Budham* Indi, & Brahmanes ipsi vulgo appellant, unoque ore depraedicant. At longe maior abominatio est *Christum Salvatorem* nostrum *Budham* dicere, quam *Krshnam*. Krshna tandem idem est ac Vishnu incarnatus secum habens coniunctum, ut paullo ante audisti, *Dei Filium*. Sed tuus Budha *Mercurius est* simplex Planetae sui rector; & licet eum facias, non sine offensione religionis nostrae, *Novae legis* auctorem, ex duobus tamen Mercuriis in actis a te nuper in scenam prodoctis, utri hanc partem laudis tribuas *seniori ne, au iuniori*, nescitur. Sed si *iuniori*, quisnam alius is *novae legis auctor* erit, nisi *astusus, callidus, fraudulentus, malignus*, & *Mercatorum, furumque patronus*? Hanc Indorum turpitudinem multiplici artis tuae conatu obtegere, & extenuare studes; sed nihil agis. Res, qualis sit, per se ipsa patescit. Illa esset omnium exsecrabilior impietas Peguanorum, quam eo pervenisse dicis, ut Christum Iesum tamquam *Devada*, malum scilicet principium bono, idest Deo *Budhae* contrarium praedicent. Et tu quidem huius tam horrendae blasphemiae testem mihi das magni nominis Episcopum Mantegatium. Sed quum illius verba taceas, quantum fidei hoc in loco tibi praestare possim ignoro. Forsan illud idem de

*Christo*

Digitized by Google

litus ad horam legere decrevissem , ubi tamen eam in undas

*Christo Budba* apud Peguanos , quod tu de Malabarensibus , Mantegatius dixit. Quicquid tamen sit de hac Mantegatii sententia,illud mehercule unum, quod ad duo Manichaeorum principia a *Peguanis* Indis admissa, spectat , neque a te negatur , neque negari potest Haec interea tene . Nam quae heic scribis paullo post mihi usui erunt.

Ubi vero ad tua illa thrasonica imperia, quibus me statim silere iubes, descendo . Quaero abs te primum, quid illud sit , quod , ut tibi obsequar , silere debeam ? *Manetem* , inquis , *pro Budba* , *& Indico Christo venditasti* : *sile*.O impostoris mendacium! Manetem ego dixi se homine tenus Budham appellasse , aut pro eo haberi voluisse . Sic & *Terebintus* , & alter ille qui fuit discipulus Manetis : sed numquam eum pro *Budba* ( Deo ) *indico*, multoque minus pro *Christo* vero , ut tu mentiri audes , ego aut venditavi , aut persuadere tentavi .

De La-Crozii sententia circa *Monachorum* exordia apud Indos , sileant qui velint ; ad me quod attinet, nomen Monachorum in Indiis ante IV. Eccl. Sec. ignotum prorsus , & inauditum fuisse perpetuo affirmavero . Sed aliud tibi propositum in animo sedet . Tu enim , qui ex libris tuis Samscrdamicis, scis, tamquam egregius Astronomus , omne Caelum Indicum iam inde a pluribus ante Christum natum seculis, plenum esse Monachorum gregibus , qui scholas ad discipulos erudiendos , & comitia ad Praesules creandos, inter se celebrent , terrestria vero regna ab Indo , & Gange , qua late patent ad extrema usque Orientis Solis , antiquissimis illis temporibus , sparsa ubicumque fuisse IdololatrarumSamanaeorum atque Brahmanum *Monasteriis* , edita lege, insanisque clamoribus iactas, ita credo , vetabis , ne quis audeat contra te hiscere ; ut liberum tibi sit de Indici Monachatus antiquitate vel ipsa christiani nominis exordia antevertente, peremtorium iudicium proferre . At tu interea non vides, quam amplam materiem ad Monasticae Professionis nostrae dignitatem dehonestandam , cum Gallo illi tuo , tum et caeteris eius ingenii Scriptoribus cum tuis hisce nugis exhibeas . Quae tam indigna de Eruditissimo Viro *De-Guignes* scribere ausus es , summo tibi dedecori semper erunt . Quicquid enim de *Monasteriis*, & Templis Chsistianis in Orientalium, Hunnorumque regionibus tradidit , innixum est fide & auctoritate probatissimorum Orientalium scriptorum .

Ex praesenti porro Idololatrico Indiarum statu velle colligere , ut tu facis , vices & eventus Christianae religionis superioribus , & priscis cum maxime Ecclesiae seculis propagatae , idem est ac si ex hodierna exorti solis luce arguere velles , non alios neque dies , neque noctes , praeter hunc unum , quo vivis , in totius naturae curriculo praecessisse . Nec tui *Samscrdamici* Libri , quos ut omnes legant , tanto conatu nunc iterum mones , quicquam adiumenti ad praesentium praeteritarumque rerum cognitionem adferre possunt ; quippe qui , uti a te hactenus traditi sunt , non alias de rebus , diisque Indicis. quam paucas nobis carminum Strophas,easque indigestas,ut verbis tuis utar, ad fabulas secum ipsis , aut cum aliis quoque publicis indigenarum monumentis plerumque pugnantes , cognoscendas , aut etiam decantandas nobis suppeditant .

P.241.Borg.Co.*De his Vishnu dei apparitionibus* ( Incarnationibus scilicet in piscem , testudinem, aprum, & semileonem semique hominem ) *Magis Indicis familiaribus* , *ut scribit Diog. Laer-*

undas aliquantulum impellere tentavi , tam vehementi im-

*Laertius ex Eudemo , Hecathaeo , & Clearcho Soiensi* in Prooemio num. IV. pag. 6. *Insulsa itaque & inficeta ea est nostrorum* Theoleptorum *cantilena , qua sive antiquitatis supina , & intollerabili ignoratione , sive obtrectandi animo lepidissime canunt : incarnationes Indicorum deorum , ac hanc Magorum doctrinam a corrupta christianorum de Incarnatione doctrina descendere* : Manetis & Valentinianorum *somnia esse : aeram Christi non excedere : vetustissimam denique de Deorum apparitionibus Homeri . . . ac Brahmanum Magorum opinionem , non nisi Seculo primo , incarnato iam SS. Servatore nostro inter Aegyptios , & Magos sparsam fuisse .*

O dulcis Sophe mi , quam facilis, et admirabilis es in novis semper , maioribusque imposturis,In quemcumque velis , fingendis ? Ecce indueis Diogenem Laertium , tamquam eum, qui de apparitionibus sive de Incarnationibus Dei *Vishnu* Magis Indicis familiaribus, etsi nullam usquam mentionem de tuo hoc *Vishnu* ille fecerit , nec quicquam de eo se cognovisse significet. Quomodo scribere poterat Laertius deum *Vishnu* in *tribus , quatuorque* Incarnationibus apparuisse Magis Indicis, si quo tempore id accidisse dicitur necdum Magorum nomen cognitum erat ? Nam idem Laertius magorum ordinem a *Zoroastre* tamquam omnium institutore memorare videtur . Scio praeterea Magos , & Indos , & Aegyptios , et Persas fuisse , sed heic Laertius Magorum nomine solos *Persas* intelligit ; & his , non Indis deos apparuisse dicit . Tu vero in Magorum Persarum locum Indos intrudis ; ubi *Laertius Persis Magos , Indis Gymnosophistas* sub prooemii exordium adtribuit . Cur ad augendam vim simplicis huius Laertiani dicti de *deorum ἐπιφανείαις*, adfers illud quasi ex *Eudemo , Hecathaeo , & Clearcho* effatum , quod *unius* forsan *Sotionis* testimonium esse apud Laertium videri possit ? Tandem verba , quae ex Laertio recitas , mala fide corrumpis . Apud Laertium haec ita leguntur : καὶ αὐτοῖς θεοὺς ἐμφανίζεσθαι λέγοντας : & *ipsos* ( Magos ) *dicentes sibi apparere deos*;quae tamen a te ita referuntur, ac si essent enunciata de *Vishnu* dei apparitionibus Magis *Indicis familiaribus* . Ecquid ? non intelligis fortean quam diversa sint tua haec ab iis , quae dicta sunt a Laertio ?

In consectariis vero,quae ex tuis hisce imposturis colligis,quid proprie significet *Theoleptae* ( tibi *Theolepti*) nomen , abs te nuper, dedita opera, excogitatum ad nescio quos tibi invisos Theologos infamandos , nec tu , credo , scis , nec ego divinare possum , nisi vocabulum sit a te δι' ἄγνοιαν positum pro *Theologoleptae , Theologi tenues , & abiecti* . Nam *Theoleptae* sunt aut *Dii tenues* , aut qui *Deum attenuant* ; sed quicquid demum id sit , tu ea voce hostes tibi fingis quos ferias.Quis enim vel ex infima Theologorum classe hucususque dixit , doctrinam , seu potius fabulam Magorum de apparitionibus deorum vel a corruptaChristianorum *de Incarnatione doctrinam* prodiisse,vel esse*Manetis, et Valentinianorum somnia* , vel *Seculo tantum ecclesiae primo , incarnato iam* Dei *verbo* fuisse *inter Aegyptios , & Magos sparsam*? Plane nemo. Commenta haec sunt , quae ex inexhausto imposturarum tuarum poenore prodierunt .

De *Incarnationibus* tamen *Vishnu*, de quibus nec Magi apud Laertium,nec Homerus , nec alii Ethnici Scriptores , quos tu magno numero laudas , ullam usquam fecere mentionem , aliud quiddam sentiendum puto . Primo , ne eo sensu *Incarnationes Vishnu* , quo incar-

improvisae fortunae vi repente corripi, abripique persen-

carnatio divini Verbi, intelligantur. Secundo, ut huiusmodi *Vishnuiticae* Incarnationes sumtae pro *phantasticis* transformationibus κατὰ δόξαν apparentibus, *traditione tantum*, *& non* scripto fuerint ante Strabonis aevum apud Indos a Brahmanibus receptae & evulgatae, litteris vero commendatae, post Strabonem tantummodo, immo & Valentinum, atque Manetem. Ea est, quae mihi firma haeret in animo, tuis reiectis imposturis, ingenua, & firma sententia. Nam certe, ut nosti, Strabo ipse testatur, Indos, quo tempore inter vivos agebat, gentis suae Litteras ignorasse, & nullas publicas leges scripto traditas habuisse; quemadmodum Cosmas Indico-Pleustes pag. 343. loquitur de Graecis Populis, qui ante litterarum inventionem a Cadmo in Phoenicia factam ἔθεσι ἀγράφοις *legibus non scriptis* utebantur; contra quam acciderat hebraico populo, cui prior *Moyses* statim ab initio & *legem*, *& litterarum stabilitatem exhibuit*.

Hinc ne nummos quidem, qui ad *Litterarum* doctrinam tamquam maxime utiles a Cl. Spanhemio commendantur, tum eo, tum etiam seculo sequente habebant; quippe qui, ut ait *Pausanias* a temetipso in Syst. Brahm. p. 237. laudatus, suo ipsius tempore *nummum ignorarent*, *etsi abundet ea pars orbis terrae auro*, *& aere*. Quin & Arrianus, ut tute narras, in *Periplo Erythraei* testatur *ad sua usque tempora in Barygazis antiquas drachmas* fuisse repertas *Graecis insculptas litteris cum insignibus Appollodori*, *& Menandri*, *qui post Alexandri obitum ibi rerum sunt potiti*. Nullum tamen veterum Nummorum genus indicis litteris insculptum commemoratur. Quamquam vel haec una *traditio*, quam de priscis illis *Vishnu* Incarnationibus apud Indos peragrasse ante aeram Christianam liberaliter dedi, non genuinae, sed *fabularis* traditionis nomen mereatur.

Verum quod ego in Te non possum non vehementer mirari, tua illa est caeca fides, quam tu temere nimis, & praecipiti impetu tuis hisce deorum apparitionibus praestas. Quid ad rem tantam persuadendam valere possunt testimonia Magorum, qui vel mendaces, vel decepti, et illusi *deos sibi apparuisse* dixerunt? Quid si Deus terribili iudicio permisit daemonibus, ut ad puniendam sacrilegam istiusmodi hominum vanitatem, se se pro Diis quos illi impie invocabant, spectandos offerrent? Nihilque est, cur heic mihi Homerum, aliosque eius ordinis viros, Poetasque commemores. Tropicae enim eorum fictiones Deos cogitatione simplici concipiendos, non corporis oculis aspiciendos subiiciunt.

Quorsum Vero totum hoc concertationis tuae consilium spectet, iam video. Novum addere velles auctoritatis momentum tuae illi nugacissimae fabulae, qua *Mercurium* ex orbe Caelestis Planetae delapsum Indis, Phoenicibus, Syris, Aegyptiis, aliisque Populis palam apparuisse, iisque leges, morum praecepta, & disciplinarum fere omnium lumina dedisse praedicas. Quod tamen commentum est nullis prorsus veterum testimoniis confirmatum, sed a te uno ex integro fictum, & excogitatum, seseque ipso undique futile, & incredibile. Atque, ut rem paucis concludam; de his *numinum* tuorum *apparitionibus* sententiam multo deteriorem, quam Manichaei, impudentissime geris. Faustus enim lib. XXIX. simplex illud *apparitionum* genus, quo Angeli cum hominibus loqui & comedere visi fuerant, Catholicis, ut Christi prae-

Digitized by Google

sensi, ut omnis statim gubernaculi, sempeque impatiens,

praehensiam in vera, & naturalis umani corporis forma e medio tolleret, obiecit: iisque apparitionibus, utpote Scripturae Sanctae consentaneis, assensum suum Augustinus ipse praebuit. Sed Tu somniorum tuorum mole oppressus nil inter veras falsasque deorum *apparitiones* discernis, immo nec testes adfers; aut si quos adferas, quam fidem de iis mereantur, nihil omnino consideras.

Hinc non semel, sed crebro in tuis hisce scriptis de caelorum orbibus in terras Deos deducis, eosque mortalium aspectibus praesentes sistis. Quibusdam vero ad certae securitatis notam etiam epocham eorum ἐπιφανείας figis ut p. 176. 177. ubi *ad An.* 1550. *ante aer. vulgarem* haec habes: *Primus Vates besychasta* Krshna *indicus Apollo*, *omnium legum conditor*, *& poematum auctor prima vice apparuit*. *Hoc tempore* Mercurius *planeta Osiridis*, *& Isidis*, *seu Shivae*, *& Parvadi Deae* consiliarius, *mens seu Budha*, *legum humanarum & institutionum auctor* ... *rerum nnturalium*, *& moralium sator* Godoma *seu Pastorum Deus* ... *Magister seu Praeceptor Philosophorum*, *ac Cabiriorum Poetarum*, (novae imposturae exemplum,) ... *in mundo apparuit*. Te beatum! An haec ex Indici *Ganeshae* Numinis afflatu fortasse nosti? Ea vero Krishnae appaparitio tam certa & *realis* iudicio tuo est, ut ab eo, dum sagitta transfixus animam afflavit, praedicta fuerit Indis, uti scribis p. 172. *ferreæ ætatis epocha*, quae post illius *apotheosin*, exordium sumsit anno circiter ante Christum 747. Quae quum dicis, non intelligis in quas plane insolubiles antilogias teipsum coniicias. Si enim Krshna astronomicum numen est, & sol ipse Apollo, quomodo aut nasci in Civitate Madurae potuit, aut natus quam longo deinde annorum curriculo cum hominibus versatus fuerit, tandemque moriens ferream aetatem Indis suis prædixerit? Sin autem Krishna ex homine factus est per Indorum apotheosim sol Apollo, cur non eum, sed eius loco *Herculem* Regem terrestrem inter homines numeras, & hunc tamquam solem terrestrem, & strenuum in bello Pandavarum pugnatorem *in urbe Madura natum* ponis p. 152. Sist. Brahm; *Krishnam* vero ne quidem in hominum album referri permittis; quippe qui semper sol fuerit; nec Indi, ut crebro praedicas, Deos ex hominibus factos agnoscant? Quid vero, si mox eumdem *Herculem terrestrem Madurae* natum de improviso evehis in *Caeleste* et ipsum Astronomicum numen? Sic certe facis pag. 179. Hercules denique, ibi scribis: *duodecim solis domos lustrans varia caelestia animalia prostravit*. Ita quidem fit, ut nec in *Krishna*, nec in *Hercule* astronomicis diis hominem deum invenias natum *Madurae*. Proh superi! Quod sophi genus vir iste est, qui talia scribit? Mimus ne, qui *Proteum* inter scenas ludit, an *Mercurius* aliquis novarum praestigiarum effector?

In epocha vero *Apparitionis* Dei *Krishnae* figenda, mirum est, quam varius sis, et inconstans! I. Pag. 174. Gram. Incarnationem *Vishnu* in Rege *Krshna* non ante, sed post diluvium universale ponendam doces: mox cum Anglis calcutensibus ab apparitione *Krishnae* ad hanc usque aetatem nostram an. numeras *ter mille circiter*; sed pag. 72. Librum *Iudistiravigeam* de bello Krishnae pro Regia Pandavarum familia ad *annos ultra mille* ante Christum *referri debere* censes; adeoque res gestas Krishnae hoc eodem libro antiquiores facis. In Syst. Bramh. p. 132. 133. bellum, et *Vishnu incarnationem in Krshnam* confers in annos *mille*, et am-

tiens, e manibus violenter elapsa, vento velocior aufugerit,

amplius ante Christum natum, ut in hoc opere tuo postremo de CC. Borg. Krshnae apparitionem coniungis cum initio aetatis tertiae, idest cum an. 1550. ante aeram Christianam; et obitum eius in an. coniicis, ut heic scribis: xxx., ut vero tradideras in Syst. Bramh. in xxxvi. ante exordium aetatis *quartae*, quam inchoatam ponis an. 747. ante Christum Ex quibus si detrahas an. 30., vel 36., habes totam fere *aetatem tertiam*, quam tribuas necesse est vitae Krshnae. Haec omnia sunt ex calculis tuis excerpta absurda prorsus, nec ullo inter se concilianda foedere.

Pag. 158. 159. De Cod. Chartaceo *Mulpauci* inscripto, & *a P. Marco a Tumba in* italicam linguam converso, disserens haec habes: *A P. Marco dicitur esse: libro della radice, o libro del fondamento. Hunc codicem, traditamque in eo doctrinam peculiarem esse ait Sectae gentilium* Cabiristicae, *seu certae Philosophorum classi, cuius primus doctrinae liber est Satnam, secundus vero hic ipse* Mulpanci ... *Paulo post initium ita prosequitur* Cabir *auctor* libri. *V'era una Ninfea senza materia ... risguardando Iddio la Ninfea vide un oscurità ... Missis his omnibus, redeamus* (subiungis) *ad ipsam rerum radicem. Quinam sunt hi Cabirii, seu Cabiristae: quid ipsum nomen Cabi, vel Cavi? id est genius doctus, poeta Insignis, contemplator, philosophus praeclarus ... Cavi ergo vel Cavi, est poeta, idest inter gentiles Vir doctus, Theologus, Sapiens, Eruditus.*

*De his Cabiriis Clem. Alex. in Protr. ait: Bacchi pudendum Cistae inclusum in Thusciam detulerunt ... Inde antiquissima cabiristica* Phalli *sacra, quae Indiam, Graeciam, Aegyptum, Latium, & Thusciam pervagata sunt. Ex his igitur planum & perspicuum est, Indicos hodiernos cabirios antiquissimae* Cabiriorum *turmae propaginem esse, quinimmo Cabirios, idest Poesas illos fortasse ab initio ex India originem duxisse: nam et phallum ipsi primi videntur* virtuti *generativae potuisse Symbolum, &* etymologia nominis *CABI, nonnisi ex Samscrdamica lingua tradi potest ... Questi* Fakiri Cabiristi, *ait P. Marcus, sono Secolari, portano al Collo una corona di piccoli grani di legno* etc.

Huc tandem trahsonica iactantia tua de *Samscrdamicae* linguae peritia erupit. ut non aliunde, quam ex *CABI* eiusdem linguae vocabulo originem *Cabiriorum* repetendam decreveris. O infelix etymologista! Nonne vides, quam immanis erroris portentum sit tua isthaec *etymologia* a *CABI* Samscredamico ducta? Si homines, de quibus agitur, *Cabli* dicerentur, recte forsan eos statueres ita esse denominatos a primitivo *Cabi*. Sed ii sunt *Cabirii*, non a *Cabeiro Berecinthiae monte*, uti Strabo ex opinione *Stesimbrothi Thasi*, aut ex *Cabireis montibus Phrygiorum*, ut scholiastes *Apollonii* Rhodii censuit, sed ut rectissime docuit Cl. adnotator Strabonis, ab hebraica voce: כבירים, *Cabirim*, *Dii magni*, vel, ut Relando in dissert. de his Diis placuit, a גבירים *Gabirim*, *Dii fortes, atque potentes*, sic dicti *Divipotes*, & ab Aegyptiis aut certe a Phoenicibus primum culti; quemadmodum *Doctissimi* Scriptores Relandus *ipse*, *Guthberletus*, *Marshamus* aliique docuerunt. *Iablonskius* Deos Cabirios VII. apud Phenices *Sydici*, apud Aegyptios vero *Phthas*, *Vulcani Filios*, VII. planetas interpretatur; & *Esmunum*, *octavum* addit ipsum *Phthan*, tamquam *fontem lucis aethereae, in totius mundi lumina fusum*, quasi scilicet spiritum mundi universalem; quem tamen Phoenicum recen-

gerit, perque longa lati ponti spatia, quacumque vellet, libe-



centiores *filium* esse volunt eiusdem Vulcani post vtr. priores filios natum. Marshamus *Sydec*, Iovem exponit, nec eos uno tempore Deos esse factos animadvertit; nam illorum prior *Iupiter* ipse, & filius eius Bacchus iunior fuerunt: deinde *Axieros* Ceres, *Axiokersa* Proserpina, *Axiokersos* Pluto, & quartus Casmillus, sive Cadmillus, idest Mercurius Aegyptiorum II. Strabo lib. x. p. 473. ex *Cabeiria Protei Filia*, *& Vulcano Cabiros tres*, *& tres Nymphas Cabeiridas, et utrisque sua sacra fuisse tradit.* Cabiris denique templum erat ex Herodoto Memphi vetustissimum, eorumque simulacra statuis Vulcani similia erant. De *Cud-Worto*, & *Gerardo Vossio* viris doctissimis, qui *Cabiros* ad *tres* Capitolinos Romanorum Deos, *Iovem Minervam* & *Iunonem* referebant; & in *trino* eorum numero speciata derivatione nominis ab hebr. כבירים, *Cabirim*, SS. Trinitatis imaginem adumbratam putarunt, vide quae in eos non sine admiratione scripsit, adnotavitque *Mosbemius*, ne tibi in mentem veniat huius vere divini Mysterii vestigia quaerere in tribus tuis Indicis Diis, *Brama*, *Vishnu*, & *Isuren*.

Qui vero inter Indos *Cabirorum* cultum receperunt, ii certe huius novae superstitionis epocham nonnisi post Alexandri Magni tempora instituere potuerunt. Facile enim est, ut Alexander ipse, qui Philippum Patrem, Matremque *Olympiam* norat Cabirorum mysteriis initiatos, eorum quoque cultum tamquam sibi similiter carum, secum in Indias detulerit. Tu vero ut primatum in hoc pariter Idololatriae genere Indiae tribuas, originem *Cabirorum* Indis ipsis adscribere non dubitas; unde & Lemni, & Samothraces, & Graeci & Phoenices, & Aegyptii, & Tusci, & Romani, quicumque demum Deos hosce norunt, acceperint.

Si tamen *Cabirii* pro iis, qui sunt eorum mysteriis initiati, sumantur, hi nomen habent commune cum *Dioscuris*, *Curetibus*, *& Corybantibus*, iidemque sunt ac Βακχεύοντες, *capita bacchantes*, *agitantes*, *furiose saltantes* Straboni, & quasi daemoniacis furiis correpti insanientes. De his sive *Corybantibus*, sive *Cabiris*, qui primum cistam cum Bacchi pudendo Thusciam detulerunt, loquitur cit. loco Clem. Alex., eosque duos illos fuisse dicit *Fratricidas*. qui quum Bacchum *tertium Fratrem* Cabirum occidissent, eiusque caput ad radices Montis olympi condidissent, illius *Veretrum* cistae inclusum tamquam *egregiae mercis mercatores*, obtulere *Tyrrhenis* nova religione colendum.

Ex his vero intelligas necesse est, quantopere Tu erres, qui *Cabeirorum* exordia in India ponis. Sed tuum istud *etymologicum* commentum de *originatione Cabirorum* a Samscrdamico nomine *Cabi* deductum insanissimae *imposturae* tuae prodigium est; eo enim *Cabiros bacchantes* ex abrupto convertis in Samscrdamicos *Cabios*, in Viros nempe *doctos*, *in Poetas insignes*, in *Philosophos praeclaros*, in *Theologos*, in *Sapientes*, & *eruditos*. In hunc scilicet modum huius tuae *etymologiae* praestigiis universas Indias imples, *Poetis*, *Theologis*, & *Philosophis* eximiis, qui tamen omnes *Cabirii* sunt, homines bacchico *furore*, *& insania* lymphati. Atque hoc tu certe oestro percitus, tuum illum Budham, magnumque *Mercurium*, uti *Cabirorum Poetarum* Praeceptorem paullo ante laudasti. Quin & p. 177. non eum modo miris encomiis iterum celebras, tamquam *astronomicum numen*, verum etiam uti *Magistrum Philosophorum*, *et Cabirorum Poetarum* ipsum ap-

pa-

libere vagari occeperit, quin eam a suscepto cursu, meo quo-

paruisse praedicas anno 1550. ante Christum, quo tempore *Cabirorum, seu poëtarum prima schola, et prima institutio emicuit, et characterum, seu scripturae, inventio* (per solemne mendacium) prodiit. Quodque mirabilius est, tantum tuae isti Samscrdamice imposturae tribuis, ut ea utaris ad Lectorem tuum admonendum, *ut videat, quam parum profecerit P. Marcus a Tumba, aliique Indicorum Librorum expositores, qui sine Samscrdamicae linguae peritia ad perardua, & perobscura poemata interpretanda praecipitem operam contulerunt*.

Haeccine ad aliorum vituperationem proferre audes, postquam Samscrdamicae vanitatis, et iactantiae tuae tam propudiosa exempla dedisti?

Quae porro de *Fakiris Cabirisis* addis ex MS. cod. abs te indicato P. Marci a Tumba, obscura nimis, et involuta mihi videntur, eaque nullam mihi lucem adferunt, ad intelligendum, quo nexu Indici *Fakirii* coniuncti esse possint cum antiquis Phoenicibus, et Graecis *Cabiris*. Ait P Marcus, ut tute refers, *il loro Dio visibile è Naraen*, quem tu mox interpretaris *Vithnu, et aquam* Sed vereor, ne P. Marcus *Naraen* pro *Isuren* scripserit; nam *notae*, et *signa*, quae fronti insculpta gerunt, insignia ipsa numinis *Isureni* videntur; cumque iis cetera, quae in subiecta nota (t) ex P. Ildephonso de *Sbiba* describis, conveniunt. Ac ego equidem in Alph. Tib. p. 161. *Fakiros* hosce *Mabdei*, sive *Isureni* cultores ex relationibus P. Horatii Pinnabilensis aperte dixi. Tu sic eos aliquibus in locis, sed *falso nomine* Faquirios appellari pag. 91. Syst. Brahm. doces, et in Indice p. 266. *Faquirii*, inquis, *Sacerdotes sunt Muhamedani*. Rectius fortasse dicere voluisti *Fakiri nomen Arabicum esse*, quod *Pauperem, Egenum*, et *Mendicum* designat; et *Dervisiis* etiam *Mahumedanorum tribuitur*. Ceterum in magno Mogulensium imperio postquam Arabica lingua etiam apud Indos invaluit, non dubito, quin Samanaei et *Yogui*, populari quoque gentis vocabulo *Fakiri* nuncupari coeperint; unde est Indostanicum nomen *Fakiri* p. 328. Alph. Tib. Vide in Encyclop. Gallica articulum *Fakiri*, ubi *D'Herbelotus octo centum millia Mahumetanorum, et duodecies centum* millia Fakirorum *Idololatrarum*, qui diversi videntur a Gymnosophistis abs te descriptis p 52., & seq. System. tui Brahm. Indici isti *Fakiri*, ne quidem *pudendis tectis*, sed *nudi penitus*, ingenti numero, *turmatim* incedere solent. Iique, ut ab oculato, et integerrimo teste audivi, rogati, num ex ea obscenarum etiam partium nuditate, ullo se pudoris sensu affici experirentur? Et magno quidem, continuo responderunt, verecundiae pudorisque sensu afficimur, attamen virtus nostra in eo quovis tegumento vestro praestabilior est, quod ea tandem effecerimus, ne nudae partes in obscenos, et indecoros libidinis motus excitentur. Si Indi hi Fakiri *Samanaei* sunt a priscis cabiriis derivati, ii a maiorum suorum ritu, ac moribus, ut ego existimo, quam longissime discesserunt.

P. 118. *in C. Borg. Ut Lector... celeberrimum hoc Epicum Poema rite intelligat, pauca*, inquis, *sunt adnotanda. Primo... Secundo... Tertio, Poetarum Apex, Rex primus Poeta, apud Indos est IUPITER, seu* Brahspadi planeta, *& VENUS*, seu Suchra; *quocirca ipsi CABI seu* Poetae, *&* Doctores *appellantur. Inde, idest ab Astris*,

quovis nisu, cohibere, ac revocare voluerim? Coactus

kk 2 ita

*tris*, *antiquissima Poetarum CABIRIORUM secta nomen accepit*.

Scilicet in tua illa *impostura*, quam proxime ante vidimus, sat tibi non erat, quod *Cabiros* Bacchico oestro furentes in Theologos, Philosophos, atque Poetas magno numero in tota India florentes, verteres, nisi maioris fallaciae appeodicem ei addeodam putares. Et iam praeter modum audax, & imperterritus sursum ad astra usque assurgis, atque inde a Caelestium *Cabiorum*, *Poetarumque* supernorum Principibus *Iove*, & *Venere*, Cabiros & ipsos *Cabios*, sublimioris nomlois, ordinisque *Poetas* nuncupatos enuncias. Vah Samscrdamicae etymologiae intollerabile monstrum! A Cabiis caelestibus terrestrium *Cabirorum Poetarum* sectam deducit. Tantum ne Samscrdamicus error efficere potuit ut bacchantes insanique *Cabirii* sub honestissimo *Cabiorum Poetarum* oomine de Caelo io Iodias descendisse credantur? Ecquaodo tandem, mi Sophe, intelliges, *Cabiros* non esse neque caelestes, neque terrestrea *Poetas*, aut *Fbilosopbos Cabios*: & ad *Cabiros* te male prorsus, & ineptissime detorquere tot illa, quae tu tam in textu quam in subiuncta adnotatione frustra recitas ex Clem. Alex., Coelio Rhodig. Iulio Firmico, & P. Marco a Tumba, & Ildephonao, recitas? Sed & quae de *CABIRIS* scribis ioter se facile conciliari noo possunt. *Admittunt*, inquis, IV. *elementa*, *&* *vacuum*, *ex quibus creata sunt omnia*. Mox vero subiungis: *ex sudore*, *&* *sanguine* Nirangen *factum mare &c.* Non ergo omnia ex *quatuor elementis*, & *Vacuo* facta sunt. Rursus si Nirangen est, qui occidit, ut tu ais ex Cabirorum tuorum sententia, & caput amputavit Deo alteri *Corumb* (ex gr. κόρυμβος,) cur non ex sanguine potius *Corumb*, quam Nirangen *factum est mare &c.* uti ex sanguine *Bacchi* capite caesi & *apium* & *mala punica* nata ex Clem. Alex. refers? In his enim narrandis tune forsan, an P. a Tumba erravit? Quicquid tamen de his sit, vide tu, ne fabulas quas heic narras de tuis *Cabis* intelligas; quippe qui oihil commune habeant cum Cabiriis.

Huic commento simile & illud est, quod habes p. 64. In Codd. Bibl. de P. F. ubi de particulis *HOM*, & *HUM* disserens ita scribis. *Amun*, *corruptum est ab OM*, *vel Am*, *&* *HUM*. Nomen igitur integrum, & incorruptum fuisset *Ombum*; vel *Ambum*.

Ecquis uoquam id delirii genus io tota retro antiquitate audivit? Sed rursus ex uno in aliud delirium labaris necesse est. Quum enim suatineas, hunc ordinem plane nativum inter has particulas servari debere, ut praecedat *Hum*, & sequatur *Om*, verum & genuinum *Ammonis* nomen *Hum Om* necessario dicendum esset. Da modo pares utrisque indicis nominibus: *Ombum*, & *Humom*, latinas tuas interpretationes, & statim senties, quam fatuae sint hae duae gemellae sorores, quarum prior Aegyptium *Ammonem* sic vocet: *Fiat*, *Visne*? posterior vero: *Visne fiat*. Nihil, mihi crede, tam absonum, & ridiculum est, quam velle, ut tu facis, primigenium Aegyptiorum nomen *Amun* ex duabus hisce indicis particulis inter se & verbo, & significatione divisis, compositum fingere, & illud uti corruptum pristinae integritati, earumdem particularum ope, restituere? Iamdiu ante Plutarchi aevum *multorum*, ut ille de Is. & Osir scribit, *sententia* erat, (πολλῶν νομιζόντων) *proprium & peculiare Iovis nomen apud Aegyptios esse* Ἀμουν, *quod nos producto vocabulo* *παράγοντες* Ἀμμῶνα λέ-

ita sum errantem cymbam ad Thebas primum Aegyptias, ad

λέγομεν, *Ammonem dicimus*. Hinc ab Herodoto Ἀμμοῦν, *Ammun*, ab Aristotele, uti est apud Hesych., Ἀμμοῦς, adeoque Ἄμμουν in quarto casu, Ἄμουν, a *Manethone*, & *Hechataeo* Abderita, & Ἀμοῦν a Iamblicho; *Amon* vero *Amonno*, aut *Hamon-no*, & *No-Amon* in sacris scripturis appellatur.

Tota vero isthaec nominis varietas in una, eaque simplici pronunciatione, quae nihil illius sive essentiam, sive significationem immutat, sita est, adeout idem semper maneat Aegyptium Nomen *Amun* intactum, & inviolatum, quocumque demum modo sive graece sive aegyptiace illud pronuncies. Idque tumetipse vel invitus fateri cogeris, dum *Amun*, uti *incorruptum* a Plutarcho traditum, ad commentationes tuas mox detorquere enixe studes. Quod si *corruptum* esset, ut tu ab initio posuisti, quis te ab inscitiae, aut insaniae nota, quam ob sententias ex vocabulo a te cognito tamquam vitiato, ad usum tuum deductas, incurrisses, expurgare posset? Necesse igitur est, ut illud tu modo *incorruptum dicas*, quod antea uti *corruptum posueras*. Ecquid haec pugna, & antilogia sententiarum in te significat? Quocumque scilicet ingenii tui libido velit, navis tuae gubernaculum inconsiderate revolvis.

Sed in consequentium aberrationum tuarum serie, eam, quae ad *Amun*, & ad indicatas particulas, *Hum-Om* spectat, ferre nullo modo possum. *Voculae hae*, inquis, *invocativae antiquissimae* ... *Geneseos voculae* Fiat *in obscura caligine demersae memoriam excitant*, *eiusque veritatem probant*. His similia scripseras tum in *Gram.* p. 50. 51. & seqq., tum in Borg. Codd. pag. 102. & 103. Huc descendisti, postquam ex Plutarcho observaveras secundum *Hecataeum* Abderitam, *Amun*. (om-hum) *invicem uti Aegyptios, cum alter alterum vocat. Qua nempe ratione etiam Ishuara, seu* Dominus creator, *naturam uxorem suam vocasse fingitur*„. *Esse enim vocem invocativam* (*Hum*, *Visne* ? *Om*, *volo*, *fiat*) *& cum principem Deum eumdem cum universo putent*, *utpote obscurum & absconditum*, *vocari ab iis*, *& orari* Amun *dicentibus*, *ut prodat se*, *ac conspiciendum se praebeat*. *Hoc nempe modo prodidit se*, *ac conspiciendum praebuit* Ishuara, *seu Dominus naturam uxorem suam vocando* hum, visne ut terra, aqua, ignis *creetur* ? *Cui natura uxor respondit*: Om, *volo*, *fiat*, Amen. Verum inter haec discernas velim ea, quae sunt *Hecataei* ab illis, quae tua sunt. Hecataeus rectissime docet nomen *Amun* vocem esse προσκλητικήν, *invocativam*, qua quis latens, aut tamquam absens vocatur, ut se prodat, seseque conspiciendum exhibeat, quemadmodum fabula narrat de Hercule, qui quum desiderio flagraret videndi *Amun*, eum voce simul orabat, ut sibi se spectandum offerret. Ipsius tamen nominis *Amun* originatio est ab Aegyptiaco verbo ⲁⲙⲱⲓⲛⲓ in imperativo ⲁⲙⲟⲩ, δεῦρο, *Veni*, δεῦτε, *Venite*, *adesdum*, *accede*, *accedite*. Vide La-Croz. in Lex., & Iablonskium praesertim de *Amun* in Pantheo Lib. 1. pag. 179. Mitto alia *Ammonis* nominis etyma, de quibus nullus heic est dicendi locus. At Tu quidem nomen hoc *Amun*, dum illud ex Aegypto quasi peregrinum in Indias deducis, ibique natum fingis ex duabus hisce separatis particulis *Hum*, & *Om*, mirum in modum turbas, obscuras, & cum indicis illis voculis misces, ut nativam suam vim omnem significandi amittat. Quod-

ad Memphin deinde, tandemque per Erythraeum ad Gangem

Quodque deterius est, quum tu ipse ignores certam illarum particularum *Hum*, & *Om* significationem, temere prorsus facis, ut illae (perinde ac *Amun*) designare omnino debeant duo haec: *Visne? Fiat*. Sed p. 103. in Codd. Borg. ubi fabellam, quam P. Ildefonsus a Praesent. ex Brahmanum Libris de *Ishuarae desiderio luxuriae complendae* narrat, tu de *desiderio creandi* exponis, diserteque testaris, eumdem P. Ildephonsum particulam *Om* interpretari per has voces: *Visne?* En illius verba: *postquam multo tempore* Ishuara *in morosa delectatione ac desiderio luxuriae complendae perstitisset, fingunt Brahmanes, quod ex vehementissima imaginatione desiderii ad feminam apparuerit, seu nata fuerit in suo proprio corpore a parte posteriori, seu a tergo, una forma, quae repraesentaret mulierem ... Advertit id* Ishuara, *& illico coepit eum ea confabulari cum multa complacentia, proferendo verbum quoddam monosyllabum, idest: OM; quod significat interrogative: VISNE? & mulier dicta eidem respondit per aliud verbum monosyllabum, idest: HUM, quod est: VOLO*. Tu equidem e vestigio castigas, & corrigis textum P. Ildephonsi iubens, ut loco τῶ *OM* legatur *HUM*. Sed quo iure? Ego prorsus ignoro. Nihil enim, quo P. Ildephonsum erroris convincas, adducis. Non aliud igitur de huiusmodi particulis nobis coniicere licet, quam illarum significationem in summa adhuc ambiguitate versari; nec ullum ex iis certum lumen ad primigenium *Fiat* a vero Deo in mundi creatione secundum *Berescith* Divini scriptoris Moysis expressum agnoscendum, hauriri posse. Nihilo tamen minus tantam ac tam splendidam lucem ex solis Brahmanicis scriptis ad *Amun* etiam Aegyptium intelligendum tibi affulsisse gloriaris, ut sententiae tuae hunc veluti *colophonem* addere non dubites: *Quid mirum si invocationis & creationis mundi vocula AMUM, seu OM, HUM, vel AM, HUM, iam inter Aegyptios obscura, intricata, & corrupta fuerit, quae tamen ex Brahmanicis, si ii recte intelliguntur*, (adde & desiderium in Deo creatore *Luxuriae complendae vertatur in desiderium creandi*) *aperta, & perspicua redditur*. Fabulae, Fabulae! quae prorsus indignae sunt, ut in Bibl. Collegii de P. F. Eruditorum Alumnorum auribus excipiantur.

P. 231. In Codd. Borg. *Cosmogonia Indico-Tibetana*. Ei exordium das hisce verbis: *Quicumque Platonis Timaeum*, Marsiliique Ficini *excellent compendium legit ... ei tabula Cosmographica* Indico-Tibetana ... *nec novitatis speciem, nec admirationis incitamentum adferre potest*. Et p. 239. finem hunc observationibus tuis imponis: *Collatis his auctoribus videant acres rerum indagatores* (*Platonem in* Timaeo)... *Videant aequi iudices, an Cosmogonia haec indica ab Astronomia & veteri Indorum philosophia non dimanaverit; dicant an graecae, & nostrae veteri Cosmogoniae originem non dederit?*

Ecquid ista sunt, Amice Sophe, nisi ineptum exordium, & ineptior finis. Nemo magis quam Plato & tibi, & toti isti *Indico-Tibetanae Cosmogoniae* tuae adversatur. Postquam in Timaeo de essentia corporis, quam Deus *Universo* attribuit, egit, ad illius *figuram* descendit; & mox σχῆμα, inquit, *figuram ei maxime cognatam, & decoram dedit ...* Διὸ καὶ σφαιροειδὲς, *qua de causa globosus factus est mundus, cuius omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur: idque ita tornavit, ut nihil effici posset rotundius*. Ad temporis deinde originem ita progreditur, ut historiam propemodum crea-

gem usque fluvium sequi , Deus scit , quam saepe de sal-

creationis a Divino Moyse descriptam sequi videatur. Eoque refert *septem planetarum* circuitiones, variasque concursiones, quas inter se habent, & conversiones; lunamque deinde a Deo collocatam exhibet *in primo , qui circa terram est, orbe : solem in secundo a terra : Luciferum , & eum* τὸν ἱερὸν Ἑρμῦ λεγόμενον , *& eum qui dicitur Mercurio Sacer , in iis ( orbibus ) qui pari celeritate , qua solis orbis , moventur , &c.*

At Cosmogonia , qnam tu *Indico-Tibetanam* appellas , ei , quam *Plato* in Timaeo tradidit , omni ex parte adversatur . In hac enim *terra* non *sphaerae* , sed *Planispherii* , seu *catini* formam repraesentat , non Lunae , & Solis circa se circuitus per inferius hamisphaerium admittit . Origo itaque temporis , diei , & noctis in systemate Platonis ab ea , quam Tibetani , & Indi Brahmanes in suo ipsorum schemate tradunt , longe diversa est . Hi enim fabulantur diem fieri , quum sol apparet ante partem *anticam* mortis *Someru* , noctem vero , quum in partem eiusdem montis *posticam* recedit . Solem deinde , postquam ex *antica* Someru discessit, in alios mundos , quos plures comminiscuntur , per horizontalem lineam immigrasse tradunt. Nam etsi Indi in eo a Tibetanis differant , quod illi figuram terrae *ovatam* , isti vero *circularem* ponant , utrique tamen *haemisphaerium inferius* , quo idem sol circumeundo , ad superius redire possit, e medio tollunt. Sed cetera, quae huc spectant, quaeque & cum Manichaico Systemate coniunctionem habent , vide in Alph. Tib. pag. 189. 190. 191. , & alibi ; ubi similia tibi occurrent Manetis commenta male a Beausobrio exposita , & vindicata .

Hoc igitur Mundi aspectabilis schema non ad exemplar Platonis in Timaeo traditum , sed ad Tibetanorum Brahmanumque errorum typum compotitum est . Quod si , ut tu tandem concludis , *indica haec Cosmogonia ab astronomia , & veteri Indorum philosophia manavit* : & originem tum *graecae* tum *veteri nostrae cosmogoniae* praebuit , quid aliud veterum Indorum Astronomiam , eorumque philosophiam fuisse dixerim, quam turpium errorum matrem , unde & graeca , & prisca nostra Cosmogonia contaminata est ?

At ego huiusmodi Cosmogoniae formam apud Indos , & Tibetanos , non modo Platonis , sed & Strabonis aevo , immo & iam forsan exorta Valentinianorum , & Manichaeorum haeresi iuniorem censeo . Nam temetipso teste p. 47. in CC. Borg. Strabo ipse l. 15. *De multis* , ait , Samanaeos , *cum graecis sentire , ut quod mundus sit ortus , & interiturus , & SPHÆRICUS* . Ab his igitur Indos, qui huius nostri Schematis auctores fuere , discessisse oportet .

Quod porro *Astronomiae* genus conferre potuerit ad istiusmodi Cosmogoniae formam construendam apud priscam Indorum gentem , nisi rude prorsus & informe , me quidem omnino latet . Apud *INDOS* , scribit in Histoire *des Mathématiques* l. II. num. VII excellens Montucla : *l'on voit encore parmi eux une sorte d'Astronomie , Ils ont donné des noms aux diverses constellations , comme l'Elephant , et sa trompe &c Ils ont deux divisions du Zodiaque , l'une semblable à celle des Arabes , & relative à la Lune . . . L'autre est relative au Soleil , et est comme la nôtre , en 12. signes auxquels ils donnent des Noms qui repondent à ceux que nous tenons des Grecs : Il est fort probable qu'ils les ont reçues autre fois par l'entremise des*

salvo, & incolumi reditu ad optati littoris, unde discesseram

*des Arabes... M. de la Loubere... on rapporta un mſ. qui contenoit les regles de l'Astronomie Indienne pour calculer les lieux du soleil, et de la lune Elles ne ressemblent en rien aux nôtres. Ce ne sont que des additions, des soustractions, des multiplications & des divisions de certains nombres, énigme d'autant plus difficile, que les resultats des ces calculs sont designés par des mots dont plusieurs ne sont plus entendus par ceux même qui les emploient.* Tanta est imperitia, & ignorantia recentium Astronomorum in Indiis, ut ne quidem vocabula, quae a maioribus suis an. 638. aer. nostrae Christianae adhibita fuerant, superiori seculo desinente intelligerentur.

Hoc tamen aenigma seseipso obscurissimum, & adeo captu arduum atque difficile, ut ad illud solvendum quum Indi ipsi impares essent, unus inventus fuit Parisiis vir summus, & Astronomorum celeberrimus *Iohannes Dominicus Cassinius*, qui gordianum hunc nodum, magnis licet curis atque laboribus, egregie tandem explicuit. Vide Tom. VIII. Actor. Acad. scientiar. ante an. 1699. *Regles de l'Astronomie Indienne* a pag. 213. ad p. usque 300. Ex his Cassinius *duas* collegit *epochas*, *civilem* unam, *astronomicam alteram*. Illius *exordium* confert in an. 544. ante natalem diem Christi Domini, huius vero initium sumit ab an. christiani nominis 638. Pag. 243. *I'ai iugé ait Cassinius, que les 40. Minutes otées au mouvement de la lune, & les trois minutes otées au mouvement du soleil, resultent de quelque difference entre le meridien auquel ces regles ont été accomodées du commencement, et d'un autre meridien auquel ont les a reduites depuis... et ayant supposé qu'on les ait reduites au meridian de Siam, elles auroient été accomodées du commencement, à peu prés au Meridien de Narsinga.* Unde satis aperte colligitur, regulas hasce universis Indiis facile communes esse potuisse.

Has igitur astronomicas regulas nonnisi VII. Christ. aer. seculo Indi adoptarunt; nec eas sive Indi ipsi, sive Tibetani a maioribus suis, qui auctores fuerant *Systematis mundi*, & pictae Tab. Borgiani Musei, abs te secundis typis iam editae, acceperunt, immo nequidem a Sinensibus; etsi similes regulas & illi habeant, ut sapienter observat *Montuclu* Par. 2. l. 2. p. 404. ab occidentalis Asiae *astronomis*, *plus probablement de la partie occidentale de l'Asie*. Idemque opinari videtur *Cassinius*. P. *Richaudus* olim S. I. ab Astronomo Regis Siamens. iam vita functi, Tom. VII. *Memoires de la Academ. des sciences depuis 1666. jusqu'à 1699. Cassinii* labores summis laudibus in Caelum effert. Sed pag. 769. ex iis, quae *Siami* praesens cognorat, pauca addit de epochis *Siamensium*; ac primum quidem P. Richaudus de communi eorum aera observandum monet, *L'Ere dont se servent les Siamois n'est pas toujours la même, chaque Roy faisant une nouvelle epoque qui a cours pendant son Regne. Le feu Roy de Siam avoit pris son époque du temps de la mort du Dieu SOMMONO CODON, que les Siamois disent être arrivée, il y avoit 2232. ans en l'année 1688. de l'Ere Chrétienne. L'ère usitée pendant le Regne de son Pere, n'a été que d'environ mille ans.* Prior haec epocha a Patre Regis adoptata in subiunctis animadversionibus initium sumsisse dicitur ab anno 638., cui si 1000. anni addantur ad annum usque 1688., summa fit annor. 1050. quae iam post an. circiter 50. in Siam adhiberi desierat. Haec

ram,stationem,cogitarim ! Sed interim viam,qua sine scopulis

Haec tamen prior epocha a P. Richaudo propria dicitur Regis, & Aulae. Nam *secunda*, quae civilis ab eo dicitur, & ad *diem adscriptam* in epistolis & actis publicis designandis vulgo recepta est, ad an. mortis *Sommonae Codon* 344. ante diem natalem Christi exorditur.

Confer tu epocham an. 638. Astronomicam cum civili, a Cassinio, & a P. Richaudo expositam, & utramque eamdem esse invenies, quam a Siamensibus Astronomis Avenses & Peguani mutuati sunt. Inde etiam errorem, quo p. 40. in Borg. Codd. an. 638. *aeram vulgarem Barmanorum* vocasti, facile deprehendes. Ea enim est *astronomica* a Cassinio ex caelestibus Siamensium calculis deducta. Quin & inde colligas necesse est, quam sero Indi astronomi annum cognorint *solarem tropicum*. Qui enim *Q. Curtii* aevo annum ad unius lunae cursum metiebantur, seculo tandem VII. methodum invenerunt, qua intercalarium mensium ope, iidem lunares menses cum annis solaribus exacte concurrerent; adeo ut annus eodem omnino tempore, & ab eodem signo Zodiaci, in quo sol erat, quando praeteritus annus initium sumsit, semper incipiat. Locus vero solis, unde Siamenses astronomi initium anni sumunt, est aequinoctium vernum. Cetera vide apud laudatos Cassinium, Richaudum, & Eruditum illum virum, qui varias observationes eiusdem P. Richaudi scriptis inseruit.

Quod tamen dolendum est, hoc eodem, quo vivimus seculo, in tam densae ignorantiae tenebras, circa Physicae astronomiae principia, Indi, quemadmodum *Montucla* testatur, delapsi sunt, ut nullam prorsus notionem habeant nec de *figura terrae*, quam in formam *quadrati oblongi* ad exemplum forsan Cosmae Indico-Pleustae, repraesentant, nec de *Corporum Caelestium dispositione*. Et quamquam ii, qui apud ipsos Doctorum, sapientumque nomine celebrantur, retineant astronomicas regulas a Cassinio expositas, earum tamen theoriam, immo & indigena vocabula *borocone attikamaat*, *maasaken*, *anamaan*, & alia huiusmodi, non hodie modo, sed nec an. 1688. sec. superioris intelligebant. Habent ceteroquin *duas* illas Zodiaci divisiones, quas iam indicavimus, alteram pro signis Lunae ad exemplum *Arabicae*; alteram pro signis Solis latinae nostrae similem, aut etiam per Arabas a Graecis desumtam. Dividunt circulos caelestes in 360. gradus, aut partes aequales, & unumquemque gradum in plures partes, semel tantum, sine subdivisione. Sinenses vero circulum dividunt in gr. 365. $\frac{1}{4}$ & quemlibet gr. in min. 100., ne quis putet, ut observat laudatus Montucla, Indos Zodiaci divisionem a Sinensibus accepisse. De Eclipsibus, ait P. Richaudus, *ils sçavent Indi quelques choses, calculant passablement celles de la lune mais pour le calcul de celles du soleil, ils y sont fort ignorans*. De causis vero Eclipseωn fabulas vere aniles, ut & Tibetani Astronomi (de quibus V. pag. 189. Alph. Tib.) narrant. Indi tandem Soli tribuunt locum inter planetas proximiorem terrae, & Lunam Sole superiorem faciunt.

Quod si Indorum astronomia post septimum Ecclesiae seculum ad huius tam rudis, & abiectae fortunae conditionem, qua hodieque utitur, redacta est, quid aliud eam fuisse putabimus ab initio, quando, ut tu asseris, in lucem edidit tuae huius *Cosmogoniae* Systema omni errorum genere plenum, nisi monstrosum quemdam imaginariae & fallacis astronomiae abortum? Et tu ta-

lis, & offendiculis redirem, non inveniebam. Ulyssi in
ll ma-

tamen nihil eorum, de quibus scribis intelligens, audes tam impudenti fronte Graecos, & Latinos omnes provocare, ut tamquam aequi iudices agnoscant, & fateantur, *Indicam Cosmogoniam* suae ipsorum domesticae Cosmogoniae dedisse originem? Qui sic loquitur, & sentit in extrema rerum ignoratione versetur necesse est. Tota haec enim indicae Cosmogoniae figura *veteri* Graecorum, & Latinorum Philosophorum, Astronomorumque systemati opposita est. Si enim, ceteris omissis, una Caeli terraeque figura consideretur, hanc *Graeci* philosophi *sphaericam* posuerunt. Eam Cosmas Indico-pleustes, qui scribebat an. 530. a Chaldaeis primum excogitatam, interque *Aegyptios* propagatam, ab his demum ad Graecos pervenisse narrat. Ita enim scribit sub initium lib. III. p. 159. *Graeci in Aegypto peregrinantes, Pythagoras*, scilicet, *PLATO, & Eudoxus Cnidius philosophi eam cum edidicissent, arrepta ex prioribus ansa. eamdem fusius explanarunt*. Sed & *Zodiaci* divisionem, uti *signa*, eorumque nomina nostris similia, unde ut paullo supra audisti, nisi a Graecis per Arabas Indi acceperunt? Ubinam ergo eras quo die tua haec fallacissima commenta tam mira animi confidentia effundebas? Ne vero cum Indorum & Tibetanorum erroribus SS. Ecclesiae PP. opiniones circa telluris figuram atque *Antipodas*, confundas, vide Cl. *Montfauconium* Praef. in *Cosmae Typograph. Christianam cap.* 11. *in Collect. Nov. PP Tom.* II., cui adde, si lubet, Alph Tibetan. pag. 190. & 198. & seqq., ubi plura de hoc argumento habes adversus Beausobrium.

Verum si loca omnia, quae in tuis hisce libris spongia indigent, expendere vellem, ecquando nam disserendi finem invenirem? Cetera itaque, ne meorum Lectorum patientia diutius abutar, praetermittere praestat. Quin & *Pantheon* Indicorum Numinum in Museo Eminentissimi Nostri Card. Borgiae tibi uni tamquam Aedituo, & Nomeoclatori ad Valvas & Sacellula Diis Deabusque ipsis sacra indicanda, integrum intactumque relinquo. Excipe tu tamen insignia quaedam imposturarum & Mendaciorum exempla, iis a te ex obliquo inserta, de quibus iam dixi, & quaedam praeterea necessaria scitu, dum ad susceptae velitationis finem accedam, dicere pergam.

His in antecessum positis, venio ad ea errorum capita, quae contra Veri, Summique Dei naturam, a Brahmanibus, & Indis universis traduntur, sed a Te in tuis hisce libris, nescio quo imprudenti, & parum religioso, salutarique consilio, non modo simulantur, sed & ab iis, dedita opera, expurgantur, & defenduntur.

## ERROR I.

## BRAHMANUM

### *De Essentia, & Substantia Dei Creatoris materiali.*

Magnificae vere sunt, sublimes, & splendidissimae formulae Verborum, quibus Brahmanes Dei naturam, attributa ac maiestatem in *abstractae* notionis statu consideratam, extollunt; sed ubi DEUM ipsum spectant uti accinctum, & comparatum ad opus creationis universi orbis, mirum in modum eum deprimunt, ad gradum usque *materialis* substantiae. Huius torpis erroris testem appello *Bartholomaeum Ziengebalgium* Christianarum licet acatholicarum Missionum, iussu Dani Regis in India praepositum, atque in Tamulica, aliisque earum regionum linguis versatis-

magnis multisque erroribus suis ad reditum usque in patriam

tissimum, & novi testamenti in idem ipsum idioma versione typis ia'n edita celebratissimum. Illius verba, uti ea ex Iablonski *Panteo* p. 285. accepi, istiusmodi sunt. „ Quandoquidem Gen„ tiles supremum Ens divinum, qua„ tenus prorsus immateriale, mere„ que spirituale est, digne concipe„ re, mentique suae repraesentare „ nequeunt, ac insuper revelationis „ divinae usura carent, aut eam sibi „ oblatam repudiarunt, dum cogita„ tionibus suis indulserunt, in erro„ res multiplices lapsi sunt, et infi„ niti illius entis conceptum sibi fin„ xerunt plane carnalem, MATERIA„ LEM causantes decere Ens supre„ mum, ut speciem habeat visibilem „ MATERIALEM, cum sine illa „ a creaturis, nec videri, nec co„ gnosci, adeoque nec coli, nec ado„ rari possit. Sunt etiam qui dicant, „ ens in universum immateriale, ma„ terialia producere non posse, unde „ fieri aliter nequeat, quam ut Ens „ supremum, ubi ad creandum pro„ cedere voluit, seipsum forma ali„ qua MATERIALI circumvolverit. „ Equidem ne huius quidem, quam „ Enti supremo attribuunt, formae „ EXTERNAE MATERIALIS, con„ ceptum sibi formare queunt iu„ stum, & congruentem; sed quo„ niam tamen in natura rerum obser„ varunt, creaturas omnes viventes, „ ex principio aliquo, masculo, & „ foeminino, prodire, exinde a „ creatura ad creatorem concludentes „ imaginantur sibi, Deum Ens supre„ mum, ex quo omnia ortum ducunt, „ quae existunt, in seipso non posse „ non esse virtutem, & potentiam, „ tum masculinam, tum foemininam. „ Ex eo porro ita colligunt, Ens illud „ supremum in seipso virtutem ma„ sculinam a foeminina discrevisse, „ in qua veluti emanatione, tum vir„ tus masculina, tum et foeminina „ quaevis seorsim, formam exter„ nam induerint. Ex hoc fonte ori„ ginem Deorum omnium, omnium„ que creaturarum derivant. ( Et cap. „ eodem, sed pluscults interiectis: ) „ Figura propria, sub qua Ens supre„ mum ubique in templis omnibus „ cultu ac veneratione prosequuntur, „ dicitur Lingum, quod sexus utrius„ que partes generales repraesentat, „ quas ceteroquin natura sollicite oc„ cultat.

Atque ad huius quidem testimonii securitatem, nisi *fidei catholicae*, cuius infelix *Ziengenbalgius* expers erat, *authentiam* exquirere velis, una, quae in eo erat humana, & ab ingenio, doctrina, eruditione, honestate, & linguarum indicarum peritia derivata, tanti valet, ut ad id, quod narrat, persuadendum, iure sibi omne auctoritatis, firmitatisque pondus arcessat. Huic tamen Iablonskius addit testes alias, Abraham Rogerium ex libro inscripto *porta aperta Gentilismi* l. 1. 2. num. 2. pag. 157. vers. gall. & Relationes Missionar. Danicar. vol. 1. pag. 354. & in pluribus notis. Hoc semel posito, nemo, credo erit, qui, dum rectae humanae rationis usu polleat, non intelligat, quam turpis & nefandi erroris monstrum sit sacrilegum istud commenti genus, quo Brahmanes Deo *Creatori* propudiosum & infame utriusque masculini femininique sexus ostentum, tamquam illius divinae naturae inhaerens, tribuere audent. Sed tu haec aut dissimulas, aut ignoras. Nam tu in Syst. Brahm. pag. 89. originem publici cultus *lingamici Monstri* in Indiis aliunde repetis. Haec enim ibi de *Shiba* scribis: „ cum Fra„ tre suo *Vishnu* simul concubuisse „ in fabulis Brahmanicis traditur; &

„ ex

triam terram ubique semper aderat tamquam dux,

Ll 2 cu-

„ ex hoc concubitu enatum est portentum illud indicum, Phallus, seu „ *Lingam* naturae seu *Sakti* Deae ex „ calore, & humore generantis symbolum; unde etiam *Lingam* hoc in „ *Toni*, seu matrice constitutum passim in lucis cernitur: & ex constanti ac universali Indorum traditioneShivæDei,& Bavani uxoris eius, „ aut Vishnu Dei Fratris illius in foeminam mutati pudenda repraesentat „. Paulo aliter easdem res narras in Gram. p. 43. 44. „ Tres isti Dii, „ *Brahma*, *Vishnu*, *Isuren*, *Shivenitarum* non sunt tantum personificationes trium praedictarum virtutum seu attributorum divinorum „ *creationis*, *conservationis*, *&* *destructionis* .... Sed, ut ex libro „ Brahmanico *Amarashina* manifeste evincitur, tres isti Dei tria elementa, terra, aqua, ignis sunt, „ qui in viros feminasque mutati fuisse, simul concubuisse, & generasse ... dicuntur. Unde ( *secundum Vishnuitas* ) Vishnu in feminam „ mutatus cum Shiva Deo suo fratre „ concubuit, seu calor Ignis, & humor aquae rerum omnium principia „ simul coiverunt, & inde enatum „ est lingamicum portentum ... naturae generantis symbolum ... Secta „ vero Brahmanum Shivenitica Deum „ Shivam sive ignem rerum omnium „ principium esse ait, & hunc cum „ uxore sua Bhavani seu cum natura „ coivisse, atque inde omnia creata, „ & producta fuisse. Unde haec secta „ naturam, seu principium rerum omnium per lingam, & per Yoni, „ seu per matricem Bhavani Deae, „ caloris nempe & humoris elementa „ repraesentat, & Lingam Deum, „ quem Shivam suum esse dicunt ... „ Unde ait *Pacunar* gentilis Poeta „ apud P. Ildephonsum ... *De creatione Mundi*, & cap. 3. de origine „ *Dei Brambae*, *Vibsnu*, *&* *Shivae*. „ In principio excrevit ficus arbustum „ Indicum Banana ... In hoc ab omni aeternitate, ab aeterno inclusus erat triangulus infinitus, & „ immensus, in hoc triangulo existebat Dea *Sakti*, seu Bhavani ( natura *nempe ut tu ipse interpretaris* ) „ virtus potentia generativa, & Shivalingam ( seu priapus,*de tuo addis* ) „ Dei Shiva. Disrupto ficus Bananae „ arbusto, seu plantae illius trunco, „ tres prodiere ex hoc triangulo, ex „ Dea Bhavani, & ex Deo Lingam „ alii Dii, nempe Brahmana vel *Ayen* „ Vishnu *vel Mali*, & Shiva Deus, „ tres Fratres filii simul & Mariti virtutis, potentiae, naturae seu Sakti „ Deae, quae in triangulo simul cum „ Shivalingam ab aeterno existebat. „ Heic obiter animadverte indicam vocem *tricona*, *triangulum*, quae ex *τρίγωνος* græcæ linguæ perspicue desumta est; deinde cetera expende,ut intelligas quantopere in tuis interpretationibus a vero aberres. Ac primum locum Indici scriptoris *Pacunar* tam male accipis, ut illius & verba, & sensum omnino corrumpas atque e medio tollas. Pacunar in recitatis verbis sub nomine ficus Bananae materiam primam creationis; ab omni aeternitate Deo coaevam exprimit, & in eam *triangulum* infinitum, & immensum cum *Toni*, sive *matrice* ab aeterno positum celebrat.

Sed quo tempore disruptus est truncus Bananae,ex *Lingam Deo* Creatore, & ex *Sakti*, seu *Bhavani* repraesentante sexum femineum, atque vim educentis foetum, hi parti sunt Dii *tres*, *Brahma* nempe, *Vishnu* & *Isuren*. Et quidem *Brahma*, ut Creator mundi huius inferioris & aspectabilis, *Visnu*, ut conservator, & *Isuren*, uti *destuctor*. Haec est expli-

cata

custos , & tutela fidissima Ψευδολκὰ illa *Caesia Minerva* ,

eata & aperta mens τȣ̃ Pacunar. Tu vero in una ea re Pacunar locum recte exponis , ubi ais , *hosce tres Deos creaturas esse , utpote qui ex triangulo rerum omnium principio , & Sakti Dea , seu ex potentia virtute , & natura* ( addere debebas : *ipsius Dei* ; ) nam caetera spuria sunt , & falsa Samscrdamicae eruditionis tuae figmenta a mente & scopo *Pacunar* prorsus aliena .

Et revera erras tu vehementer tum in Syst Brahm. , tum in Gram. p. 43. ubi a te dicitur : *Vishnu in feminam mutatus cum Shiva Deo suo fratre concubuit.. et inde enatum est lingamicum portentum, seu phallus in* Yoni, *vel* matrice *existens*... De Shiva vero eum refers cum *uxore sua Bhavani seu cum natura coivisse... Unde etiam haec* secta Shivenitarum *naturam, seu principium rerum omnium per* Lingam , *& per* Yoni , *seu Matricem Bhavani deae* ... *repraesentat* , & Lingam Deum, *quem* Shivam *suum esse dicunt , adorant* . LINGAM enim DEUM , & *Yoni* Sakti aut Bhavani, quemadmodum & a Ziegenbalgio , ita in aeterno, ac supremo Ente & Creatore Deo a *Pacunar* diserte agnoscitur , non vero, uti a te fit , in *Vishnu* , aut in *Shiva* creatis Diis . Dum itaque Deus in creatione sive per effusionem , sive per emanationem naturam suam in sexum masculo-femineum explicuit , semetipsum , ut recte ait Lacrozius lib. 6. Christ. Ind. p. 455 *materialem se fecit*. Novum proinde errorem committis , quoties *lingami & matricis* figuras , quae sive pictae, sive insculptae cernuntur, symbola appellas obscenorum membrorum, aut *Vishnu*, aut *Shivae* . Sunt enim symbola , quae proprie , ex sententia Brahmanum, repraesentant utriusque sexus pudenda supremi Dei creatoris naturae intime inhaerentia . Si autem , ut tu asseris , *tres isti Dii tria elementa terra , aqua, ignis sunt , qui in viros , feminasque mutati ... simul coiverunt & inde enatum est lingamicum portentum , seu phallus in Yoni , seu matrice ... existens* , necessario sequitur , ut vel *hi tres Dii , & tria haec elementa , aeterni fuerint , & increati* , vel *temporarii & creati* : Sed *Pacunar* non eos aeternos , & increatos facit , sed *in tempore creatos* ; & id tu ipse fateris , ubi p. 44. scribis , *tres illos Deos esse creaturas , ex triangulo rerum omnium principio , & ex Sakti potentia , & natura natos* . Necesse est ergo ut principium & caussa , unde *hi Dii*, sive haec elementa manarunt, tamquam ab aeterno existens praecesserit . Atqui hoc principium , & caussa a *Pacunar Deus Lingam* cum Sakti coniunctum vocatur , portentum ergo *lingamicum* ab aeterno in Deo exstabat , antequam *Brahma* , *Vishnu* , & *Isuren* , tua scilicet *terra* , *aqua, et ignis* , mutati in feminas invicem congrederentur; adeoque aperte mentiris , ubi doces , *portentum lingamicum* natum esse in Indiis ex mutua trium horum Deorum coitione .

Pacunar igitur hoc Monstrum in Summi Dei natura , ex Brahmanum sententia , ab aeterno ante res omnes creatas , praeexstitisse testatur . Sed tu dicta *Pacunar* non intelligens in alia quaevis erroribus plena dilaberis , ut figmenta tua Pythagorae , & Thaleti Milesio tamquam Brahmanum tuorum discipulis confidenter affingas . Interea tu omnia mirum in modum confundis . Non primam & secundam mundi creationem , alteram ante , alteram post diluvium distinguis; (de quibus tamen vide quae tradita a me sunt in Alph. Tib. p. 65. 106. 107. ex variis Brahmanum sententiis; ) uti & de *gemino* sexu in Ente supremo ante creatio-

*va*, de qua *Nestor* apud Vatem Homerum O. Γ. vv. 221. 222. cecinit :

Οὐ

tionem exstante, sed in creatione diducto, & explicato. Sub hoc enim *Lingami*, & *Yoni* aspectu, supremus Dominus, ut aiunt Brahmanes, adorari voluit in tribus ex se natis eductisque Diis, *Brahma*, *Vishnu*, *&* *Shiva*. Nam & hoc idem abs te traditur sub finem p. 66. Syst. Brah. ubi ex Magistri tui doctrina ais: *Dominum Ishuara, seu Parabrahma . . . ita esse in illis tribus, & in eorum omnibus operationibus* (per utriusque sexus conspectum) *quemadmodum in vase aqua pleno existere, & conspici solet ab hominibus sol noster visibilis, qui licet in illa aqua . . . non existat, ab omnibus tamen laudatur, & adoratur*. Neque haec tantum, sed & alia argumenta deducta ex Dei substantia diffusa & expansa in res creatas, immo & extensa in plantas, quas Indi, Q. Curtii aevo, uti Deos adorabant, invenies. Unde & hac aetate nostra *arbores* in Lucis positas, ut tute ipse in Syst. Brahm. narras, *sacras* appellant. Fateor inter Brahmanes nonnullos, qui Deum *spiritum* nuncupent, reperiri. Sed ii *spiritus* nomine aut *aerem* intelligunt, aut quoddam subtile corpus; & rogati dicere, *quid spiritus* sit, quum respondere nesciant, continuo obmutescunt. Soli sunt in Indiis *Gnanigueulii*, qui resecto omni prorsus falsorum Numinum cultu, & sacrilega ethnicarum caeremoniarum superstitione neglecta, *Deum unum, verum & spiritum infinite* perfectum colunt, & adorant. Verba, & testimonia, quibus illius perfectiones, dignitatem & gloriam praedicant, e schola ipsa Orthodoxae fidei nostrae mutuata videntur. Hinc *Ziegenbalgius* istarum locutionum auctores e superstitibus antiqui Christianismi reliquiis prodiisse haud temere suspicatus est.

Ex *Gnanigueuliorum* classe Brahmanem Magistrum tuum fuisse oportet, *Ciagram Govindam*, qui p. 65. Syst. Brahm. formulam glorificandi verum Deum *Parabrahmmam* tibi describit. Ubi enim addit: *Sol Aether*, BRAHMMA, NARAYANA (Vishnu) *&* RUDRA *dii, varia hominum sunt commenta & corpora*. Si enim *Govinda* ex coetu Brahmanum idololatrarum fuisset, quo pacto *Solem*, *Aethera*, *Brahmam*, *Vishnu*, *&* *Shiva Deos*, *quos adoraret, hominum commenta*, *& corpora*, ut tu scribis, appellare potuisset?

Tu tamen qui inter Indos discernere nescis *Deistas* ab *Idololatris*, illos, qui de Deo puro spiritu recte sentiunt, ab his, qui tam impium, & sordidum errorem de materiali eius natura imbiberunt, aecundos cum primis pares facis, & eamdem utrisque rectam de Deo spiritu doctrinam attribuis. Hinc recitatis *Orphei* hymno in *Lunam*, & laudibus Deae *Parvadi*, ac rursus *Orphei* hymno altero, perinde atque *Lucretii* carmine ex lib. I. de rerum natura, ubi *venerem Deam a natura omnium rerum auctrice non distinguit*, in hoc emphaticum monitum pag. 13. Exam. Critic. codd. Bibl. de Prop. Fide erumpis: *Ex his inferre caveas, Brahmanes materialismum docere. Nam primo Numen Brahmanicum* Ishuara *Dominus supremus*, *Ens materiae expers est*. Et unde mi Sophe hoc habes? Id tibi certe de *Mayae* tuae fallacia in tempore fingis. Sed perge. *Sarvavasha* (est) *omnipotens*, *ananda infinitum . . . Hoc numen aeternum, materiae expers, ashaviri*, omnipotens, infinitum, *in primo creationis mundi actu vocavit naturam, seu Deam Bhavani per voculam HUM . . . Hum. Visne, ut ignis, aqua, terra producatur? Visne, ut Brahma,*

*Vi-*

Οὐ γάρ πω ἴδον ὧδε θεοὺς ἀνάφανδὰ φιλεῦντας,
Ὡς κείνῳ ἀναφανδὰ παρίϛατο Παλλὰς Ἀθήνη.

*Nu-*

*Visbnu*, *Sbiva* adoretur ? Alia praetermitto quae ad fabellam tuam iam ante satis exagitatam, & adhuc tamen involutam, de particulis *Hum*, & *Hom* in *Amun* Aegyptio contentis spectant : & ea tantum quae a te hactenus allata sunt de *supremo Ente iu actu creationis*, considero. Haec a te fallaciter, ut video, corrupta. & implicata sunt.

Nam caput Brahmanicae fabulae, quod est *sexus masculo-femineus* in Deo ante creationem delitesceos, in actu vero creationis explicatus, a te detruncatur. Hoc primum pone, & inde intelliges, quam imprudenter, & artificiose te geras, dum in alia quaevis, partim ambigua, partim commentitia, & ad libidioem excogitata dilaberis, ut e conspectu mortaliom subducas Brahmanicum monstrum de obscenitate *sexuum* ipsius Dei oaturae turpissime inhaerentium. Quodque denique addis sub finem p. 14. & initium 15. de *Bbavani*, & *Sakti* Dea, & cooiuge supremi Creatoris *Isuarae*, si illud, non uti tu comminisceris, sed uti res est, repraesentat *femininum* sexum Deo ipsi creatori, secundum Brahmanum credulitatem, vere atque intime inhaerentem, qua tam stupida confidentia postremo concludis, id probare, *gentes illas* Indicas . . . *a materialismi nota*, *quam imperiti eis affingunt*, *omnino exemtas esse* ? Fac rem esse adhuc incertam ; quamvis legitimorum gravissimorumque testium iudicio certissima habeatur ; sed una suspicio fraenum tibi iniicere debebat, ne aut accusatores erroris, imperitiae, & tacitae calumniae damnares, aut criminis suspectos tam solemni sententia statim absolutos dimitteres. At vero, dummodo firma tibi stet propriae opinionis gloria, cetera oil curas, etsi de Iodis populis io tantae impietatis sorde fovendis agatur.

## ERROR II.

## BRAHMANUM

*De materia Deo coaeterna*.

Iohannes Laur. Moshemius licet a Rom. Communione alienus, vir tamen magni Ingenii, & vastae eruditionis in amplissima dissert., quam inseruit *sectioni* II. Cl. *CudWorti* de existentia Dei adversus Atheos pag. 57., eam quaestionem. „ Num Philoso-
„ phorum a vera Religione aversorum
„ aliquis mundum a Deo ex nihilo
„ creatum esse asseruerit ? *solvere ag-*
„ *greditur* §. XXIV. p. 988. Si quid du-
„ bium, *ait Mosbemius*, anceps & incer-
„ tum est, certe hoc est *Braminum*
„ religio, de qua tot fere sunt seo-
„ tentiae, quot homines ... Quapropter
„ nec exploratum est, quemadmo-
„ dum de ortu rerum omnium aut
„ sentiant, aut sentire debeant. Suot
„ qui tradunt, aeternam muodorum
„ sibi succedentium ab his hominibus
„ induci, Sinasque hodiernos hoc ab illis
„ dogma accepisse . . . Alii perhibent
„ statuere eos, creationem nihil esse
„ aliud, quam naturae divinae ampli-
„ ficationem, Deumque, quum mun-
„ dum condere vellet, rerum omnium
„ materiam ex ipsa esseotia sua extra-
„ xisse, noo secus ac aranea fila ex
„ veotre suo educit . . . Ab his non
„ multum illi discrepaot, qui credere
„ eos narrant, Deum semetipsum
„ primum iu ovum quoddam aut io
„ materiam ipsam convertisse, & ex
„ hoc ovo, aut potius ex ipso Deo

„ omnia

*Nuſquam enim Deos vidi tan manifeſte amantes*
*Quam manifeſte illi aſtitit Pallas Minerva.*

At

„ omnia fluxiſse... Sed longe alia ex „ Indorum libris *Bartholomaeus* ZIEGENBALG ...Etenim is gentis huius „ ſapientes generationem quamdam „ Deorum tradit propagaſse ... Initium familiae totius, quam ſibi effingunt animo, naturam eſse ſtatuunt „ infinite potentem, & originia omnis „ neſciam, quam *Barabara vastu* vocant: hanc naturam quae idem eſt, „ quod ſupremum Numen, generaſse „ dicunt aeternitatem: ab aeternitate „ procreatum eſse *Tschiven* Deum praepotentem: ex hoc Deo natam eſse „ Divam *Tshaddy*: Deam hanc genuiſse *Putadi*, seu Mundum ex „ elementis conſtantem, & ſenſibus „ ſubjectum. Ita pergunt nugatores, infinitamque fere ſeriem texunt tam „ Deorum, quam rerum mutuo ex ſeſe „ pendentium, dum ad hominum „ creationem longo ordine veniant... „ Suſpicor autem, haec omnia uberiorem tantum eſse declarationem „ ſententiae illorum, qui ex ipſa divina natura volunt manaſse omnia; „ namque ſummam, & potentiſſimam naturam, unde initium huius „ generationis ducunt, fontem eſse „ praedicant illum, ex quo fluxerunt „ omnia, & ad quem reverti cuncta „ debeant... Aliam formam religionis Braminum exhibet *Abraham* „ *Rogerius*. Unum tradit hic, & *summum* Numen colere Bramines, quod „ *Visthnu* appellent: hoc Numen credi ab illis, antequam aliquid eſset „ ac exiſteret, alium produxiſse „ Deum, cui nomen *Brama* ... Rogatos unde hic *Brama* genus ſit, „ reſpondere ſolere. Factum eſse „ Deum hunc ex flore, qui immenſa „ in abyſso ante rerum creationem „ nataverit. Addere eos *Bramae* „ tantam fuiſse fidem ac virtutem, ut „ ſupremus Deus poteſtatem ipſi impertiret rerum naturam creandi. „ HIC QUIS NON videt VESTIGIA „ VETERIS ERRORIS DE AETERNITATE MATERIAE „? Plura, quae de hoc argumento, vel in libris Brahmanum, vel in Odoporicis peregrinantium relationibus legerat, ſe adferre poſse ait; ſed ex his generatim concludit, nullam ſe vidiſse Brahmanum ſententiam, *quae Chriſtianis auribus placere queat*, *aut dogmati*, *quod nos*, ut ille ſcribit, *profitemur de rerum originibus conveniens ſit*: & ſi quidam ſint, *qui infinitam quamdam naturam hanc univerſitatem condidiſse autument*, *hos tamen de modo creationis perverſe ſentire ut parum aut nihil diſcriminis inter Deum & mundum conſtituant*, *reliquos aeternum ſibi CHAOS fingere* arbitratur.

Nonnullos tamen Brahmanum dari poſse fatetur, qui vel ex conſuetudine cum Europaeis, vel ex colloquiis, & diſputationibus cum Dei Verbi praeconibus in Indias miſſis, pravae doctrinae errores nonnihil emendare didicerint. Pergit deinde ad Veterum Brahmanum de Mundi Creatione ſententiam; & poſtquam ex uno *Megaſthene* audivit, eos feciſse quidem Deum *animam ipſius Mundi*, ſed de ipſius materia, utrum aeterna fuiſset, nihil neque a *Megaſthene*, neque ab alio quovis ſcriptore dictum, intelligeret, ex Authenticis eorum libris, quid hac de re facile ſentire quiverint, colligi debere exiſtimat. Sed quoniam inter eos, qui huiusmodi libros ſtudioſius, & accuratius ſcrutati fuerant, inſignes hi viri tres commemorantur, ABRAHAM ROGERIUS, BERNIERIUS, & P. BOU-

At Minerva, quae ab exordio nativitatis mecum adolevit, atque consenuit, vitio meo tam inculta, rudis, & im-

BOUCHETUS, eorum tantum testimonia ad caussam cognoscendam satis esse posse decernit. ,, *Et iam* Rogetius, in primo libro ( vedam *nuncupato* ) perscriptum esse significat, ,, summum Numen ex flore immensae voragini innatante Deum *Brama* genuisse primum, *Brama* vero ,, reliqua creasse omnia. FRANC. BERNIER. narrari perhibet in eo, summum omnium Deum, quum mundi creationem aggrederetur, tres ,, ante omnia naturas perfectissimas ,, produxisse Brahma, Beschen ( *Vishnu* ) Mahadeu: ab illa mundum ,, esse conditum, ab ista eumdem ,, conservari, ab hac denique aliquando destructum iri. P. BOUCHETUS *in ep. ad Huetium* tantum ,, memorat, in exordio rerum nihil ,, exstitisse nisi Deum; & aquam; ,, Deum vero summis aquis innatasse. ,, Hinc tandem infert, eos plus argumenti sumere posse, qui veteres ,, Indos suspicantur materiae perennitatem adscripsisse, quam eos qui ,, contrariam de illis opinionem fovent. Aqua enim illa, seu immensa ,, vorago, quam una cum Deo fuisse ,, ab initio tradunt, quid, obsecro, ,, est, quam *Chaos* illud, quod Poetae Graecorum eanunt, aut rudis ,, illa materia, quam Plato Deum ,, ad generis humani salutem artificiose eomposuisse docet? Et quid de ,, flore dicemus illo, ex quo *Brama* ,, eonditor orbis, fertur esse genitus? Hunc scilicet *Mosbemius* adversus *Lud. Froetium* agens §. XXVIII. comparat cum *spiculo* ex *Chao* iuxta *Kaempherum* exorto, & *Kunito Kodatsno MIKOTTO*, *spiritus* a Iaponibus nuncupato; (alias a *Froesio*, secundum Christiani hominis disciplinam ex 1. Gen. v. 2. explicato,) eoque sine dubio Iapponios ipsos per *florem* significare velle affirmat ,, naturam genitrieem, quae ,, molem materiae digessit, ex ipso ,, eius sinu prodiisse: ac proinde nec ,, antiquos Indorum sapientes hac in ,, re iunioribus meliores videri.

Adde his plura, quae a me ex System. *Banianensium*, *Nekpalensium*, *Indostanorum*, & *Iaponens.* In Alph. Tib. pag. 106 seqq. & p. 149. de mundi creatione tradita sunt.

Splendidissimum Sinensium Missionum Sidus Dominicus Fernander Navarete Tom. I. Tr. *Histor*. Tract. V. Preludio VII. p. 264. col. 2. *de chaos aeterno* in haec verba scribit: *Otros mas antiguos tuvieron la mesma opinion, como los Gymnosophistos Indianos, con los Bonços de China que emanarendellos. Lo mesmo tiene el Lao zu* ( *auctor peculiaris sectae,* ) *con sus Taos Zus. Y sobre todos los Letrados de China, desde el Mayor, hasta el minor assi antiguos, come modernos. Estas tres sectas son mas antiguas, que los Philosophos sobredichos, y todos originaron de Zoroastre Mago, y Principe de los Caldeos, que assi lo ensenò, y sembrò par el mondo poniendo el CHAOS eterno &c.* Omnes igitur *Litterati*, *Bonzii*, & *Magi* Sinenses, perinde atque *Gymnosophistae Indiarum*, sive Brahmanes Patres Bonziarum, ex philosophia *Zoroastris*, *Li*, sive *materiam*, *Hylem*, & principium malum Manichaeorum admittebant.

*D. Caietanus Mantegatius Cl. Regul. S. Pauli, Episcopus Maximianopolitanus Regnorum Ava, & Pegù Vic. Apostolicus* in cod Borgiano n. IV. sic inscripto: *Dialoghi tra un Kieu, ed un Siamese ex Talapoiuo* ,, Incipit, ut tute refers p. 43. in CC. BB., *a θεογονία*, *a Crea-*

Digitized by Google

imbecillis est, ut in erroribus meis tenui prorsus, atque exiguo admodum adiumento ad expeditum, optatumque m m re-

*a creatione rerum, a fato, & MATERIA AETERNA, quinimmo a concursu sponianeo elementorum, ex quo omnia coaluisse sustinet in hoc dialogo TALAPOINUS* Sed continuo subdis eadem p.47. *Nescio qua auctoritate, aut ex quibus Peguanis libris D. Mantegazius hanc doctrinam Talapoinis adscribat; auctoritates enim aut autographos textus nullos affert. Talapoinos, & Samanaeos eiusdem Instituti homines esse docuimus. D. Mantegazius nostras rationes aliquo idoneo argumento elidat.* Statimque pro argumento tuo *Achilleo* adiungis testimonium Strabonis de *Samanaeis* ex l 15. Sed miseret me tui, *Sophe* mi pulchre, qui in eo Strabonis loco non intellexeris, ex Samanaeorum sententia *mundi* primordium esse *aquam*, & aquam quidem *aeternam*, uti Graeci illi, de quibus ibi etiam loquitur Strabo, sentiebant; quod ex Moshemio in laudata saepe dissert. Tom. II. Cudworta adiuncta scire poteris. Quin & Samanaeos cum Manichaeis in pluribus convenisse, tibi, si audis, mox dicet Auctor Encyclopaediae Gallicae. Cetera, quae extra chorum canis, inepta sunt, nec ad rem propositam spectant.

Praeclarum est *P. Marci a Tumba* testimonium a te adductum p. 172. in eosdem Cod. Borgianos verbis hisce conceptum: *Molti gentili sostengono, che l' acqua è eterna; perciò dicono, che nel principio il Dio* Naraen (Visthnu) *spirito supremo notava sopra l' acqua, lorchè dal suo umbilico uscì un fiore di Ninfea, e da questo fiore uscì il Dio Brama per creare il Mondo.* Confer haec cum *Abrahami Rogerii narratione*, quam paullo ante referebat Moshemius. Quid tu ad haec? *falsum*: continuo clamas. Sat nempe tibi est *pro ratione voluntas*. Nodom ita secas, non solvis. Praeclare, mi Sophe, iam tibi plaude. Nam plura, quae huc adferri a me possent, ut brevitati consulam, praetereo.

## ERROR III.

## BRAHMANUM

*De duobus contrariis, coaeternisque Manichaeismi principiis ante & post Manetis aevum.*

Si vellem singula loca, quibus, Tu, magnifice Sophe non Brahmanas tantom, sed & Magos Persarum a Manichaeismi labe te purgasse, & me ad incitas redegisse iactas, examini subiicere, immensi laboris, & longissimae disputationis provinciam subire sine caussa cogerer. Paucis itaque tecum congredi, in animo mihi est. Ac principio quidem eo artificii tui fraudes dirigis, ut veteri more tuo a scopo, & instituto quaestionis aberres, perpetuoque diffugias. Pag. 193. & seqq. in Codd. Eminentissimi Card. Borgiae, postquam de *Oruma*, *concordia*, & *Abrima*, *discordia* ex Samscrdamico penore plura dixisti, *Oruma*, subiungis, & *Abrima*, *concordia*, & *discordia*, *seu concordia discors*, *omnis generationis principium & indicorum philosophorum placitum est, de quo etiam Ovidius Metamorph. lib. 1...* Scilicet oblitus es Platonis, qui hoc principium multo ante & Ovidium & Indos tuos in Timaeo tradiderat, sed sine dispeodio materiae Deo coeternae. II. Persarùm Magos p. 195. duo posuisse principia, (quae tamen bene notari iubes, *non esse* suprema, *sed generationis principia*) *bonum daemonem, & malum*: alterum *Iovem* (lucem, *Oromazan* dictum, alterum *& Pluto-*

regressum mihi fuisse cognorim. Deo tamen propitio atque fa-

*tonem* tenebras.) Ariolaris, Sophe; & heic mutas summum bonum, & summum malum cum principiis generationum, quae ad unitatem redigi possunt. III. Recitas testimonium Diogenis Laertii In Prooem. num. VI: *existimant alii duos esse Deos quasi contrariis deditos partibus ut bona alter, alter mala opera conficiat. Alii eum, qui est melior, Deum, qui deterior est, daemonem dicunt, in qua sententia fuit Zoroastres Magus .. Is ergo Zoroastres melioris nomen Oromazan, peioris Arimanium perbibuit. Addiditque hoc enunciatum de rebus sub sensum cadentibus*, (non de duobus summis principiis) *illum maxime similem luci, hunc tenebris, & ignorationi. Medium horum esse Mithram*,, Eo absoluto continuo clamas. *Heic saltem victas des manus noster censor Manes impostor ... Samscrdamicae linguae imperitus Philosophiam Brahmanicam non intellexit, eaque prorsus diversa est ab ea, quam censor Indis affingit. Ubinam hic duo summa principia? Quomodo ea in Indiam intulit Manes, quando tam planum, & perspicuum est, haec principia* concordiam, & discordiam *in rebus naturalibus, & moralibus longe ante Manetem inter Brahmanicae doctrinae placita obtinuisse?* Cicero, Ovidius, Clem. Alex. Diogenes Laert, Plutarchus, *qui haec de Persis, & Indis longe ante Manetis praedicationem scripserunt, referunt*. Eugepe, mi dulcissime Sophe! Me iam expugnasti. Tuum cane epinicium.

Ast locum, heic mihi obiicis ex Plutarcho, quo nusquam ego in Alphabeto Tibetano ad ostendendum Manicheismum Indorum sum usus. Pag. tantum 80. ipsis fere verbis a Cl. Praesule Philippo a Turre acceptis, *Mithram* dixi a Plutarcho appellari μεσίτην *mediatorem inter duos Deos, bonum, & malum*. Quod mehercule, nil plane facit ad Manichaeismum Indorum. Sed quando ad hunc Plutarchi locum me vocas, te sequar.

Primum itaque, dic mihi, quaeso, quis tibi ex Indicis deastris suggessit longi huius testimonii verba sub Diogenis Laertii nomine proferre? An id ille fecit, ut tu mihi aut insidias ad me decipiendum strueres, aut inquirendi divinandique laborem, & sollicitudinem adderes? Sunt enim vero haec non *Laertii*, sed *Plutarchi* verba ex Tom. I. p. 369. *de Iside, & Osiride*. Vide tamen, ne in tuum caput recidat totus *Plutarchiani* testimonii ictus. Nemo eruditorum ignorat, quantae auctoritatis sit celeberrimus Anglus *Cudwortus*. At is in laudati Plutarchi loco expressas Imagines utriusque *boni*, & *mali* Numinis a *Manete* fictas, & delineatas cognoscit. Nam cap. 4. §. 13. System. Intellect. p. mihi 230. edit. Ien. an. 1733. in haec verba scribit: *diu ante quam hi* (Manichaei) *existerent, ex ipsis multorum Deorum cultoribus fuisse, quibus eadem placeret sententia, satis cognitum, & exploratum est. PLUTARCHUS Chaeronensis, qui tot rem moralem monumentis illustravit haud dubie amplexus est eam ... lib. de Iside, & Osiride*, Et p. 235. recitatis item ex l. de Is., & Osir. iisdem ipsis verbis, quae tu attulisti, affirmat *Plutarchum in suam* illam sententiam de duobus Diis *Oromasde*, & *Arimanio*, trahere voluisse *Zoroastrem*, *Persarum Magos*, aliosque magni nominis Graecos Philosophos, immo, & ipsum Platonem. Habes ergo, iudice Cudvvorto, in eo Plutarchi testimonio quicquid is, pari cum *Manichaeis*, qui post id temporis ex orci tenebris emerserunt, sententia de *duobus coaeternis*, *sibique invicem contrariis* Diis, firmissime cogi-

ta-

favente redii tandem, & iam salvus in litore debitum ei

mm 2 vo-

tabat. Et tu inde tibi magnos de me polliceris triumphos, unde non nisi ignominiam expectare possis? Imitari saltem debebas industriam, & ingenium Cudvvorti, qui licet p. 336. confirmare pergat in cit. testimonio Plutarchi *Manichaeismum* aperte exprimi, *Zoroastrem* tamen, & *Magos* ab hoc crimine vindicare modis omnibus suscepit. Ibi vir doctissimus, obiicit sibi *Plutarchum nonnullosque alios, qui Zoroastrem veteresque Magos duo naturae totius principia, bonum, & malum, lucem, & tenebras, malumque quemdam ex aeternitate Daemonem Deo summo adiunxisse, idest, idem, quod PLUTARCHUS, atque MANICHAEI deinceps senserunt, docuisse*. Idque Cudvvortus facile concedit, etsi causam suam, non inde deteriorem fieri posse existimet; quippe qui Zoroastrem & Magos eius fuisse sententiae censeat, ut ii uni Deo bono subiicerent omnia, quin malus contra in conatibus suis procedere posset. Ponit deinde illos, uti probabile ipsi visum est, statuisse mundum fuisse compositum ex *commixtione* mali, & tenebrarum cum bono & luce; & ideo, ut de istiusmodi boni & mali copulatione aptius philosophari possent, formam, & habitum personae utrisque imposuisse, *bonum Oromazdem*, *malum Arimanium* vocantes. Tandem animadvertit, Magos hosce ex eorum *oraculis singilatim* agnovisse inter homines versantes *bestias*, & *Canes terrestres*, quos *daemones* sub uno Principe, & capite, qui ὁ πονηρὸς δαίμων περσῶν *malus*, *Persarum* daemon, quasi Christianorum diabolus, *absolute* nuncuparint. Addit *Arimanium*, *Haden*, & *Plutonem* fuisse appellatum, *tertiam nimirum triplicis, quam sibi fingebant animo Persae, divinitatis personam*. Moshemio non omnia haec *Coudvvorti* dicta arrident; & *Arimanium*, *Haden*, *Plutonem* a *Plutarcho* appellatum censet eius, & ceterorum graecorum vitio, qui proprios Deos cum Diis Persarum ac barbarorum re, & nomine confundere solebant; & ideo Arimanium fuisse *Plutonem* a Plutarcho minus apte vocatum. Quin & de Themistoclis effato, quo Cudvvortus ipse utitur, observat Moshemius, in p. eiusdem libri 335. ARIMANIUM, *pro malorum omnium Parente, & Rectore a* Persis *fuisse habitum*; nec patitur, ut eum Cudvvortus *tertiam* Persicae Trinitatis personam appellet.

Ceterum ea est *Moshemii* sententia, cui & ego non sine caussa subscribendum putarem, ut non credatur *Plutarchus* binos statuisse deos, alterum bonum, alterum malum aeternitate ac potestate pares, perpetuoque bello inter se dimicantes, cuiusmodi sunt Dii duo Manichaeorum, sed varias tantum antiquiorum Philosophorum opiniones, quibus originem mali a Deo removere, & in caussas alias refundere studuerant, retulisse. Immerito proinde accusari Plutarchum, quod Graecos omnes, maxime vero divinum *Platonem* in eam quasi suam de duobus contrariis diis sententiam adducere tentarit. Huiusque criminationis offendiculum ex confusione rerum, & opinionum, quae in hoc argumento tractando non recte exponuntur, oriri putat. Ad hoc itaque incommodum avertendum, *Moshemius*, Assertores omnes *duorum principiorum in duas maiores familias* dividit. *Primam*, inquit p. 284. *occupant illi, qui Deum, & materiam ex omni fuisse aevo decernunt. Secundam illi conficiunt, qui praeter materiam, aliam cogitatione fingunt naturam, unde quae vi-*

votum solvo, atque etiam gratias illi quantas maxime pos-

*vitium habent, universa proficiscuntur, atque tria icciroo . . . principia introducunt, Deum, vitiosam naturam, & materiam. In qua quidem sententia . . . fuerunt Gnostici, & alii multi*, sic ille.

At ne quis erret in Nomine *vitiosae naturae*, hanc ego eamdem esse puto ac *materiam aeternam animatam, & formatricem* corporum, uti ea est, quam *Manes* describit in ep. *Fundam.* apud S. Doctor Augustinum.

Missa *priori divisione, in secunda primo loco Mosbemius* eos collocat, qui binos Deos omnino pares, sibique aeternum adversantes, agnoscunt, quales sunt MANICHAEI.

Hi tamen recte *Fausto* admonente, ut est l.xxi. apud Augustinum contra eumdem cap. IV, *non duos deos, sed bonum* tantummodo DEI nomine appellabant: nam malum *Hylem, materiam* vocabant. *Est quidem*, ait Faustus, *quod DUO PRINCIPIA confitemur, sed unum ex bis Deum vocamus, alterum* Hylen: *aut ut communiter, & usitate dixerim, DAEMONEM* . . . Cui Augustinus, quod Moshemio observandum erat, sic statim occurrit: *Cito videtur Faustus se defendisse, cum* ait: non dicimus duos Deos, sed Deum et Hylen. *Porro autem cum quaesieris, quam dicat* Hylen, *audies plane describi alterum Deum. Si enim materia informis corporalium formarum capax ab eis* Hyle *appellaretur, quae appellata est ab antiquis*, (Poetis praesertim,) *nemo eam nostrorum coargueret dici Deum. Nunc vero quantus error est, quanta dementia, vel materiam corporum dicere opificem corporum? . . . Quolibet eum* (opificem alterum) *nomine vocitetis, recte dicimini errore vestro* Deum *alterum inducere*. Erant & haec, mea quidem sententia, Moshemianae *Manichaeorum* classi adiicienda.

*Secundum* illis *assignamus gradum*, scribit Moshemius, *qui malum illud principium ex omni quidem fuisse aeternitate iudicant, at Deo tamen summo potestate et robore multum concedere volunt. Hi Deum bonum victoriarum multitudine deum pravum et malignum non modo superare, sed etiam fore aliquando tempus volunt, quo malus ille deus prorsus a bono conteratur, et deleatur*. Hanc Aegyptiorum olim, modo vero *multorum Orientalium Populorum* sententiam esse Moshemius tradit. Sed uti absurdum, quodque non satis intelligi possit, *Mosbemius* habet huiusmodi dogma, quo ponitur, ut destrui tandem et exstingui queat „ *principium malum*, quod *per se et necessario, ex infinito tempore*, ab aeterno, scilicet, fuit. Mihi vero eadem propemodum videtur ac Manichaeorum opinio. Nam et ii de *potestate multum concedere* visi sunt *Deo summo*, eique *Bono, qui* (Lib x. Augustini contra Faustum) *super terram tenebrarum, ubi numquam fuerunt, nova secula construxit*: qui inito *bello, adquisivit de victoria latitudinem regnandi, qui victo inimico, super terram alienam* (tenebrarum scilicet,) *crescere voluit Regnum suum*. Ipsemet *Fortunatus Manichaeus* in publica disputatione cum Augustino: *contrariam naturam*, (aperte fassus est verbis hisce:) *virtute Dei vinci hodie quoque confiteor?* Quid, quod denique Manichaei profitebantur, Principem mali omnis auctorem in fine seculi post *conflagrationem Mundi in globo tenebrarum*, & sempiternae damnationis vinculis futurum? Ob hanc igitur caussam nescio, cur *Mosbemius* Aegyptios, & Orientales

possum, indesinenter agere non cesso: simulque veniam
tam

tales illos, Indosque populos, de quibus heic loquitur, collocare dubitet in eodem primo ordine, in quo iam posuit Manichaeos.

*Tertium ordinem ducunt, qui unum Deum summum concedunt, at huic binas subiiciunt naturas praestantissimas, quarum altera bona, quae fiunt efficiat, altera pravis omnibus caussam, & originem praebeat.* Alii *duo* haec boni & mali principia ab eodem summo Deo per *emanationem*, alii per *liberam* eius voluntatem condita putarunt. Sed qui ex libera Dei Creatione repetunt, in duas rursus sententias circa *malum* abeunt; alii enim tale ab initio creationis semper *malum* fuisse volunt, quod impium est, alii vero bonum & ipsum fuisse a Deo creatum, sed *malum* se fecisse propriae voluntatis arbitrio, uti est *Caeodaemon* christianorum. Hi sunt, boni malique auctores, quos *Genios*, aut graeco etiam nomine, *daemones* nostri dixere Latini. Atque hanc de geniis hisce bonorum, & malorum omnium in orbe condito auctoribus sententiam antiquissimam apud universas gentes fuisse opinatur Moshemius, eamque natam potissimum coniicit ex gestis non bene intellectis *protoparentum humani generis*, quos *maligni genii astutia*, ut primorum Patrum traditio ferebat, decepit. Quum enim plerique hominum huius germanae historiae, immo & summi illius Numinis universarum rerum conditoris fuissent pene obliti, binos hosce genios, quos *Deo Principi subiecerant veteres, sic spectare coeperunt, ac si ex se haberent omnia, nec u'lius potentiam, & leges venerarentur.*

*Quartum* nunc *locum* utpote *tertio finitimum*, dandum putat Moshemius *Graecorum, Aegyptiorum, aliarumque Gentium Poetis, qui Deos, ad quos vel bona, vel mala omnia referunt, in illis numerant Numinibus, quae ex Chao, aut hominibus genita, & nata esse canunt.*

*Quintam classem constituunt, qui Animam quandam in materia reconditam omnis mali culpam esse volunt. Hic* Platonem *non sine caussa a Plutarcho aggregari, demonstratum a nobis arbitror*, ait Moshemius. *Favent eidem Numenius, Atticus, & alii: quamquam . . . in binas scissi familias*, quorum sententias mox adfert.

*Ad Zoroastrem, & Persarum Magos*, quod attinet, *Mosbemius* p.249. observat, *Pocokium*, & *Hydeum* Arabas quosdam scriptores, qui Magos *ante Zoroastrem duos aequales Deos* agnorint, proferre. Post Zoroastrem vero Persicae Religionis Reformatorem, plerosque esse docet, qui *duos* Persas coluisse *Deos aeternos, seseque ipsis existentes*, bonum unum, alterum malum, affirment: Alios vero agnovisse *Deum unum summum*, cui *duo inferiora Numina* tamquam ab eo condita, subessent; alios tandem uni pariter summo, veroque Deo honorem cultumque detulisse, sed cui adiungerent malum genium, christianorum cacoaedaemoni quasi similem. *Mosbemius* secundam adoptat sententiam; sed eam ad Zoroastrem, & ad Magos *Syncbronos* restringit. De posteris enim qui plura Zoroastris placita aut neglexisse, aut immutasse creduntur nihil dicit. Quid si aliqua Magorum pars aut constans in vetustiori gentis errore perseveraverit, aut eum ex integro restituerit? Nam Mosnemius sub fin. pag 249. cum Hyde testatur, *sectam esse dualistarum inter Persas, quae bina sibi Numina aequis viribus praedita, & ex seipsis existentia placanda sibi ducat*. Hanc forsan, utpote Vulgarem popularemque adoptare consulto

tam longae aberrationis meae abs Te , benigne Lector ; imploro .

Quam-

to studuit Manes , ut infra iterum audies .

Quam aequo animo haec accepturus sis ex calamo *Mosbemii* , ego quidem ignoro . At certe ingrata magis tibi fuissent ea , quae ille scribit de *Baccbo* , de *Sebasio* , de *Mithra* , de *Arimanio* , deque aliis , quos ex mortali hominum conditione, antiquissima Persarum *apotbeosi* , in Solis sedem , & Deorum honores evectos praedicat . His tamen aequo , ut reor , consilio , ex Moshemio delibatis ad te iterum me totum converto .

Aio igitur nemini improbabile visum iri debere , si Magi sive Persae , sive Indi post Zoroastris fatum impiam de duobus coaeternis Diis *bono*, & *malo* adoptarint . Non solum enim *Mosbemius* ; sed & Cudvvortus multa a Magis eius sententiis , scitisque adiuncta diserte testatur .

Negas tu , apud Indos *Dei mali* , supremi , ac sempiterni mali omnis principii,cultum fuisse umquam receptum , & adoptatum , quod Gens illa universa unum bonum supremumque Numen *Parabrabma* nuncupatum semper agnoverit ? Esto . Sed si non tam rem,quam ipsum *Parabrabmae* nomen mihi opponis , quid aliud est *Parabrabma* , nisi nomen ex graeca praepositione παρα , & *Brabma* Indico compositum , quod simpliciter *Suprabrabma* significat ? At eum , etsi tamquam Deum summum verbis mire sonantibus, & summis,ut aiunt *in abstracto*,laudibus celebrent Indi,nullo tamen cultu, nullis precibus , nulloque sacrificio , quod uni Deo debitum , sacrumque est , honorant , eo inani obtentu , quod quum , ἀόρατος *invisibilis* , nulliusque figurae sit , illius divinitas lateat, neminique proinde conspicua esse queat . Unum illius colunt carnalis , materialisque generationis lingamicum , ignominiosumque portentum , in quo creationis opus aggressurus se conspiciendum obtulit . Attamen non omnium rerum Deus is materialis creator est , sed trium tantum Deorum *Brambae* , *Visbnu* , & *Isuren*. quos veluti per *emanationem* , & προβολὴν *probolem* , ex masculo suo femininoque sexu protulit . Nihil propterea in mundo *visibili* supremus Deus tamquam Creator huius aspectabilis Universitatis condidit umquam .

Quamquam de hoc Deo Creatore magna inter recentiores Brahmanes sententiarum varietas sit . Hunc Shivenitae Sbivam , sive Isburen esse volunt ; ut Vishnuitae *Visbnu* . Sed si ego te audiam, nullus eorum sub hisce nominibus creator est ; nam eorum loco *terram aquam* , & *ignem* cum *Amarasbina* tua tu ponis . Hoc vero pacto insanos , & mente captos facis Brahmanes tuos omnes , quos vel tribus hisce elementis coniunctim , vel seorsim eorum singulis vim & potestatem creandi a supremo numine concessam velis . Quisquis enim materiam *creatricem* dicit , eam , teste Augustino , Deum esse dicat necesse est . Non igitur Brabmanibus , sed tibi uni totum hoc paradoxum tribuendum est . Huius tu quoque absurditatem sensisse visus es , ubi *Brabmam terrae : Vishnu aquae* : & *Isuren ignis* protectores dixisti . Si autem *terra* , ut tu ante statueras , *Brabma* ipse est , *Visbnu aqua* , *Isburen ignis* , *Brabma* igitur , *Visbnu* , & *Isburen* sub tutela , & protectione sui ipsorum esse dicendi erunt , quod quam ridiculum , & iocosum sit , nemo non intelligit . Quin etiam *terram* eamdem facere cum *Brabma* Creatore impium perinde est ac *Ovum* pri-

mi-

Quamquam & aliae non desunt caussae, quae me li-

migenium cum eodem Creatore confundere. Alterum hoc Indi Bananienses docuisse traduntur, at primum tu nunc restituere velle videris. Nam tuum hoc figmentum de *terra-brahma* inter tot alia, quae me legisse memini apud Indicarum rerum scriptores, sub oculos mihi numquam venit. Consule Alph. Tib. a p. 99. ad 221.

Jam vero hi dii tres ante initium Creationis mundi aspectabilia a *Dei supremi* natura in sexum masculo femininum explicata, ut hodie a Brahmanibus traditur, emanarunt. Iis & Creationis, & Conservationis, & Destructionis mundi potestas ab Ente illo supremo, uti eam posuimus, commissa est. Ille interea Deus Maximus in Orbe hoc sensibus obnoxio nihil omnino agit, uti observatum iam est pag. 95. Alphab. Tibetan. Inde tu argumentaris, *Deos duos, quorum meminit Plutarchus, esse genios, non supremos, nam Indis unus est solus supremus Deus Parabrbama*. Quid vero? Tu certe, dum haec scribis, multipliciter erras.

I. Putas Plutarchum de Diis Indorum agere, qui totus est in Diis Persarum celebrandis. Mithram enim laudat, qui certe Deus erat Persarum, non Brahmanum, neque Indorum. Nihil igitur est, cur heic *Parabrahma* Deum obtrudas, qui alienus est a Persarum religione, nec quicquam facit ad duos supremos Deos, boni & mali auctores, de quibus Plutarchus loquitur, excludendos.

II. Deterius erras, ubi verba illa *μάλιστα τῶν αἰσθητῶν*, *de rebus maxime sub sensum cadentibus*, ita accipis ac si posita essent ad excludenda *duo summa principia*; quo nihil a vero magis alienum. Sunt enim verba Plutarchi illis, quae Porphyrius in vita Pythagorae scripsit, plane similia: *Deum, uti ex Magis* (Pythagoras) *cognoveras, quem Oromasden illi vocant ἐοικέναι τὸ μὲν σῶμα φωτὶ τὴν δὲ ψυχὴν ἀληθείᾳ similem fuisse, quoad corpus lumini quoad animam veritati*. Attribuebant scilicet Magi *Deo bono* Oromasdi *corpus* & *animam*: secundum corpus similem appellabant *lumini*; & id plane est quod Plutarchus ex Magorum sententia insinuare voluit. Res est, ait Moshemius, captu *difficilis, quid in Deo corporea, quid incorporea sint, et qua ratione haec veritatem, illa lucem referant*... Sed *interim ex hoc loco, Magos Deo corpus & animam attribuere disco, quod & alios fecisse non ignotum est*. Ne ergo ob hanc caussam in Plutarchi testimonio a te falso sub Diogenis Laertii nomine producto, in Orosmaide, unum mihi supremum Indicum *Parabrahma* Deum corpore animoque destitutum spectandum offeras, sed talem, cui Deum *Arimanium*, aeque *supremum* in genere mali, comparare necesse sit.

III. Erras etiam, dum putas *Parabrahma* in mundo aspectabili haberi tamquam supremum Deum ab Indis, quorum iudicio nihil omnino sive boni, sive mali agat, nec ab eis usquam colatur, & adoretur. Non is itaque est Deus summus auctor boni, quem Indi opponunt Deo mali omnis auctori; immo nec ille est, quem uti Creatorem Deorum trium inferiorum sub aspectu visibili *masculo-feminini sexus* enunciant; nihil enim praeterea & ille in mundo agit; sed alter eorum trium, quem alterutra sive *Vishnuitarum*, sive *Shivenitarum secta* sibi delegerit.

IV. Itaque non *Parabrahma*, sed aut *Vishnu* aut *Ishuren*, (eiusdem cum summo Deo, a quo emanarunt, substantiae) Deus ille bonus est, quo-

cum

liberali excusatione tua dignum reddere queant, si forte nimis

cum perpetuo *pugnat Deus malus* sub *tenebrarum*, & *gigantum principis* aenigmate in sacris Brahmanum fabulis indicatus;eodem fere modo, quo a *Manete* in epistola fundamenti apud S.Doctorem Augustinum,ut in superioribus iam tradidimus,tamquam materiae animus & rector repraesentatur. Quamquam ipse etiam *Parabrahma*,quatenus per explicationem sexus se *visibilem* reddidit, Deus ille summus, et bonus, qui in *Brahma*, *Vishnu*, et *Ishuren* cum Deo malo pugnet, dici rectissime possit.

V. Erras postremo, dum trahis ad Indos verba Plutarchi, quae ab eo dicta sunt de solis Magis Persarum; quod tu etiam ante fassus es, ubi de eorum herba *omomi* agebas. Sed de Plutarchi sententia vide quae supra ex *Moshemio* attuli in Not. ad Cudvvortum.

At veniamus ad consectaria, quae Tu ex universo illo *Plutarchi* loco, alias per imposturam tuam adscripto Diogeni Laertio, deducis; & videamus in quo stet caussa triumphi, quem de me te tulisse tam audacter gloriaris.

I. *Manes impostor*, ais, *cui censor Indicam omnem religionem adscribit*. Siste: nam *vulpes pilum mutat*, *non mores*. Nonne & heic novam tu mihi revera imposturam affingis? Dic,per fidem tuam,ubinam ego Maneti *Indicam religionem omnem adscripsi*? Quinimmo contra semper cum *S. Ephraemo* aliisque probis scriptoribus dixi, Manetem *princeps* haereseos suae *caput* ab Indis Brahmanibus accepisse. Nec aliud certe Manes moliri tentavit, quam Brahmanum errores confirmare, & augere, confirmatos vero & auctos coniungere cum dogmatibus a se partim excogitatis, & partim corruptis, ac depravatis Christianae religionis; non quidem per se; neque enim in Indiam usque penetrasse legitur; sed per discipulos suos, vel ope librorum; quorum ipse fuerat auctor.

II. Manes,addis,*Samscrdamicae linguae imperitus philosophiam Brahmanicam non intellexit*. Haeccine tu? Sed si quid argumentum tuum valeret, peraeque probaret, neminem Graecorum, Chaldaeorum, Aegyptiorum, Syrorum, Sinensium, Iaponensium, Persarum Philosophiam Brahmanicam cognovisse; quia eorum nemo, qui linguam Samscrdamicam calluerit, compertus, cognitusque est. Nutaret ita, te indice, testimonium Strabonis de consonantia Samanaeorum cum graecis multis in philosophiae placitis; quod a te tamen mira cum tui approbatione receptum alibi est. Sed cur heic linguae Samscrdamicae peritiam in *Manete* requiris, quasi is esset, qui cum Bramhanibus in Philosophicis doctrinis ex sacra eorum lingua sermonem habiturus esset? Haec tibi tuam ad libidinem fingis. *Manes*, qui nunquam Brahmanas, quod sciam, in Indiis convenit, sacra eorum lingua non eguit. Sat ei erat vel Graeca, vel Syriaca, vel Palmyrena dialectus, vel una certe *Persica* vetus, quam tu ex Samscrdamica natam persaepe affirmas. Verum huc pertinent Libri IV. Brahmanum lingua conscripti, quos Scythianus ex India detulit, & quibus in Syriacam, vel Persicam linguam transfusis, *Manes* ad haeresis suae venenum hauriendum usus est, uti iam in defensionem doctissimi Praesulis Simonis Assemani contra Beausobrium scripsi in Alphab. Tib. pag. 292. Quae si tibi observata fuissent, non ausus forsan fuisses ignotam *Maneti* dicere Samscrdamicam linguam.

III. *Philosophia* Brahmanica pror-

Digitized by Google

nimis in longum, quam par esset, meum hóc, alioquin in-
n n feli-

*prorsus diversa est ab ea, quam Censor Indis affingis. Ubinam hic* (in recitatia scilicet Diog. Laertii aliorumque testimoniis) *duo summa principia*? Ubinam, quaeris? Ibi, inquam, quo me revocas, ad Aristotelis nempe locum, quo ait apud Laertium, δύο posuisse ἀρχὰς, ἀγαθὸν Δαίμονα, καὶ κακὸν Δαίμονα, *duo principia, bonum daemonem, & malum daemonem*. Scio locum hunc dubium esse. Cicero digitum huc intendit, ubi in lib. de universitate haec habet: *Reliquorum autem, quos Graeci* Δαίμονας *appellant, nostri opinor latini, si modo hoc recte conversum videri potest; malo enim sic quam daemonem dicere. Quamquam enim latius patere quodam modo daemon videatur, non dubito tamen quin melius sit larem, quam daemonem vertere, ut sit species pro genere*.

Ecquid ex tam incerta Tullii sententia colligere vis? De duobus peculiaribus geniis bono, maloque agi? At licet heic dubio plane sensu sic accipi posse dicat, fatetur tamen nomen ipsum Δαίμον per se latius patere, & genus ipsum universale significare. Missa ergo auctoritate Ciceronis, qui ex opinione & coniectura se hunc locum interpretatum esse testatur, adisis Plutarchum, qui de duobus *diis bono*, & *malo*, aeternis, hanc Magorum sententiam ad exemplum Manichaeorum protulit. De his *Hyde* de Rel. Vett. Pers. c. 21 scribens p. 287. ex *Tollio* ait: Manes *Empedoclis opinionem amplexus dicitur duo rerum pugnantia inter se principia statuentis*, φιλίαν, καὶ νῖκος, *Amicitiam, & Contentionem. Verum rectius a Persarum Magis ea accepisse videtur, qui* Ἀγαθὸν Δαίμονα, & Κακὸν Δαίμονα *statuebant*. Genios tu interpretatus es *duo haec principia* in eum fere modum, quo apud Christianos, *bonus*, & *malus* Angelus, alter custos, alter tentator, & seductor appellabantur. Sed longe alia mens erat & sententia Magorum apud Persas, qui, ut iam a Plutarcho audivimus *duos Deos. bonum unum, malum alterum vocabant*. Ex his tamen Magis alii erant, qui unum tantummodo *bonum*, *DEI* nomine appellabant, *malum* vero Δαίμονα, *daemonem*, sed *coaeternum* Deo bono, eique in *malo* sive physico, sive morali efficiendo aequalis potentiae.

At praestat compendio rem agere. Argumentum enim adeo amplum est, atque diffusum, ut nonnisi longissima disquisitione tractari exposcat.

M. JO. CHRISTOPHORUS WOLFIUS pag. 66. *De Manichaeismo ante Manichaeos*, postquam multa protulit de Magorum sententiis in caussa, qua de agitur: *Totam hanc*, inquit, *de Persarum Magis, erroris huius patronis, tractationem claudat Thomas Galei locus in not. ad Iamblichum, Magorum omnes sectas, & disputationes omnes constat versatas fuisse in astruendis duobus* (bono & malo) *principiis*. *Imo* Herbelotus pag. 931. Bibl. Orient. *observat, Tarikh Montekheb monere, quod Zoroastres, auctor sectae Magorum, primus fuerit, qui doctrinam se duobus omnium rerum principiis introduxerit. quodque cognomen Megiousch, quo appellatur, ab Arabibus corruptum sit ex persico* Mekhousch, *quod significat acerbodulcem. propter duo principia, bonum & malum, quae admiserit*.

Huic adde BEAUSOBRIUM, qui quanto iniquius Augustini gloriam in pugna adversus Manetem, tanto etiam acrius, et dolosius impia Manetis dogmata extenuare, ac demoliri studuit. Tria lib. II. cap. 2. H. M. Beausobrius exsequitur.

I. Ponit Magorum Persarum Systema Philosophicum in *eo*

felicissimum, opus distuli ad umbilicum perducere. Non li-

eo fuisse situm, ut duas agnoscerent substantias coaeternas, alteram, quam *Deum* in omnis boni ditione imperantem, alteram, quam *materiam*, motus tamen, sensus, & perceptionis compotem, atque Principe, seu *Capite* sibi innato animatam, adeoque & in mali omnis regione dominantem, nuncupabant. Hoc Magorum Systema satis accurate a Graecis praesertim vero a Plutarcho, ut est in recitato l. de Is. & Osir. descriptum approbat; & quamquam ibi *duo Dii, bonus unus*, & *malus* alter a Plutarcho dicantur, observat tamen solum omnis boni auctorem a Persis *Dei* nomine insigniri, mali vero caussam *δαίμονα*, *daemonem* nuncupari; domestica vero Persarum lingua illum, utpote boni lucisque fontem *Ormizdau* hunc vero tamquam mali tenebrarumque originem *Arimanium*. Pluribus consequenter agit de originatione horum Persicorum nominum, & quid ea proprie significent ex variis eruditorum sententiis exponit.

II. Refert deinde, quin tamen approbet, nonnullos recentiorum Arabum reperiri, qui tradant, *originales* Persarum Magos *duo haec principia non agnovisse* Laudat ex Hyde testimonium *Shahristâni* tum de primo Mago originali *Ceiomarath*, d'Herbeloto *Caiumarath*, quem alii *Adam*, alii Noe fuisse putant, tum de *secundo*, qui Magnus *Zaruan*, *Zeruam*, aut *Zaruam*, vel *Zarovam* nuncupabatur. & a quibusdam pro *Noe*, ab aliis pro *Abrahamo* habebatur. Sed ut mox Beausobrius admonet, non omnes Arabes de istorum originalium Magorum orthodoxia parem cum Shahristânio opinionem gerunt. Nam *Ibn Shana* apud eumdem Hyde de *Ketomarath* testatur, eum, ut & ceteros illius successores, *Duo* principia ad tempora usque Zoroastris firmiter sustinuisse. Unde *Pocockius* post *Abulfedam* scribit, omnes Persarum Magos doctrinam de duobus principiis firmiter retinuisse, nec inter se dissensisse, nisi in una illa quaestione, an duo ista principia coaeterna essent?

III. *Exponit* praeterea doctrinam *Zoroastris* exordium sumens ex Tom. I. *Hist. des Iuif.* Tom. I. p. 398. *Prideaux*, qui retulerat, hunc Religionis Persarum Reformatorem, quum reperisset Magos addictos sententiae de duobus summis, coaeternisque *principiis*, eum auctorem fuisse, ut unus supremus Deus, tamquam unicum principium a quo *lumen*, & *tenebrae*, unde omnia in mundo ex eorum mixtione essent statuerentur. Hoc pacto Zoroastres docebat, Deum creasse tantummodo *lucem*; *tenebras* vero, sive *malum* instar *umbrae* fuisse secutum *corpus*; adeo ut *malum*, per accidens ex bono natum, mera esset & nuda *privatio boni*. Pulcrum *Prideauxii* inventum visum est *Beausobrio*; sed uti novum & nuper excogitatum illud admittere recusat; immo & ei opponit scriptores, qui de Orthodoxia Zoroastris, non aeque, ut *Prideauxius*, sentiant. Sicque d'Herbelotum continuo adfert, & illius testimonio de *Melkhuseh. acerbo dulce*, systemate, quod paulo ante a Wolfio audivimus, recitato, *Zoroastrem* ostendit vadem fuisse & sequestrum *duorum principiorum*.

IV. Expendit dicta τοῦ *Ibn Shana de duobus diis*, altero æterno, altero secundum Zoroastris sententiam, *creato ex tenebris*; eumque castigat, quod duos Deos ex ore Persarum, & Arabum appellarit; qui tamen sic recte dicti, & explicati fuerint a Plutarcho secundum graecos, qui *Deos beneficos*, & *maleficos* agnoscunt.

V. Pergit porro, & ceteris testimoniis eiusdem *Ibn Shana*, ex Arabum sententia prolatis, refert, *omnes antiquos Magos duo principia coaeterna, intelligentia, & energetica, unum bonum,*

Digitized by Google

licuit mihi suscepto labori alia impendere temporis spatia,

nn 2 quam

*num*, alterum *malum ad* Zoroastrem usque docuisse. *Post id temporis vero* Zoroastrem *tradidisse*, ait, *unum esse Deum duorum principiorum Luminis*, & *tenebrarum creatorem: Bonum* & *malum: Vitium & Virtutem orta esse ex mixtione luminis, & tenebrarum, sine quibus mundus consistere non potest*; eamque mixtionem tamdiu esse duraturam, quamdiu bonum, & malum redeant ad originem suam in mundum, unde prodierunt. Theodorus Mopsuestenus Zoroastrem appellasse dicit, apud Photium cod. 80., principem *rerum omnium Auctorem* Ζ*ρουαμ*, & rectius ex emendatione Tolii, *αὐγὴν*, *splendorem atque lumen*; qui principes duos subalternos, duasque intelligentias, quarum una omnis boni, altera omnis mali caussa esset, condidit. Ex his Beausobrius colligit, necesse omnino esse, ut secundum verba *Ibn Shana*, & aliorum Arabum scriptorum *tenebrae* ponantur existentes antequam earum mixtio cum *lumine* accideret; quum & mundum suum, in quem denique retrudendae erant, haberent.

VI. Dolet Verba Arabum esse ubique obscura, & implicata; & licet inter ea quaedam sibi lumina satis distincta appareant, reliqua tamen tamquam aenigma habet nonnisi divinatione tentandum. Summam postremo dat systematis Zoroastriani, quae isthaec est, 1. solus Deus creator est *immediatus* mundi spiritualis, *mediatus* mundi stellarum, & Planetarum: itemque mundi terrestris & inferioris, qui per *potentiam* a Zoroastre nuncupatam *voluntatem suam*, ipsiusmet nempe Dei, creatus statuitur. 2. Unus Deus est aeternus; a qua tamen aeternitate non excipitur *materia prima informis*, sed solus *Satanas*, seu *Abriman* in tempore ab ipso Deo creatus ex eadem materia aeterna., 3. ubi dicit Zoroastres apud Hydeum: *Deus creavit lucem, & tenebras, utriusque Auctor unicus*, nomine *tenebrarum* intellexit *Satanam*, *Abrimanium*, non *materiam*; nam continuo addit, *nec ei* (Deo) *referenda* est *existentia tenebrarum*. Tenebrae ergo pro *materia* sumptae æternæ sunt, non a Deo creatae. 4. Inter *quaestiones*, quae in scholis Magorum *Zoroastris* aevo agitabantur, *duae* hae *praecipue erant*. Prima, de caussa mixtionis luminis cum tenebris; *fuitne Deus illius auctor & caussa? Eamne voluit? an vero permisit? si permisis, libere ne, an coacte, & invitus permisit?* Altera quaestio versabatur circa caussam liberationis luminis. Magi quaerebant, qua demum via, & ratione Lux a tenebris separari posset, & liberari ab hoc funesto tenebrarum complexu, quo tenebatur captiva? Auctores ab Hydeo citati uno propemodum verbo referunt responsa *Zoroastris* ad quaestionem priorem. Sunt illa: *Deus ARBITRIO SUO miscuit lucem cum tenebris, quia beneplacito suo voluit condere mundum hunc inferiorem*; quod per sese bonum est; nec fecit, ut particulae lucis *captivae* sint tenebrarum, etsi sine hac mixtione mundus inferior, ac sublunaris condi nequiverit. Quumque latior inde campus Magis pateret ad novas, uberioresque difficultates adversus Zoroastrianum systema gignendas; utpote quo Dei *bonitatem*, *sanctitatem*, & *iustitiam* laedi videretur; observat Beausobrius ab Hyde indicari nova *Zoroastris* responsa, & solutiones, quibus ille Magorum difficultatibus satisfacere curavit. Sed *Beausobrius* nihil liquidi, & perspicui ex his maioribus Zoroastris responsis, se colligere potuisse ingenue fatetur; adeo omnia in sinu densae obscuritatis iacere vidit, ut nesciat, quibusnam vitium tribuat, ipsi-

quam quae ab usitatis meorum munerum curis libera es-

ipsisne Arabibus Auctoribus ab Hyde laudatis, an iis potius, qui eorum dicta in latinum transtulere sermonem. Dat ille tamen quicquid acrius meditando se assequi potuisse confidit. Ac principio sibi suadet, *Zoroastrem* respondisse, *Deum non dedisse proprie existentiam tenebris, sed iis tantum fuisse usum ad Mundi creationem; quippe quae tamquam partes ad eum componendum necessariae concurrerent.* Secundo, *si malum ex mixtione lucis cum tenebris necessario consequitur, non inde fieri, ut malum iptum Deo tribui debeat*; *quia* Deus proprie *noluit malum*, *quod* tantum *ex accidenti & ut UMBRA corpus consequitur. Neque enim qui creat corpus, cogitat de umbra*, licet umbra sit *necessaria corporis* consecutio. Tertio dictum illud Zoroastris ab Hyde commemoratum: *Deus vidit tenebras modo aliquo, sed non realiter existentes, interpretatur materiam primam, vita, motu, ordine, & actione destitutam, tenebras vero* realiter *existentes eandem appellat materiam*, uti *ordinatam, & actione animatam, quando eam Deus cum lumine coniunxit*; unde malum non ex Dei intentione, sed ex necessitate, ex mixtione nempe lucis, quae secum uti umbram corpus, sic lux adversarias tenebras trahebat. Et si Deus vidit quicquid mali ex creatione mundi, & mistione tenebrarum cum luce oriebatur, non ideo tamen tenebatur ab ipsius creationis opere abstinere; quia per se bonum, liberum Deo erat; malum vero erat ex accidenti, & ex vi consequentis necessitatis.

In hac hypothesi systema Zoroastris, ut dicere pergit *Beausobrius*, magis probabile, consentaneum rationi, & Deo dignum videbatur. Non ita tamen, quin aliae quoque sententiae patronos suos haberent. Magi enim erant, ut observat Hyde, in sectas divisi LXX. Omnes conveniebant in astruenda *altanavia, dualitate, affirmabantque pariter duo esse principia, lucem, & tenebras: sed in partes abiisse* videntur, *quod alii principia ista coaeva, idest coaeterna, alii alterum altero posterius*, sive illud aeternum, & increatum, hoc in tempore creatum, *statuerint*, ut cum Pocockio loquitur Beausobrius.

Verum inter ceteras sectas ea, quae *Magutaeorum* nomen sortita est, teste *Sharbistâni* apud Hyde & Beausobrium ipsum, *duo* statuebat *principia aeque aeterna*, sive *duos Deos aeternos, Bonum & Malum: virtutem & vitium, uti & perniciosum: illud Lumen, hoc tenebras, alterum Iezdan Deum, alterum Abreman, Diabolum*, nuncupatum. *Magusaei* vero, ut ex SS. Epiphanio, & Basilio, immo & ex *Bardesane* liquet, sic dicebantur, quod *Magorum placita sectarentur*. Arabes tamen *Magutaeos* appellasse videntur eam *haereticam* Magorum *sectam*, quae a *Zoroastris fide atque doctrina* discesserat.

Ex his igitur *Magusaeis* nempe Magorum secta sub *Cyri* Persarum Regis tempora, & *Zoroastris* aevo, exorta, haeresis suae originem duxit *Manes*, & ipse natione Persa, alias a Suida *Brachman* genere dictus. Inde is duo summa & coaeterna principia *bonum* & *malum*, *Lucem*, & *tenebras*, inter se perpetuo pugnantia accepit. Nec ille, ut tu hodieque somnias, *duo* haec increata *principia* inter Persas invexit; sed ea tantum cum corruptis christianae Religionis dogmatibus in haeresi sua propaganda coniunxit. A Zoroastris vero systemate hac una in parte descivit, quod *HYLEN materiam* formatricem *Principis* tenebrarum omnis mali originem dixerit,

essent & vacua. His accedunt incommoda valetudinis, quae

rit, quum Zoroastres eam quidem *aeternam*, sed non *animatam*, neque *formatricem* voluerit; adeoque a Deo *Bono* ipsum *Principem tenebrarum creatum* docuerit. Viam ita iniit *Manes*, qua suis simul *Persis*, & *christianis* placeret, & utrosque in partes suas raperet, illis duo *aeterna principia*, quae a *secta populari*, uti eam appellat Sharbistani, tenebantur, insinuans, istis christianam religionem, qusmvis mire corruptam, & depravatam, eamque cum duobus illis aeternis *principiis* coniunctam praedicans.

Quid tu? Me repente excutis, & insanis clamoribus aures mihi obtundis vociferans, ut tibi dicam, *an Empedoclis, & Brahmanum de duobus principiis doctrina MANICHAEISMUS sit? an amicitia, & inimicitia, CONCORDIA DISCORS IN ELEMENTIS, Manetis principia sint? scivit ne Manes, quid Oruma, & Arima sit? scivitne quid* Ormuzd, *&* Arimanius fuerit? Haeccine me rogas? At ego tuis hisce in hunc modum paucis reponam: Aut, Sophe, Στοιχεῖα, *elementa* Empedoclis sumis cum Hesychio pro ἀγεννήτοις, *increatis*, *& ingenitis*, & erunt haec Manichaica figmenta, aut non Στοιχεῖα, sed ἀρχὰς inter *Empedoclis* dicta quaeris, & cum *Suida* in voce, Μάνης, *Manes*, invenies statim in *haeresi Manetis* Ἐμπεδοκλέους... δύο ἀρχάς λέγοντος ἀντικειμένας ἀλλήλοις, νεῖκος, καὶ φιλίαν, sententiam *Empedoclis duo dicentis inter se mutuo adversantia principia, contentionem, & amicitiam*. Idem est de *Brahmanibus*. Inimicitia vero in elementis *ingenitis*, *mali*, & *increatis boni*, secum invicem pugnantibus, quid dubitas, quin ipsa duo sint Manichaeismi principia?

Quid item esset *Orama*, & *Abrima*, aut *Ormuzd*, & *Abrima* nemo melius norat, quam *Manes*. Ormuzd, aut Hormuzdan, vel Hormizdan Dei boni, & lucis, ut & Ahriman mali ac tenebrarum nomina, erant in antiquissima Persicorum Magorum familia, in qua *Manes* educstus fuerat, solemni ritu iam inde a pluribus seculis recepta, & usitstissima. Et de his tamen tu dubitas, an ea *Manes*, qui haeresis suae molem super illa erexit, probe cognorit? Confundis infelix στοιχεῖα *elementa* ex quibus corpora composita, & mixta sunt, cum *primis principiis* simplicibus ante omnem creationem positis. Illa enim, quae ex mala substsntia manant, prius *discreta considerari* debent a *materia*, adeoque & materia ipsa ante discretionem considerari debet ut praeexistens, antequam aliquid compositi ex ea efformetur. Idem dicendum est de *elementis* bonae substantiae. In illis disponendis Plato mentem Creatoris exquirit, cui uni cognitum est δέσμος, vinculum scilicet, & proportionis ratio, ut quae *discordia* videntur, puta *ignis*, & *aqua*, *terra*, & *aer* per concordiam ad unum, & in unum convenisnt. Et haec iam genita, & creata elementa sic disposita per discordiam, & concordiam, putas tu, *Indice Sophe*, esse Empedoclis, Brahmanum, & veterum Magorum Systema, dissimulstis increatis, & aeternis *boni* & *mali* principiis? Abi hinc ad *Maiam* tuam in otbem Mercurii. Ibi Illa te facilius audiet ambiguis tricis tuis arridens. Nam alii mihi testes heic audiendi supersunt.

En iam S. EPIPHANIUS, qui Hser. 64. num. 2. de *Scythiano*, unde *Manes* impia dogmsta hsusit, hsec scribit: *A duobus, ut ita dicam, radicibus*, ἢ δύο ἀρχῶν ἐνεργεῖσθαι τὰ πάντα, *sive duobus principiis universa perfici, atque a Pythagora erroris* προ-

quae me provinciam intermittere saepe cogebant : sed ipsa

*προφάσεις erroris argumenta nactus eiusmodi opiniones , ac libros* IV. *conscripsit . . . In iis paria atque aequalia duo principia personasque in unoquoque argumento copulans: ita sibi persuaserat miser*. Et unde *προφάσεις argumenta*, aut *sententias* istas ex *Pythagora* , nisi in *Indiis* , ubi tu *Pythagoram* doctrinas suas philosophicas propagasse, praesertim contra *Bayeram* pugnans, tanta firmitate persaepe decernis ; aut certe in Aegypto , ubi Philosophus ille , teste Laertio , aliquamdiu moram duxit ; & quo *Scythianus* ipse ex Indiis denique redierat , ibique uxore ducta , scribere libros suos perrexit ? Certe equidem haec impia de duobus principiis doctrina tum in indiis, tum in Aegypto passim recepta & evulgata erat . *Danaeus* quoque in lib. S. Augustini, ut observat Wolf. de Manich. haeresi LX. eam a Pythagoreorum *συστοιχίαις* derivatam putavit . Illud proinde Archelai effatum in *Act. disp*. cum Manete p. 36. *inimicitias inter duos ingenitos introduxit Scythianus*, non ita *accipiendum* est , ut significare velit huius impietatis inventorem fuisse Scythianum , quemadmodum interpretatus est Beausobrius . Sed ita ut illam Scythianus in libros suos IV., quos memorat Epiphanius , intruserit simul cum corruptis Christianae religionis principiis ; & ideo in eo etiam loco statim dicitur , Scythianum hanc *Dualitatem* a *Pythagora* suscepisse. Eadem fere tradit *Moshemius* inter adnotata ad Cudvvortum . Verum & n. LXXXVIII. Manichaeorum haeresim uti omnium fere sectarum colluvionem Epiphanius repraesentare volens : *Manichaeus* , inquit , *cum gentilibus gentilis est , ac solem , lunam, sidera, daemonesque veneratur ; Gentilis , inquam est , O charissimi* . Τὰ Μάγων ἐπίσταται , καὶ ἐν αὐτοῖς ἐγκυλινδεῖται , *Magorum scita praestigiasque complectitur , & in iis volutatur* . Quo quid aliud nisi *Persicorum Magorum* sententias & *instituta* , cuiusmodi inter cetera ea erant , quae de *duobus principiis* a *Magusaeis* tradi consueverant , ego quidem non video . Ad hos enim Persicos Magos ea spectant a te laudata Laertii verba ex Prooemio : *duo ex illorum sententia esse principia , bonum daemonem , & malum daemonem . Alterum ex his Iovem , & Oromasdem , alterum Plutonem & Arimanium* ; et quidem *Manichaeo* sensu . Nam *Agathias* l. II. Hist. Νῦν δὲ, inquit, ὡς τὰ πολλὰ τοῖς Μανιχαίοις καλουμένοις ξυμφέρονται ἐς ὅσον δύο τὰς πρώτας ἡγεῖσθαι ἀρχὰς , καὶ τὴν μὲν ἀγαθήν τε ἅμα καὶ τὰ κάλλιστα τῶν ὄντων ἀποκυήσασαν, ἐναντίως κατ' ἄμφω ἔχουσαν τὴν ἑτέραν , ὀνόματά τε αὐτοῖς ἐπάγουσι βαρβαρικά, καὶ σφετέρᾳ γλώττῃ πεποιημένα . τὸν μὲν γὰρ ἀγαθὸν, εἴτε θεὸν, εἴτε δημιουργὸν, Ὡρμισδάτην ἀποκαλοῦσιν , Ἀριμάνης δὲ ὄνομα τῷ κακίστῳ καὶ ὀλεθρίῳ : *Nunc autem maiori ex parte cum iis , qui Manichaei vocantur , conveniunt , quatenus duo prima principia inducunt , bonum quidem , & quaecumque in universitate rerum bona simul sunt , ex se gignens , alterum vero contraria omnia ex adverso proferens . Nomina , quae iis imponunt , barbarica sunt , & a Barbaris sua ipsorum lingua composita. Bonum enim sive Deum , sive* opificem Creatoremve *appellant* Ormisdaten ; *Arimanes vero nomen est pessimi , & mali perditionisque auctoris* . Hoc testimonium attulit etiam *Menagius* vir doctissimus ad illustranda dicta *Laertii de duobus principiis* Magorum , iuxta sententiam Plutarchi , quam tu tam inani opera involvere , et contra tantorum testium fidem , ac dignitatem implicare contendis .

WOLFIUS in cit. lib. de *Manich*. p. 58.

ipsa in primis senectus , quae quo propius ad ultimam rerum

p. 58. Hydeum inter ceteros laudat , qui scribit , *esse inter Persas Philosophorum sectas , quae principium bonum , & malum eodem dignitatis solio collocant Dualistae* , inquit *diaboli coaeternitatem asserunt . Sunt enim ex Indo-Persis , & dualistis Manichaeis qui opinantur diabolum ex seseipso processisse , ut loquuntur , idest , aeternum fuisse , & malos Angelos sibi creasse ; sed est haeretica opinio , eaque ignorantium quorumdam hominum qui peculiariter vocantur* Tanuvia , idest *Dualistae , sive Deorum duorum scilicet assertores , idest Auctores duorum principiorum* . Hanc ego sectam esse puto *Magaraeorum* , quam uti popularem , ex *Shahristâni* , sequutus est Manes , ut ante ex dictis Beausobrii et Moshemii accepimus. Atque huc etiam proculdubio spectat *daulitas* , quam *Scythiano* , & *Manesi* tribuunt acta disputationis *Archelai* episcopi cum *Manete* . *Diaboli* vero nomen , quo *Dualistae Magusaei* ante ipsum Manetem vocare consueverant *Principium malum* , Manes autem *diabolum* appellabat eum , qui tamquam filius creatus fuerat ab aeterno illius Genitore , Creatore videlicet & principio malo . Ita in citatis actis disput. Archelai n. XXIX.

Idemque rursus Wolfius laud. lib. p. 223. *Ex his* , ait , *patere arbitror* , Manetis *errorem in Persia hausttum a Magis potius quam a Graecis Philosophis* , ex Itigio, Vossio , Tollio , Thomasio . Eoque etiam refert acta licet apocrypha S. Thomae Apostoli, quibus utebantur Manichaei , ut ostendat eam Magorum de duobus principiis impietatem Apostolorum tempore , quemadmodum traditio ferebat , viguisse .

EUSEBIUS RENAUDOTIUS in H. Patr. Alex. p. 40. & seqq. edidit excerpta Actor. S. Episcopi Archelai cum *Manete*. Eorum particulas , & quasdam in eas Renaudotii observationes ego iam protuli in Alph. Tibetano . Sed tu et haec & alia , quae ab Orientalibus tum Persicis , tum Arabicis scriptoribus de *Manete* tradita sunt , apud ipsum Renaudotium perlege . Ego inter haec pauca dabo , ut quid Beausobrius de iis sentiat , intelligas . Dixerat Renaud. p. 44. *Quia vero Manichaeorum dogmata de duobus principiis , a quibus* Tanaûi *nomen . . . illi* ( Maneti ) *inditum est : animarum quoque transmigratio , & similes quaedam opiniones apud INDOS , & SINAS mirum in modum propagata sunt , facile inde Arabes , & Persae , qui semper incredibilia sectantur , nacti occasionem fabulandi Manetem in Turkestania , INDIA , & Sinarum regione errores suos disseminasse existimarunt* . In haec Renaûdotii dicta mox insurgens BEAUSOBRIUS, quasi ea castigaturus , his ferme verbis aggreditur . „ *Que veut dire* M. Renaudot? *Quelle espece d'incroyable a-t-il trouvé dans le voyage de* Manes *au Turquestan ? L'Héresiarque pouvoit-il , mieux choisir sa retraite ? . . . Quant à la* Chine , *l'Abbé croyoit-il que c'est cet Empire , que nous appellons aujourdhui de la sorte ? Il savoit fort bien sans doute , que les Orientaux donnent ce nom aux Provinces de la Tartarie ou de la Scythie , qui séparent la chine proprement dite de la Perse . D'ailleurs il a fait tort aux Persans et aux Arabes , s'il les a cru assez ignorans , pour ne pas savoir , que l'opinion des DEUX PRINCIPES , et celle de la Transmigration des Ames étoient aux INDES long-tems avant* Manichée ; *de sorte qu'il seroit très-absurde de supposer un Voyage de l'Héresiarque dans ce Pays pour les y porter . . La verité est , qu'il y a eu quantité de* Manichéens *dans le* Turque-

Digitized by Google

rerum lineam progreditur, eo etiam in agendo tardior fit & imbecillior. In-

questan, *et dans le* Cathai, *et qu'il y en a encore . . . Mais l'Erreur fondamentale des deux Principes, & celle de la Métempsychose, etoient établis, reçues, & pour ainsi dire, canonisées tant de siécles avant Manichée, qu'on seroit bien embarassé à en marquer l'origine.* Neve de his quicquam tergiverseris, *duorum principiorum* nomine, utrique Renaudotius scilicet, & Beausobrius, eadem *summa* & *coaeterna*, quae a *Manichaeis* statuebantur, principia, ut palam est, intelligunt: eaque apud Persas, & Indos plurimis ante *Manetem* seculis viguisse testantur.

Sed adde & hoc Renaud. testimonium. *Dubitari vix potest, maximam superstitionum partem, quae INDOS, Sinas, & vicinos populos, a seculis multis occaecatos tenet, ex Manichaeorum doctrina; religionisque sectae Zoroastreae originem ducere.*

*IACOBUS BASNAGIUS* in *Breviario* praemisso *Praef.* Generali ad vol. 1. *Thesaur. Monumentor. Eccles.* pag. 1. §. 1. *Non fuere Manichaei primi erroneae sententiae de duobus principiis parentes, nec eam a Marcionitis, aut Valentinianis, ut vulgo creditur, desumpserunt, sed potius ab Orientalibus derivatam in Religionem Christianam inducere tentarunt.* §. 2. *Empodocles principium bonum, Amorem, Amicitiam, vel Harmoniam appellabat, malum vero RIXAM perniciosam, & LITEM sanguinolentam:* Νεῖκος οὐλόμενον ϗ δῆριν αἱματόεσσαν. *His consentiebant Heraclitus, & PYTHAGORAS;* (quem tu tamquam principem Indorum Philosophorum Magistrum ubique praedicas,) §. 4. *Arimanium* a Themistocle Persarum Rege invocatum adversus hostes, non *Solem*, ut Scaliger perperam intellexit, sed *Principium malum* (quemadmodum *Moshemium* contra Cudvvortum fecisse diximus,) recte exponit. Mox *ab Aegyptiis*, PERSISQUE *suam haeresim desumsisse* Manetem, *&* Scythianum *facile patesit. Primo enim a Persis originem ducebat* Manes, *& qui praecesserat* Scythianus *apud Aegyptios Persas docuit. Verum est* Mithrae *sacerdotes ipsi fuisse infensissimos; sed quamvis Solis cultum, & duo principia quemadmodum* Persae, *admitterent* Manichaei, *plurima tamen cum in Christianis . . . tum e proprii cerebri figmentis, opinionibus, inveteratis apud* Persas, *opposita invehere conabantur; ita ut mirum non fuerit, si Sacerdotum* Mithrae *experti sint odia.* Pergit *Basnagius*, & instituta multiplici comparatione inter Persarum, & Manichaeorum, illorum *Oromasdem*, & *Arimanium duo* istorum *Principia bonum*, & *malum* fuisse demonstrat.

GERARDUS IO. VOSSIUS t. 1. *de Orig. & Progr. Idololatr.* c. 2. p. 35. *Zoroastres, eodem Plutarcho testante, cum duo statuisset principia, boni principium vocavit* Oromasdem, *mali* Arimanium. *Quod ipsum ex Agathiae II.* (ut supra,) *cognovimus.* Et p. 37. *Cum* MANETEM *constet natione fuisse* Persam, *ac Persicis etiam disciplinis, sumptibus viduae cuiusdam, fuerit imbutus, ut Epiphan. tradit, magis mihi verisimile fit, patriam in eo religionem secutum fuisse. Zoroastris enim, & Magorum haec doctrina erat, ut ex Plutarcho ante vidimus. Atque idem a Laertio adstruitur e Dinonis* v. *Hist. Aristotelis lib.* 1. *de Histor.*, *Hermippi* lib. 1. de Magis, *Eudoxi* ἐν περιόδῳ, *Theopompi* l. VIII. *Philip.*, *& ex Eudemo Rhodo*; adeoque *duo* Manetis principia illa eadem erant, quae tradebantur a Persis, summa & coaeterna. Eadem p. 35. tribuit principia *Pythagorae*, & *Empedocli*. De cultu vero

Digitized by Google

Interea vero meus ille dulcis Amicus Abbas Aloysius
oo Min-

vero malorum spirituum in Indiis c VIII. l. I. p. 57. *Calecutenses esse* ( scribit,) *qui Deum quidem mundi conditorem agnoscunt* , *ac* Temerani *appellant* ; *sed eum aiunt* , *quo* , *curae expers mundanae* , *suavius vitam ageret* , *vicarium orbi regundo praefecisse* , DAEMONEM , *nomine* DEUMUM ; *cuius simulacrum quam horribile habeant* , *&* *quomodo sacerdotes* , *qui iis* Bramini *vocantur* , *sacra faciant cognoscere licet ex Ludovico Vartomanno* , *Patricio Romano* L. V. *Navigationum* c. II.

Idemque ipse Vossius ibidem p. 58. ex Nobili viro *Christophoro Arcissewiki* Polono , teste αὐτόπτῃ *Tapaiones* , gentem inter *Sianam* , et *Maranthonem* sitam describit , foedissimo Manichaeorum errore contaminatos ; quippe qui geminum *Deum* , *bonum* , *malumque* agnoscant ; *sed bonum* , *cum sponte sua faciat bene* , *nec malis quemquam affligere possit*, *nullo prosequi honore* : *malum autem venerari* , *quod iracundum sit* , *cultusque sui negligentes disperdat* . Haec *Wolfius* quoque in suo *Manichaeismo ante Manichaeos* refert p. 94.

IOAN. FRANC. BERNIERIUS Medicus Montpessulanus , *des Gentils de l'Hindoustan* in epist. *de Schivas en Perse le* 4. *Octobre* 1667. p. 149. & seqq. de *sectis* in Indorum religione scribens praeter *sextam* , quae Atheorum est , & religione carentium, nec ita, ut aliae, communis , & frequens , utpote quae publicum sibi contemtum , & abominationem conciliarit ; ceterarum omnium propria , & philosophica placita circa prima rerum omnium principia , tamquam auritus , & oculatus testis exponit . Alii enim *Atomos* , quasi ad *Democriti* & *Epicuri* sententiam accedentes , proferre videntur : alii omnia ex materia , & forma composita tradunt ; sed quid materiae nomine intelligant , expromere nesciunt: alii *quatuor elementa* esse volunt . et *Nihilum* , etsi in *Nihili* voce haereant, nec certam ullam de eo notionem se habere videantur : alii *simplices privationes a Nihilo distinctas* ; *&* *dont* , ( subdit *Bernierius.* ) *ils font de grands dénombremens si inutiles* , *et si peu philosophiques* , *que j' ai de la peine à m' imaginer* , *que cela soit dans leurs livres* : Alii *universa constare ex accidentibus* ., *qui ne sentent que la boutique de quelque causeur du menu peuple* . Sed alii etiam sunt , *qui veulent que la* **LUMIERE** , *&* *les* **TENEBRES** *soient les premiers principes* , *&* *disent là dessus mille chose à veuë de pays* . En duo illa Manichaeorum principia sub nomine *lucis* , & *tenebrarum* ab Indis diserte, aperteque tradita ad superioris usque seculi tempora . Quodque notatu magis dignum est, ea omnia principia rerum , quae hactenus ex *Bernierii* scriptoris verbis retulimus. AETERNA , nullo prorsus excepto , ponuntur . Et ideo continuo Bernierius ipse subiungit : *Touchant ces Principes en general* , *ils sont tous d'accord qu' ils sont ETERNELS* . *Cette production du Rien semble ne leur être point tombée en pensée* .

IOHANNES LAURENTIUS *Moshemius* , ut iam ex pag. CCLXXVI. , intellexisti , non dubitat , quin *multi Orientales*, adeoque & *Indi*, *populi* collocari debeant in tertio ordine eorum , qui et hodieque errant circa *duo principia*, peræque *aeterna*, atque *per sese ipsa existentia* : sed Deo summo eique bono multum maioris potestatis in malum concedi oportere sentiunt . Atqui , ut ego ad hunc Moshemii locum ostendi , nihil hi differunt a Manichaeis : Indi igitur inter multos orientales populos praecipui , Moshemio quoque consentien-

Mingarellius incredibili cum animi mei dolore & luctu in-

tiente, Manichaeia ipsis vel ante Manetis aevum sunt accensendi.

PETRUS DANIEL *Huetius* Episcopus Abrincens. longe Doctissimus *Evangel. Demonstrat.* Prop. IV. p. 75. *Est*, inquit, *apud Abulfedam* (Hist. cap. *de Persis*,) *vetustiores Zardusto* (Zoroastre) *Magos duo rerum principia posuisse, Lucem, ac Tenebras; sive Deum ac diabolum; hanc ipsorum doctrinam reformasse Zardustum, cum luce ac tenebris antiquiorem docuisset esse Deum, unicum ac socio carentem lucis, & tenebrarum, & mundi ex earum permistione conflati opificem.* Nam in Zoroastre *Huetius*, *Mosem* nostrum apud veteres adumbratum ostendere suscepit. Iis non inutile erit alteram hanc de *Coromandelensium Indorum religione* adtexere pericopem: *multo* (ea) *videtur Guzaratensi recentior, utpote Iudaeorum posterioris aevi institutis aliquot perspersa. Redolet quoque Christianorum doctrinam, vel olim a SS. Apostolis Thoma, & Bartholomaeo, & deinde a Pantaeno, aliisque vel ex Persarum Christianorum commercio acceptam. Nam Brammam quemdam Deo genitum, Deum inter & homines μεσίτην, & sequestrum fingunt, eidemque ipsi tribuunt, quae nos CHRISTO. Summum Deum sub CRISTNE nomine in mundum venisse aiunt, & DAEMONEM totius ORBIS victorem debellasse, eiusque vinculis exemisse SEXDECIM captivarum puellarum millia, atque has subinde ipsius pulcritudine captas ei nupsisse, quae Christum animarum nostrarum vindicem, & inferorum domitorem apertissime repraesentant. Narrant iidem Gayazoram mundi peccata sustulisse, & a Deo deinde morti fuisse datum; sed ea tamen lege, ut qui corpori eius massam, sive farinam coactam aqua, & subactam imponeret, amicos defunctos vinculis Tartareis liberaret.* Atque haec *Huetius* a sacris Eucharistici Corporis Christi symbolis uni Christianae religioni cognitis ad Indos Coromandeliae populos olim derivata facile existimat. Agedum, et isthaec, obiter licet, a me ex tanti viri scriptis adducta, tene, ut intelligas, quam vana aint et futilia tot illa iniuriarum, conviciorumque iacula, quae in me ob *Crisnu* vel *Cristnae* nomen, tam crebro, atque immaniter evibrasti. Sed vide et alia bene multa, quae adversus thrasonica commenta tua inter ea magni *Huetii*, scripta facile tibi occurrere poterunt; ne, ut soles, omnium fere scientiarum, artium, atque nominum originea ab Indis ad ceteras cunctas orientis, et occidentis solis plagas primum delatas, ac propagatas iactare imposterum pergas.

GAUDEFRIDUS WILLELMUS LEIBNITIUS Theodiceae P. II. p. 41. de *Manete* Persa, et *Paulo Armeno* Manichaicæ hæresesis VII. Eccl. secul. instauratore disserens, ita scribit: *Tous ces Heretiques renouvellerent ce qu'un ancien Philosophe de la haute Asie, connu sous le nome de Zoroastre, avoit enseigné, à ce qu'on dit*, de deux Principes *intelligens de toutes choses, l'un bon, l'autre mauvait*, dogme qui *étoit, peutêtre venu des INDIENS, où il y a encore quantité de gens attachés à cette errevr fort propre à surprendre l'ignorance et la superstition humaine, puisque quantitéde peuples barbares, même dans l'Amerique, ont donné là-dedans, sans avoir eu besoin de Philosophie* ... Plutarque *dans son Traité d'Isis et d'Osiris, ne connoit point d'Auteur plus ancien qui les ait enseignés que* Zoroastre *le Magicien* ... *Les Orientaux modernes appellent* Zerdust *celui que les grecs appelloint* Zoroastre; *on le fait repondre à* Mercure *par-*

inter nos vivere desiit. Optassem ut antequam e vita



*parceque le Mercredi en a son nom chez quelques Peuples*;( quem ego quoque *Mercurium* et esse, et dici posse testatus sum,)dummodo tamen mortalis is homo ad divinitatis honores evectus ponatur,non autem, si, ut a te fit, idem ipse esse dicatur spiritus, sive *genius rector Planetae Mercurii*, aut astronomicum, quale hoc perpetuo appellas, Numen. Et meam hanc sententiam revera tuetur *Leibnitius*. Nam paullo post ita scribere pergit p.43. *Les anciens Grecs, et les Orientaux modernes s'accordent à dire, que* Zoroastre *appelloit* le bon *Dieu* Oromazes, *ou plutôt* Oromasdes, *et le manvais* Arimanius ... *Il m' est venu en pensée, que cet* Arimanius, *ou* Irmin, *pourroit avoir été un grand Conquerant tres ancien, venant de l' Occident ... boreal,c'est à dire de la Germanie et de la Sarmatie ... faire irruption dans les Etats d'un* Hormisdas *Gran Roi dans la haute Asie ... Le Monarque gouvernant des Peuples civilisés et travaillant à les défendre contre les barbares auroit passé dans les Etats, parmi les mêmes peuples, par le bon Dieu; mais de Chef de ces ravageurs sera devenu le symbole du manvais principe: il n'y a rien de si naturel. Il paroit par cette mythologie même que ces deux princes ont combattu long tems,mai que pas un des deux n'a été vainqneur. Ainsi il se sont maintenus tous deux,comme les deux principes ont partagé l'Empire du Monde, selon l' hypothese attribuée à Zoroastre*. Atqui *Arimanium* idem esse censet ac *Herman*,et *Irmin*, atque *Hermes*,*Mercurius* Germanorum Deus, ut pluribus deinceps *Leibnitius* ostendit: Arimanius ergo, idest Mercurius terrestris, ex sententia *Leibnitii*, est symbolum Dei mali, ut Horimisdas boni.

Sed horum omnium agmen merito ducit S. EPHRAEM Syrus, cuius testimonium de *duobus diis inter se pugnantibus* iam supra retulimus. Hunc enim, qui *Manetis* est, INDORUM errorem apertis verbis vir sanctitate, & doctrina vere mirabilis appellat. De eo Vide Encomium *S.Greg. Nysseni Amphilochianm* in vita S. Basilii; praesertim vero *S. Hieronymum*, qui in Catal. de scriptor. eccl. ubi de *S. Ephraem* sic ille testatur: *Ad tantam venit claritudinem, ut post lectionem scripturarum, publice in quibusdam Ecclesiis eius scripta recitentur*. Idemque diem eius emortualem memorat sub Valente Imper;quem Pagius vita functum scribit v. Id. Aug.an.378. Fit ita, observante Assemanio, ut beata mors *S. Ephraem* nec retrahi possit ad an. ante felicem obitum *S. Basilii*, quippe qui, ex omnium sententia, eo iam ad superna gaudia advecto,Ephræm subinde ad caelestem gloriam convolarit; nec contra testimonium Hieronymi, differri queat ad an. post mortem Valentis 379.Aegyptiae,et Graecae linguae dona,orante *S. Pisaeo*,in *Nitriensi* deserto, et Caesareae Cappadocum, sancto deprecante Basilio, eidem Beatissimo *Ephraem* divinitus collata illius Acta commemorant. *In hymno* 14. *contra Marcionem, Bardesanem*, et *Manetem S. Ephraem* noster invenitur; eosque *detestabile aeternae materiae* nomen ex graecorum officina desumsisse redarguit. Hinc in Siriaco textu ܗܘܠܐ retinuit, quam illi graece ὕλην, *Hylen* appellabant. Quo eam *Iudi* vocabulo enuntiarent, ignotum mihi est. Sini illam vocabant: *Ll*, et *Taikie*.

IOSEPH SIMONIUS ASSEMANUS Praesul Doctissimus, & Vatic. Bibl.Praefectus T.I. p.122. Bibl.Or. de laudato S. Ephraem testimonio praeclare

excederet suis ipse oculis mea erga se verae laudis , & hono-

clare disserens: *compertum est*, inquit, *Europaeis viris Doctissimis Braehmanes cum Maniebaeis in multis convenire. Vide Philostratum in vita Apollonii*, *Tertull.* Apol. c.24. *Clem. Alex.* l. 1. *Strom.*, *& ex recentioribus HENR. LORD in histor. de Rel. Banian*, eorum scilicet, qui nisi fallor, Tribum secundam inter Indos componunt. Tom. III. P. II. pag. 478. de Monscho *Subebal-Iesu*, quem Timotheus Patriarcha Nestorianorum Seleuciensis,& sedi illi Metropolitanae ab an.77. & ad an. usque 820. miserat in Orientem ad praedicandum, haec scribit! *Ipse ad extremos orientis fines peragravit*, *Christianae Religionis doctrinam longe iateque circumferens*, *inter Ethnicos*, *Marcionitas*, *& MANICHAEOS . Sectam enim Marcionitarum*, *& Maniebaeorum in INDIA*, *Chataia*, *& Sina plurimum viguisse*, *& adbuc etiam vigere compertum est*. Hoc testimonium ex eodem Assem. adfert etiam Beausobr T.I.H.Man.p.189.

EVODIUS,& ipse ASSEMANIUS eruditionis & doctrinae fama seniori aequiparandus eamdem, quam ille promsit de antiquitate Manichaeismi ante,& post Manetem in Persia,& India acta *Syriaca Orientalium* MM., sententiam ad pluribus in locis confirmat.

LUDOVICUS THOMASSINUS Presbyter Congr. Oratorii D. Iesu scriptum inter Gallos celeberrimus lib. *de Unitate Ecel.* P. II. narrat: *Les relations*, *qu'on nous donne souvent de l'Asie nous y descouvrent encore presentement quelques Maniebéens au-delà des pays de l'ancien empire Romain ... Les Manichéen estoient venus originairement de l'orient comme descendans des anciens Idolatres*, *qui admettoient aussi les deux pemiers principes l'un du bien*, *l'autre du mal*.

P. VINCENTIUS MARIA *de S. Chatarina Senensi*, nomen plane dignum, quod hoc loci commemorare ego velim. Is enim, aic referente Wolfio ex *itinere* eius *in Indiam Orientalem*, haec *verba uti recensita sunt in Ephemeridib Ital.* an. 1673 p.33. de *Curdis* Asiae gente *babet*: *Venerano come i Maniebaei due principj*, *uno dei bene*, *l'altro del male*: *con questa differenza*, *che poco pensando al primo*, *come quello . che credono non poter far alcun male*, *attendono solo al culto del secondo*.

ANQUETILIUS DU PERON in Zendavesta Zoroastris tom. I. Par.I. pag. CCCCLXXXIX., ubi loquitur de *Systemate Magorum*, *que les Gnostiques*, *& les premiers sectaires*, *tels que Valentin*, *Basilide*, *& MANES*, *y ont puisé le fond de leurs Dogmes*. Systema vero Magorum illud erat,quo *duo principia* coaeterna, *& increata* statuebantur. De his enim Par. II. eiusdem To.sermo fit p.66. ubi haec leguntur: *Il voyoit* (Zoroaster) *que l'opinion ... de deux principes existans par eux-mêmes*, *& celle de deux ames sembloient arracher au châtiment les crimes plus atroces*...invehere studuit (p.68.) *duo principia secundaria*. Hinc *son dessein est de montrer*, *que la Nature entiere*, *qu'Ormusd*, *chef des bons Genies*, *& Abriman*, *chef des Mauvais*, *dependent du premier Etre qui les a produit*. *Ce premier Etre est dès le TEMS sans borne*, *ou l'Eternel*. *Apres avoir établi qu'Ormusd & Abriman sont de pures créatures . pour prevenir les difficultés que peut faire naitre la vûe d'un seule premier Agent*, *Zoroastre rappelle souvent les Perses aux deux PRINCIPES secondaires*: *il s'étend sur leur nature*, *& sur leurs actions reciproques*, *qui doivent se terminer au triomphe du bien*. Huc praesertim refertur vis tota *reformationis*,quam in vetus Magorum systema Zoroaster induxit. Duo scilicet principia Magorum in-

honoris testimonia hisce in tabulis, inepto licet calamo insculpta, usurpasset. Sed,

*increata* in totidem *creata* vertit, eorumque primum boni omnis caussam, & *Ormusd* appellatum ex primigenia luce, alterum vero omnis mali caussam, & *Abriman*, ita vocatum ex *primigeniis tenebris*, conditum posuit. Sed quid sit Lux illa *appellée la lumiere premiere*, in qua habitasse dicitur *Ormusd*, quidve item locus tenebrosus, *qu'on appelle les tenèbres premiers*, ubi *Abriman* habitasse dicitur tom. I. P. II. p. 343. 344., ego equidem non intelligo, nisi lux *increata* sit, unde manarit *Ormusd primigeniae lucis* nomen obtinens, locus vero, & abyssus *tenebrosus*, sint *primigeniae tenebrae*, materia nempe, unde creatus est *Abriman*. Sic autem fieret, ut, quum *Ormusd*, & *Abriman* fuerint, secundum Zoroastrem, prima creationis *opera*, quicquid opera isthaec praecessisset, nonnisi increatum dici oporteret. Inde vero sequeretur, ut Zoroastres *tenebras primigenias* posuisset, tamquam *materiam aeternam*, ex qua *Abriman* fuisset in tempore eductus. Nosti enim & Indos, ut narrabat Bernerius, lucem & tenebras hodieque *aeternas* dicere. In hunc autem modum in eo *Magi*, & Manichaei different a Zoroastre, quod is *tenebras aeternas*, unde postea *Abriman* a Deo creatus fuerit, illi vero non tantum materiam informem, & inanimatam, sed animatam & *malorum corporum*, adeoque & *Abrimanis formatricem* agnoverint. Ceterum, hac etiam omissa quaestione, Persae, & Indi Magi, ex quibus Manichaei prodierunt, teste eodem Anquetilio, *duo coaeterna*, & ex seseipsis existentia boni, malique omnis principia profitebantur.

Heic, *Sophe*, animadvertas velim etymon nominis: *Magos*, cuius originem pro *Indica* constanter venditare tu soles, auctore *D'Anquetilio*, *persicum* esse, ductum a *Meh*. quod *Megh* pronunciatum, *magnus*, *excelsus*, dat originem voci *Magus*.

PHILIPPUS A TURRE HADRIENSI EPISCOPUS insignis doctrinae, et eruditionis laude praestantissimus de *Mithra* c. v. p. 207. suam hanc sententiam scripto editam protulit: *Narrat Plutarchus de Is. & Osir.* pag. 369. *Persarum Magos ex Zoroastris sententia, duos Deos statuisse inter se contrarios, Oromazon, & Areimanium, quorum unus mala, alter bona conficeret, interque eos medium* esse Mithram .... *An non igitur a Mithrae Sacerdotibus nefaria* Manetis *doctrina de duobus principiis, uno bono, altero malo, fluxit, quam primum* Scythianus, *deinde* Terebinthus, *e cuius libris Manes ipse hausit, impie docuerant?*

ENCYCLOPAED. GALLICA sub lit. M. *Les Mages ... reconnoissoient deux principes, l'un bon, l'autre mauvais*. Haec Magorum secta, *Smerde* ex eorum ordine & professione imperante Persis, ac proditorio optimatum VII. facinore una cum sectatoribus suis trucidato, fere exstincta videri potuit; adeo ut eorum reliquiae in una propemodum populi multitudine superfuerint. Tunc *Zoroastres* apparuit, qui Deum, uti supremum Dominum duobus principiis *lumini*, & *tenebris praeposuit*. Sed si Zoroastria reformatio eadem est ac religio *Guebrorum*, qui in Persiae fines & in variae Indiae tota Musulmanorum tyrannide territi, diffugerunt,, *leur Théologie*, uti in eorum articulo dicitur, *ou leur superstition attribue tant de puvoir à ces principes subalternes, qu'ils n'en laissent guere au souverain*; ita ac si dilapsi tandem videantur in pristina Magorum principia.

ARTICULUS *de Samanaeis* in haec verba

Digitized by Google

Sed, o sacrum & admirabile caput! quando iam Tu prae-

verba concluditur : *On faira seulement remarquer qu'il se trouve une grande conformité de doctrine des Samanéens, & celle des Manichéens.*

ANATHEMATISMI, quos offerre debebant Ecclesiae *Manichaei*, quando ab haeresi in catholicae communionis sinum redire cupiebant; quosque & antea nos ipsi commemoravimus ex Cotelerio ad L. IV. *Recognit.* Clem. Vol. 1. p. 543. Sic habent . . . *Anathematizo Manetem, seu Manichaeum . . .* II. *Anathematizo Scythianum, ac Terebinthum qui & Budas, Manetis praecessores.* III. *Anathematizo Zaradem, quem Manes Deum dixit ante se apparuisse apud Indos, & Persas; quemque Solem vocavit; cum illis autem etiam anathematizo preces Zaradeas dictas, . . .* 8. *Anathematizo omnes qui dixerunt, aut dicunt, aut dicturi sunt duo principia ingenita sibi invicem opposita; alterum bonum, alterum malum.* Haec tantum. Cetera missa facio. Nam ex hactenus productis satis constat, Manetem duo ingenita principia, sibi invicem opposita, alterum bonum, alterum malum accepisse ex doctrina Zoroastris, quem uti *Deum* inter Persas, & Indos apparuisse praedicabat. In persona vero, & nomine Zoroastris quantum a veteribus variatum sit, ibi vide in adjunctis notis *Cotelerii*, *&* *Clerici* edit. Amstaeled. ao. 1724. Sed ea maxime notanda sunt, quae illi de *pseudepigraphis Zoroastris* tum ex antiquis scriptoribus, tum ex MSS. Cod. collatis cum apocryphis, Clem. Alex. in *Gnostica haer. Prodici*, atque etiam cum loco Porphyrii in V. Plotini, deducta proferuntur.

CODEX MSS. in museo Veliterno Eminentissimi Nostri Borgiae, inscriptus: *Ristretto della Religione de' Coccincinesi, e Tunchinesi.* *Auctor est* (verba tua sunt, Indice Sophe,) *D. Boiret Collegii Paris. ad peregrinas Missiones alumnus, olim Regni* Concincinae, & Tunkini *Missionarius, deinde* Missionum *Proc. Gener.*, *Vir prudentia, morum integritate, studio propagandae Fidei* praestantissimus. Pag. porro 89. operis tui in CC. Borg. . . . *Religio Sinensium litteratorum ex sententia huius viri est Atheismus, poichè essi adorano un Signore celeste . . . kêbêtren . . . Sotto di questo Nome intendono il Cielo materiale . . . L'autore di questa Religione è Confuzio.*

*De idololatris Concinensibus . . . Ita disseris auctor: pag. 3. Per suprema Deità adorano But.* ( An & is tuus ille *Mercurius*? At Boiretus continuo addit: ) *Questa infame deità era un certo impostore del* Malabar *. . . se ne fuggì in deserto . . . l'apparirono due demonj, cioè* Alala, *e l'altro* Haclala: *sedendo a suoi fianchi gli parlavano, ed egli scrisse . . . Quella raccolta formò quattro mila volumi, de' quali ciascheduno conteneva* 50. *fogli di carta . . . . In questi libri dicono, che* But *è il cuore, e che il cuore è* But, *che la bontà è* But; *e la malignità è il diavolo detto* Maqui. *Quindi i Cinesi, Coccincinesi, e Tonkinesi ammettono due* PRINCIPI *come i* MANICHEI, *uno buono, l'altro cattivo, ai quali offeriscono sacrifici*, et cetera, quae huc spectant. Addis ex pag. 18. & seqq. cod. *Boireti* descriptionem religioois MAGORUM, *qui cumprimis daemonem*, MALUM *principium colunt . . . .* Quid tu ad hoc tam luculentum Cl. Boireti testimonium? Callido satis & versuto artificio usus, sub eo obtentu, ne te *in profundum disputationum immergas* difficultatem evitas, & in alia quaevis, licet futilia omnia, et inepta dilaberis. Quio et in *errorem* fortasse, ( quod ego nolim ) imprudens impiogis.

Plura

praematura nobis morte abreptus ex huius mortalis vitae sa-

Plura adducis nomina testium, qui *antiquitatem*, ac *praestantiam Sinicae gentis*, eiusque *philosophicae*, seu *litteratorum*, *religionem*, ut tute scribis, *iactarunt*. Sed quorsum haec tam confertim, tamque confuse, atque etiam fallaci arte doloque malo iactas? Redi ad propositum. Neque enim de *tribus* omnibus, sed de una Sinensium *litteratorum* secta, cui soli *Atheismi Crimen* a D. Boireto obiicitur, agendum primo est, si & tu & ego stare cogimur verbis a te positis pagg. 91. 92. & 95. *Animadversionum* tuarum in codicem Borg. n. VII. Et quoniam accusatio, cui *Atheismi* iudicium innititur, pendet a Sacrificio, quod Imperator Sinensis, & Reges Concicinae, & Tunkini quotannis faciunt *Caelo materiali* in Templo eidem ipsi dedicato; ut vim huius criminationis repellas, plura praestare conatus es. Primo Imperatoris, & Regum Concinnae, & Tunkini. Sacrificium esse dicis simile Brahmanico *Tagam*. Secundo, hoc sacrificium offerri *Caelo*, *seu Domino Caeli*, *qui pulso omni dubio*, *est* Sol, *vel* Mithra *Veri Dei Symbolum*. Tertio illud ipsum sacrificium comparas cum immolatione *Arietis* a Brahmanibus, *Scythis*, & *Sinensibus in loco patenti*... *geniis caelestibus*, *Soli*, *Lunae*, *Planetis*, & *vero Deo ab Abrahamo oblati*. Quarto *non solum commentitiam*, *sed etiam contradictoriam esse eorum sententiam*, qui Sinenses dicunt sacrificium offerre *Caelo*, & *Caeli Domino*, *eosque simul*, & *semel* Atheos *appellant*. Quinto *Caeli* nomine *aetherem igneum ubique diffusum*, eumque *Iovem* dictum apud Ciceronem & Eonium, immo & *Deum Corpus*.... *Vim ac potestatem ignis* a Stoicis, teste Eusebio, nuncupatum, intelligi debere: quamvis *igitur Sinenses huic* Caelo, *seu Aetheri sacrificarent*, *non sequeretur* (concludis,) *eos esse Atheos*.

Quam acute, mi Sophe, haec tu meditaris, et urges in meum carissimum *Boiret*? Sed in tanti acuminis nisu, viam ad ea cognoscenda, quae abs te tamquam Orientis christiani Missionario sciri necessario debebant, penitus amisisti. Cardo, in quo tota haec controversia vertitur, Bulla est Apostolica a Pont. M. Clem. XI. *Ex illa die*, confirmata deinde ab Immortalis memoriae Bened. XIV. die XI. Iulii 1742. Bulla, quae incipit: *Ex quo singulari*. In ea primum Apostolicae definitionis caput hoc est: *Cum DEUS O.M. congrue apud Sinas vocabulis Europaeis exprimi nequeat*, *ad eumdem VERUM DEUM significandum*, *vocabulum Tien Chu*, *hoc est*, *Caeli Dominus*, *quod a Sinensibus Missionariis*, & *fidelibus longo*, *ac probato usu receptum esse dignoscitur*, *admittendum esse*. *Nomina vero TIEN*, *Caelum*, & *XANG TI*, *supremus Imperator*, *penitus reiicienda*.

Longum esset istius omnis controversiae acta singillatim referre. Illius exordium accipe ex hispanis scriptis Viri doctissimi, publici Professoris in universitate S. Thomae Maniliae, Apostolici Missionarii in Imperio Sinensi, ac tandem ad Archiepiscopatus Insulae Hispan. dignitatem evecti DOMINICI FERNANDEZ NAVARETE, Tract. V. p. 246. *Sobre la controversia de el* Xang Ti, Tien Xin, *y Ling* Heen (*esto es de el REY DE LO ALTO*, *espiritus*, *y alma racional*, *quat pone el China*. Huius *Prooemium* sic exorditur: *Imprimis son mas de* 25. *años*, *que el XANG TI*, (*esto es*, *Rey de lo alto*) *de la China*, *començo a darme en los Ojos*, *y herirme el Coraçon*. Iam dixerat Tract. 2. p. 93. *El primer Imperador*... *Fohi*... *fue*... *que sacrifico al Cielo offreciendole sangre de animales*. Sed de *Tien*, caelo,

salebris & aerumnis ad caelestis gloriae praemia, uti firmiter

*caelo*, & *Xang Ti*, *Imperatore supremo*, se acturum loco suo, idest Tract. v. spopondit. Et ibi revera, quam immani labore argumentum hoc egregie perfecteque absolverit, nemo, qui ea scripta legerit, non poterit non admirari. Iure proinde ad calcem eiusdem tractatus de se testatur: *Añado, que io fui el autor, y causa, paraque ultimameute convenieseut todos* EX *QUE LO REY DE LO ALTO CHINO, ni es, ni puede ser Nuestros Dios. Por aver conseguido esto, doy por bien empleados todos mis trabajos*. Quicquid vero *Tien, Caelum* est, & Xang Ti, *Rex alti*, sive *Imperator supremus*, *& spiritus Caeli*, totum ab Eximio *Navareta* ostenditur *materiale* esse, constans ex LI. ex materia scilicet aeterna, & infinita tamquam principio remoto, & ex TAI KIE, uti materia proxima. Ex hoc *Tai Kie* factum esse ab eo traditur *ἀμέσως*, *immediate Caelum* sphaericum, & eius *virtutem operativam*, quæ eadem est ac *spiritus Caeli*; ratione caloris, & subtilitatis, *Terram*, vero *quadratam* ex crassiori *Tai Kie*, ratione frigoris, & inertiae. *Caeli* nomine intellige etiam *Solem*, *Lunam*, *Planetas*, & *Astra*, ut nomine *Terrae* quicquid in ipsa est, & ad ipsam pertinet. Inde sunt *quiuque elemeuta*. Inde mens, & animi hominis virtus, & vitium; quae, hoc vocabulo appellantur, vivente tantum homine; nam eo morien evanescunt, & pereunt: nulla enim aut praemia, aut poenas, quae post hanc vitam homines maneant, secta litteraria Sinensium commemorat. Immo nec Templum uni Deo dicatum; nec ullum, quod ei offerant, sacrificium habent. Mentem non agnoscunt supremam, Infinitam, aeternam, omnipotentem, nec eam creatarum rerum universitati imperantem. Unì litant *materiali Caelo* & illius *spiritui*; qui tamen licet *Rex alti*, & *summus Imperator* dicatur, re tamen ipsa unum idemque est cum caelo materiali, neque ulla prorsus ratione ab eo distinguitur.

Ecquid ex his sequatur necesse est, nisi *Litteratorum* sectam, cuius caput est Imperator in Sinis, *Atheisticae professionis* infamia laborare? *Navaretae* haec & alia, tanto viro digna, scribenti adhæsit Episcopus Cantonens. *Franciscus Varo* scriptor & ipse O. P. egregius; idemque præstiterunt Missionarii omnes illius fidi sodales, immo & universus ipse inclytus Ordo PP. Praedicatorum.

Accesserunt, & Franciscanae familiae Divini Evangelii in Sinis, & Indiis illustres Praecones, qui eamdem cum *Navarete* sententiam de exitialibus, & superstitiosis Sinensium ritibus damnandis, ac depellendis firmissime propugnarunt. Celebris inter ceteros est electus Berytensis Episcopus Io. Franc. *a Leonitsa* tum in ep. ad Cl. Praesulem *Sperellium* S.O. Assessorem, tum ad Ampliss. Card. *Casanatam* àn. 1699. In illa ad rem nostram de 11. Puncto haec habet: *che da detti LETTERATI, in quanto Professori di detto* Atheismo, *si usa comuuemente delle voci, o vocabolo*: Xamti, *come nome honorifico per nominare il Cielo materiale, o pure . . . una certa virtù insita nel Cielo, chiamata* Ly; *la quale perchè domiua, e influisce nelle cose inferiori, si chiama* dominante, *Imperaute, e perchè detta virtù detti Cinesi chiamano il Cielo* materiale *SUPREMO Imperatore*.

Non omittam sive Lusitanos, sive Hispanos Insular. Philippinar. in Augustiniano ordine Socios, meosque in primis Patres optimos, et spectatissimos, qui in Sinarum Imperio Navaretam sequuti firmissime semper Christianam religionem contra huiusmodi ce-

miter ego spero atque confido, feliciter convolasti, e tua illa

PP

ceremoniarum superstitionem defendere studuerunt. Mihi quidem in animo aeternum haerebit memoria mei Patris *Constantini a Spiritu Sancto*, domo Ulyssiponensis, qui supremum diem cum odore sanctitatis Romae obiit. Is enim, ut ex eius ore accepi, noctu, pietatis caussa accedere solebat ad invisendum, alloquendumque Ven. Cardinalem *Tournonium* carceribus *Macaone*, pro Dei, & ipsius Ecclesiae oraculis, inclusum; eique paullulum, quod poterat, cibi, potusque per remotae, angustæque fenestellae clathros, non sine discrimine vitae, occulte inferebat. Ut enim ait elegans et doctissimus scriptor *supplementi ad Hist. Eccl. Natalis Alexandr.* p. 167 *Vallatae arctiori aedes praesidio, negata etiam cibis, potui, ac rebus quibus indigebat, inferendis via, ut inedia, & angustia strenuissimus Christi miles conficeretur.* Huius mei boni praeclarique sodalis mentionem fecit suis in Apostolicis litteris, editis apud S. Petrum die 15. Martii MDCCXI. *Pontifex Max. Clemens* XI. Ibi Pater, & Pastor Universae Ecclesiae Beatissimus meminit illius diei, quo *Constantinus* tamquam Praeses Coenobii Dominæ nostræ S. Mariæ *de Gratia* Macaonensis Ordinis Eremitarum S. Augustini cum omni Fratrum suorum coetu in interiores Monasterii aedes, *honorifice*, uti decebat, *Venerab. Cardinal. Tournonium* exceperat, nihil veritus minas Episcopi Macaonensis, eiusque Vicarii Generalis; qui ob honorem hospitii iure meritoque delatum tam eximiae dignitatis, & Sanctitatis Viro, sacrae purpurae insignibus exornato, Patriarchae Antiocheno, Pontificis Maximi Commissario, & Visitatori Generali Apostolicarum Missionum in Sinensium Imperio, sacras ipsas omnes Coenobii domos, universamque Augustinianum familiam ecclesiastico interdicto statim subiecit. Clementis Pontif. litteras vide in laudato supplemento ad sec. XVII. & XVIII. Hist. Natalis Alexand. in Append. Monumentor. Dissert. IV. Monum. VI.

Sed et maxime carum mihi est meminisse mei illius dulcissimi, multisque nominibus admirandi Viri *Guillelmi* Boniourii, qui plura de Ritibus Sinensium ad suendam SS. Religionis nostrae puritatem scripsit non antea modo, sed & eodem ipso tempore, quo navi vectus, Deique Spiritu impulsus ad Apostolicas illas Missiones an. 1706. ferebatur in Sinas.

Quid nunc dicam de D. *Boireto* nostro, cuius opusculum impetere tu hodie audacissime conaris? Falleris tu tamen, si forte putas, insignem alumnum Seminarii Parisiensium Missionum ad exteros, ab avita maiorum suorum doctrina recedere potuisse. Iam Ille ex Cl. Praesulis, & Vic. Ap. Conon. Ep. Maigrotti mss. Voluminibus, quae pro sua erga me benevolentia mecum, dum Romae esset, communicaverat, caussam omnem Sinensium ceremoniarum perspectam, exploratamque habebat; & quicquid veteres Patres sui apud Romanum Pontificem peregerant, ut controversia tam multis animorum motibus exagitata tandem definiretur, probe cognorat. Quid ergo aliud, quam quod Apostolicae sedis auctoritate definitum fuerat, in hoc suo a te vexato opusculo expectandum erat? Nec mireris, si *Boiretus* Sinarum Litteratos *Atheos* ob id appellat; nam ne ipse quidem *Moshemius* eos ab hac impietate immunes vindicare potuit.

Idem sensit *Bayerus* de *recentibus Litteratis*, quos tamen a veterum placitis discessisse suspicatur.

illa beatae stationis sede aures, te quaeso, oculosque aetos

tur. Sed *Navarete* ex Sinicis ipsis antiquis libris passim ostendit, non recentes tantum, sed & vetustos illius sectae philosophos eiusdem erroris labe fuisse infectos; nec eos, qui contra sentiunt, ullum, unde id probent, quod dicunt, monumentum habere: *no lo prueba*. ait tom. 2. p. 397. Ceterum de hoc argumento nonnulla & ego tradidi in Alph. Tib. p. 226. & seqq

Quamobrem fieri nullo modo potest, quin ego de te mirer, quomodo aut ignoraris, aut certe neglexeris Apostolicae Sedis definitionem, qua interpretatio tua de Xañgtì, *Domino Caeli*, de *Vero* nempe *Deo*, *ac Domino nostro* reiicitur, & condemnatur.

Falsum itaque 1. est, Sinicum sacrificium *Caelo materiali* oblatum simile esse Brahmanico *Yagam*. Ab *uno Imperatore* offertur semel tantum in anno: *Segun los libros chinicos, y los dictionarios*, ait *Navareta* noster eodem T. 2. p. 351. *la voz* Kiao *significa el campo fueras de los muros donde se sagrifica al Cielo; y porque l' Emperador en el Invierno sacrifica al Cielo. en a quel lugar, que mira al sur, y en el Verano sacrifica a la Tierra, en otro sitio, que sta al Norte, por esto, se dize, que sacrificar al Cielo, y tierra se llama* Kiao. In Concincina, & Tunkino a Rege Caelo in Templo ei sacro, teste Boireto, sacrificatur. 2. Falsum est, Sinas sacrificare *Caelo*, tamquam *Soli* (*palto omni dublo*) & *Mithrae*, *veri Dei*, (quem litterati penitus ignorant) *symbolo*. 3. Falsa est comparatio sacrificii arietis a Brahmanibus, & Scythia oblati geniis caelestibus, & ab *Abrahamo* in Dei veri honorem immolati cum sacrificio quorumcumque animalium, quae offeruntur in Sina *Caelo materiali*. Nam spectata saltem natura ac dignitate obiecti, cui haec offeruntur in Sina, nulla in hac oblatione veri sacrificii ratio haberi potest. Quicquid in ea agitur fictum est, pharisaicum, & ad populos decipiendos compositum, & excogitatum. 4. Argumentum laborat in falsa hypothesi. Ponit enim *Dominum Caeli* esse Mentem supremam, infinitam, intelligentem, summamque potestatem Caelo superiorem, & a Caelo ipso distinctam; quod tamen falsum omnino est. Quicquid igitur *commenti*, & *contradictionis* sive *Boireto*, sive aliis Apostolicae definitionis defensoribus obiicis, totum tuum est, & indignum figmentum in tui perniciem a te temere prorsus, & inconsiderate prolatum. Tantane mentis caecitate, o Amice, laboras, ut non videas, quo te tua isthaec audacia commenta impellant? An non intelligis eo te demum erumpere, ut instaurare velle videaris maximum, & praecipuum illud *controversiae caput*, *quod de Sinensium ritibus* post tam longa, & immania dissidia solemni, & irrefragabili Apostolicae Sedis iudicio decisum, & terminatum est? 5. Ad quintum, etsi de Stoicis quaestio moveatur, an & ii in Atheorum familiam sint reiiciendi? Ab hac tamen infamia eos absolvendos arbitror. Non sint ergo Stoici Athei. Quamquam enim Deum ut corpus subtilissimum, quod *aethera* etiam, *Iovemque* appellabant, per hanc omnem universitatem rerum diffusum, & perfectione atque virtute naturae genitricis indutum, admittant, Ens tamen supremum, & divina intelligentia, ac potestate praeditum esse fatentur. At Litteratorum Sinensium secta Caelum, quod unum se colere dicunt, *materiale*, ut & illius *spiritum*, quem *supremum Imperatorem* vocant, eumdem cum caelo ipso faciunt *materialem* pariter, & omni prorsus in-

Digitized by Google

tos ad me benignus converte , & quid te orem , exaudi.
pp 2 O Tu,

intelligentia , vita , ac sensu destitutum docent . Ad hanc doctrinam firmandam solemne illud *Spinosae* axioma ubique in omnibus Sinicis Libris perpetuo urgent : *Omnia sunt unum*,uti frequenter in cit. Tract. v. T. I. Navareta testatur . Praeter hunc , alium Deum Litterati Sinenses minime norunt . Quo ergo iure contra eumdem Navaretam , aliosque plurimos & numero & dignitate praestantissimos testes , Sinenses litteratos *non esse Atheos* , sustinere poteris ?

Quid tandem ? Magnae tibi saltem utilitatis fructum obvenisse iactas ex fabulis de *But* Concincinensi a *D. Boireto* in suo illo opusculo enarratis . Eas enim ad Astronomicum *Budhae* tui Numen illustrandum mirifice facere scribis . Sed id , quod tibi facile polliceris , numquam , sic mihi persuadeo, obtinere continget , nisi quibusdam tibi uni cognitis , & usitatis praestigiis utaris *Butta* Concincinensis Impostor insignis est,homo mortalis in Malabaria natus , altero ex variis nominibus ei impositis *Tbica-Manni-Pbut* dictus : montanae eremi cultor : scriptor *trium mille* voluminum ope , & afflatu *duorum daemonum* : vita denique functus , & adoratus est , uti Cæli terræque creator in Insula *Seylan* . Inde illius simulacrum iussu Sinensis Imperatoris ab oratoribus eo missis,in Sinam,Concincinam,& Tunkinum translatum,exordium dedit instituto *Bonziorum* , & cultui *Fobe* . Vide & Alphab. Tibet. num. XIV. pag. 20. At quid , quaeso , commune habet noster hic Budha cum *Budha* tuo,quem *Rectorem* facis *Planetae Mercurii* ? An forsan *Senior* , & *Iunior* Mercurius , ambo & ipsi *Budhae* nuncupati, e caeli orbe delapsi , ii fuere *daemones duo* , qui scripta *Budhae Ticbae* in *Seylan* , & Malabariae montibus inspirarunt ?

Verum haec eo a me consilio hactenus dicta sunt , ut vindicarem fidem , & integritatem mei *Boireti* , ne tu auderes in dubium vertere veracitatem illius testimonii , quo , te licet aegre ferente , ingenue scribit : *Quindi i Cinesi , Concincinesi , e Tunkinesi ammettono due principi come i Manichei , uno buono , l'altro cattivo , ai quali offeriscono sacrifizi* .

Claudat Agmen meorum testium Vir idem summus & Dominicanae familiae Immortale Decus , *Fernandez Navarete* , qui Tract.VI. *De los viages que hizo* cap.XXVI. *de la estada en Madagascar* p.400. ita scribit : *Quanto a la Religione de a quella gente . me dixeron los Missionarios . que conocian un Dios bueno , y otro malo , como los Manicheos , al bueno davan poco culto, y mucho , y grande al malo , el bueno por serlo , dizen , que no les haze mal.non que non necessitan de cansarse con el ; pero es necessario tener contento al malo* . Mitto *Baelium* aliosque

Quid praeterea est tuus ille *Devada*,quem ut in Codd.Borg.tute testaris pag. 88. *Peguani Samanae seu Budhae Dei adversatorem*,appellant , nisi *malum principium* , cuiusmodi illum vocas , Manichaeorum ? Et tamen tanta cum impudentia mihi negas Manichaeismum in Indiis ? Quodque magis est hoc idem expressius etiam tradideras p. 51. ubi *Arimanius* est , *malum principium* Magorum oppositum *bono* nempe *Oromazan* apud Siamenses & Peguanos ex cod. D. *Mantegatii* . Ibi uti & pag. 46. iterum Plutarchum adduxisti ex *pag*. 359. *edit. Paris.* , ( quae tamen esse debet pag 369. ) *in Iside & Osir.* , tamquam testem sententiae *Zoroastris* , *& Magorum* de duobus quidem contrariis Diis , sed

a te

O Tu, cui in beante summi, sempiternique Dei lumine & tua,

a te falso, & inepte adversus tantorum virorum, ut hactenus audisti, auctoritatem, ad peculiarium, simpliciumque *geniorum* conditionem traductis, ut ne *bono* quidem *principio*, quod mirum est, *Dei* nomen reliqueris. Tollis ita omnino de Siamensium, Peguanorum, & Avensium religione veri nominis *Deum*. *Devada*, enim te Iudice, *daemon* est malus *Dei Samana advertator*. Sed Deus *Samana* ex Dialogo D. Mantegatii, cui Tu assentiris, est *Deus* ex homine factus post *innumerabilium transmigrationum* cursus, non is ergo Deus increatus est, nec Deus creator, & bonorum omnium principium. *Devada* aliunde est ex *materia*, quam Siamenses, & Peguani *aeternam* esse aiunt; atqui ex illa non est conditus; neque enim tu mihi das aut *Samanà*, aut alium quemvis *Deum*, a quo sit creatus; Illud igitur restat, ut *Devada* sit in aeterna materia increatus, & per se se ipsum Deus malus, malumque principium existens, quale & illud est, quod *Manichaei* ponunt.

Heic tu velles ut *Dom. Mantegatius autographos* tibi dedisset *textus librorum* Talapoinorum *de fato*, *de materia aeterna*, *deque spontaneo* atomorum *concursu*, *ex quo omnia coaluerint*, uti in Siamensium, & Peguanorum Religione traduntur.

Ita ne vero? At tu forsan *autographos textus* pro *authenticis* dicere voluisti. Nam si de iis, qui revera autographi sunt, loquerere, quis te non irrideret, qui de *Canonicis* Brahmanicae superstitionis libris agens sive in examine critico Codd. Bibl. de Propag. Fide, sive etiam alibi in scriptis tuis, ne unum quidem *autographum codicem* in universa India commemoraveris? Omnes enim antiqui codd. tui nomine scriptoris, ceterisque autographi codicis notis omnino aetatis carent. De *authenticis* vero, ego dubito, cum ob alias caussas, tum ob id maxime, quod cognitum omnibus sit arctissimum sacramenti vinculum, quo Brahmanes vetantur, ne alienigenis arcana religionis, neve sacros libros eis quocumque modo aut commodent, aut revelent; quin & iudicium de libris sacris cognoscendis, & approbandis sibi unis reservatum volunt. Quae res omnes efficiunt, ut exempla canonicorum librorum, quae passim tamquam a Brahmanibus accepta ad Europaeorum nostrorum manus pervenisse feruntur, magnam mihi suspicionem de sua ipsorum *authentia* semper crearint. Ad iudicandum proinde de *dogmatibus* Religionis Brahmanum, & Talaponiorum nulla tutior via est, quam ea cognoscere ex constanti eorum professione, & disciplina, publico totius sacerdotalis ordinis, & populi usu recepta; immo ex ipsis etiam eorum libris, sed quibus in communibus, privatisque Religionis officiis unanimi consensione utuntur. Non dubito, quin solemnibus hisce luminibus ad cognoscenda *Talapoina dogmata* usus sit magnae doctrinae, eruditionis, & prudentiae episcopus, qualis est Dominus Mantegatius. Atque id ei satis superque erat, ne frustra, ut tu immerito, ac temere velles, confugere teneretur *ad Autographos textus*, qui certe vel nulli erant, vel maxime saltem suspecti apud eum esse debebant. Ceterum rem ex testibus, praesertim vero ex Plutarcho a te *ae duobus Diis* mihi datam teneo; ficulneas vero, & ineptas interpretationes tuas, loco suo iam refutatas, tibi uni relinquo.

Tu autem contra tantorum testium, quos ego iam adtuli, auctori-

ta-

& tua, & mea clara & perspicua sunt omnia, sine ulla am-

tatem, & copiam, aliud, quod opponas, non habes, nisi nudum fallacissimumque sophisma, petitum ex duabus illis vocibus, *Orumà*, & *Abrimà*, *concordium*, & *discordiam*; quibus *duo principia in rerum naturalium compositione*, non vero *boni* & *mali* universalia, & coaeterna, secumque mutuo perpetuoque pugnantia principia, significari contendis. At satis iam cognita est ars, qua uteris, insidiosae fallaciae tuae. *Oruma* & *Abrima* vocabula abstrahis a *causis boni* & *mali efficientibus*, ut ea ludicre, & iocose transferas ad *caussas materiales*, quae ad rerum naturalium compositionem spectant. Sed voces hae *Samscrdamicae*, quas mihi, ut & alias pene innumeras tanta cum ostentatione obtrudis, cuiusne formae sunt, antiquae ne, an iunioris? Nam Anquetilius du Peron *Samscrdamicam* linguam, atque scripturam, apud Brahmanes aliam veterem, aliam novam recentemque non semel appellat.

Ais & p. 195 in Borg. CC. *Censor totum indicum religionem adscribit* (Maneti.) *Quomodo ea* ( duo summa principia ) *in Indiam intulit Manes* ... ? Et rursus p. 196. *Censor S. Epiphanii auctoritate innixus a* Scythiano *manichaeismum ad* Brahmanes Indos *perlatum contendit*. Quid & haec sunt, nisi nova quaedam *imposturarum* tuarum figmenta? Contra, ego ubique *Manetem*, licet eum numquam ad Indos usque pervenisse putarim, haeresim tamen suam de *duobus* coaeternis, sive *Diis*, sive *principiis*, e Brahmanum Indorum, Persarumque Magorum placitis accepisse dixi. De Scythiano vero, non eum in Indias *Manichaeismum* intulisse, sed ex Indiis potius retulisse disserte asserui. Heus! & heic tu mihi, Diva fides, testis, & adiutrix adesto. Nam imposturae me undique opprimunt.

Verum quid illud est, quod & tu, & quem mihi obiicis, *Paw*, ad eliminandum ex Indiis *Manichaeismum*, coniunctis nugis, adversum me blateratis? Ast satis mihi erit, unum audire praeeuntem ducem, Abbatem *Paw*, ex quo partem verborum, & sententiarum de hoc errore ab Indiae finibus removendo excerpsisti. Ille itaque tom. 2 *Recherches Philosoph. sur les Americains, lettre II. sur le grand-lama* p. 319. de me ita loquitur: *Le Pere Georgi ... soutient que c'est aux Manichéens refugiés dans le Thibet à qui on doit la plû part des Fables sur la naissance miraculeuse de* Xaca. *Il fait à cette occasion une violente sortie contre feu M. Beausobre, qu'il appelle sans cérémonie un calumniateur, parce que dans son Histoire sur le Manichéisme il parle irrévéremment de saint* Augustin *C'est une pure imagination du Pere Georgi de faire voyager des Manichéens au Thibet, où l'on ignore* ( en tota ratio ) *aussi parfaitement leurs noms que leurs visions: c'est manquer de charisé, de politesse, de respect, que d'injurier Mr. de Beausobre, qui apres tout, n'étoit pas obligé de dire du bien de S. Augustin, ni d'inserer dans son Histoire, que les Manichéens ont été prêcher dans un endroit où on ne leur avroit pas permis de prêcher, quand même ils en eussent eu l'envie Quoiqu'il en soit, la Religion Lamaique s'est propagée dans une si vaste étendue de Pays, qu'on peut dire qu'elle a envahi une portion considérable du globe ... s'est établie aux Indes et à la Chine*.

Credo equidem Pavv, Historiam *Beausobrii* de Manichaeis, quo tempore haec scribebat, vel non legis-

se,

ambiguitate vides, num in ea concertatione, quam ego de

se, vel si legerat, oblitum omnino fuisse eorum, quae in Historia ipsa *Beausobriana* continebantur. Nihil enim in ea tam crebro expresse traditum est, quam in Persia, In India, in Turkestania, in Tartaria, & in Sina Manichaeorum haeresim, non modo post Manetem fuisse propagatam, verum etiam multis ante Manetem seculis illis in Orientis, & Semptemtrionis regionibus, suis veluti in sedibus, uti vel ex iis, quae supra attulimus, Beausobril locis, facile intelligitur, viguisse. Quo igitur die Pavv sibi fingebat vel in Manete Magistro, vel in eius discipulis immanem illam, quam heic innuit, difficultatem praedicandi Populis hisce Orientalibus *duo coaeterna* rerum omnium principia, unde exordium sumsit Manichaeismus, stertens haud dubie somniabat. Tota difficultas pendebat a coniunctione christianae Religionis, quam impiis erroribus depravatam una cum duobus principiis aethnicarum gentium animis Manichaei insinuare audebant. At quemadmodum sanctis Apostolis, & priscis eorum discipulis patuit aditus ad praedicandum Evangelium Christi Universis gentibus, ne barbaris quidem exceptis; unde in Indias, in Tibetum & Sinas divina religio nostra an. circiter 60. sec. I. apud Navaretam iam illata traditur, ita & Gnosticis, aeque ac Manichaeis facile accidere potuit, ut sub christiani nominis obtentu errores suos in Religionem nostram invectos ad extremas usque Orientis oras, populis iam antiqua duorum principiorum doctrina imbutis, insinuandos adduxerint. Sed ne meum quidem Tibetanum Alphabetum Pavv integrum se legisse prodit. Ibi enim Templa olim *Maneti* dicata inter Populos Lamaicae communionis diserte commemorantur. Quid, quod seriem omnium fere Manichaicorum errorum, & superstitionum, Ipsiusmet fere verbis *Augustini* singillatim descriptam, ad vivum, ut arbitror, in dogmatibus & moribus Tibetanorum repraesentatam exposui? Sed vide & alia plura, quae vel de Manetis discipulis, vel de illius haeresis propagatoribus apud Indos populos ex certis monumentis in eodem Alphab. a Pavv non osservatis, attulimus.

Hinc primum illud argumentum a te, & a Pavv Ipso deductum ab ignoratis *nominibus*, & *visionibus* Manichaeorum, quam lubricum sit, & inane prorsus atque ficulneum, prima fronte dignoscitur. I. enim ad Manichaeismum ante Manetem detegendum nullo modo profecto necessaria est memoria, aut nomen Manetis; sat enim est id unum certo scire, quod scilicet *duo coaeterna* rerum principia, ita fuerint ante huius nebulonis apparitionem apud Tibetanos, & Indos recepta, sicuti post Manetem integra perseverarunt, postquam ab eo coniuncta sunt cum corruptis sententiis, & superstitionibus sub christiani nominis fuco improbe venditatis. Id vero tam certa rerum demonstratione scitur, ut nil certius in humanarum cognitionum ordine optari possit. Et sane unum nomen Manichaeorum, quos idonei testes a me adducti tibi tamquam errorum suorum satores apud Indos commemorant, nonne Manetis Praeceptoris doctrinam inibi sparsam aperte insinuabat? Ecquonam, obsecro, distracta mens *Pavv*, qui saltando magis quam meditando, hoc argumentum tetigit, peregrinabatur? Sed & tu maxime, quum haec mihi obiiceres, ubinam eras? Nonne Tu es, qui Pythagoram in primis, aliosque Philosophos ad Brahmanas Magosque

## de Thebaicis rebus, & locutionibus tecum ducere coactus sum

que audiendos in Indias concessisse, contra Bayerum decertas? Et tamen, si a te quaeram, quibus in libris apud Indos aut Pythagorae, aut aliorum graecorum Philosophorum nomen inveniatur? non habes quid respondeas; sed ad id probandum alios adhibes licet exteros, & recentiores, non tamen coaevos, testes. Eccur hoc idem non dixeris de nomine *Manetis*, aut alicuius ex ipsius discipulis, qui quamvis inter Indos nostra magistri ad purissima christianae Religionis dogmata cum veteri gentis manichaeismo commiscenda, atque foedanda, disseminarit, illius tamen nomen vel subdole mutatum, vel longo temporum intervallo abolitum, & excisum ex indigenarum memoria perierit? Quamquam *Manes* numquam in Indias pedes intulisse creditur.

Quisquis vero noverit impostnrarum, & iniuriarum copiam, quibus Patris & Doctoris mei Sanctissimi AUGUSTINI, famam & doctrinam in publicum catholicae Ecclesiae damnum, subvertere, & contaminare studuit *Beausobrius*, is certe intelliget, me nihil aut caritatis, aut urbanitatis, honestatisque civilis officiis defuisse erga eum Virum, cuius & ingenii acumen, & vastissimae eruditionis opulentiam, & artem scribendi admirari perpetuo consuevi; etsi errores, & fallacias eius adversus ecclesiae, & S. Augustini, aliorumque Patrum doctrinam semper exhorruerim. In Beausobrii demum audacia refutanda prae oculis perpetuo habui exemplum, quod mihi sequendum praebuit Magnus ille Dux, & Praeceptor meus fidissimus Augustinus in controversiis ab eo institutis contra Ortodoxae fidei hostes, Arianos praesertim, Manichaeos, & Pelagianos. Et haec velim intelligat Pavv.

Pavv tamen erga me multo moderatius se gessit, quam Tu. Ille enim quum negare Manichaeismum in religione Tibetanorum arduum quid esse perspiceret, in partes dubitantium tutius tandem secedere decrevit; suamque dubitationem formula illa verborum expressit: *Quoiqu'il en soit* etc; & ita liberum me in sententiae meae firmitate reliquit; & si paullo acrius argumentorum, quae ego attuleram, meditationi institisset, suum ei calculum & ipse fortasse adiecisset. Sed ulterioris examinis fuit Pavv impatiens, uti solent, qui obiter & perfunctorie res tractant.

Ast mihi iam, Deo propitio, ad extrema suscepti certaminis properanti in mentem venit tuus ille *Sabaismus*, quem Brahmanibus, & Indicis Philosophis antiquae & recentis aetatis tamquam fontem, & originem tot tantorumque *Astronomicorum Numinum*, quae Populi illi gentiles citra, & ultra Gangem, sine ulla *Manichaeismi* mixtione, perpetuo colere studuerint. Quid vero? Tuo huic φανταςικῷ systemati resistunt scriptores & numero, & dignitate conspicui, qui Manichaeos *solem*, *lunam*, & *astra* coluisse testantur; eique praesertim repugnant Cl. VV. duo *Assemanius*, & *Bayerus*: Is in epist. ad La-Croz. 31. tom. 1. *Thesauri epistolici*, ubi ita scribit: *De Christianis S. Ioannis dissertationem excudo, in qua ostendo, veteres MANICHAEOS esse. Litteras eorum Ed. Bernardus exhibet, quas obsecro cum Thevenoti literis mihi confer. Dicam autem in eo scripto de origine huius sectae, opinionibus, historia, literis & libris.* Hanc Bayeri dissertationem etsi studiose quaesitam, mihi in A. B. invenire non licuit. *Assemanus* vero tom. III. Bibl. Oriental. P. II. p. 609. postquam praemis-

sum, ita me intra moderatae & honestae defensionis limi-

misso compendio *narrationis*, quam *Pater Ignatius a Iesu Carmelita Discalceatus* Typis Propag. Fide Romae edidit an. 1652. *de Origine, Ritibus, & erroribus Christianorum S. Ioannis*, *duo* praesertim de iis ex eodem Ignatio retulit; primum scilicet de *nomine*, quod sibi fecissent ex prosapia Progenitorum suorum, qui tamquam S. Iohannis Baptistae *discipuli*, *Baptismum* ab eo in Iordane aeceperant; alterum de eorum eum Nestorianis communione, in qua ex Arabia in Chaldaeam ob Mahumetanorum Principum persecutiones, sub Babylonici Patriarchae obedientia vixissent ad an. usque circiter 1480., ad haec duo expendenda Assemanus tandem descendit; atque ea quidem, utpote inter se manifeste pugnantia, refellit. *Si enim*, inquit p. 611 (Christiani S. Iohannis) *Chaldaeo-Nestoriani* ad memoratum annum (1480.) *fuissent, non originem a discipulis S. Io. Baptistae, sed ab Apostolis, vel Apostolorum discipulis traxissent; neque eos, quos Ignatius refert, fidei rituumque errores ad eam diem habuissent, sed reliquis Christianis omnino consensissent, quibus & alii eiusdem gentis homines in Socotora, Cotroba, Malabaria, Tartaria magna, aliisque remotissimis terris commorantes, adhaerebant; eo praesertim, quia Babylonici Nestorianorum Patriarchae ... sectarios suos in vicinis Babyloniae, Susianae, Arabiaeque locis constitutos ab avita religione discedere nequaquam permisissent. Itaque Nestorianos eos fuisse nullis rationum momentis* Ignatius *persuadere poterit*. Hinc horum *Christianorum S. Ioannis* originem a certioribus Arabum & Persarum monimentis repetendam Assemanius ostendit. Ae principio de his ait: *vocant etiam eos, eodem Ignatio teste*, SABBI, HOC EST SABAEOS. Ne tu tamen eos confundas *Samsterdamicis tuis Cabiis*, vide varias nominis huius originationes apud eundem Assemanum, & Auetores, qui de *Sabaeis* hisce mentionem fecere, *Mahumetum, Henricum Hottingerum, Abrahamum Ecchelensem* apud Cl. *Marracium* in sur. 2. vers. 61. *Alcorani*, ubi *Sabaeos* hosce intelliges appellari *Christianos S. Iohannis*. *Sed Christiani sunt*, subdit Marraccius, *tantum nomine, & inter haereticos, vel potius Ethnicos computandi*. Sed quicquid de his *Sabaeis*, sciri potest, habes apud *d' Herbelotum* Lex. Or. ad Vocem: *Sabi*. Hunc enim laudat & Assemanus ipse, qui tandem *primam Sabaeorum* horum *originem* dedueit ex urbe *Haran*, *quae et* Carrae *dicitur*, *unde Abraham profectus, in Palaestinam abiit*. *Ibi*, inquit, *cultus Idolorum frequentissimus usque ad Iuliani Apostatae tempora extitit: secta etiam* MANICHAEORUM *circa an. Christi* 770. *ibidem vigebat, Dionysio, & Amro testibus* ... *Haranitas cum Sabaeis eosdem esse Abulpharagius docet, ubi Tabethi filii Corrae, & Tabethi filii Senani meminit eotdemque Sabaeos, & Haranitas appellat* ... *Inter ea, quae* (apud Abulpharag. Thabet ben Corrah Medicus, Mathematicus, Philosophus eximius,) *Syriace* scripsit, *opera* haec *ad* Sabaeorum, seu *Haranitarum sectam spectant: Liber de lege & Canonibus Paganorum. Liber de mortuorum sepultura: Liber de confirmatione Religionis paganorum. Liber de munditie, & immunditie. Liber de animalibus sacrificio aptis. Liber de horis precum. Liber de lectionibus recitandis ad singulos septem planetas accomodatis. Liber de poenitentia, & deprecatione. Liber de religione Sabaeorum.*

Digitized by Google

mites continuerim, ut simul etiam magni nominis, & doctrinae tuae gloriam ubique tueri curarim, Tu inde discerne: & si quid offensionis propter inscitiam & socordiam meam, ex eo disceptationis complexu in te derivatum deprehenderis, pro uberiori, qua modo polles, in caelis pietatis & indulgentiae tuae gratia, veniam,

q q quam

*rum. Liber de distributione dierum hebdomadae relata ad 7. planetas. Liber de legibus Hermetis, & precibus paganorum propriis, & usu receptis.*

Audi tu modo *Assemanium*, qui sic statim subiungit: *Ex his Sabaei operibus palam fit primo, Syros Paganos Haranitas a Sabaeis nihil differre. Secundo eosdem* Planetarum *fuisse usque ad superstitionem observatores. Tertio ex Manichaeis, qui in Persidem ac Mesopotamiam olim invasere, nonnullos errores accepisse; adeoque* Manichaeos *Haranitas pro Sabaeis* appellari. Et pluribus interiectis concludit: *Arianorum itaque Sariganorumque reliquiae* (in urbe Bagdado circa an. Chr. 865. superstites) *inita cum Sabaeis societate, unam eandemque gentem videntur conflasse, cui Christianorum S. Iohannis nomen impositum.* Hi & Sabaei a Sabaismo planetarum, & Manichaei ab Haranitis Manichaeis eorumque erroribus simul, ut tute vides, appellabantur. De illorum quoque transmigratione in *Indias Orientales* consule quae Assemanus ipse protulit ex illustri praedecessore tuo *P. Ignatio a Iesu*. Et ecce finem heic habes meae huius qualiscumque *Velitationis*.

Age nunc, Amice Sophe, & quicquid inter pugnandum ex acie calami mihi excidit, quod tibi grave & amarum accidere posse sentias, obsecro te, per caritatem illam, & benevolentiam, quae ante diem initae pugnae inter nos pure casteque intercesserat, generosi pectoris tui indulgentia ad laudem, & honorem Christi Dei, & Salv. N. mihi ignosces. Memento me in libris tuis fuisse a te provocatum, & non vicissim. Nam & postquam in editis operibus tuis tam saepe, ut scis, me vellicaveras, quum nondum ea legere potuissem, nihil de te adversum me suspicabar, sed quietus aliis omnino studiis meam operam impendebam. At vero monitus subinde, ut opera tua percurrerem, tam multa loca, quibus irritabar, sese mihi spectanda obtulerunt, ut ex iis aperte intellexerim, quam necessarium mihi esset ad honestatis meae iura tuenda, tecum tandem in hanc palaestram descendere. Et iam, ut vides, pugnam, quam velles, ingredi non recusavi.

Verum in hoc discrimine difficile est, ut pugnatores ita semper, & tam caute ictus librare valeant, ut vel nullum, vel leve saltem vulneris vestigium sibi mutuo aliquando non impingant. Quamobrem ea, quæ Tu de me p. 37. in Codd. Bor. lin. 25. ad finem usque paragraphi dixisti, nunc ego, tuis tantum verbis in totidem, quæ mea esse debent, mutatis, tibi pari prorsus, immo & integriori, uti mihi persuadeo, fide, ad ingenii, & eruditionis tuae gloriam amplificandam tibi reddo, & libenter ingenueque rependo. Quod si me in posterum vexare perges, nec iis, quae hactenus attulisti, meliora feres, sinam te vagari quocumque velis, quove & tua te incitata libido impellet; interea dum egomet, uti bos lassus, ac pene iam senio confectus, caussa mea bonorum omnium Iudicum arbitrio ex integro relicta, quieti, & silentio me dedam sempiterno. Nam, & tempus in huiusmodi nugarum ineptiarumque genere diutius terere religioni duco,

quam Ego precor, mihi concede. Quod enim ad me attinet, tui semper memor ero, & immortales, splendidasque decoris & sapientiae tuae coronas, quibus pulchrae, divinaeque Hebraeorum, Graecorum, Aegyptiorumque musae tua tibi tempora, quamdiu in terris viveres, exornarunt, aeternum colere, & celebrare non desinam. Non ultra mihi, quod doleo, in tuas laudes excurrere licuit. Has enim, quae meritis tuis debentur, longe maiores, uberi eloquentique calamo Tibi dabit elegans, & perdoctus ad S.Petri in vinculis Bibliothecarius, idemque Sac. Theol. Professor, & Lector in Rhenana Congreg. Canonicorum SS. SALVATORIS, *Dom. Vincentius Garofali*, Alumnus, & Sodalis tuus dulcissimus, in vitae tuae commentario; qui iam, ut intellexi, paratus ad proelum, paullo post, cum litterati orbis gratulatione, in publicam lucem prodibit. Quae quidem omnia multo mihi magis laeta, & iucunda erunt, si & Tu, humanissime Lector, hanc mihi spem dederis, ut & haec mea qualiacumque *parerga*, tibi grata, & accepta contingere aliquando possint. Vale.

IM-

*IMPRIMATUR*,

Si videbitur Rmo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

*Franciscus Xaverius Passari, Archiep. Lariss. Vicesg.*

---

## CENSORIS THEOLOGI ADPROBATIO.

De insigni Opere, tum *Miraculorum Sancti Coluthi*, tum *Reliquiarum Actorum Sancti Panesniv, Martyrum, Thebaica Fragmenta duo; alterum nunc auctius, alterum nunc primum editum; Fragmenta varia notis inserta, ex Museo Borgiano Veliterno deprompta atque illustrata* Complexô, non possum magni in Republica litteraria nominis viro, eoque Πολυμαθέστατῳ Revmo Patri Magistro Augustino Antonio Georgio, Bibliothecae Angelicae Praefecto, interque praesertim suos primis iam functo muneribus, non vehementer iterum gratulari, mihique plurimum gaudere: Clarissimo quidem Auctori, qui latina sua interpretatione, tam vetusta planeque aurea Fragmenta, quibus ad Religionis cultum virtutisque maxime incendimur, omnigenae doctrinae atque eruditionis adnotationibus singula, in Ecclesiae laudem & gloriam, eo pacto instructa reddidit, ut sanctae antiquitatis studiosis non minimam sint illatura partem commodorum; mihi vero qui id honoris, beneficii & gratiae fuerim consequutus, ut librum eximium a Revmo P. Thoma Vincentio Pani, Sacri Palatii Apostolici Magistro, legere iussus, iudicium de illo qualecumque facerem meum. Quas certe iudicii partes cum suscipio, dicam equidem, non reverens assentandi suspicionem, & illud non minus vere quam libenter, nihil me hoc in genere ardui licet impeditissimique laboris legisse ornatius, nihil eruditius atque accuratius.

Atque ut quae ad prius Copticum Fragmentum Thebaicum ab eruditissimo Viro Georgio latine conversum attinet, quodque ab hinc duodecim circiter annis ex Museo suo Em̃us Cardinalis Stephanus Borgia, Romae Typis Sac. Congreg. de Propag. Fide, luculento de S. Colutho Προοίμιῳ ornatum, primum in lucem protulit, biennio vero post Volumini quarto *Anecdotorum litterariorum*. ibidem an. 1783. editorum insertum, nonnulla at leviter rudique, quod aiunt, penicillo expressa, non satis tamen praedicanda, attingam; quid litteris bonisque artibus, quid certe Religioni contingere felicius poterat, quam tam pretiosi Fragmenti, ut non minoris momenti ac ponderis cetera hoc opere comprehensa nunc tacitus praetermittam, divulgatio atque interpretatio? Quod sane eminentissimi Principis praeclarum & maxime laudabile institutum fortunatius quoque cessit, quo magis prioris eiusdem monumenti, insigni vetustate commendabilis, Cl. interpres ac illustrator Georgius viam, quae ad pleniorem Thebaicae sive Sahidicae Dialecti intelligentiam ducit, quasi unus omnium nobis aperuit. Unde amplissimo Cardinali, omni honore atque laude florenti, hosce in Aegyptiacis aliisque bene multis, eruditae Europae abunde notis, doctis laboribus litterarios conatus, hominum memoria celebrandos sempiterna, perliberaliter certissime promoventi atque foventi, & illi ipsi venerando seni optimo Georgio, eiusmodi etiam studia Aegyptiaca non vulgari cum laude tractanti, Φιλοθηβαῖοι iam habuere & semper habebunt, quo gratias agant maximas & immortales.

Hoc ego autem ob eam caussam scribo, ut post Thebaica illa Borgiana vulgata atque illustrata, exarata manu Volumina vel Fragmenta, si aliquid in Sahidicis litteris eruditissimi homines ad hanc diem profecerint, tantis illis duobus Viris, quorum industria & exemplo multum excitati, iisdem in disciplinis studium suum & operam posuere, potissimum acceptum idipsum esse referendum aequus bonusque Censor intelligat & posteritas cognoscat.

Quae

Digitized by Google

Quae cum recordor, tamen non is ego sum, qui hos & illos ab ill. Thoma Valperga, eoque de hisce studiis optime merito, & ab nostro Cl. Georgio non sine peculiari honoris praefatione nominatos, eruditos viros debitis laudibus minimum defraudare velim, quique superiori & hoc ineunte nostro & progrediente & labente saeculo ad Copticas Litteras, vel excolendas, vel scriptis suis promovendas sese egregie contulerunt.

*Manibus date lilia plenis:*
*Spargam flores.*

At vero Thebaicorum in primis illorum, quorum copiam, tanto quanto numero in Veliterno adservantur Museo, nulla etiam splendidissima & Regum & Principum habeat Bibliotheca, Fragmentorum Borgiano-Copticorum divulgatione atque interpretatione ( atque utinam cetera Borgiani Serapei a tam perita manu, eadem ratione qua iam edita aliquot sunt, illustranda aliquando publicarentur! ) id genus studia magnopere excitata fuisse, egregiisque recentissima nostra memoria susceptis laboribus amplificata, quotumquemque fore censemus in earumdem Litterarum historia paulisper versatum, qui inficias ierit? Quod ego beneficium tanti facio, nullum ut anteponam.

Quod faustum felixque praeter spem quoque evenit; illud ipsum quod in Borgiano priori Fragmento, *Miraculum secundum Sancti Coluthi* exprimente, veluti deperditum lugebat Cl. Georgius, Aegyptiacorum Ἀποσπασματίων fasciculus, membranas duas omnino concludens alteras, at adversante fortuna valde mutilas, quae tamen desiderabantur, potiora avibus bonis exhibentes, ad praestantissimum Cardinalem ex ultima Thebaide advectus, percommode obtulit. Quibus sane Ἀποσπασμάσι, sive *reliquiis*, praeter ceteras, bene iuvantibus, idem prius Fragmentum Cl. Georgius tantis auxit supplementis, uti volumen altera parte maius prima editione in manus hominum, illudque emendatius castigatiusque emittatur atque absolutius.

Verum

Verum non id quidem totum est. Opus universum Cl. Auctor nobilissima instruxit praefatione, ubi de Fragmentis Thebaicis, variisque in seriem adnotationum suarum insertis, erudite disserit; pluraque praesertim de fortissimis Aegyptiis iisdem sanctis viris qui, Christi Servatoris Dei caussa, tam immaniter, incredibili autem constantia magnoque numero, ipsa Diocletiani Tyranni aetate, mortem obiere, deque acerbissimorum, quibus excruciabantur variis suppliciorum generibus; multaque praeterea quae cum ad ipsa Acta Martyrum antiqua Aegyptiaca monumenta illustranda, tum ad ipsam temporum rationem, quibus in Aegyptios Christianos tanta crudelitate saevitum ab Imperatoribus, ab praesidibus est, definiendam ac stabiliendam conferant, non inanibus coniecturis ductus, sed Veterum innixus auctoritatibus eruditus Georgius pro dignitate disputat. Haec autem & alia plura, ad Chorographica quaedam nomina in Memphiticis SS. MM. Actis usurpata, partim ignota, partim haud satis cognita, atque insanissimam Diocletiani Πολυθεΐαν spectantia, scitu dignissima sunt & bene observata.

Πρόλογον autem suum peculiari quaestionis genere, vetustis monumentis Indiarum gentis etiam Mythologicis, Dogmatibusque religiosis eruendis explicandisque haud parum inservituro, quodque in controversiam vocabatur, Cl. Auctor ad extremum vehementer prosequitur. Quod quidem non leve argumentum, quamvis ego meum ullam in partem iudicium interponere ausim; nonnulla vero in illum, qui prior semel atque iterum & tertium laesit, inclementius dicta minus probem; nihilo secius ab eruditissimo Georgio ita institutum intelligo, ut quisque per se perspicere facile possit quae eadem de re acriter controversa, propensior ad veritatem sententia esse videatur.

Quae porro in magna librum magis magisque ponunt commendatione, sunt illa ipsa SS. Martyrum Coptica Fragmenta, non sine Divini Numinis providentia singulari ad aevum transmissa nostrum ac propagata. Quae aureola

aureola κλάσματα, dum immortalem nominis celebritatem Borgiano Museo Veliterno, eiusque amplissimo possessori conciliant, aut funditus intercidissent, magno profecto litterarum damno, aut Cimmeriis adhuc iacerent tenebris, nisi eminentissimum exquisita ornatum doctrina Borgiam Cardinalem, huiuscemodi praesertim summe studiosum monumentorum, ut prope infinita alia veneranda vetustatis & Aegyptiaca varia & Indica & Graeca & Romana & Phoenicia & Hebraico-Samaritica & Cufica ab se diligentissime investigata, quibus suum egregium perpetuo ditat κειμηλίαρχιον missam faciam, Deus Optimus Maximus excitasset, qui utpote rerum omnis generis antiquarum iustissimus aestimator & iudex, atque ea qua semper est in bonarum disciplinarum studia augenda amplificandaque propensione, cum orbe erudito eadem Fragmenta, tum ab oblivione, tum ab interitu vindicaturus communicaret. In quo beneficio praestando summi eiusdem Dei providentia id est effectum, ut vir omni virtute praestans atque eruditione, ille ipse Georgius nobis daretur, qui unaquaeque Aegyptiaca λείψανα latina veste indueret. In quo sane genere interpretationis vir eximius splendidissimi Graeco-Copto-Thebaici Fragmenti Borgiani Evangelii S. Iohannis nupera editione aliisque praeclaris ab se iam conscriptis libris, multis celebrandus nominibus, parem fortasse aliquem, superiorem vero habet neminem.

Accedit, quod quae uberius exponenda essent, non arbitratu suo, non captiosis, non fallacibus rationibus, verum monumentis illis ipsis, quae supersunt, antiquissimae aetatis, Cl. Georgius ( cui ego Deum ea, quae piissime exoptat, vehementissime cupio fortunare ) declaravit; & ubi occasio tulit, in sanctissimae Religionis summorum aliquot capitum testimonium & gravem confirmationem, suis diligenter illustravit animadversionibus.

Tanti igitur Operis, qua magna rerum copia, qua argumentorum varietate etiam spectabilis, a Religionis

autem

Digitized by Google

autem decretis non modo numquam dissidentis , sed & non pauca piis erecta affectibus mirificeque sententiis ac gravissimis verbis illustrata comprehendentis dignitatem cum animo meo reputanti , si qua statim subiit cogitatio , ea profecto una fuit , ut publico bono in lucem quam primum editum , posteritati transmittatur .

Sic ego censeo . Romae ex Aedibus Minervae ipsis Calendis Decembris 1793.

Fr. Gabriel Fabricy ,
*S.Theol. Doctor , Ord. Praedicatorum ,*
*Collegii Casanatensis Theologus .*

*IMPRIMATUR.*

Fr. Thomas Vincentius Pani , Ord. Praedicat. Sacri Palatii Apostolici Magister .

IN-

Digitized by Google

# FR. STEPHANUS AUGUSTINUS BELLISINI
## VITERBIENSIS
### SACRAE THEOLOGIAE MAGISTER

*Totius Ordinis FF. Eremitarum S. P. N. Augustini Prior Generalis, & Commissarius Apostolicus.*

Cum opus inscriptum: *de Miraculis S. Coluthi, & Reliquiis Actorum Sancti Panesniv Martyrum, Thebaica Fragmenta duo, alterum auctius alterum nunc primum editum, quibus accedunt Fragmenta varia notis inserta: eaque omnia ex Museo Borgiano Veliterno deprompta & illustrata*, a Rmo Padre Magistro Fr. Augustino Antonio Georgio compositum duo nostri Ordinis Theologi a Nobis deputati recognoverint, & in lucem edi posse senserint; Ideo Nos tenore praesentium facultatem ei concedimus, ut Typis detur, si ità iis, ad quos reliquum spectat, videbitur.

Datum in Conventu nostro S. P. Augustini de Urbe die 6. Maii an. 1794.

Fr. Stephanus Augustinus Bellisini
Generalis Ord. Eremitarum S. P. Augustini.

Nostri muneris affixo sigillo.

*Mag. Fr. Nicolaus Salerno Ord. Secret.*

Reg. lib. VI.



Digitized by Google

Iussu Rm̃i Patris Magistri Fr. Stephani Augustini Bellisini, Generalis, nos infra scripit vidimus praesens Opus, cui Titulus: *Fragmenta Actorum SS. Martyrum Coluthi, & Panesniv &c.* a Rm̃o P. Magistro Fr. Augustino Antonio Georgio magna eruditione elaboratum; quo cum & Sanctae Religionis nostrae variis dogmatis nova antiquitatis argumenta, & Fidelibus gravissima pietatis exempla prodantur, publica luce id dignissimum censemus.

*Fr. Petrus Ludovicus Albasini S. T. Mag. Italiae Assistens.*

*Fr. Richardus Tecker, Sac. Theol. Mag., Germaniae Assistens.*

IN.

# INDEX PRODROMUS

*Praefatio*. pag. III

## IN FRAGMENTUM I. THEBAICUM

| | |
|---|---|
| *II. Thebaico-Borgianus Codex de Miraculis S. Coluthi Mart. deſcribitur; eiuſque praeſtantia & antiquitas demonſtratur.* | IV |
| *Specimen characteris fragmenti Coptici membranacei Seculi V. in Muſeo Borgiano Velitris.* | VII |
| *III. Codicis aetas ad exitum ſec.* IV. *refertur.* | XIV |
| *IV. De aede Sacra S. M. Coluthi prope Antinoem.* | XVIII |
| *V. De latina Interpretatione Fragmenti.* | XXI |
| *VI. De Adnotationibus.* | XXVI |
| *VII. De Fragmentis variis in ſeriem adnotationum inſertis.* | *ibid.* |

## IN FRAGMENTUM II. THEBAICUM

| | |
|---|---|
| *I. In idem.* | XXVIII |
| *II. De loco certaminis S. Martyris Paneſniv.* | XXXI |
| *III. Ex triplicis Martyrii hiſtoria, memphitica dialecto, ſub initium Diocletianeae perſecutionis deſcripta, mihi vero ante id temporis prorſus incognita, nova materies tum ad hoc noſtrum, tum ad alia aegyptiaca eius aevi monumenta illuſtranda, emanat.* | XXXIII |
| *IV. Varia ſuppliciorum genera, de quibus mentio fit in noſtris hiſce MM. actis nuper detectis.* | LXIII |
| *V. Epiſtolae indidem ex actis ipſis excerptae, quibus Praeſides provinciarum, Martyres curationum, & miraculorum gratia inſigniores, ob Populorum me-* | |

*metum, perimendos, ſub exilii obtentu, ad ſe invicem mittere ſolebant.* LXXXVIII

*VI. De pluralitate Martyrum, Diocletiano Principe, ex iiſdem ipſis Aegyptiacis monumentis.* XCIX

*VII. SS. Paeſis, & Soror eius Thecla, qui ex Thebaico eorum fragmento antea edito inter Martyres conſummatos cognoſci non potuerunt, ex actis memphiticis S. Pueri Anub nunc deteguntur ut conſummati: & coniecturae plures ex eodem Fragm. deductae retractantur.* CXXX

*VIII. Tabula Chronologica Imperatorum, Praeſidum, & Martyrum Aegypti ex his memphiticis actis, coniungenda cum Thebaico Fragmento Martyrii S. Puellae Theonoe.* CXXXVII

*IX. Chorographica quaedam nomina in noſtris hiſce memphiticis MM. actis uſurpata partim ignota, partim non ſatis adhuc cognita.* CXC

*X. De Diis* LXX. *partim maribus, partim foeminis a Diocletiano conſtructis.* CXCIX

VELITATIO *cum INDICO SOPHO commiſſa, & loco adnotationum Praefationi ſubtexta a pag.* CCL. *ad pag. uſque* CCCV

## IN EA ERROR I. BRAHMANUM

*De Eſſentia, & Subſtantia Dei Creatoris materiali.* CCLXV

## ERROR II. BRAHMANUM

*De materia Deo coaeterna.* CCLXX

## ERROR III. BRAHMANUM

*De duobus contrariis, coaeterniſque Manichaeiſmi principiis ante & poſt Manetis aevum.* CCXXIII

AN-

## ANTELOQUIUM AD ΦΙΛΟΘΗΒΑΙΟΝ

*

*De cultu S. Martyris Coluthi* pag. 1

## ERUDITO LECTORI

## STEPHANUS BORGIA

*Praeſul olim a Secretis Congr. de Prop. Fide nunc S. R. E. Cardinalis Ampliſſimus.* 3

## MONITUM INTERPRETIS

*In Fragmentum actorum Thebaicorum S. Coluthi Martyris Ex eiſdem Actis.* 15

ΥΠΟΘΕΣΙΣ *ad ſupplendum exordium huius Miraculi ex codice mutilato avulſum.* 16

*Miraculum I. De caeco, ex publico S. Coluthi oraculo, in ſacra eius aede edito, divinitus illuminato.* 17

*Textus Thebaicus, & verſio latina hiſtorici fragmenti de hoc priori Miraculo.* ibid.

*Miraculum II. Eius textus & verſio.* 22

*Additamentum ex thebaicis tabulis eiuſdem characteris recens inventis.* 24

*Adnotationes in Miraculum I.* 27

*Eis inſerta*

*Fragmentum Thebaicum de praeſentia reali Corporis, & Sanguinis D. N. I. C. in Euchariſtico ſacrificio ex inſigni Cod. Muſei Borgiani de vitis Patrum, eiſdem notis inſertum.* 51

*Fragmentum Thebaico-Nanianum* XVI. *apud Ab. Mingarel-*

Digitized by Google

*rellium nunc integrum exſtare detegitur in Pariſ. Eibl. Patrum De la-Bigne tom. IX.* 95

*Fragmentum Thebaico-Borg. de delectu S. Matthiae in locum Apoſtolatus Iudae Proditoris.* 102

*Fragmentum Thebaicum de Agapis Monachorum ex Cod. Muſ. Borg. de vitis, ſeu apophthegmatis Patrum.* 114

---

*Miraculum II. De Paralytico coram populo a B. Coluthbo in ſancta eius aede ſanato, dante ſe illi in conſpectum B. ipſo Martyre, eique denunciante, ut ſequenti mane publice accederet ad converſionem curandam famoſae Meretricis Mariae.*

*Adnotationes in idem.* 117

*Eiſdem inſerta*

*Fragmentum Thebaicum ex apocrypha hiſtoria Prochori Chriſti diſcipuli de vita, miraculis, & Aſſumptione B. Iohannis Apoſtoli.* 119

*De Virgine Antinoitana, & S. Coluthbo M. excerptum ex gr. edit. Hiſtor. Lauſiacae Palladii apud Meurſium.* 130

*Fragmentum Thebaicum ex Actis S. Simeonis Stylitae in laudato Thebaico Cod. Muſ. Borg. de Apophthegmatis PP.* 140

*Fragmentum Thebaicum de S. Abb. Sarapione in converſione Meretricis ad Deum ex eodem Borgiano Codice.* 150

---

## FRAGMENTUM THEBICUM

sive

*Reliquiae Actorum S. Martyris Diaconi, & Abbatis Paneſniv.*

Π Α Λ Ι Ν Ω Δ Ι Α

*De S. Chriſti Martyre Abbate Paneſniv ſub ementito*

*Ma-*

Digitized by Google

*Macarii nomine, in editis fragmentis perperam alicubi indicato* 163

## AD LECTOREM

*II. Conditio codicis complectentis acta S. M. Ab. Paneſniv.* 168
*Fragmentum Thebaicum inter Borg. Codd. ex libro, uti ſuſpicor, iam deperdito, Dionyſii vulgo Areopagitae de divinis hymnis, ſuperſtes. Inſertum.* 170
*III. Actorum ſinceritas.* 177

*Adnotationes in eadem, quae ſuperſunt, acta S. Martyris Paneſniv.* 194
*Notis eiſdem inſerta*
*Fragmentum Martyrii Sanctae Theonė, aut Theonoe.* 212
*Edictum renovatae perſecutionis a Culciano Alexandriae Praefecto promulgatum ſub Maximino Imp.* ibid.
*Fragmentum Actorum Martyrii S. Iacobi interciſi ex eodem Thebaico Borgiano codice, unde excerptae ſunt reliquiae Paſſionis S. Virginis Theonoe.* 245
*Fragmentum Thebaicum ex Lib. S. Epiphanii de XII. Gemmis.* 313
*De Sardio Primo Lapidum.* 317
*De ſecundo Lapide Topazio.* 318
*Fragmentum Thebaicum Exordii Evangelii ſecundum Lucam a v. 29. ad 38. uſque cap. 1.* 327
*Adnotationes in eandem pericopen.* 329
*Pſalmus* XLVII. *verſionis Theb. ad Liturgiae uſum*
**ⲡⲉⲡⲣⲟⲕⲓⲙⲉⲛⲟⲥ**, *ex Cod. Borg.*
*Adnotationes in eundem Pſalm.* 332
*Fragmentum Theb. ex cap. IX. epiſt. ad hebr. a v. 2. ad 11. in eodem Cod.* 336
*Adnotationes in eandem Pericopen epiſtolae ad hebraeos.* 338

Digitized by Google

*Excurſus in conſectaria, quae ex recitata ſententia S. Martyris Paneſniv deducta, divinam αὐθεντίαν epiſtolae S. Iacobi Apoſtoli, & traditionem de Sacramento extremae unctionis priſcis eccl. ſeculis ante Diocletianeam perſecutionem in Thebaide propagatam praeclare demonſtrant.* 347

*Ritus adminiſtrandi infirmis ſacrum oleum S. M. Paneſniv aevo ex traditione Patrum.* 351

*De ritu, quo Aegypti, Orientis, & Occidentis omnis Epiſcopi ſacrum Chriſma, & oleum ſive catechumenorum, ſive infirmorum conſecrare, & benedicere conſueverunt Feria v. maioris hebdomadae.* 352

*Graecorum, & Aegyptiorum ritus in adminiſtratione olei infirmorum.* 359

*Compendium ordinis Alexandrini. Illuſtratur hic ordo collatus cum eo, qui ab Ampliſſimo Cardinali noſtro Borgia latina lingua donatus, & typis an.* 1777. *Bononiae una cum ceteris Orientalium Eccleſiarum de Sacra Elaio-lampade officiis in praeſtantiſſima Illius Diſſertatione editus, exſtat apud Cl. P. Ab. Trombellium tom.* II. *de extrema Unctione.* 360

*Ordo Eremitarum Fratrum ſecundum conſuetudinem Romanae Eccleſiae ad viſitandum Infirmum.* 370

*Iulius Chbabenſis, Comes, uti creditur, Commentarienſis, ob miniſterium SS. Martyribus egregie, dum publici officii ſui munere fungeretur, clam licet, praeſtitum, mire laudatus ab illuſtri Confeſſore Chriſti S. Paneſniv in prodigioſa ſui ipſius germani Fratris Dionyſii ſanatione, aliud inſigne miraculum, ſe teſte, & rei natae ſcriptore αὐτόπτῃ, in actis memphiticis narrat de Sorore ſua an.* XIV. *a difficillimo morbo, intercedente B. Epime M. carceribus incluſo, repente a Deo ſanata.* 383

ANTE-

# ANTELOQUIUM

## F. AUGUSTINI ANTONII GEORGII EREM. AGUST.

## AD ΦΙΛΟΘΗΒΑΙΟΝ

Dolenti mihi in prima fragmenti noſtri editione evulgata Romae vol. IV. *anecdotor.* an. 1783., aegerrimeque in ea ferenti iacturam partis potioris *miraculi ſecundi*, inſperato accidit, ut aliquamdiu poſt, ita fortunante Deo, id quod veluti amiſſum lugebam, commodum invenerim in Aegyptiacorum ἀποσπασματίων faſciculo ad *Eminentiſſimum noſtrum Stephanum Cardinalem Borgiam* ex ultima Thebaide poſterius advecto. Situm illud eſt in membranis omnino duabus: quae quidem etſi iuncturam, & ſeriem omnem hiſtoriae miraculi iſti ſecundo non reddant (adhuc enim inter veteres novaſque integrae deſunt intermediae membranae *quinque*, a pag. nimirum 231. ad pag. uſque 240.) exitum tamen totius mirifici eventus, quod maxime optandum erat, nobis perbelle cumulateque enarrant. Ea res id nobis conſilii, curaeque in animum iniecit, ut, in ſumma praeſertim exemplarium editionis *primae* inopia, de *ſecunda* in lucem mox proferenda cogitaremus. Hanc tibi modo damus mendis omnibus, quoad fieri poterit, expurgatam, iiſque tandem auctam geminis tabulis, quae nuper inventae, eodem prorſus calamo, quo iam editae, exaratae ſunt, & paginas eiuſdem omnino Thebaici codicis exhibent ⲥⲙⲁ, ⲥⲙⲃ, ⲥⲙⲅ, ⲥⲙⲇ, 241, 242, 243, 244.

Ex hoc porro additamento & illud facile intelliges, fragmenti noſtri ſcriptorem eorum, quae narrat, teſtem fuiſſe σύγχρονον, atque haec litteris conſignaſſe, quo tempore peccatrix *Maria* ad Deum converſa laborioſae vitae, & inſignis poenitentiae exempla civibus ſuis Antinoitanis, apud aedem S. Martyris Coluthi, dare adhuc, magna cum omnium admiratione, pergebat. Nec ego dubito, quin haec referri debeant ad eos IV. ſaeculi annos, quibus, teſte *Palladio* in

H. Lauſiaca, celeberrima erat fama *viſionum*, & *miraculorum* S. Martyris noſtri Coluthi.

Sed o utinam in ſuperiori editione tanta mihi ex alto obtigiſſet divini luminis copia, quantam ex natura, & arte obtinuiſſe traditur felix ille, princepſque vates, de quo cecinit Horatius:

*Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem*
*Cogitat, ut ſpecioſa dehinc miracula promat!*

Non enim verendum mihi modo eſſet, ne alicubi fumum fortaſſe pro fulgore luceque dederim. Quod quidem indecorum, & turpe ibi maxime eſt, ubi non de *Circeis*, fictiſque *Camoenarum* portentis, ſed de veris, germaniſque Sanctorum MM. prodigiis, ſumma maiorum noſtrorum fide ac religione, deſcriptis agitur. Non ita tamen toto illo metu perturbor, ut huic malo, ſicubi irrepſerit, remedium, quod adferam, in promptu non habeam. Pauca quaedam loca ſunt, eaque, quod ad rei ſummam attinet, nullius fere momenti, in quibus, ſi, ut ii ſolent, qui primi in unaquaque diſciplina, & arte novas, & incultas ingrediuntur vias, erravi, facile ea ſanari, & emendari poterunt. Haec de me hactenus.

At vero cum iis, qui ad haec Thebaica ſcripta legenda acceſſerint, *agendum prius eſt*, ſic monente magno Auguſtino in lib. de utilitate credendi *c. 6.*, *ne* illorum auctorem *oderint*, *deinde ut ament*. Niſi enim amaverint, qui fieri poterit, ut, quae ille ſcripſit, tanta licet antiquitatis commendatione, ad nos derivata, probe intelligant, eaque in bonum uſum, atque in orthodoxae fidei, ſanctiſſimaeque religionis noſtrae confirmationem, & gloriam convertant? Sed a te, φιλοθηβαῖε ſpectatiſſime, quem ſcio, quantopere ſacra Thebaica & ames, & colas, aliud nihil eſt quod optem, niſi hoc unum, ut nempe curis hiſce noſtris, ſtudiiſque benigne faveas, & obſecundes. Id fac, & S. Martyris Coluthi patrocinio tectus, in Chriſto Ieſu feliciter vive.

ERU-

Digitized by Google

## ERUDITO LECTORI
# STEPHANUS BORGIA

Praeſul olim a ſecretis ſacrae Congr. de P. F.
nunc S. R. E. Cardinalis ampliſſimus

*FRagmentum ſane pretioſum, ac inſigne prorſus Actorum S. Coluthi Martyris, quod nunc publici iuris facimus, detectum fuit anno* CIↃIↃCCLXXVIII. *inter rudera veteris monaſterii; quod ſitum erat prope Thebas in ſuperiore Aegypto, quae urbs caput, & metropolis Thebaidis quondam erat. Aliter etiam audiebat haec ipſa urbs, quae nimirum dicta quoque eſt* Diapolis, *vel* Dioſpolis (a), *&* Hecatompylos, *mutuato poſteriori hoc nomine a centum portis, quibus eadem donabatur* (b), *& ob quas apud Iuvenalem* (c) *legitur:*

Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis.

*Thebarum itaque civitas, de qua nunc loquimur, haud permiſcenda eſt cum ceteris eidem homonymis, quas & in Boeotia (quae quidem ob Amphionis fabulam, per quam ab eo condita eiuſdem moenia circumferuntur, celebris evaſit, quaeque &* Heptapylos *dicta eſt ob ſeptem eidem tributas portas, quas reſpexit Iuvenalis* (d), *dum ait:*

Rari quippe boni: numero vix ſunt totidem, quot
Thebarum portae, vel divitis oſtia Nili)

*& in Cilicia, & in Corſica, & in Italia tandem, in Lucania nempe, olim exſtitiſſe cognovimus. Hinc factum eſt, ut Ptolemaeus* (e), *quo noſtras Thebas ab aliis diſtingueret, civitatem hanc ipſam* μεγάλην magnam *ſcilicet appellaverit.*

*De loco, in quo huiuſmodi fragmentum proſtabat, fidem nobis facit Angelus Antonius Bergomas Alumnus Fratrum Minor. Reformat.,* Nagadae (f) *degens, quod oppidum eſt Aegypti ſuperioris, qui huiuſmodi fragmentum ad nos dono miſit cum nonnullis aliis, ac ſingulis quidem membranaceis, atque eodem loco exſiſtentibus, tum & Copticis litteris exaratis; inter quae eſt, quod ceteris praeſtet, illud, quod Coptice, & Graece uno tempore loquitur, quodque capitula aliquot haud tamen integra Evangelii S. Iohannis comprehendit, quae inſuper edenda in ſacrorum ſtudiorum utilitatem mature curabimus* (g). *Interim praeclare actum cenſeri debet cum fragmento, de quo agimus,*



(a) Hinc Manethoni, Africano, & Euſebio Reges Thebani *Dioſpolitani* nuncupantur.

(b) *Hecatompylos* eadem de cauſſa vocabatur urbs Parthiae maxima, & regia, inter Ecbatana, & Alexandriam Ariae.

(c) Sat. XV. v. 6.

(d) Sat. XIII. v. 26.

(e) Lib. IV. cap. 5.

(f) *Nekkadè* alias dicta: de qua vide Cl. D'Anvilliii *Mémoires ſur l'Egypte ancienne & moderne* V. 204. 205.

(g) Vide quae de hoc fragmento adnotavit eruditiſſ. Andreas Chriſtianus Hwiidius Haunienſis in *Specim. ined. verſionis Arabico-Samarit. Pentateuchi* Romae 1780. pag. 14.

*mus , quod nempe diligentem illuſtratorem , & interpretem nactum fuerit , Auguſtinum Antonium Georgium Auguſtiniani ordinis alumnum , cui commode illud extricandum pro ſummo ſuo orientalium linguarum ſtudio commiſimus . Quare cum duo tantum , eaque mutila prodigia contineat fragmentum Actorum S. Coluthi , quae ad eius martyrium patrata perhibentur , ita ad ea ſupplenda ipſe induſtriam , & animum ſuum comparavit , ut nil ſive veroſimilius , ſive felicius excogitari poſſe videatur iis , quae ab eo nunc proponuntur .*

*Nos vero , ut quoquo modo huic rerum apparatui ſane egregio reſpondeamus , & orientalis litteraturae ſtudioſis morem geramus , characteris ſpecimen aere inſculptum exhibemus , quod nempe ex prioribus fragmenti lineis petitum eſt , ut proinde ex eo indicium ferri poſſit de univerſa Copticarum litterarum forma , qua quinque omnino membranae , binis in unaquaque ſcripturae columnis appoſitis , exaratae ſunt , quot nempe a pag. 221. ad pag. 230. , quemadmodum recenſentur , exſiſtunt . Hinc ſane colligere eſt , fragmentum hoc pertinuiſſe olim ad codicem , in quo forſan alia Sanctorum Martyrum acta continebantur , quodque vulgo* Paſſionarium *appellari conſuevit . Profecto ſcribendi forma magnam redolet vetuſtatem , quae ex ſententia laudati Georgii noſtri , & Raphaelis Tukii natione Aegyptii , & Epiſcopi Arſenovenſis , cui acceptae referri debent editiones peractae Liturgicorum librorum , & Pſalmorum Coptice loquentium typis Propagandae Fidei , viri ſane utriuſque ad indicium de huiuſmodi re recte ferendum perquam idonei , ſaeculi quinti , ni etiam quarti deſinentis , aetatem citra dubium omne attingat . Nulla in hiſce membranis capitulorum veſtigia , ſive ſectionum indicia , neque eo loci , quo ad rem aliam fiat orationis converſio ; ut idcirco ubi explicit prioris miraculi narratio per haec verba :* Dantes gloriam Deo , & Sancto Colutho , *continenter , citra alterius prodigii auſpicationem deſcriptio ſubſequatur per haec verba :* Audite quoque magnum aliud miraculum. *Acta haec Thebanenſi , ſeu Sahidica dialecto , quae in ſuperiore Aegypto obtinebat , non autem Memphitica , ſeu Alexandrina , quae communiter adhibebatur , concinnata ſunt . At non haec nos nunc agimus .*

*Quare in eo potius erit propoſitum noſtrum , ut monumenta , quae de S. Colutho innotuerunt , quaeque nos coegimus , afferamus . Sancti huiuſce Martyris mentio occurrit primum in Graeco Baſilii Imp. Menologio ad diem XIX. menſis maii* (a) , *in quo tum de eo , tum de ipſius martyrio haec leguntur :*

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Κολλούθου.

Ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Καλλοῦθος ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαξιμιανοῦ, ἐκ Θηβαΐδος πόλεως τῆς Αἰγύπτου. Διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν κρατηθεὶς ὑπὸ τῶν προσκυνούντων τὰ εἴδωλα, παρεδόθη τῷ τῆς χώρας ἡγεμόνι. Καὶ μή τε κολακείαις δελεασθεὶς, μήτε ἀπειλαῖς πτοηθεὶς, ὡμολόγει τὸν Χριστὸν παῤῥησίᾳ. Διὰ τοῦτο πρῶτον μὲν λίθοι

(a) Tom. III. edit. Urbini 1727. pag. 105. & ſeq.

λίθῳ μεγάλῳ τὸν τράχηλον προσδεθεὶς, ἐκρεμάσθη κατὰ κεφαλῆς, Καὶ τυπτόμενος ὑπὸ τῶν δημίων, ἔλεγεν. οὐχ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ἡμᾶς. Ἔπειτα τοῦ ξύλου, ἐν ᾧ ἐκρέματο, καταβιβασθεὶς, ἠναγκάζετο ἀπελθεῖν εἰς τὸν ναὸν τῶν εἰδώλων, καὶ θύσαι. Καὶ μὴ πεισθεὶς, τὴν διὰ τοῦ πυρὸς ἀπόφασιν ἐδέξατο, καὶ ἐμβληθεὶς εἰς κάμινον ἰσχυρῶς ἐκκαῆσαι, τέλος ἔσχε τοῦ προσκαίρου βίου.

## Certamen Sancti Martyris Colluthi.

Martyr Chriſti Colluthus fuit, Imperatore Maximiano, ex Thebaide Aegypti urbe. Ob Chriſti autem confeſſionem ab idololatris comprehenſus, praeſidi regionis traditus eſt: a quo neque blanditiis illectus, neque minis perterritus, Chriſtum libere profitebatur. Idcirco primum quidem ingenti ſaxo ad eius collum alligato, inverſo capite ſuſpenſus fuit. Cumque a lictoribus flagellaretur, dicebat: Non ſunt condignae paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. Poſtea e ligno, in quo ſuſpenſus fuerat, depoſitus, fanum idolorum ingredi, & ſacrificare compellitur. Quod cum facere recuſaret, ut flammis addiceretur, ſententiam accepit. In fornacem itaque valde accenſam iniectus, huiuſce temporariae vitae finem habuit.

*Haec Baſilius Imp. Verum in ms. Synaxario, & mſſ. Menaeis Mediolanenſibus bibliothecae Ambroſianae, & Taurinenſibus Regis Sardiniae iſta leguntur apud Bollandium* (a), *qui Latinam tantum verſionem refert*: Certamen Sancti Martyris Coluthi. Hic fuit tempore Maximiani Imp. in Thebaide Aegyptiaca, & ob profeſſionem Chriſtianae religionis ad Arianum praeſidem adductus, primum quidem lapide cervici alligato aggravatur, deinde per ignem accepit vitae finem, & martyrium conſummavit. *Synaxarium Divionenſe ſimile elogium habet* Sancti Martyris Acoluthi, *cum diſticho adludente ad nomen, ab* ἀκολουθέω, ſequor, *ductum, quod eſt huiuſmodi apud laudatum Bollandium* (b):

Ὁ μάρτυς Ἀκόλουθος ὡς πρὸς παστάδα
Ἐπακολουθεῖ τοῖς ἄγουσι πρὸς φλόγα.
Martyr Acoluthus ad rogum ſequitur libens,
Ceu nuptialem duceretur ad thorum.

*Hos verſus ex eodem Graeco textu, ſeu ex Codice Petri Franciſci Chiffletti, vertit quoque L. Urbanus Godofius Siberus in* Eccleſiae Graecae Martyrologio metrico ex Menaeis (c), *licet haud preſſim Graecae linguae genium ſequutus videatur. En illos*:

Hic

(a) Ad diem xix. maii pag. 309. Antuerpiae 1685.
(b) Loc. cit.
(c) Lipſiae in officina Lanciſiana 1727.

Hic Martyr Acoluthus aſcendit pyram
Perinde ac ſi duceretur ad thorum.

*Praeter Menologii, aliorumque Graecorum librorum commemorationem praeſto eſt etiam commemoratio* Aiſmavur, *ſeu Menologii Armenorum* (a). *Quamquam hic liber emanet a Menologio Graecorum, ex quo in Armenum idioma converſum eſt a Gregorio, qui* Uchaiaſer, *ſcilicet* amator martyrum, *dictus eſt, quique ſaeculo XI. floruit; tamen id peculiare habet, ut diem prodat, quo apud Armenos celebratur feſtum S. Coluthi, quod nempe incidit in diem XXII. menſis maii ab Armenis* mais *nuncupati; quemadmodum penes Syros duobus antecedit diebus hoc idem feſtum, ut dies XX. maii, ſicut inferius etiam adnotabimus, eidem aſſignatus comperiatur; tum & nomen iudicis, quod deeſt in Menologio Baſilii, ad cuius tribunal primum S. Coluthus ſtetit. Is* Arianus *vocatur: ac penes Simeonem Metaphraſtem in Actis SS. Apollonii & ſociorum eius idem iudex Arianus, qui Thebaidi praeerat, memoratur, qui condemnavit Apollonium ipſum monachum ſatis celebrem in Thebaide, tum & eius ſocios, qui apud Antinoum civitatem paſſi primum ſunt* (b), *deinde Alexandriae martyrium in Diocletianea perſecutione conſummarunt* (c). *Idem Arianus iudex alios martyres, Aſclam ſcilicet celeberrimum martyrem* (d), *Paphnutium, & ſocios in ipſa Thebaide morte affecit* (e). *Quare cum tempus & regio concordent, Ariani nomen recte additum videtur tum aliis Graecorum libris, quos ex Bollandio retulimus, tum Menologio Armeno, cuius textum nunc accipe, eiuſque litteralem verſionem, quae a Paullo Leonio, Armenorum Epiſcopo pro obeundis Romae ſacris gentis ſuae ordinationibus, nobis communicata eſt:*

Յայսմ

(a) *Aiſmavur* nuncupatur ab Armenis diarium, hoc eſt lectionarium continens vitas Sanctorum per anni circulum. Manuſcriptum circumfertur, ſed editum quoque habetur CPoli an. Chr. CIƆIƆCCVI. Armenorum CIƆCLV. Apud cl. Ioſephum Simonium Aſſemanium Tom. III. Par. I. *Bibl. Orient.* p. 651. ubi Sanctorum tantum nomina excerpta ab *Aiſmavur* habentur, mendum irrepſit in nomine S. Coluthi, quod *Zolothae* perperam notatur pro *Gulutha*, ut revera ſcribunt Armeni, & apud eumdem Aſſemanium Tom. citat. pag. 647. legitur in Armenorum libro *Donazuiz*, qui eſt ordo perpetuus iuxta ritum Armenorum indicans officium, cantus, lectiones, ac feſta Sanctorum per annum, editus CPoli ſub *Aſtuazadur*, ſeu Deodato Patriarcha *Ecmiazin*, in quo ad diem XXII. maii habetur memoria *Theodoti venditoris vini, & Colutae*.

(b) Vide Bolland. ad diem VIII. martii pag. 753. Antuerpiae 1668.

(c) Vid. Ruinart. *Act. MM.* pag. 428. edit. Veronae 1731.

(d) Vide Bolland. ad diem XXIII. ianuarii p. 456. Antuerpiae 1643.

(e) Vide Bolland. ad diem XXIV. ſeptembris p. 684. Antuerpiae 1757., ubi animadvertit Arianum praeſidem poſtea converſum, & martyrio coronatum fuiſſe, ut habent *Acta SS Philemonis, Apollonii, Ariani &c.* ad diem VIII. maii.

Digitized by Google

Յայսմ աւուր · Վկայաբանութիւն սրբոյն կուղութայ ·
Սբ̃ վկայն քրի կուղութիաս էր 'ի թեբայիթէ եգիպտաց-
ւոց, յամս մաքսիմիանոսի արքային ։ Յաւուր միում կոչեաց
զկուղութիաս, արիանոս դատաւորն առաջի իւր, և ասէ ·
զոհեա՛ ա̃ծոցն · և նա ոչ զոհեաց · այլ զքս̃ դաւանեաց ·
և զկուռսն անարգեաց ։ Յայնժամ՝ բարկացեալ՝ ետ տան-
ջել զսբ̃ն · և յետոյ հրով այրեցին զնա · և այնպէս
կատարեցաւ 'ի քս̃ ։

In hac die. Teſtificatio Sancti Gulutha: Sanctus teſtis Chriſti Guluthas erat ex Thebaide Aegyptiorum, anno Maximiani Regis: Quodam die vocavit Gulutham Arianus iudex ante ſe, & dixit: immola Diis; & ipſe non immolavit, ſed Chriſtum profeſſus eſt, & idola deſpexit. Tunc de.lignatus dedit in tormentis Sanctum: & poſtremo igne combuſſerunt eum, & ita in Chriſto perfectus eſt.

*Tempori vero etſi reſpondere non videatur Synaxarium, ſive Martyrologium eccleſiae Alexandrinae, ſive Copticae, ( ſiquidem diem alium, diverſum & a XIX., quem exhibet Graecum Menologium, a XX. iuxta Syros, & a XXII., quem exhibet Menologium Armenicum, hoc ipſum praeferat ); tamen iuxta diverſas temporis ſupputandi rationes hae dierum varietates in noſtrum XX. diem maii redire apertum eſt. Huiuſmodi enim Synaxarium, quod, ut alibi adnotavimus* (a), *collectum fuit initio ſaeculi XV., refert S. Coluthi commemorationem ad diem XXV. ( quae eſt apud nos XX. ) maii, ſive menſis* beſcenes, *ut a Coptis vocitatur. Si quae vero ſunt diſcrimina, ea ſunt quoad nonnulla alia, ut lectori facile conſtabit, tum ex textu Arabico, tum ex Latina verſione, quorum utrumque ex laudati Tukii noſtri humanitate nobis communicatum heic nunc exhibemus:*

فى هذا اليوم استشهد القديس كولوتوس الطبيب
الانصناوى ۞

هذا القديس كان ابوه رجلاً خايفًا من الله وكذلك امه ايضًا
وكان والده والى انصناولم يكن له ولدًا فلم يزل يسال المسيح الى
حيث رزقه هذا القديس فعلمه الكتابة وحفظه كتبًا كثيرة من
كتب

(a) *De Cruce Veliterna* pag. 110. Romae 1780.

كتب البيعة : وكان طاهرًا مــن صــغــره ناسكًا عابدًا مصليًا صلوات كتيرة : فكان قانونه فى صلاته ماية صلاة فى الليل ومثلها فى النهار : فلما نشا قليلًا طلب اباوه ان يزوجوه فلم يفعل . وكان لهما ابنة قد رزقاها بعد القديس فازوجاها لاريانا الذى تسلم الولاية بعده . لان ابيه لما شال الملك فاعفاه من الولاية وسلمها لاريانا صهره . ولما توفا ابيه بنا فندقًا وجعلهُ للغربا . ثم قرى الطب وصار طبيبًا وكان يطبب بلا اجرة . فلما اشتد كفر ديقلاديانوس وافقه اريانا لاجل الولاية وصاريعذب الشهدا فقصد القديس الشهادة فاتى الى المحفل وشتم الملك واريانا صهره واوثانهم فلم يقدر اريانا ان يفعل به شيًا لاجل اخته . بل سيره الى البهنسا فاقام فى السجن تلث سنين فارسلت اخته وخلصته ثم اتى والى اخرفعرف خبره وارسل احضره وهدده . فلم يلتفت الى تهديده فغضب جدًا وامر بـعذا بـه بانواع العذابات . وملاك الـرب ياتى اليه ويقويه ويعزيه واجرى الله على يديه ايات عظيه ولما تحير الاميرفى عقابه وهو لاينثنى عن رايه المستقيم فكتب باخذ راسه : ثم كفنوه اهل بيته وجعلوه فى مكان جيد وكان يظهرمن جسده ايات وعجايب لا تحصا صلاته وشفاعته تكون معنا ۞ امين ۞

In hac die martyrium ſubiit Sanctus Colluthus Medicus Anthinoenſis,

Hic Sanctus patrem habuit virum timentem Deum, ſimiliter etiam fuit mater eius (*fuit religioſa*). Et erat genitor eius praefectus Anthinoe, nec habebat filium; unde non ceſſabat Chriſtum rogare, quouſ-

quouſque ei conceſſit hunc ſanctum : eum itaque docuit ſcribere, & inſtruxit libris multis ex libris eccleſiae. Fuit vero purus a minoritate ſua (*ab ineunte ipſius aetate*), continens, devotus, orans multas orationes. Canonem habuit in ſua oratione, centum orationes (*fundere*) in nocte, & totidem (*ſimileſque*) in die. Cum aliquantulum adoleviſſet, parentes eius exquiſierunt illum coniugio ligare, at ipſe non fecit (*noluit conſentire*). Et fuit eis filia, quam obtinuerunt poſt ſanctum, hanc autem in coniugem dederunt Ariano, qui praefecturam poſt ipſum (*patrem Coluthi*) ſuſcepit; nam pater eius, cum ſenuit a Rege petiit, eumque a praefectura exemit, eamque tradidit Ariano genero ipſius. Et cum e vita deceſſit pater eius, aedificavit (*Coluthus*) hoſpitium pro peregrinis. Deinde medicinae ſtuduit, factuſque eſt medicus, medebaturque abſque mercede. Cum perfidia Diocletiani confirmata fuit, eique aſſenſit Arianus ob praefecturam, & coepit tormentis afficere Martyres, ſanctus martyrium aſſequi propoſuit, & venit ad concilium (*curiam*), & conviciis laceſſivit Regem, & Atianum virum ſororis ſuae, & idola eorum, nec potuit Arianus quidquam in eum agere propter ſororem eius; ſed in exſilium eum miſit ad Behneſam (*civitatem*). Manſit vero in carcere tribus annis, & miſit ſoror eius, eumque liberavit: deinde venit alius praefectus, qui cognita eius cauſſa miſit, ac coram ſe ſiſti praecepit, eique minatus eſt. Converſus vero non fuit ad minas eius (*non acquievit minis eius*); iratus proinde eſt (*praefectus*) valde, & eum cruciari iuſſit; & variis tormentis affectus fuit: & Angelus Domini veniebat ad ipſum, eumque corroborabat, & conſolabatur. Et patravit Deus per manus eius ſigna magna. Et cum miratus eſſet ptaefectus, quod cruciaretur, quin deflecteret a ſua recta ſententia, caput eius tolli ſcripſit, tum ſindone involverunt eum domeſtici eius, eumque collocarunt in loco optimo: & ex corpore eius apparebant ſigna, & miracula, quae numerari nequeunt. Oratio eius, & interceſſio eius ſit nobiſcum, amen.

*Ex duobus, quae adduximus, monumentis (quandoquidem Armenum, praeter iudicis nomen, cum Graeco Menologio, ex quo illud proceſſit, omnino conveniat) Synaxarii auctoritatem prae Menologii teſtimonio attendendam potiſſimum Copti arbitrantur. Menologium ſane, ſi collectionis tempus reſpiciatur, vetuſtius habendum eſt; aſt vero cum Synaxarium Copticum in Aegypto concinnatum, & in unum collectum fuerit ab Epiſcopo Aegyptio, haeretico tamen (quod utinam expurgatum publica luce aliquando donetur, ne tot praeclariſſimorum Martyrum nomina diutius quamplurimos lateant) cumque res ſit de Aegyptio Martyre, ut plura nimirum ſuadent teſtimonia, tum evincit ipſum* Coluthi *nomen ab aliis geſtum, ac praeſertim a Coluthο, ſive* Collutho, *ut ſcribit S. Epiphanius* (a), *Aegyptio haereſiarcha tempore Arii, a quo*



(a) *Adv. haereſes* lib. II. To. II. Coloniae 1682. *Itaque*, inquit, *alii ad haereſ.*LXIX. p.728. T. I. *Oper.* Gr.Lat. *Arium adhaeſerunt, alii ad Collutbum, alii*

Digitized by Google

*a quo dicti* Colluthiani; *tum & a celebri Colutho Thebano Lycopolita, ſub Imp. Anaſtaſio florente, & auctore carminis heroici, cui titulus* Ἑλένης ἁρπαγὴ, Helenae raptus, *quod in Baſilianorum monachorum coenobio prope Hydruntum feliciter detexit Beſſarion Cardinalis Nicaenus* (a), *ac primus in publicum emiſit Aldus Manutius; illud facile conſequi videtur, ut quae in Aegypto litteris conſignata habentur, ad veritatem, & certitudinem magis accedere deberent tum quoad tempus, & diem, & tum quoad ceteras vitae, & martyrii circumſtantias. Compertum ſane eſt, quanta ſedulitate veteres recenſuerint illuſtrium virorum memorabilia, & acta Martyrum, qui pro Chriſti fide ſanguinem effuderunt* (b); *quae quidem acta ad nos uſque tranſmiſſa id ipſum abunde teſtantur. Quapropter ita comparati ſunt Copti, ut Synaxario Alexandrino maius auctoritatis monumentum quoad Coluthum Martyrem Aegyptiacum tribuendum putent, dum interim obſervamus hoc ipſum Synaxarium quoad martyrii tempus cum Menologio Graecorum convenire. Contigit hoc ſane ingruente x. perſecutione, cuius initium exſtitit ab edicto, quod tulit Diocletianus Imp. anno cccııI. Nicomediae Bithyniae die xxııI.* perizii, *ſive februarii menſis. Diocletiani iniquo conſilio adhaeſit Maximianus Herculeus, & Galerius Maximianus, qui a Lactantio* (c) *praecipuus incentor perſecutionis habetur. Quapropter in Synaxario, Diocletiani, ſub quo Coluthus Marty paſſus eſt, non Maximiani, ut in Menologio, nomen adnotatur; ſiquidem manifeſtiſſime pateat, anno ccxcıI., degentibus Nicomediae Diocletiano, & Ma-*

*alii Carponae, alii Sarmatae partes tuebantur; & cum in ſua quiſque eccleſia alius aliquid interpretando proponeret; prout in unumquemque favore, ac laudatione propenſiores erant, alii Colluthianos, Arianos alii ſeſe nominabant. Quippe & Colluthus falſa quaedam ac depravata docuit: ſed eius ſecta diuturna non fuit: ſtatimque diſſipata eſt. Quod utinam & Arii furioſae illi ſectae, vel infidelitati potius, aut ſi mavis pravae fidei contigiſſet!*

(a) Vid. Comment. *de vita & rebus geſt. Beſſarionis Card. Nicaeni* cl. Aloyſii Bandinii pag. 18. Romae 1777.

(b) Pontius Diaconus Carthaginenſis in prologo ad vitam S. Cypriani laudat ſtudium Chriſtianorum in iis naviter adnotandis, quae ad Sanctos Martyres pertinebant: *Cum maiores noſtri*, inquit, *plebeiis, & catechumenis martyrium conſequutis tantum honoris pro martyrii ipſius veneratione dederint, ut de paſſionibus eorum multa, aut prope dixerim pene cuncta conſcripſerint, ut ad noſtram quoque notitiam, qui nondum nati fuimus, pervenirent &c.* S. Gregorius Neocaeſarienſis, *Thaumaturgus* dictus, qui obiit circa an. CCLXV., teſte S. Gregorio Nyſſeno in eius vita, Decii perſecutione completa, omnem regionem peragraſſe dicitur, ut in ſingulis locis Martyrum, qui in iis fuerant conſummati, feſta inſtitueret. Vide quae ad rem notavimus in inluſtratione *Vaticanae Confeſſionis* pag. 97. Romae 1776. De perſecutione vero Diocletiani haec memoriae prodidit Sulpicius Severus lib. ıI. *Hiſt. ſacr.* cap. 47: *Exſtant etiam mandatae litteris praeclarae eius temporis Martyrum paſſiones: quas connectendas non putavi, ne modum operis excederem*. Forſan intelligit eas, quas Euſebius hiſtoriae ſuae mandavit; ille enim ſeparatim eas quoque edidit. Verum ad nos non pervenerunt. Utinam ad tam praeclaram conſervandam memoriam Sulpicius in ſuam hiſtoriam invexiſſet!

(c) *De mort. perſecut.* cap. xv.

*Maximiano, ab ipſis ſalutatos fuiſſe Caeſares Conſtantium Clorum, & Galerium Maximianum, ac cum Romanum imperium in quatuor partes eſſet diſpeſcendum, Diocletianum ſibi reſervaſſe Syriam, Aegyptum, cum primum ab Achillei manibus erepta fuiſſet, ceteraſque orientis provincias, ducto ab ipſius Byzantii freto initio. Revera quidem Diocletianus anno* CCXCVI. *obſedit, & expugnavit Alexandriam, & an.* CCXCIX. *iam totam Aegyptum ſibi vindicaverat. Hinc Diocletianei imperii epocha novae aerae principium apud Coptos Aegyptios, & Aethiopes Abiſſinos exſtitit, quae dein* aera Aegyptiorum, *ac ſaepe etiam* aera gratiae, & miſericordiae, & a tranſitu Martyrum *dicta eſt. Licet re quidem vera Diocletianus non niſi ſeptembri menſe anni* CCLXXXIV. *Imperator electus fuerit, tamen aera, quae ab imperio ſuo inchoatur, a die* XXIX. *auguſti, ſive a prima menſis* thoth *anni* CCLXXXIV. *numerari coepta eſt. Cum enim fere univerſe haec, de qua ſermo eſt, aera apud Chriſtianos in Aegypto degentes obtinuiſſet, non aliter eam, quam a die* XXIX. *auguſti auſpicari iidem conſueverunt, a qua quinetiam omnes Aegyptiorum anni, qui dein certo ſtatuti ſunt, decurrere incipiebant. Licet enim perſecutio a Diocletiano, & ſociis ſuis in Chriſtianam religionem excitata haud ipſi Diocletianeae aerae ſuppar fuerit, quae nimirum poſtmodum, anno ſcilicet* CCCIII. *proceſſerit; tamen aera Diocletianei imperii appellari quoque potuit* aera Martyrum, *ſiquidem eo renunciato Imperatore modo in hac, modo in illa provincia Chriſtianorum ſanguis effundi coeperit; quod profecto ſuadent Acta SS. Martyrum Claudii, Aſterii, & aliorum penes Ruinartium* (a), *qui nimirum in oriente, Aegeae ſcilicet in Cilicia, martyrium ſubierunt anno* CCLXXXV. Auguſto (*Diocletiano*), & Ariſtobulo Conſulibus; *tum Chronicon Paſchale* (b), *in quo ad an.* CCXCV. *legitur, quod* martyrium ſubiit Sanctus Menas, *qui fuit Martyr Aegyptius celeberrimus, in cuius honorem magnus Conſtantinus eccleſiam exſtruxiſſe CPoli dicitur apud Nicephorum: donec tandem Chriſtiani ſanguinis effuſio paſſim obtinuit anno* XX. *aerae Diocletiani, ſi Gallias excipias, tum in Britanniam (ut vir doctus Iohan. Andreas Paternò Caſtellius Monachus Caſinenſis* (c) *contendit), quae provinciae cum obveniſſent Conſtantino Cloro Caeſari in Chriſtianos bene animato, perſecutio circa aedificia dumtaxat verſata eſt* (d); *dum interim facile ſivit in aliis locis, quibus ipſe imperabat, in Hiſpania nempe, & in Mauritania Tingitana, quae ad Hiſpaniam pertinebat, praefectos perſecutionis edicta, prout ipſis lubebat, exſecutioni mandare.* Vexabatur ergo, *ait Lactantius* (e), univerſa terra, & praeter Gallias, ab oriente uſque ad occaſum tres acerbiſſimae beſtiae ſaeviebant, *Diocletianus nempe, & duo Maximiani. Verumtamen fruſtra ſe extinxiſſe Chriſtianorum nomen glo-*

 *ria-*

(a) *Act. MM.* p. 336: edit. Veronae 1731.

(b) Pag. 275. edit. Pariſ. 1688.

(c) In not. ad Lactantium *de mortib. perſecutor.* pag. 54. Venetiis 1766.

(d) *Ne diſſentire*, inquit Lactantius *de mortib. perſecut.* cap. XX. pag. 53. cit. edit., *a maiorum praeceptis videretur, conventicula, id eſt parietes, qui reſtitui poterant, dirui paſſus eſt.*

(e) Lactantius *de mortib. perſecutor.* cap. XXI. pag. 53. & ſeq. cit. edit.

*riati ſunt* (a) , *quin potius ex Martyrum ſanguine nova Chriſtianorum proles progigni , & amplificari viſa eſt . Recte ergo ad id ait Auguſtinus* (b) : Cum vidiſſent inimici , quod multi feſtinarent ad martyrium , & tanto plures crederent in Chriſtum , quanto plures patiebantur , dixerunt apud ſe : Nos occiſuri ſumus genus humanum ; tot millia , quae credunt in hoc nomine , ſi occiderimus omnes , prope nullus in terra remanebit . *Incaſſum ſane hoc de ſe iactarunt Imperatores ; quemadmodum & nequicquam ethnici ſibi ipſis in animum induxerunt , ope quorumdam carminum Graecorum , quae tamquam oracula in vulgum protulerant , quibus nempe Chriſtus uti cultum ſibi vindicaturus ſpatio CCCLXV annorum ſolummodo protendebatur , Chriſtianaeque religionis finis indicebatur uno tempore imponendus , id ſe tandem conſequi poſſe , quod nequaquam cruciatuum , & ſuppliciorum immanitate antea obtineri quiverat* (c) .

*Ex his ergo conſequitur , Sanctum Coluthum martyrio coronatum fuiſſe ſub Diocletiani imperio* (d) ; *quod ſane martyrium , ex quo animam Deo reddidit ,*

(a) Vid. opuſc. noſtrum *de Confeſſione Vaticana* pag. 96. Romae 1776.

(b) In Pſalm.XC. ſerm. I. pag. 966. & ſeq Tom. IV. *Oper*. Pariſiis 1681.

(c) Accipe , quae ad rem habet S. Auguſtinus lib. XVIII. *de civit. Dei* cap. 53. pag. 535. To. VII. *Oper*. Pariſiis 1685. *Cum enim viderent* ( ethnici nempe ) *nec tot tantiſque perſecutionibus eam* (Chriſtianam religionem) *potuiſſe conſumi.ſed his potius mira incrementa ſumpſiſſe , excogitaverunt neſcio quos verſus Graecos,tamquam conſulenti cuidam , divino oraculo effuſos , ubi Chriſtum quidem ab huius tamquam ſacrilegii crimine faciunt innocentem , Petrum autem maleficiis feciſſe ſubiungunt , ut coleretur Chriſti nomen per* CCCLXV. *annos , deinde completo memorato numero annorum , ſine mora ſumeret finem* . Verum ſtultae praedictioni contraria prorſus obveniſſe vidimus : & tantum abfuit religionem Chriſtianam defeciſſe , & Deorum cultum in priſtinum reſtitutum fuiſſe , ut quae reliqua eſſent templa ethnicorum diruta fuerint , quod Auguſtinus ipſe demonſtrat . Porro ad ſolamen ſuorum de iiſdem falſis oraculis ab ethnicis in Africa excogitari , & iactari ſolitis idem Auguſtinus haec alibi *in Pſalm. XL.* pag. 346. Tomo IV. *Oper*. Pariſ. 1682. habet : *Sedent pagani , & computant ſibi annos , audiunt fanaticos ſuos dicentes: Aliquando Chriſtiani non erunt , & idola illa coli habent , quemadmodum antea colebantur . Adhuc dicunt : Quando morietur , & peribit nomen eius . Bis victi , vel tertio ſapite : mortuus eſt Chriſtus , non periit nomen eius ; mortui ſunt Martyres , multiplicata eſt magis eccleſia , creſcit per omnes gentes nomen Chriſti : qui de morte ſua , & de reſurrectione ſua praedixit , qui de mortibus Martyrum ſuorum , & de corona praedixit , ipſe & de eccleſia ſua futura praedixit : ſi verum dixit bis , tertio mentitus eſt ?*

(d) Quam dira fuerit ſub Diocletiano perſecutio in Aegypto , prodit Ignatius Patriarcha Antiochenus a Scaligero conſultus , qui in quadam epiſtola Arabica , quam refert Athanaſius Kircherius in *Prodromo Copto , ſive Aegyptiaco* cap. II. pag. 25. Romae 1636. , ait , *hoc edicto* ( Diocletiani nempe ) *martyrio coronata ſunt fidelium terrae Coptae centum quadraginta quatuor millia , ſeptingenta autem in exſilium acta* . Sed quidquid ſit de hoc Martyrum numero , illud certum μυρίως , *ingentem numerum* Martyrum in Aegypto celebrari ab Euſebio *Hiſt. Eccl.* lib. VIII. cap. 13. , ubi , tum & in

*dit , non ignis miniſterio paratum , ſed capitis truncatione abſolutum fuit ; quod primum quidem in Menologio forte perperam legitur , poſterius vero multo veroſimilius in Synaxario traditur . Poſſet ſane ſecundum hoc martyrii genus colligi quinetiam ex paſſione* XXXVII. *Aegyptiorum Martyrum apud Ruinartium* (a), *ſi* Collotus , *ſive etiam* Colluſtius , *ut alii codices habent , qui ibidem recenſetur , ad noſtrum traduci poſſet . Aſt vero , praeterquamquod omni carent temporis nota huiuſmodi Acta, id inſuper argui poſſe videtur ,* Collurum , *cuius ibidem mentio habetur , diaconum , vel clericum cuiuſcumque alterius ordinis , non vero laicum , ut noſter erat , exſtitiſſe . Neminem vero latet , ſaepe contingere , ut martyres , ac ſancti viri homonymi in eccleſiaſticis diptychis occurrant . Synaxario ergo , multis ſane abſurdis referto , ſi quis nimium tribuat , alia etiam nobis innoteſcerent omnino peculiaria , quae S. Coluthi vitam pertingunt . Primum quidem ſunt in eo , quae prodant ipſum medicinam feciſſe , tum cetera , quae recte adnotata videntur , cum fragmento noſtro mire conveniant* (b). *Ceterum ille quoque* abſque mercede exercebat *medicam artem ; ut ex Menologio Baſilii intelligimus* (c) *hac etiam ratione ſe geſſiſſe Coſmam , & Damianum , qui idcirco* Anargyri *dicti ſunt :* Tria ſunt SS. Anargyrorum paria, qui & iiſdem Coſmae, & Damiani nominibus appellati fuerunt, & medicinae artem tractaverunt, & Anargyrorum cognomen habuerunt . *Atque hoc ſane ab aliis viris ſanctitate claris factitatum quoque cognovimus . Si de patria nunc quaeratur , Graecorum quidem Menologium ipſum ex Thebaide facit , quod generale nimis eſt ; aſt Synaxarium patriam eius fuiſſe Antinoem* (d) *luculenter indigitat ,*

in cap. 8. & 9. de Martyribus , qui in Aegypto , & in Thebaide ſub Diocletiano pro Salvatoris noſtri doctrina paſſi ſunt , copioſe pertractat . Idem in libro *de Martyribus Palaeſtinae* c. XIII. aſſerit , *innumerabiles in ſingulis provinciis Martyres* exſtitiſſe , *in Libya ſcilicet , & per univerſam Aegyptum , ac Syriam , omneſque provincias , quae ab oriente uſque ad tractum Illyrici quaquaverſum protenduntur .* Tandem Sulpicius Severus lib. II. *Hiſt. ſacr.* cap. 47. de acerbiſſima perſecutione Diocletiani , quae per decem continuos annos plebem Dei depopulata eſt , haec adnotat : *Qua tempeſtate omnis fere ſacro Martyrum cruore orbis infectus eſt . Quippe certatim glorioſa in certamina ruebatur , multoque avidius tum martyria glorioſis mortibus quaerebantur , quam nunc Epiſcopatus pravis ambitionibus appetuntur . Nullis umquam magis bellis mundus exhauſtus eſt : neque maiore umquam triumpho vicimus , quam cum decem annorum ſtragibus vinci non potuimus .*

(a) *Act. MM.* p. 488. cit. edit. Exſtant quoque penes Bollandium ad diem XVIII. ianuarii.

(b) Medicinam , ſed ſpiritualem toti Aegypto , immo univerſo orbi praebuiſſe Antonium magnum Abbatem in Thebaide , affirmat S. Athanaſius in eius vita cap. XIX. *Et ut infinita brevi ſermone comprehendam , bonum Aegypto medicum Chriſtus indulſerat . Quis non triſtitiam apud Antonium mutavit in gaudium ? quis non iram vertit in pacem ? &c.*

(c) Tom. I. pag. 124. XVII. octobris .

(d) *Antinoe , Antinous , Antinopolis , Antinoia* , ut ex Chronico Victoris Tunnunenſis poſt Coſ. Baſilii XIV. liquet , atque Epiſcopalis , ut adnotavit Au-

*tat, atque inſuper addit (etſi inveriſimile videatur) S. Coluthi patrem ibidem praeſidem egiſſe, atque ob ſenectutem munus dimiſiſſe, quod Ariano eius genero, illi nempe qui S. Coluthum in exſilium dedit, non vero ad martyrium condemnavit, ut habent ſuperius relata Graeca, & Armena monumenta, ab Imperatore dein fuit collatum. Ceterum in Syrorum Calendario ad diem* XX. *menſis maii, qui* iiar *apud ipſos audit, ita notatum patriae nomen habemus* (a): ܣܗܕܘܬܗ ܕܡܪܝ ܩܘܠܘܛܘܣ ܚܟܝܡܐ ܕܡܢ ܐܛܣܢܐ Martyrium Mar Colutos ſapientis ex Atſena; *nempe* ex Antinoe, *cuius nomen, ut frequenter accidit in verſionibus propriorum nominum ex una lingua in alteram, corruptum prorſus in allato Calendario habetur. Celebris evaſit haec civitas, utpote quae facta eſt metropolis civilis Thebaidis, cum antea hoc honore potiretur Lycopolis. Tandem ex Synaxario, ſi eidem fidere liceret, locus deprehendi poſſet, in quo S. Coluthus ante martyrii palmam trium annorum ſpatio carcere detentus fuit ob Ieſu Chriſti fidem, quam profitebatur; ſiquidem id eveniſſe dicitur in* Benheſae *civitate* (b). *Sed iam plura de hoc argumento proſequendi nobis otium faciunt illuſtratoris eruditiſſimi monitum,* ὑπόθεσις, *& adnotationes, quae ſequuntur, & ad quas lectores noſtros amandamus.*

Aubertus Miraeus lib. I. *Notitiae epiſcop.* cap. XI. De urbibus Thebaidis celebrioribus ita Ammianus Marcellinus lib. XXII. pag. 232. edit. Henrici Valeſii Pariſ. 1636. *Tres provincias*, inquit, *Aegyptum fertur habuiſſe temporibus priſcis, Aegyptum ipſam, & Thebaidem, & Libyam quibus duas adiecit poſteritas, ab Aegypto Auguſtamnicam, & Pentapolim a Libya ſicciore diſſociatam. Igitur Thebais multas inter urbes clariores aliis, Hermopolim habet, & Copton, & Antinoon, quam Hadrianus in honorem Antinoi ephebi condidit ſui.* De quo legendi Spartianus in Hadriano, Caſſius Dio lib. LXIX., & Euſebius *in Chron.* Ab Hadriano dicta etiam *Hadrianopolis*; ſita in dextra Nili ad orientem ripa, media fere inter Babylonem, quae Cairus dicitur, & Copton, urbes noſtra quoque tempeſtate celebres.

(a) Exſtant ad calcem Codicis mſ. Officii Syrorum ſignat. n. XXI. G. 36. Romae in Bibliotheca Collegii Urbani de Propaganda Fide.

(b) Nota aliud Synaxarii mendum, cum Benheſa, ſeu Oxyrynchus, quod antiquum eius nomen eſt, haud pertineret ad praefecturam Thebaidis.

MO-

# MONITUM INTERPRETIS
## *IN FRAGMENTUM*
## ACTORUM THEBAICORUM
# S. COLUTHI MARTYRIS

DUO tantummodo ſunt miracula, quae nobis ex actis S. Coluthi Martyris quarto deſinente, aut certe quinto, uti iure eredimus, ineunte eccleſiae ſaeculo ſcriptis, Aegyptiacum hocce fragmentum forte fortuna ſervavit. Utinam vero, quam potiorem, eamdem & integram utriuſque prodigii conſervaſſet hiſtoriam! Non eam modo de ingenioli noſtri coniecturis cogeremur ſupplere; uſque adeo miſere illa diſcerpta, & mutilata in manus noſtras pervenit. Nam primi miraculi narratio toto caret exordio, eoque omni apparatu rerum, quo caecitatis vitium, nonniſi divino prodigio tollendum, ſtatui in anteceſſum, ſcirique neceſſario deberet: alterius vero deſcriptio in ima ſui parte, atque in iis maxime, quae mirificam aegri ſanationem & comitata, & conſecuta ſunt, imminuta prorſus, & obtruncata iacet. Nunc autem, ſi, quae hactenus commemoravimus huius hiſtoriae damna diligentia noſtra compenſare licebit, faciam, ut ſtatuarii ſolent. Ii namque in mutilis ſimulacris redintegrandis nova quidem ſive capita, ſive alia quaevis membra, ſed quae & abſciſſorum ſimilia videri, & cum reliquis ſimul partibus naturalem concentum ſervare poſsint, eorum truncis inſerere, & agglutinare ſtudent. Sic & ego efficere conabor, ut quicquid novi, ad ea, quae hiſtoricae narrationi in hoc noſtro fragmento deſunt, ſupplenda, de meo addidero, aptius, quoad fieri poterit, atque concinnius cum cetero corpore cohaereat. Age igitur & tu quiſquis es, qui haec noſtra legeris, accipe exordium, aut potius, dum ita velis, *argumentum*, quale in exſectis amiſſiſque Aegyptiaci codicis tabulis priori miraculo fuiſſe coniicimus.



Digitized by Google

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

VIR Aegyptius immani, atque diuturno oculorum vitio laborans caecus infelix evaſerat. Artis, & naturae remediis fruſtra tentatis cogitationes ſuas ad caeleſtia convertere coepit. Itaque commotus fama miraculorum, quae Deus ad S. Coluthi *martyrium* operari conſueverat, eo ſe a *domeſticis* ſuis adduci voluit priſtini viſus gratiam imploraturus. Ibi interea verſanti, & coram thaumaturgo, & auſpice ſuo beatiſsimo *Colutho* vota preceſque pro re tanta fundenti, idem ipſe S. Martyr in viſione repente apparuit, &, qua demum certa, mirabilique ratione optatam ei medelam allaturus de caelo eſſet, ſingillatim manifeſtavit. Iuſsit ut oculos perfunderet lacte, quod mulier, ſibi quidem ignota, ſed probe nota Deo, ſuppeditaſſet. Et ne quicquam de felici, certoque eventu dubitaret, eumdem monuit, ut uni illi praenunciatae mulieri curam omnem moderandae, & dirigendae medelae relinqueret; neque enim fieri poſſe edixit, ut, quae tota ſummi ſoſpitatoris inſtinctu, atque imperio ducenda, & gubernanda eſſet, in ſtatuti operis directione erraret. At hominem ſtatim atque ab ecſtaſi ad ſe rediit, nonnihil fortaſſe turbarunt, implicaruntque inopinata nomina *mulieris*, & *lactis*, quae cum in varias ſubinde ſuſpicionum ambages de veracitate dignitateque viſionis facile coniicere potuerunt. Nam & ad voces Angeli, qui deſperatae ſterilitati, & effoetae ſenectuti filium nuntiarat, Sara riſit, & Zacharias ſacerdos primum dubitavit. Deus tamen, qui ad omnipotentiae ſuae, & ad Martyrum ſuorum gloriam multis & miris modis ubi, & quando vult, utitur creaturis ſuis; quique, ut ait Apoſtolus, ſtulta & infirma mundi eligit, ut confundat ſapientes, oraculi fidem dubitanti caeco perſuadere novit. Hinc ille ad hiſtoriam omnem *viſionis* famulis ſuis, aliiſque convenis, qui magno numero ad S. Martyris *memoriam* acceſſerant, libere, palamque narrandam progreſſus mox eſt: eamque narrando novis veluti ſupernae lucis radiis, ignicu-

liſque

liſque accenſus, ad S. Coluthi iuſſa exſequenda ſe magis, magiſque incitari, inflammarique ſenſit, ut ita ſaltem optatae ſanationis ſortem tentaret. Ecce, quam in primi miraculi narratione deperditae hiſtoriae partem hucuſque ſupplendam exiſtimavimus. Reliquam exordientem a poſtremis verbis S. Coluthi, quae ſibi dicta in coronide *viſionis* caecus ipſe retulit, prima fronte dabit noſtrum hocce fragmentum ex reſidua diſciſſi codicis pag. 221.

---

EX ACTIS COPTO-THEBAICIS

S. COLUTHI MARTYRIS.

## MIRACULUM I.

ϯⲛⲁⲕ ⲙ̀ⲡⲧⲁⲗϭⲟ ⲉ̀ⲛⲉⲕⲃⲁⲗ : ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲅ̄ϩⲟⲥⲉ P.221.
ⲁⲛ ⲉ̀ⲧⲣⲉⲕϩⲉ̀ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ϩ̄ⲛ ⲟⲩⲥⲟⲟⲩⲧⲛ̄ (1). Ⲡⲉϫⲉ ⲡⲣⲱ// col.1.
ⲙⲉ ϫⲉ ϯⲟⲩⲱϣ ⲉ̀ϩⲉ ⲉⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲛ̀ϩⲁⲕ · (2) Ⲧⲁ//
ϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡϩⲱⲃ ⲛ̀ⲧⲁⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟ̀ⲩ//
ⲑⲟⲥ (3) ϩⲣⲛ̀ϥ ⲉ̀ⲧⲟⲟⲧ . Ⲡⲉϫⲉ ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ϫⲉ
ⲁⲛⲟⲕ ϯⲛⲁⲙⲉ̀ϩ ⲛ̀ⲉⲕⲃⲁⲗ ⲛ̀ⲉⲣⲱⲧⲉ ϩ̄ⲛ ⲛⲁⲉ̀//
ⲕⲓⲃⲉ (4) . Ⲡⲉϫⲉ ⲡⲣⲱⲙⲉ ϫⲉ ⲛⲁⲥ ⲡⲉⲧⲉⲣⲉ ⲛⲉ//
ϥⲃⲁⲗ ϣⲱⲛⲉ ϫⲉ ⲁⲣⲓⲧⲁⲅⲁⲡⲏ (5) ⲛ̀ⲙⲙⲁⲓ col.2.
ⲉⲓⲥϩⲏⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲉ ⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲡⲁϩⲓⲥⲉ̀ ⲙⲛ̀ ⲧⲁⲑⲗⲓⲯⲓⲥ:

C Ⲡⲉϫⲉ

VERSIO.

Tibi dabo ego ſanitatem oculorum tuorum: & tu anxius non eris animo, ut ea tibi deficiat in directione. Dixit homo: volo invenire mulierem puerperam, ut perficiam opus, quod a Sancto Colutho iuſſum eſt mihi. Dixit mulier: ego implebo oculos tuos lacte ex uberibus meis. Dixit autem ad eam vir ille, cuius oculi erant infirmi: fac caritatem mecum: ecce vides cruciatum meum, & afflictionem meam.

Ⲡⲉϫⲉ ⲡⲉⲥϩⲁⲓ ⲛⲁⲥ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲁⲧⲛⲁϩⲧⲉ
ϫⲉ ϩⲙⲟⲟⲥ ⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲣ̀ⲣ̀ ⲡⲁⲓ (6) ⲙⲏⲡⲟⲧⲉ ⲛ̀ⲥⲉⲧ=
ⲙ̀ⲗⲟ (7) ⲉⲩⲥⲱⲃⲉ ⲛ̀ⲥⲱ. Ⲡⲉϫⲁ́ⲥ ϫⲉ ⲉⲩⲛⲁⲥⲱⲃⲉ ⲛ̀ⲥⲱⲓ
ⲉⲧⲃⲉⲟ̀ⲩ. Ⲁⲛⲟⲕ ⲅⲁⲣ ϩⲓⲧⲛ̀ ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲁⲙⲛ̀ⲧⲉ=
ⲩⲅⲉⲛⲏⲥ ⲙⲛ̀ ⲧⲉⲥⲃⲱ ⲛ̀ⲛⲁⲉⲓⲟⲧⲉ ϯⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ (8) ϫⲉ
P.222. col. 1. ⲉⲓϣⲁⲛⲙⲉϩ ⲛⲉϥⲃⲁⲗ ⲛ̀ⲉⲣⲱⲧⲉ ϩⲛ̀ⲛⲁⲉ̀ⲕⲓⲃⲉ ϥⲛⲁⲛⲁⲩ
ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲛ̀ ⲧϭⲟⲙ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ. Ⲡⲉ=
ϫⲁⲥ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲙⲏⲡⲟⲧⲉ ⲁⲛ ⲣⲱⲙⲉ ⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲓ ⲉⲓⲥⲱ=
ⲃⲉ ⲁⲩⲱ ⲉⲓⲟ ⲛ̀ⲣⲉ̀ⲙⲣⲁϣ (9) ⲁⲩⲱ ⲁⲩϫⲟⲟⲥ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲩ=
ϩⲏⲧ ϫⲉ ⲁ̀ⲣⲱⲙⲉ ⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲉⲓ ⲛⲙ̀ⲙⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧ=
ⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ̀ (10) ⲙ̀ⲡⲁϩⲁⲓ· Ⲉⲓⲥ ϩⲏ́ⲛⲧⲉ ϯⲣ̀ⲙⲛ̀ⲧⲣⲉ
col. 2. ⲛⲏⲧⲛ̀ ⲙ̀ⲡⲟⲟⲩ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ ⲉ̀ⲧⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉ̀ⲣⲟⲓ· ⲉⲓⲱⲣⲕ
ⲛⲏⲧⲛ̀ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲙⲛ̀ ⲧⲉⲡⲣⲟⲥⲫⲟ=
ⲣⲁ̀ ⲛ̀ⲛⲉⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲙⲛ̀ ⲛ̀ϩⲓⲥⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ϣⲟ=
ⲡⲟⲩ ϩⲓⲡⲉⲥⲧⲁⲩⲣⲟ̀ⲥ (11) ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲉⲓ ⲙⲛ̀
ⲣⲱⲙⲉ ϫⲓⲛϯⲁⲓ (12) : ⲉⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ϩⲏⲧ́ⲥ ⲛ̀ⲛ=
ⲧⲁⲙⲁⲁⲩ ⲛ̀ⲥⲁ ⲡⲁϩⲁⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲩⲁⲁⲧ ⲁⲩⲱ ⲉϣⲱⲡⲉ
ⲁⲓϫⲱϩⲙ̀ ⲧⲁⲥⲁⲣⲝ ⲙⲛ̀ ⲣⲱⲙⲉ ⲛ̀ϣⲙ̀ⲙⲟ· ⲛ̀ⲛⲉ ⲡϫ=
P.223. ⲟⲉⲓⲥ (13) ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉ̀ⲣⲟⲓ ⲙ̀ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲧⲁⲁⲛⲁⲅⲕⲏ.
col. 1. Ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ ⲁⲥϫⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲥⲉ̀ⲣⲱⲧⲉ (14) ⲁⲥ=
ⲙⲉϩ

Dixit illius maritus ad ipſam ( in incredulitate quia manens eſt ) ne hoc facito, ne forte non deſint qui derideant te. Dixit illa: derideant me? quare? Ego enim per fidem nobilitatis meae, & doctrinam patrum meorum, credo, quod ſi implevero illius oculos lacte ex uberibus meis, ille videbit per virtutem Sancti Coluthi: & haec ei ſubiungens: an aliquando viderunt me homines deridendam? aut fui voluptuoſa, aut dixerunt in corde ſuo, quod homo communionem babuit mecum, praeter unam mariti mei communionem? Ecce teſtor vobis hodie, quotquot eſtis qui me auditis: iuro vobis per Sanctum Coluthum, & per oblationem chriſtianorum, & per cruciatus, quos Chriſtus paſſus eſt in cruce, quod communionem non habui cum homine ex quo fui nuptui tradita; & veni ab utero matris meae ad maritum meum ſolum. Et ſi quando carnem meam communem feci cum viro alieno, Dominus non exaudiat me in tempore neceſſitatis meae.

Et ſic accepto lacte ſuo implevit oculos hominis: & ſic dicebat: in no-

ⲙⲉϩ ⲛ̀ⲃⲁⲗ ⲙ̀ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲥϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲧ=
ⲉⲓϩⲉ ϫⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲣⲁⲛ ⲛ̀ⲛϭⲟⲙ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟ=
ⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲡⲥⲁⲉⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲉ · ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ ⲁ̀ⲛⲉϥ=
ⲃⲁⲗ ϯⲙⲟⲟⲩ ⲁⲩⲱ ⲁⲩϩⲱϩ̀ (15) ⲉ̀ⲙⲁⲧⲉ.
Ⲛⲧⲉⲣⲟⲩ ⲥⲱⲧ́ϥ (16) ⲇⲉ ⲁϥⲟⲩⲱⲛ ⲙ̀=
ⲙⲟⲟⲩ ⲉϥϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ϯⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉ̀ⲣⲟⲕ ⲡ=
ϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ (17) ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ col.2.
ⲁϥⲱϣⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲉ̀ⲛⲉϥⲣⲱⲙⲉ ⲉϥϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲉⲓⲥ=
ϩⲏⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲓⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ (18) ⲛ̀ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲉⲓⲉⲣϩⲉ.
Ⲡⲉϫⲉ ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲁⲩⲉⲓⲥ ⲧⲁⲙⲁϩⲣⲟⲩ
ⲛ̀ⲕⲉⲥⲟⲡ · ⲡⲣⲱⲙⲉⲇⲉⲁϥⲥⲙⲟⲩⲉ̀ⲣⲟⲥ ⲉϥϫⲱ̀ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ϫⲉ ⲉⲣⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛⲁϩⲁⲣⲉϩ ⲉ̀ⲣⲟ ϣⲁⲛⲧⲉⲃⲱⲕ ⲉⲛ=
ⲉϥϭⲓϫ. ⲛ̀ⲧⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲥⲙⲉϩ ⲛⲉϥⲃⲁⲗ ⲙ̀ⲡⲙⲉϩ
ⲥⲟⲡ ⲥⲛⲁⲩ ⲁⲩⲧⲁⲩ ⲉ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ (19) ⲉ̀ⲛⲉϩⲣⲟⲩ̀ⲟ. P.224.
Ⲙⲛ̀ⲛ̀ⲥⲁ ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲁϥⲟⲩⲱⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ. col.1.
ⲁϥϭⲱϣ́ⲧ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲁ ⲙⲛ̀ (20) ⲡⲁ̀ⲓ ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ
ⲁ̀ⲗⲏⲑⲱⲥ ⲁⲓⲉⲓⲱⲣϩ̀ (21) ϩⲙ̀ ⲡⲉⲓⲥⲟⲡ ⲕⲁⲗⲱⲥ.
Ⲙⲛ̀ⲛ̀ⲥⲁ ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ̀ⲡⲉϫⲉ ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲙ̀ⲡⲣⲱⲙⲉ
ϫⲉ ⲁⲩⲉⲓ̀ⲥ ⲧⲁⲙⲁϩⲣⲟⲩ̀ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲕⲉⲥⲟⲡ ⲁⲩⲱ ϯⲡⲓⲥ=
ⲧⲉⲩⲉ ϫⲉ ⲡⲧⲁⲗϭⲟ̀ ⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲛⲁⲕ. ⲛ̀ⲧⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲥ=
ⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲥⲱⲙⲁ ⲧⲏⲣ́ϥ ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲥⲕⲓⲃⲉ ϩⲙ̀= col.2.



mine virtutis Sancti Coluthi medici veri: & ſic oculi eius effuderunt aquas, & valde multas dederunt.

Ubi vero *oculos* ille purgavit, eos aperuit dicens: credo tibi Sancte Coluthe: & eodem tempore exclamavit ad homines ſuos dicens: ecce viſum recepi, ita ut parumper diſcernam.

Dixit mulier ad eum: ſine ut eos impleam alia vice. At homo benedixit ei dicens: Dominus conſervabit te quouſque pertigerint manus eius.

Illa vero ut implevit oculos eius ſecundo, aquam hi emiſerunt copioſius.

Paullo poſt iterum eos ille aperuit: reſpexit huc & illuc dicens: vere video hac vice bene.

Rurſus poſt paullum dixit mulier ad hominem illum: ſine ut eos impleam alia etiam vice; etenim credo, quod ſanitas erit tibi. Ipſa autem ſignavit corpus ſuum omne, & ubera ſua in nomine Chriſti, & ſignaculo

ⲡⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ⲙⲛ̀ ⲡⲙⲁⲉⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲧⲁⲩⲣⲟ̀ⲥ (22)·
ⲁⲥⲙⲉϩ ⲛⲉϥⲃⲁⲗ ϩⲛ̀ ⲧⲉⲥⲉ̀ⲣⲱⲧⲉ ⲙ̀ⲡⲙⲉϩ ϣⲟⲙⲛ̀ⲧ
ⲛ̀ⲥⲟⲡ ⲉⲥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲛⲟ̀ⲩⲧⲉ ⲙⲛ̀ ⲡϩ//
ⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ (23). ⲡⲉϫⲁⲥ ⲇⲉ ⲛⲁϥ ⲛ̀ϭⲓ ⲧⲉⲥϩⲓ//
ⲙⲉ ϫⲉ ϣⲧⲁⲙ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲃⲁⲗ ⲛ̀ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ (24) ⲁⲩⲱ ⲡⲉϩ//
P.225. ⲙⲟⲧ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲙⲛ̀ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲛⲁ//
col.1. ϣⲱⲡⲉ ⲛⲁⲕ. ⲛ̀ⲧⲟⲥ ⲇⲉ ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲛⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ́ ⲛⲉⲥ//
ⲧⲁϫⲣⲏⲩ ϩⲛ̀ ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ (25) ⲉ̀ⲙⲁⲧⲉ. ⲉⲡⲉⲓⲇⲏ
ⲁⲥⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲡⲧⲁⲗϭⲟ́ ⲛ̀ⲧⲁϥϣⲱⲡⲉ ⲛⲁϥ ϣⲏⲙϣⲏⲙ.
(26) ⲙⲛ̀ⲛⲥⲁ ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ⲇⲉ ⲁϥⲟⲩⲱⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ
ⲉⲩϯ ⲛ̀ⲟⲩⲁ̀ϣⲏ ⲛ̀ⲣⲙ̀ⲉⲓⲏ (27) ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ
ⲁϥⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲙⲉ̀ (28) ⲙⲛ̀ ⲟⲩϫⲱⲕ.
col.2. Ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲇⲉ ⲁϥⲧⲱⲟⲩⲛ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̀ⲣⲁϣⲉ ⲁϥ//
ⲃⲱⲕ ⲁϥⲉ̀ⲓⲁ ⲡⲉϥϩⲟ̀ ϩⲙ̀ ⲡⲗⲟⲩⲧⲏⲣ ⲁⲩⲱ ⲛⲉϥϫⲓ//
ϣⲕⲁⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲕ́ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲉⲕ//
ϩⲁ ⲉ̀ⲟ́ⲟⲩ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ
(29) ϫⲉ ⲁⲓⲙ̀ⲡϣⲁ̀ ⲉⲧⲣⲉⲕⲭⲁⲣⲓⲍⲉ ⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲟⲩ//
ⲟ́ⲉⲓⲛ ⲛ̀ⲑⲉ (30) ⲛ̀ⲧⲁⲁⲣⲭⲏ. ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ
ⲉ̀ⲧ ϩⲙ̀ ⲡⲙⲁⲣⲧⲏⲣⲓⲟⲛ (31) ⲛⲉⲧⲛⲏⲩ ⲉ̀ϩⲟⲩⲛ
P.226. ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲧⲃⲏⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲁⲩⲉⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲁⲩⲑⲉⲱ̀ⲣⲉⲓ ⲙ̀//
col.1. ⲙⲟϥ ⲉϥⲣⲁϣⲉ ⲉ̀ⲙⲁⲧⲉ ϫⲉ ⲁϥⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ.

Ⲡⲣ//

crucis : implevit oculos eius laƈte tertia vice dicens : in nomine Dei , & Sanƈti Coluthi . Dixitque illi deinde mulier : claude oculos tuos parumper , & gratia Dei, & S. Coluthi ſit tibi . Eadem autem ingenua femina in fide ſummopere confirmata eſt , quoniam vidit ſanitatem, quae faƈta fuerat illi ( homini ) ſenſim . Poſt paullulum eos aperuit:iique quamdam dederunt lacrimarum copiam : & ſtatim vidit lucem vere , atque perfeƈte .

Homo vero ille ſurgens magno cum gaudio ambulavit , lavit faciem ſuam in pelvi , & exclamabat dicens : tu magnus es , tibi gloriam defero , o Deus Sanƈti Coluthi , quia faƈtus ſum dignus , ut gratiam mihi concederes lucis , quemadmodum mihi erat ab initio . Et omnes homines , qui in martyrium ingreſſi erant cum iis qui exiverant , venerunt univerſi : eumque contemplati ſunt gaudentem vehementer , quod hanc lucem aſpiceret .

Digitized by Google

Ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲇⲉ ϩⲱⲱϥ ⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲁϥⲙⲉⲉⲩⲉ̀ ⲉ̀ⲡⲡⲉⲑⲟⲟⲩ
ⲉ̀ⲧⲉϥⲥϩⲓⲙⲉ (32) : ⲁϥⲧⲱⲟⲩⲛ ⲁϥⲉⲝⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲉⲓ
ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ. Ϫⲉ ⲉⲓⲥ-
ϩⲏⲏⲧⲉ ⲁⲓⲟⲩϫⲁⲓ ϩ̀ⲙ ⲡⲁⲥⲱⲙⲁ ⲙⲛ̀ ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ
ϫⲉ ⲁⲓⲙ̀ⲡϣⲁ̀ ⲛⲉⲓ ⲉ̀ⲡⲉⲕⲧⲟⲡⲟⲥ. Ⲛⲉⲓⲟⲧⲉ ϩⲱⲟⲩ
ⲛ̀ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ (33) ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲥⲣⲱⲙⲉ ⲁⲩⲉⲓ col. 2.
ⲉⲩⲣⲁϣⲉ ⲉⲩⲥⲙⲟⲩ. ⲁⲩⲱ ⲉⲩϯⲉ̀ⲟⲟⲩ ⲉⲩϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ.
Ϫⲉ ⲧⲉⲥⲙⲁⲙⲁⲁⲧ ⲛ̀ⲧⲟ ϩⲛ̀ ⲛⲉϩⲓⲟⲙⲉ ⲱ̀ ⲧⲉⲛⲥⲱⲛⲉ̀
ⲁⲩⲱ ⲧⲉⲛϣⲉⲉ̀ⲣⲉ ϫⲉ ⲁⲣϫⲓ ⲉ̀ⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲟⲟⲩ ϩⲛ̀ ⲧⲙⲏ-
ⲧⲉ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲏⲏϣⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϫⲉ́ⲁⲣϯϣⲓⲡⲉ ⲛ̀ϩⲁϩ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉ
ϩⲓⲥϩⲓⲙⲉ ϩⲓⲧⲛ̀ ⲧⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ. ⲁ̀ϩⲁϩ ⲅⲁⲣ ⲙ-
ⲉⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟ́ ⲱ̀ (34) ⲧⲉⲛϣⲉⲉ̀ⲣⲉ ⲉϩⲉ (35) ⲛ̀ⲡⲉⲑⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲃⲉ P. 227.
ⲧⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ ⲙⲛ̀ ⲧⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲣⲙ̀ⲣⲁϣ (36) ⲙⲛ̀ col. 1.
ⲧⲟⲩϭⲓⲛϣⲁϫⲉ ⲉⲧϩⲟⲗϭ. Ⲧⲉⲛⲟⲩ ϭⲉ ⲁ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ
Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲟⲩⲱ̀ⲛϩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲛⲟϭ ⲙ-
ⲙⲛ̀ⲧⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ (37) ϩⲓⲧⲛ̀ ⲛⲛⲟϭ ⲛ̀ⲧⲁⲗϭⲟ ⲉ̀ⲧⲁϥ-
ⲉⲓⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲉⲧϣⲱⲛⲉ (38) ⲉ̀ⲧⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉ̀ⲣⲟϥ.

Ⲙⲛ̀ⲛ̀ⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲁ̀ⲡⲟⲩⲁ̀ ⲡⲟⲩⲁ̀ ⲉⲓⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲧⲁϥ ⲉ̀ⲣⲏⲧ
ⲙ̀ⲙⲟϥ ϩ̀ⲙ ⲡⲉϥⲏⲓ (39) ⲁⲩⲧⲁⲁⲩ ⲙ̀ⲡⲙⲁⲣⲧⲩ-
ⲣⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ. Ⲁⲩⲟⲩⲱⲙ̀ ⲁⲩⲥⲱ̀ col. 2.
ϩⲙ̀

Verum & homo ille, qui conſideravit malum, quod fecerat mulieri ſuae, magnificans (eam) confeſſus eſt S. Coluthо dicens: ecce ſanatus ſum in corpore, & in anima mea: quia factus ſum dignus venire ad locum hunc tuum. Parentes quoque mulieris cum eius fratribus, eiuſque hominibus venerunt gaudentes, benedicentes, & glorificantes dicebant: Benedicta tu inter mulieres, o ſoror noſtra, & filia noſtra, quia gloriam hodie accepiſti in medio multorum, ex quo confudiſti multitudinem hominum, atque mulierum per nobilitatem tuam. Multitudo enim putavit te, o filia noſtra, deprehendere in malo propter nobilitatem generis, & comitatem, atque ſuaviloquentiam. Hoc tempore Sanctus Coluthus mauifeſtavit gloriam magnitudinis, & nobilitatis ſuae per magnitudinem ſanationum, quas fecit illis, qui infirmi erant, & qui crediderunt in eum.

Poſt haec unuſquiſque abiit cum eo in domum ſuam. Honorarunt marty-

ϩⲙ̀ ⲡⲉϥⲧⲟⲡⲟⲥ (40). ⲁⲩⲃⲱⲕ ⲉ̀ⲡⲉⲩⲏⲓ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲉⲓ-
ⲣⲏⲛⲏ ⲉⲩϯⲉ́ⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲙⲛ̀ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟ-
ⲗⲟⲩⲑⲟⲥ.

## MIRACULUM II.

Ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲟⲛ ⲉ̀ⲕⲉⲛⲟϭ ⲛ̀ϣⲡⲏⲣⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲥϣⲱⲡⲉ ⲉⲃⲟⲗ
ϩⲓⲧⲟ́ⲟⲧ̀ϥ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ. Ⲁⲩⲉⲓⲛⲉ ⲇⲉ
ⲟⲛ ⲛ̀ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ (1) ⲉϥⲥⲏϭ ⲉⲙⲛ̀ϭⲟⲙ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉ̀ⲙⲟ-
P.228. col. 1. ϣⲉ ⲉ̀ϫⲛ̀ ⲛⲉϥⲟⲩⲉⲣⲏⲧⲉ ⲉ̀ⲡⲧⲏⲣ́ϥ. Ⲁⲩⲱ ⲛⲉϥϭⲓϫ
ϩⲓⲟⲩⲥⲟⲡ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲁϥⲥⲱϣ ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲉϥⲥⲱϣⲉ
ⲙ̀ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ϩⲙ̀ ⲡⲕⲁ̀ϩ, ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲓϣⲏⲣⲉ ⲕⲟⲩⲓ ⲉⲩ-
ⲥⲩⲗⲁ̀ (2) ϩⲙ̀ ⲡⲕⲁϩ, ⲁⲩⲕⲁⲁϥ ϩⲙ̀ ⲡⲉϥⲧⲟⲡⲟⲥ
ⲉ̀ⲧⲟⲩⲁ̀ⲁⲃ. ⲛⲉⲁϥⲱⲥⲕ̀ ⲇⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲙⲁⲣⲧⲏⲣⲓⲟⲛ
ⲉϥⲥⲟⲡ̀ⲥ (3) ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉϥⲡⲁⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ (4) ⲙ̀ⲡ-
ϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲉ̀ⲧⲃⲉ ⲡⲧⲁⲗϭⲟ́ ⲙ̀ⲡⲉϥⲥⲱ-
col. 2. ⲙⲁ ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉ̀ⲣⲉ ⲟⲩⲑⲉⲣⲁⲡⲓⲁ̀ ϣⲱⲡⲉ ⲛⲁϥ· ⲁⲩⲱ
ⲛⲉϥⲁ̀ϣⲁϩⲟⲙ̀ ⲙ̀ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲙⲛ̀ ⲧⲉⲩϣⲏ· ⲛⲉϥⲁϣ-
ⲣⲓⲙⲉ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲛ̀ϩⲁϩ ⲛ̀ⲥⲟⲡ· Ⲉϥϫⲱ̀ ⲛ̀ϩⲉⲛⲛⲟϭ ⲛ̀ⲉⲛ-
ⲙⲕⲁϩ ⲛ̀ϩⲏⲧ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲃⲟⲏⲑⲉⲓ ⲉ̀ⲣⲟⲓ ⲡⲥ-
ⲁⲉⲓⲛ

rium Sancti Coluthi: manducarunt, biberunt in ipſius loco, & rediere domum in pace dantes gloriam Deo, & Sancto Colutho.

### *MIRACULUM II.*

### VERSIO.

Audite quoque magnum aliud miraculum, quod factum eſt per S. Coluthum. Adductus porro eſt & homo mutilus non habens vim ambulandi ſuper pedes ſuos omnino: eratque ſimu manibus etiam mutilus, adeo ut greſſum non extolleret, ſed incederet trahendo corpus per humum, quemadmodum eunt filii parvuli raptantes ſe ſuper terram: dimiſſus ita eſt in illius loco ſancto. Erat autem iacens in martyrio deprecans Deum, interpellans S. Coluthum propter ſanitatem corporis ſui, ut ei fieret ſanatio. Et ingemiſcebat die ac nocte, plorans etiam multoties: ſuoſque magnos dolores enuntians dicebat: adiuva me medice ſa-

ⲁⲉⲓⲛ ⲛ̀ⲣⲉϥϯⲁⲗϭⲟ· ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲓ ⲡⲱⲧ ⲉⲣⲁⲧⲕ́
ⲡⲁϫⲟⲉⲓⲥ́ ⲙⲛ̀ ⲡⲉⲕⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲟⲛ ⲉ̀ⲧⲟⲩⲁ̀ⲁⲃ ⲉⲧ//
ⲣⲉⲕϣⲁⲛ̀ ϩⲧⲏⲕ (5) ⲉϫⲛ̀ ⲧⲁⲙⲛ̀ⲧⲉⲃⲓⲏⲛ (6)· Ⲣⲱⲙⲉ
ⲇⲉ ⲟⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛⲉⲩⲙⲟⲕϩ ⲛ̀ϩⲏⲧ ⲉ̀ⲙⲁⲧⲉ ⲉⲧⲃⲏⲏⲧϥ́ P.229.
ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲛⲉⲩϫⲱ̀ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲏⲏϣⲉ ⲛ̀ⲙⲕⲁϩ (7) ⲛ̀ϩⲏⲧ: col.1.

Ⲙⲛ̀ⲛ̀ⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲇⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲁϥϣⲁⲛ̀ϩⲧⲏϥ ϩⲁⲣⲟϥ
ⲛ̀ϭⲓ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲡⲥⲁⲉⲓⲛ ⲛ̀ⲣⲉϥⲧⲁⲗ//
ϭⲟ· ⲁϥⲉⲓ ϣⲁⲣⲟϥ ϩⲛ̀ ⲟⲩϩⲟⲣⲟⲙⲁ̀ (8) ⲛ̀ⲧⲉⲩ//
ϣⲏ ⲁϥⲁ̀ϩⲉⲣⲁⲧϥ́ ϩⲓϫⲱϥ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲁⲕ//
ⲥⲟⲩⲱⲛⲧ (9) ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲉ ⲡⲁϫⲟⲉⲓⲥ̀ (10):
ⲛ̀ⲧⲕ́ ⲛⲓⲙ ⲛ̀ⲧⲓϩⲉ ⲉ̀ⲣⲉ ⲡⲛⲟϭ ⲛ̀ⲉ̀ⲟⲟⲩ ⲕⲱⲧⲉ ⲉ̀ⲣⲟⲕ: col.2.
ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ ϩⲙ̀ ⲡϩⲟⲣⲱⲙⲁ̀ ϫⲉ ⲁ̀ⲛⲟⲕ ⲡⲉ Ⲕⲟ//
ⲗⲟⲩⲑⲟⲥ (11) ⲡⲥⲁⲉⲓⲛ. ⲁⲩⲱ ⲣⲱⲙⲉ ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲛ̀ⲧϥ́
ⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ϣⲁⲓⲧⲁⲗϭⲟⲟⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ϫⲓⲛϫⲏ:
Ⲁⲩⲱ ⲙⲉⲓ̀ϫⲓ ⲃⲉⲕⲉ ⲛ̀ⲧⲛ̀ⲗⲁⲁⲩ ⲉ̀ⲡⲧⲏⲣϥ́· ⲡⲉϫⲁϥ
ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲡⲁϫⲟⲉⲓⲥ ⲙⲁⲣⲉⲡⲉⲕⲛⲁ̀ ⲧⲁϩⲟⲓ ϫⲉ ϯϩⲏϣ
ⲉ̀ⲙⲁⲧⲉ· Ⲡⲉϫⲉ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲛⲁϥ ϩⲙ̀ ⲡϩⲟⲣⲱⲙⲁ P.230.
ϫⲉ ϣⲟⲣⲡⲕ́ ⲉ̀ϩⲧⲟⲟⲩⲉ ⲛ̀ⲅ ⲙⲟ́ⲟϣⲉ ϩⲛ̀ ⲛⲉⲕϭⲓϫ ⲙⲛ̀ col.1.
ⲛⲉⲕⲟⲩⲉ̀ⲣⲏⲧⲉ ⲛ̀ⲅ ⲃⲱⲕ (12) ⲉ̀ϩⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ:
ⲁⲩⲱ ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲏ̀ ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲉ̀ⲧⲕ̀ ⲛⲁ̀ⲁⲡⲁⲛⲧⲁ̀ ⲉ̀ⲣⲟⲟⲩ
ϩⲛ̀

nator ; ob id enim confugio ad te , domine mi , & ad tuum hocce martyrium ſanctum , ut miſerearis vilitatis meae . Homines vero omnes affligebantur vehementer propter eum ; unde dicebant multos magnoſque illius eſſe cruciatus .

Poſt haec autem omnia miſertus eſt illius S. Coluthus medicus ſanationum effector . Venit ad eum in viſione noctis : ſtetit ſuper eum , dixitque illi : noſtin' me ? Reſpondit ei : non , domine mi : tu quis es , qui inveniris magnitudine gloriae circumdatus . Dixit ei in viſione : ego ſum Coluthus medicus , & homines quoſque habentes fidem ſano omnes gratis , & nullius omnino mercedem accipere cupio . Dixit illi : domine mi , miſericordia tua complectatur me , quoniam ego in angoribus ſum nimis . Dixit ei S. Coluthus in viſione : ſurge tu diluculo ; ambula manibus , pedibuſque tuis , & ingredere civitatem : & homini , aut mulieri occurrentibus tibi in civitate dic eis : quaenam eſt domus Mariae

ϩⲛ̀ ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲁ̀ϫⲓⲥ ⲉ̀ⲣⲟⲟⲩ ϫⲉ ⲁϣ ⲡⲉ ⲡⲏⲓ (13)
ⲙ̀Ⲙⲁⲣⲓⲁ̀ ⲧⲡⲟⲣⲛⲏ · ⲙⲁⲣⲟⲩⲧⲥⲁⲃⲟⲕ ⲉ̀ⲣⲟϥ .
col. 2. ⲁⲩⲱ ⲉⲩϣⲁⲛ ϫⲛⲟⲩⲕ ϫⲉ ⲉⲕⲣⲟⲩ ⲛⲁⲥ · ⲁϫⲓⲥ ⲉⲣⲟⲟⲩ
ϫⲉ ⲉ̀ⲓⲟⲩⲱϣ ⲉ̀ⲣⲧⲉⲩϣⲏ ⲛⲙ̀ⲙⲁⲥ ⲧⲁϯ ⲛⲁⲥ ⲙ̀ⲛⲉⲥ-
ⲃⲉⲕⲉ (14) · Ⲙⲡⲣ̀ⲣ̀ϩⲟⲧⲉ ⲁⲩⲱ ⲙ̀ⲡⲣ̀ϣⲓⲡⲉ · Ⲟⲩ-
ⲛ̀ⲟⲩⲛⲟϭ ⲅⲁⲣ ⲛ̀ⲇⲱⲣⲉⲁ̀ ⲙⲛ̀ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̀ϩⲙⲟⲧ ⲛⲁ-
ϣⲱⲡⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲉⲧⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲟⲧⲕ (15)·
ⲁⲩⲱ ⲥⲛⲁⲕⲱ̀ ⲛ̀ⲥⲱⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲥⲡⲗⲁⲛⲏ · ⲛ̀ϥϣⲱⲡⲉ ⲛⲉⲩ-
ⲅⲉⲛⲏⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲁ̀ⲫⲟⲣⲙⲏ ⲉⲕϣⲁⲛ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲇⲉ ⲛ̀ⲥⲁ
ⲕⲛⲁ ⲟⲩϫⲁⲓ ;

fornicariae? Illi eam tibi indicent. Et ſi te interrogaverint: quid cum ea facies? dic illis: volo noſtem cum ea tranſigere: dabo ei mercedem ſuam. Ne timeas, & ne verecunderis; magnum enim donum, & magna gratia fiet mulieri illi per te. Deſeret turpitudinem erroris ſui: fiet illuſtris tua hac occaſione: quum vero audiverit miſericordiam ſanationis tuae . . . . . . . . . . . .

Hinc ad pag. uſque 240. perierunt, ut iam diximus in anteloquio *membranae* omnino *quinque*: ſicque uno veluti fato periit tota illa hiſtoriae pars, qua deſcripta continebantur acta omnia a mutilo ſanato in urbe Antinoo fideliter geſta, ut ſumma cum religione, & integritate praeſcripta, quemadmodum ſibi a S. Martyre Coluthо in *viſione* tradita fuerant, exſequeretur. Hanc immanem iacturam tu quoque mecum dole: ſed quicquid forte fortuna *de felici Mariae converſione* ex abſciſſo codice intactum hodieque ſupereſt, duae tibi, quae pone ſequuntur, poſtremae tabulae dabunt; ut ad damni reparationem ſatis inde tibi eſſe factum putes.

P. 241. col. 1. Ⲛⲑⲉ (1) ⲉ̀ⲧⲣⲉϥⲕⲧⲟϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ⲧⲉϥϩⲓⲏ ⲉ̀ⲑⲟⲟⲩ
ⲛ̀ϥⲱ̀ⲛ̀ϩ· ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ ⲟⲛ ϯⲣ̀ⲙⲛ̀ⲧⲣⲉ ⲛⲉ̀ ⲱ̀ ⲧⲁϣⲉ-
ⲉⲣⲉ

Ut ita te convertat a via mala, & vivas. Ecce etiam teſtis tibi ſum, o filia mea, quod ſi (divinam) hanc voluntatem feceris Deus, & Sanctus Co-

ⲉ̀ⲣⲉ ϫⲉ ⲉⲣϣⲁⲛ ⲣ̀ⲡⲉⲓⲧⲱⲙϣ ⲛ̄ⲛⲟⲩⲧⲉ ⲙ̄ⲛ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ
ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲛⲁⲣⲱϣⲉ̀ ⲉ̀ϩⲣⲁⲓ̈ ⲉ̀ϫⲱ· ⲁⲩⲱ ⲧⲉ ⲛⲁ//
ϯϣⲓⲡⲉ ⲙ̀ⲡϫⲁϫⲉ ⲛ̄ⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ· ⲡⲙⲉⲥⲧⲉ ⲡⲉⲧⲛ//
ⲛⲁⲛⲟⲩϥ ⲙⲛ ⲛⲉⲧⲉⲛⲟⲩϥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛⲉ· ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲁ//
ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲙ̄ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲉ̀ⲧⲟⲩⲁ̀ⲁⲃ col. 2.
ϫⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲉⲡⲟⲩⲏⲓ· ϣⲁⲛⲧⲉϥ ⲟⲩϫⲁⲓ̈ ⲛ̀ⲧⲟ//
ⲧⲁ̀ⲫⲟⲣⲙⲏ· ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ ⲡⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲉ̀ⲧⲟⲩⲁ̀ⲁⲃ
ⲡⲗⲁⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲥϯⲛⲟⲩϥⲉ̀ ⲡⲥⲁϩ ⲛ̀ⲛ̄ϩⲉⲑⲛⲟⲥ· ϥϫⲱ
ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ· ϫⲉ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ϩⲣⲁⲁⲃ ⲧ//
ⲡⲟⲣⲛⲏ ⲙ̀ⲡⲥϩⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩⲣⲁ̀ⲧⲛⲁϩⲧⲉ
ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲁⲥϣⲱⲡ ⲉⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲛ̄ⲇⲩⲛⲁⲧⲟⲥ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲉⲓ//
ⲣⲏⲛⲏ (18)· ϥⲥⲏϩ ⲅⲁⲣ ⲧⲁϣⲉⲉ̀ⲣⲉ ϫⲉ ⲙⲏ ϫⲁϫ P. 242.
ⲥⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲥⲉϯ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲁⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲁ ⲟⲩϩⲣⲃⲟⲗⲟⲥ. col. 1.
ⲁⲩⲱ ⲟⲩⲁ̀ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩⲏⲧⲟⲩ ⲙ̀ⲛⲉϥϩⲉ ⲉϫⲙ̀ ⲡⲕⲁϩ
ⲁϫⲙ̀ ⲡⲉⲧⲛ̀ⲉⲓⲱⲧ ⲉⲧϩⲛ̀ ⲙ̀ⲡⲏⲩⲉ (19) ⲁⲩⲱ ⲁ//
ϥⲧⲁⲩ ⲉ̀ϩⲁϩ ⲛ̀ϣⲁϫⲉ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ⲉϥⲕⲁⲑⲏⲅⲉⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲛⲉⲅⲣⲁⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲟⲩⲁ̀ⲁⲃ (20) ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲥϫⲓ
ⲥⲙⲏ ⲉⲛⲉϥϣⲁϫⲉ ⲉⲙⲁⲧⲉ ⲉⲩϩⲟⲗϭ ⲛⲁⲥ ⲛ̀ϩⲟⲩⲟ col. 2.
ⲉⲡⲉⲃⲓⲱ· ⲛ̀ⲧⲟⲥ ⲇⲉ ⲁ̀ⲡⲉⲥϩⲏⲧ ⲧⲱⲧ ⲁⲩⲱ ⲁⲥ//

D ϩⲟ//

luthus curam de te gerent. Quin & tu pudore afficies, confundeſque inimicum diabolum, qui omnes ex aequo odio habet & eos, qui ſui ſunt, & eos, qui ſui non ſunt. Sanctus vero Coluthus Martyr inclitus miſit hominem in domum tuam, ut, hac tibi oblata occaſione, ſis ſalva.

Paulus Apoſtolus Sanctus, lingua boni, ſuaviſque odoris, & doctor gentium ſic dicit: *In fide Rhaab meretrix non periit cum incredulis, quia ſuſcepit potentes in pace*; ſcriptum eſt enim, Filia mea: *Nonne duo paſſeres veneunt obolo; & unus ex illis non cadit in terram ſine Patre veſtro, qui in Caelis eſt?* Et alia multa verba protulit eam erudiens ex Scripturis ſanctis. At ipſa dicentis voces excipiebat valde ei dulces prae mele. Iiſque illa perſuaſa, & confeſſa eſt, ſe feminam eſſe nobili ex die illa genere natam. Tum dixit ad eam (*Monitor*:) Deus erga te miſericors & propitius te liberavit a confuſione, & pudore huius mundi: verumtamen paucis diebus ſtabis in hoc (S. Martyris) loco, donec cor tuum lucem bene perfecteque ſuſcipiat: & Sanctus Coluthus veniet ad te in viſione, atque cor tuum con-

ϩⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲉⲓ ⲉ̀ϥϣⲱⲡⲉ ⲛ̀ⲟⲩⲥϩⲓⲙⲉ ⲛⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ ϫⲓⲛ//
ⲛⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲙ̀ⲙⲁⲩ (21)· ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲥ ϫⲉ ⲁ̀ⲡⲛⲟⲩ//
ⲧⲉ ϣⲁⲛϩⲧⲏϥ ϩⲁⲣⲟ· ⲁϥⲛⲁϩⲙⲉ̀ ⲉ̀ⲛϥϣⲓⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲓ//
ⲕⲟⲥⲙⲟⲥ : ⲡⲗⲏⲛ ϩⲙⲟⲟⲥ ⲛⲉ̀ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲓⲧⲟⲡⲟⲥ
P.243. ⲛ̀ϩⲉⲛⲕⲟⲩⲓ ⲛ̀ϩⲟⲟⲩ ϣⲁⲛ ⲧⲉ ⲛⲟⲩϩⲏⲧ ϫⲓ ⲟⲩⲟ́//
col.1. ⲉⲓⲛ ⲕⲁⲗⲱⲥ : ⲁⲩⲱ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ · ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲛⲁⲉⲓ
ϣⲁⲣⲟ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲟⲣⲟⲙⲁ ⲛ̀ϥⲧⲁϫⲣⲉ̀ ⲡⲟⲩϩⲏⲧ ⲉ̀ⲙⲙⲁ//
ⲧⲉ · ⲛ̀ⲧⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲥϩⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲉⲓ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲁ̀ⲛⲁϣ̀
ⲉⲥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲛ̀ϯⲛⲁⲗⲟ́ ⲁⲛ ⲉⲓⲛⲏⲩ ⲉ̀ⲡⲉⲓ ⲧⲟ//
ⲡⲟⲥ ⲉⲓⲟ̀ ⲛ̀ϩⲙϩⲁⲗ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ϣⲁⲛ
ⲧⲉ ⲛⲉ̀ⲧⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲓⲙⲉ ⲉ̀ⲧⲁⲡⲣⲟ//
col.2. ϩⲁⲓⲣⲉⲥⲓⲥ ⲙⲛ ⲧⲁⲙⲛ̀ⲧⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ · ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲥⲉⲉⲓⲙⲉ
ϫⲉ ⲁⲓⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓ ϩⲙ̀ ⲡⲁϩⲏⲧ ⲧⲏⲣ́ϥ · ϫⲉⲕⲁⲥ
ⲉⲣⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲕⲱ ⲛⲁ̀ⲓ· ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲁϣⲏ ⲛ̀ⲛⲟⲃⲉ :
ⲙ̀ⲛ ⲛⲁⲡⲁⲣⲁⲡⲧⲱⲙⲁ. ⲡⲡⲁⲧⲏⲣ ⲇⲉ ⲁϥⲥⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲥ
ⲉ̀ⲙⲁⲧⲉ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ · ϫⲉ ⲉⲣⲉⲡϫⲱⲉⲓⲥ ϫⲱⲕ
ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲁⲓⲧⲏⲙⲁ ⲧⲏⲣ́ϥ ⲛ̀ⲧⲁⲣⲁⲓⲧⲉⲓ ⲙ̀//
ⲙⲟϥ ⲛ̀ⲧⲟⲟⲧϥ · ⲛ̀ⲧⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲥⲧⲱⲟⲩⲛ
ⲁⲥⲃⲱⲕ ⲉ̀ⲡⲧⲟⲡⲟⲥ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ·
P.244. col.1. Ⲁⲩⲱ ⲁϥⲉⲓ ϣⲁⲣⲟⲥ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲟⲣⲟⲙⲁ̀ · ⲡⲉϫⲁϥ
ⲛⲁⲥ ϫⲉ ⲡⲉⲧⲉⲣⲉ ⲡⲡⲁⲧⲏⲣ ⲙⲡⲉⲓⲧⲟⲡⲟⲥ ⲛⲁϫⲟⲟϥ
ⲛⲉ · ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲛ̀ⲥⲱϥ ⲁⲩⲱ ⲧⲉ ⲛⲁⲟⲩϫⲁⲓ. ⲛ̀ⲧⲟⲥ
ⲇⲉ ⲁⲥⲧⲱⲟⲩⲛ ⲁⲥⲃⲱⲕ ⲉ̀ⲡⲉⲥⲏⲓ : ⲁⲥⲉⲓⲛⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲥ//
ⲧⲟ//

firmabit luculentiſſime. Illa vero fidem ſuam iureiurando pollicita eſt, dicens. Non omittam venire ad locum iſtum, ibique me ſervam dicare Sancto Coluthο, ut, qui me norunt, ſciant omnes propoſitum nobilitatis meae, certoque ſciant, quod ego ex toto corde reſipui, & poenitentiam agam, ut Deus mihi remittat multitudinem peccatorum & praevaricationum mearum. Pater vero ille ei benedixit dicens: Deus perficiat in te petitionem omnem, quam ego ab ipſo expoſtulo. Illa mox ſurgens ad locum perrexit S. Coluthi: Et ad eam in viſione venit, dixitque ei: Hic eſt locus, de quo tibi loquebatur Pater: Eum audi, & ſalva

ⲭⲣⲓⲁ̀ ⲧⲏⲣ́ⲥ · ⲙⲛ̀ ⲡⲉⲥⲥⲱⲃⲧⲉ ⲧⲏⲣ́ϥ. ⲁⲥϭⲱ ϩ̀ⲙ
ⲡⲧⲟⲡⲟⲥ ⲙ̄ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲉⲥϯⲁⲕⲟⲛⲓ ϩ̀ⲛ col. 2.
ⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲓⲁ̀ ⲛⲓⲙⲁⲩⲱ ⲉⲥⲣ́ϩⲱⲃ ϩ̀ⲛⲛⲉⲥϭⲓϫ. ⲁⲩⲱ
ⲛⲉⲧⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ϩⲁⲑⲏ ⲙ̀ⲡⲟⲟⲩ (22) ⲉⲛⲉ-
ⲩ̀ⲣϣⲡⲏⲣⲉ ⲉ̀ⲙⲁⲧⲉ ⲉⲩϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ · ϫⲉ ⲁ̀ⲙⲁⲣⲓⲁ
ϫⲡⲟ ⲛⲁⲥ ⲛ̀ⲟⲩϭⲓ ⲛ̀ⲣ́ϩⲱⲃ ⲉ̀ⲛⲁⲛⲟⲩⲥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓ-
ⲧⲟ̀ⲟ́ⲧϥ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟ̀ⲥ ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲥⲉⲓⲟ-
ⲧⲉ ⲙⲛ ⲛⲉⲥⲥⲛⲏⲩ :

eris. Illa vero ſurgens domum ſuam adiit: ſecum id omne, quo indigebat, ſuamque omnem ſupellectilem extulit; & ſtationem ſuam fixit in loco S. Coluthi: ſerviens ei in omni adminiſtratione: ſeſeque manuum ſuarum laboribus, operibuſque exercens. Quotquot vero eam norunt ad hanc uſque diem maiorem in modum admirantur dicentes: Maria genita eſt in bonorum operum ſuſceptione ope, & auxilio S. Coluthi, & genitorum, fratrumque ſuorum.

## *ADNOTATIONES*
### IN MIRACULUM I.

(1) **Ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉϩⲟⲥⲉ ⲁⲛ ⲉ̀ⲧⲣⲉⲕϩⲉ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ϩ̀ⲛ ⲟⲩⲥⲟⲟⲩⲧⲛ̀.** Sunt haec neceſſario intelligenda de *Muliere*, quam S. Coluthus, ut iam monuimus in ſupplemento *exordii*, tamquam miniſtram, & moderatricem adhibendae medelae caeco homini revelaverat. Ea enim una eſt, ad quam referre quis poſſit pronomen feminei generis **ⲉ̀ⲣⲟⲥ**. Quodque magis urget, ipſa eſt totius rei geſtae ſeries, quae ne aliter verba haec accipiamus omnino iubet, vehementerque ſuadet. Itaque glorioſus Chriſti martyr, poſtquam viſionis contemplatori ſpoponderat oculorum ſanationem eo modo, quo deſtinata mulier indixiſſet, praeſtandam, ut illius ſe fidei, conſiliiſque tuto, confidenterque committeret, ſic hominem clientem ſuum, quemadmodum *κατὰ γρᾶμμα* interpretati ſumus, affatur: *Et difficultas non faciet eam tibi deficere in directione*. Quae enim miracula, & bene-

beneficia per ſervos ſuos praedicit, & pollicetur Deus, ea certiſſime futura ſunt, nec ullo umquam hominum errore, aut impedimento intercipi queunt. Atque huic noſtrae interpretationi Aegyptiaca ipſa verba apte prorſus, accurateque reſpondent. In ⲛⲧⲉ ϩⲟⲥⲉ τὸ ϩⲟⲥⲉ, Thebaidenſium, ſive Sahidarum dialecto, quae caret aſpirata ϧ, & ⲓ vertit in ⲉ, idem eſt ac ϧⲟⲥⲓ Memphitarum, (derivatum, ut puto, ab Hebraico חשק, unde שק). Idemque eſt & Copticum ϧⲟⲥⲓ quod ϧⲓⲥⲓ, apud Thebaeos ϩⲓⲥⲉ (*a*), ſic frequenter ſcriptum in duobus aliis eiuſdem dialecti fragmentis hactenus ineditis, iiſque inter litteraria cimelia longe eruditiſſimi, magnique nominis Praeſulis, modo vero Cardinalis auſpicatiſſimi, *Stephani Borgiae*, aſſervatis; quorum alterum miracula quaedam S. Macarii, alterum vero nonnullas reliquias hiſtoriarum de rebus geſtis S. Athanaſii complectitur. Id enim hoc in loco adnotatum volumus, ut intelligamus vocem ⲛϩⲟⲥⲉ in hoc noſtro Aegyptiaco monumento eorum temporum antiquitatem ingeniumque referre, quibus Thebaidenſes aſpiratam ϧ non per ſimplicem ϩ, ſed per geminam ⲛϩ, vegetiori ſono efferre conſueverant. ϧⲟⲥⲉ vero plures habet ſignificationes, inter quas ea eſt, quae *moleſtiam*, *laborem*, & *difficultatem* in agendo exprimit, ut Graeca πόνος, & κόπος. At ex ſententia noſtra, uti & ex toto ipſo orationis nexu, *difficultas*, rectiſſime, ni ſummopere fallor, exponitur, quae tamen, ut ex conſequentibus liquet, vim agendi non habeat. Ⲁⲛ *non*, originem fortaſſe ducit ab Hebr. אין per ſyncopem τοῦ. Ⲉⲧⲣⲉⲕϩⲉ mihi quidem non aliam referre videtur ſignificationem, quam quae eſt vel in Memphitica ⲉⲑⲣⲓ-ϩⲉⲓ, vel in Sahidica ⲉⲧⲣⲉ-ϩⲉ. Utraque enim *cadere*, *excidere*; adeoque etiam *declinare*, ac *deficere* ſignificat. Nec te moveat ϩⲉ Sahidicum pro

(*a*) ϩⲓⲥⲓ, ita operarum incuria in edit. prima male excuſum lege ϩⲓⲥⲉ, ut in laudatis *Emi Borgiae*, & in *Equitis Nanii* Fragmentis apud Mingarell. perſaepe legitur.

pro ϩⲓ Memphitico uſurpatum . Nam & ⲕⲁϩⲓ *terram* , ut eam Memphitae pronunciant , ⲕⲁϩ Thebanenſes per apocopen perpetuo efferunt. **Ⲕ** , quam legis ⲉⲧⲣⲉ affixam, ut ⲉⲧⲣⲉⲕ habeas , *pronominalis* eſt ; eaque iure ſuo poſtulat , ut , quemadmodum nos ipſi vertimus , latine reddatur , *tibi*. Plenior ſic etiam erit orationis ſenſus , qua S. Coluthum caeco dixiſſe exponimus : *nulla difficultas faciet* ( mulierem ) *tibi deficere* ϩⲛ̀ ⲥⲟⲟⲩⲧⲉⲛ *in directione* (a) . Verum & heic ſiſte pa-

(a) Locum hunc vir doctiſſimus Aloyſius Abbas Mingarellius aliter , quam a me fit , eleganter interpretatur . Verba eius ſunt pag. IX. in *Aegyptior. codd. reliquiis* : *Georgius* , inquit , *ſic vertit* : & difficultas non faciet , eam ( *mulierem* ) tibi deficere in directione : *Mallem ſic* : *NON DEFATIGABERIS , UT EAM RECTA INVENIAS* . Accipio dicta ; nam & tale quiddam in mentem mihi antea venerat . Sed ne hanc interpretationem admitterem , plura vetarunt . I. Quod coniunctio totius ſententiae cum dignitate *praedictionis* , quam S. Martyr *Coluthus* de indicata muliere, divino more , audienti caeco revelat , in hac ſecunda interpretatione minime ſervari videatur . Licet enim ea loquendi ratio: *Non defatigaberis ut eam* ( mulierem ) *invenias* ; ( *e non durerai fatica a trovarla a dirittura* : ) facilem quodammodo & obviam illius inventionem ſubinnuat , id tamen facit incerta quadam , & ancipiti verborum formula , ut ea hominis magis coniectoris ingenio , quam Dei , per os Martyris ſui loquentis , ſplendori , dignitatique conveniat . Quid enim tandem dixiſſet , quod non quivis homo ſagax dixiſſet, in Aegypto praeſertim poſitus , ubi tam frequens eſſe debebat lactantium matrum numerus , quam mirifica erat , &, ſcriptorum fama , celebris earum ex aquis Nili ſecunditas ? II. Nova haec interpretatio nexum non tenet cum tota ſerie eventuum , e quibus certa cognitio *praedictionis* a S. Martyre divinitus traditae omnino pendebat . III. Phraſis Thebaica ϩⲛ̀ ⲟⲩⲥⲟⲟⲩⲧⲛ̀ ſecundum *abſtracti nominis* notionem a ſcriptore noſtro adhibita , ſi ſumatur , uti fit in Cl. Mingarellii verſione , *in concreto* , & tamquam *adiectivum ablativi caſus* , ſub quo vox *via* per ἔλλειψιν *figurate* reticeatur , inuſitati prorſus , & ignoti exempli eſt apud Aegyptios . Hi enim ad hoc adiectivum , *rectum* , exprimendum aut ⲉⲧⲥⲟⲟⲩⲧⲉⲛ , aut ⲉϥⲥⲟⲟⲩⲧⲉⲛ , dicunt , non ⲟⲩⲥⲟⲟⲩⲧⲉⲛ . Sit igitur haec locutio : *ut eam RECTA invenias* , propria latini ſermonis Graecos aemulantis : at eam in cognitis Aegyptiorum ſcriptis , ut mihi augurari licet , tibi nuſquam occurret ? Tene locum ex Geneſi cap. 33. 12. Graeci interpretes ἀπάραντες, dixerunt, πορευσώμεθα ἐπ' εὐθεῖαν, *diſcedentes pergamus in rectam*. Nec iam te heic moretur cenſura Ioh. *Clerici* , qui verſionem LXX. Interpretum tamquam vitioſam caſtigat ; ſed illa unice verba ἐπ' εὐθεῖαν , quae Clericus ipſe tamquam propria τῶν ό, agnoſcit ,

parumper, ac mecum perpende, ſi lubet, quam recte ſe habeat, totique orationi reſpondeat ea, quae mox tradita eſt huius

ſcit conſidera. At Aegyptii ſic ea interpretantur: ⲙⲁⲣⲉⲛϥⲁⲓ ⲛ- ⲧⲉⲛⲙⲟϣⲓ ϩⲓ ⲡⲓⲙⲱⲓⲧ ⲉⲩⲥⲟⲟⲩⲧⲱⲛ, *diſcedentes progrediamur in viam rectam*. Viden? ut Aegyptii loqui ſoleant, quum Graecorum εὐθεῖαν exprimere volunt? Alia praetereo; nam id ſatis eſt, ut intelligas, non eſſe ex more Niliacae gentis ϩⲛ̀ ⲟⲩⲥⲟⲟⲩⲧⲉⲛ dicere pro εὐθεῖα Graecorum, Latinorumque *recta*. ⲟⲩⲥⲟⲟⲩⲧⲛ̀ apud Aegyptios idem perpetuo eſt, quod *rectitudo*, *aequitas*, & *directio*. Ea igitur interpretatio, quam praeſtantiſſimus Mingarellius proponit, Aegyptiaci, Thebaicique ſermonis ingenio parum conſona videri poteſt.

Noſtra ex adverſo & divinae praedictionis dignitatem, & nexum eum omni eventuum ſerie tuetur, & nihil contra Thebaicae locutionis proprietatem, uſumque peccat. Nam quicquid contra hanc unam vocem ⲛ̀ⲅ ϩⲟⲥⲉ quaſi male a me acceptam obtruditur, ſi quae ego ſcripſi, recte intelligantur, nullius penitus momenti eſt.

In ⲛ̀ⲅ, inquit Mingarellius, ⲅ *eſt pro littera* ⲕ, *nota ſecundae perſonae* ... ϩⲟⲥⲉ *autem verbum eſſe puto, non nomen. Quae cum ita ſint*, (concludit) *dici nequit ibi* ⲅϩ *poſitum eſſe pro vehementiori Memphitarum* aſpiratione. Rem teneo. Sed quorſum haec? Ubinam, quaeſo, negavi *in* ⲛ̀ⲅ τè, idem eſſe ac ⲕ *notam ſecundae perſonae*? In mea illa priori verſione reticui ego quidem per ἔλλειψιν, (quod nemini, ſic poſtulante oratione, non licet) pronomen *ſecundae perſonae*, *TIBI*, ad evitandam κακοφωνίαν alterius *TIBI* mox pone ſequentis; ita tamen reticui, ut eo loci neceſſario ſubintelligi debeat; quemadmodum & apud Mingarellium ipſum, alioſque diſertos ſcriptores paſſim fieri liquet. Nec ego ϩⲟⲥⲉ tamquam purum nomen reddidi, ſed nomen cum verbo negante, *non faciet*, coniunctum. Ubi vero difficultas non agit, non impedit, non obſiſtit, ibi nec defatigatio, nec labor eſt. Quid aliud ergo per fidem tuam meum illud: *& difficultas* (tibi) *non faciet*, reipſa erit, niſi illud idem, quod dixit Mingarellius: *Et non fatigaberis*? Attamen ad utrumque ſcrupulum avellendum, ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲅ ϩⲟⲥⲉ ſic denique verti: *Et tu anxius* (aut ſi mavis *laborans*) *non eris animo*. Quod tandem, velis nolis, eodem recidit: cum hoc tantum diſcrimine, quod mea illa prior verſio *cauſſam*, qualemcumque nempe *difficultatem* e medio generatim tollebat, haec vero *effectum*, anxietatem nimirum, curam, ſollicitudinem, & metum de fida mulieris directione ex animo caeci in ſanationis ſuae opere removendum denunciat. Nec dubita, quin ϩⲟⲥⲉ : vel ϩⲓⲥⲉ ſimiles prorſus animi aegritudines, affectuſque ſignificent.

Tertium reſtat Mingarellianae accuſationis caput, quod veluti conſectarium quoddam ex duabus praemiſſis deductum in adnotationem meam perurget.

huius poſtremae locutionis interpretatio. ⲟⲩϭⲉⲣⲱⲃ ⲛ̀ⲥⲟ-ⲟⲩⲧⲛ̀ Thebaidenſibus, virga *directionis* dicitur Pſ. XLIV. 7. ⲁⲓ-

get. At vero ſi praemiſſae ſint falſae, uti haſtenus demonſtratum eſt, falſum perinde erit & conſectarium. Peccatum heic nempe eſt, dum ita dicere mihi liceat, ex ignoratione, ut aiunt, elenchi. In praemiſſis agebatur de vi & munere litterae ⲕ, *ſeu* ⲅ *pro* ⲕ, in compoſitione verbi ⲛ̀ⲅϩⲟⲥⲉ, in conſectario vero alia de re agitur, de ſimplici ſcilicet, vegetioris pronunciationis ſono in concurſu τῦ ⲅ, ſeu ⲕ cum ϩ aſpirata Thebaeorum. Quae duo quam diverſa inter ſe ſint, nemo non videt. Ut itaque ſententia tota, quae in particula illa adnotationis meae conſiſtit, in apricum ducatur, eam paullo latius exponam. Ac primum quidem exiſtimo, priſcis eccleſiae temporibus ante Arabum invaſionem, & aliquamdiu etiam poſt in uno, vel altero Thebaidis angulo, ubi teſte Macriſio, ad ſec. uſque XIII. in uſu familiari propria illius gentis dialeſtus retinebatur, morem hunc viguiſſe, ut ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲅ, non uti a quibuſdam hodieque fieri intellexi, *ave neg*, ſed ⲁⲩⲱ ⲛ́ⲅ, *avo engh*, vel ⲁⲩⲱ ⲛ́ⲕ, *avo enc'*, pronunciari ſoleret, eo fere paſto, quo Graeci ſolent, qui, in proximo *nomine* vocali adſpirata ſequente, unam, vel duas etiam *tenues* praecedentis vocis facilioris pronunciationis cauſſa, adſpirant. Id exempla duo a Tukio noſtro p. 355. *Rudimentor.* produſta, aperte demonſtrant. Verba illa Iohan. XVI. ver. 29. *& proverbium nullam dicis*: Thebaica verſio ſic affert: ⲁⲩⲱ ⲛ́ⲅ ϫⲉ ⲗⲁⲁⲩ ⲁⲛ ⲙⲡⲁⲣϩⲟⲓϩⲟⲓⲙⲓⲁ, (pro παροιμία). Memphitica vero: ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲕⲉϫⲉ ϩⲗⲓ ⲁⲛ ⲙⲡⲁⲣⲟⲓ-ⲙⲓⲁ (reſtius.) Hinc vero ecquis non intelligit, ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲅ, idem eſſe ac ⲟⲩⲟϩ ⲛ́ⲕ, Memphiticum, verſo ⲕ in ⲅ, & ⲛ̀ⲅ fuiſſe a Thebaeis pronunciatum ut ⲛ̀ⲕ a Memphitis. Iam tu haec mecum pone; & vide porro, an fieri potuerit, ut ⲅ loco ⲕ concurrente cum ϩ, adſpirata τῦ ϩⲟⲥⲉ, non eumdem fere vegetiorem ſonum ⲛ̀ⲅϩⲟⲥⲉ *Enghboſe* reddere deberet ac ⲛ́ⲕ ϧⲟⲥⲓ *enc' hhoſi*. Idem accidit in pleriſque Memphitarum vocibus, in quibus hae duae litterae ⲧ ϩ ſimul concurrunt, ut in ϯϩⲟ-ϯ, *timor* ϧⲁⲧϩⲏ, *iuxta* ⲧϩⲁⲏ, *finis*, quae per ⲑ, Thebaei, eodem ferme ſono pronunciant ⲑⲟ-

Ⲁⲓⲛⲁⲟⲩⲱⲛϩ ⲛⲁⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϭ̄ⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲥⲱⲟⲩⲧⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁϩⲏⲧ Confitebor tibi, Domine, *in directione* cordis Pſ. CXVIII. 7. Memphiticae editionis. Hinc Geneſ. XXIV. 40. ⲉϥⲉⲥⲟⲩⲧⲉⲛ ⲡⲉⲕⲙⲱⲓⲧ *diriget* ( Angelus ) *viam tuam*. Itemque Dan. c. XI. v. 36. ⲉϥⲉⲥⲱⲟⲩⲧⲉⲛ ϣⲁⲛⲧⲉϥϫⲱⲕ ⲛ̀ϫⲉⲡⲓϫⲱⲛⲧ : *Dirigetur, donec compleatur iracundia*. Et iterum ⲥⲟⲟⲩⲧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲱⲓⲧ ⲛ̀ⲧⲉⲡϭ̄ⲥ Iohan. I. 27. *Dirigite viam Domini*: & ſic alibi ſaepe verbum ⲥⲟⲟⲩⲧⲉⲛ idem eſt ac *dirigere*. Iure igitur ϩⲛ ⲟⲩⲥⲟⲟⲩⲧⲉⲛ, vertimus *in directione*, quae, Deo ſic ordinante, deſignatae mulieris fidei in huius caeci illuminatione commiſſa fuerat. Haec paullo fuſius, & accuratius obſervanda erant, ut mirabilis curationis ratio, quae ab adnotata *pericope* maxime pendet, certiorem acciperet, ſplendidioremque lucem.

(2) Ϯⲟⲩⲱϣ ⲉ̀ϩⲉ ⲉⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲛ̀ϩⲁⲕ. Expeditiſſima eſt verſio noſtra: *Volo invenire mulierem puerperam*. Sed ne alicui fortaſſe in mentem veniat in alienum ſenſum detorquere voces ⲉ̀ϩⲉ & ⲛ̀ϩⲁⲕ, pauca quaedam de iis diſſerere operae pretium duco. Et quod ad priorem illam attinet, mitto in ⲉ̀ϩⲉ notam *infinitivi* ⲉ; nam tota ambiguitas in uno verbo ϩⲉ deprehendi fortaſſe poſſet. At nemo

ⲑⲟⲧⲉ, ϩⲁⲑⲏ, ⲑⲁⲏ. Sic enim monente La-Crozio ⲧ, quando aſpirationem ϩ *praecedit*, mutant in ⲑ, & ita ⲁⲑⲏⲧ dicunt pro ⲁⲧϩⲏⲧ, ⲑⲏⲛ pro ⲧϩⲏⲛ, ⲑⲁⲓⲃⲉⲥ pro ⲧϩⲁⲓⲃⲉⲥ, & alia id genus. Quid ergo mirum, ſi dixi: ⲅ, etſi pro ⲕ poſitum nota eſſet *ſecundae perſonae*, coniunctum tamen cum ϩ ſequenti in voce ⲛ̀ⲅϩⲟⲥⲉ ita apud veteres Thebaeos exprimi conſueviſſe, *Engbboſe*, ut ſonum redderet vegetiorem, eumque pene ſimilem *tū* ϧ *bh* ſpiritui aſpero Memphitarum? Hae ſunt ſuperioris adnotationis, verſioniſque meae vindiciae. Tu parce dictis; nam ego mea tueor, aliena non reprehendo.

mo credo, erit, qui in dubium revocare velit, num Thebanenſibus idem prorſus ſonet ϩⲉ, quod Latinis eſt *invenire*. Exempla enim, quae exſtant praeclariſſima Ioan. cap.I. v.41. ⲡⲁⲓ ⲁϥϩⲉ ⲉ̀ⲡⲉϥⲥⲟⲛ Ⲥⲓⲙⲱⲛ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ. *Hic* (Andreas) *invenit fratrem ſuum Simonem primum*: Luc. XXIII. 14. ⲙ̀ⲡⲉⲓϩⲉ ⲉⲗⲁⲁⲩ ⲛ̀ⲛⲟⲃⲉ *non inveni ullam culpam*: Act.XXIV.17. ⲁⲩϩⲉ ⲉⲣⲟⲓ *invenerunt me*, & alia id genus plura, de ſignificatione, quam huic voci tribuimus, dubitare non ſinunt. Nam & in fragmento vetuſtiſſimo *Admonitionum ad Monachos* e Thebaicis ruderibus nuper, ut iam noſti, eruto, *Admonitione v.*, ubi de extremo iudicio, deque beata felicitate iuſtis donanda graviter, eloquenterque diſſeritur, pag. ⲧⲝⲑ. 369. lacerati codicis, locus adfertur ex c. XII. Evangelii Lucae, in quo vv. 39. & 40. bis ϩⲉ occurrit eamdem habens ſignificationem. Quamquam vocem hanc in Memphitica dialecto numquam in eum praeſertim ſenſum uſurpatam viderim. Memphitae enim pro ϩⲉ tum in adductis teſtimoniis, tum alibi perpetuo adhibent ϫⲉⲙ, aut ϫⲓⲙⲓ. Quod argumento eſt, eam in Thebanenſium ſcriptis ſpectari tamquam propriam dialecti ſuperioris Aegypti. Sed ſatis de hac. Nunc ad alteram venio: ⲛ̀ϩⲁⲕ aut mendoſa vox eſt, aut per *metatheſin* in Thebaide ſic pronunciatur, pro Memphitica ⲛⲁⲕϩⲓ dempta per apocopem more gentis ⲓ, quemadmodum fieri vidimus in ⲕⲁϩ pro ⲕⲁϩⲓ. Iam vero, etſi ⲛⲁⲕϩⲓ dolores parturientis denotet, & ipſam tamen mulierem parturientem peraeque deſignat, ut Pſalm. IV. verſ. 15. ⲏⲡⲡⲉⲓⲥ ϯⲁ̀ⲛⲟⲙⲓⲁ̀ ⲁⲥϯⲛⲁⲕϩⲓ: ἰδοὺ ὠδίνησεν ἀδικίαν: *Ecce iniuſtitiam parturiit*: Rom. VIII. v. 22. ϥϯⲛⲁⲕϩⲓ ⲛⲉⲙⲁⲛ *parturit nobiſcum*: & in eodem Pſ.IV. 19. ϯⲛⲁⲕϩⲓ, ὠδίνω, *parturio*. Cognata praeterea eſt cum finitimae Aethiopiae vocabulo ነቅዐ *nakea*, ſive *nakya*: *ſcindi*, & *rumpi ut affluat aliquid*, teſte Ludolpho in Lex., unde & ነቅዐ *fons*, *ſcaturigo*: quo nihil aptius ad parturientis mulieris actionem, natu-

naturamque indicandam adferri poteſt. Nullus itaque dubito, quin hoc in loco ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲛ̀ϩⲁⲕ *mulierem* exprimat *puerperam*. Nam & undenam, quaeſo, lac hominis, niſi ab ea, quae filium peperit? Hanc ergo, qualiſcumque tandem futura eſſet, dummodo mammas lactentes gereret, bonus iſte caecus deſignavit, quo momento temporis, abſoluta iam narratione viſionis, & vi quadam arcana divini Numinis ad S. Martyris dictis obſequendum ſe acrius concitari, incendique perſenſit, domeſticis famuliſque ſuis, quos ille tunc alloquebatur, *volo*, inquit, *ut inveniatur mulier puerpera, quae mihi lac praebeat a S. Colutho praeſcriptum*.

(3) Ⲏⲧⲁⲛϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ. Nomen heic habes *S. Coluthi* ϩⲁⲅⲓⲟⲥ cum ſpiritu aſpero ex Graeco ἅγιος pronunciandum in fragmento noſtro conſtanter legitur. Sic enim ſemper ſcriptum occurrit. At ſpiritus aſper non apice, ſuperne depicto, ſed integra littera ϩ *hori*, ad latus τῦ ⲁ explicatur. Hinc etiam colligo codicem Aegyptiacum fuiſſe exaratum ante ſaeculum eccleſiae VI., quum nondum in Thebaide cognitae eſſent *ſpirituum*, & *accentuum* notae a Graecis ſcriptoribus poſtmodum uſurpatae, licet eorum ſoni, tamquam linguae congeniti, auctore Philone in *Hexam.*, & teſte Sancta ipſa *Syncletica* in eius vita ex Tom. I. M. E. Or. Cotel. p. 258., in pronunciando exprimerentur. Nam ſequutis temporibus tum in mſſ., quae mihi conſulere licuit, tum etiam in ſacrae Liturgiae, & Euchologii libris praeſtantiſſimi Epiſcopi Raphaëlis Tukii opera ex Romana typographia Apoſtolici collegii de Propag. Fide ad vetuſtiorum codicum normam hos ante annos editis, ſpiritus aſper in ⲁⲅⲓⲟⲥ perpetuo neglectus cernitur. Cuius vitii cauſſa ea fortaſſe fuit, quod poſterioris aevi Aegyptii, ne cum apicibus indicantibus ſpiritum fortem confunderent lineolas, quibus in ſingulis fere vocibus utuntur ad litteras deficientes ſupplendas, *antiquioris orthographiae* curam, in eo ſpiritu per litteram ϩ compenſando, abiecerunt; quamquam hujuſmodi aſpirationis formam alicubi, ut in voce ϩⲏⲅⲟⲩⲙⲉⲛⲏ : reti-

retinuerint (a). Verum alia non deſunt gravioris ponderis argumenta, quae huius fragmenti antiquitatem ſec. IV., aut certe V. ingenium redolere demonſtrant. Inter cetera illud eſt, quod, ut in priſcae vetuſtatis codicibus, raro admodum in eo occurrunt diſtinctiones vocabulorum; tam arcte antecedentium litterae litteris ſequentium ſine intervallo plerumque adhaerent. Praeterea formae litterarum, quas *maiores* appellant, quarumque ectypa edidit Montfauconius in *Palaeographia*, nullae ſunt, quemadmodum nec ullae ſunt in antiquiſſimis codicibus Graecorum. *Coluthus* vero nomen & ipſum eſt originis Aegyptiacae. Sic appellati ſunt tum *Coluthus* Meletianorum Symmiſta, & Epiſcopus ἐν τῷ ἄνω Κυνῷ *in ſuperiori Cyno* Thebaidis ex *Breviario* Epiſcoporum ab eodem ipſo Meletio tradito S. Alexandro Patriarchae Alexand., tum etiam *Collutbus* alter presbyter item Alexandrinus, qui tamquam ceterorum in ordine ſuo princeps ſubſcripſit Encyclicae S. Alexandri contra Arium. Hunc nonnulli diverſum faciunt a *Collutho* presbytero auctore *Colluthianorum*, quos magnus Athanaſius in Apol. cont. Arian. utpote infenſos eccleſiae hoſtes una cum Meletianis ſchiſmaticis, & Ariomanitis haereticis acriter reprehendit, vehementerque dolet. Sed & eum eſſe putant, qui ſibi auctoritatem epiſco-



(a) In reliquiis actor. S: Macarii ex cod. antiquiſſimo Eminentiſſimi Borgiae, ϩηⲅⲉⲙⲱⲛ, gr. ἡγεμών, ter cum ſpiritu aſpero ϩ, ita ſcribitur. Sic ϩⲟⲥⲓⲟⲥ, ὅσιος: ϩⲣⲁⲁⲃ: Ῥαάβ: ϩⲁⲅⲓⲟⲥ: ἅγιος, quae duo poſtrema ſic pariter aſpirata in hoc noſtro fragmento leguntur. Non ita vero in exemplaribus copticis N. T. Wilkins; neque in Liturgicis officiis Romae impreſſis, ubi ⲁⲅⲓⲟⲥ, ⲣⲁⲁⲃ, ⲣⲁⲃⲟⲩⲛⲓ: & alia id genus ſine ſpiritu aſpero proferuntur. Unde hic veluti canon ſtatui poſſe videtur, ea omnia vocabula, quae rite aſperata in editis Aegyptiorum ſcriptis inveniuntur, reliquias eſſe ex antiquiſſima eorum orthographia ſuperſtites. Excipe tu tamen duo ϩⲁⲙⲏⲛ in Thebaicis, & ϩⲓⲣⲏⲛⲏ in memphiticis libris, quae licet non recte aſpero ſpiritu inſignita videantur, eodem prorſus modo in eorum codd. fere ſemper occurrunt, notamque praeſeferunt antiquitatis ſacrae illorum verſioni coaevae. Cetera, quae ad vetuſtiſſimam cod. noſtri aetatem ſpectant, collige tum ex praemiſſo ſpecimine characterum, tum ex *graphica* ipſius deſcriptione, quam habes ſub initium epiſt. eiuſdem doctiſſimi Cardinalis Borgiae ad Lectorem.

palem in ordinando presbytero *Iſchyra*, infami illo S. Athanaſii calumniatore, ſacrilege arrogaverat. Maurini PP. viri doctiſſimi ad Apol. cont. Arian. tom. I. Athanaſianor. oper. pag. 134. Pariſienſem editionem caſtigant, quod in ea Κόλουθος pro Κόλλουθος ſcribatur. At hodie, uti fas eſt augurari, ab hac notanda lectione ſibi facillime temperarent, ducti auctoritate fragmenti noſtri Aegyptiaci, in quo Κολουθος cum λ ſimplici appellatur; praeſertim quum doctiſſimus Valeſius hanc noſtram lectionem alteri anteponendam cenſeat in animadverſ. ſuis ad cap. 11. lib. VII. H. E. Euſeb.; ubi etiam *Coluthum*, poëtam Anaſtaſii temporibus celebrem, cumque ex *Thebaide* oriundum, ut ſcripſerat *Suidas*, commemorat. Ceterum, ſi Tillemontium audiamus Tom. V. M. H. E. pag. 559. plures eiuſdem nominis Martyres in Aegypto commemorantur. Qui enim XIV. ſive XVII. kal. februarias colitur, hunc Tillemontius diverſum coniicit a duobus ceteris, quorum alius XV. kal. apriles in Martyrologio Hieronymiano, alius vero XIV. kal. iunias a Graecis honoratur. Ac prior quidem in Actis XXXVII. Martyrum Alexandrinorum a Bollandio ad XVIII. ianuar. editis, & a Ruinartio iterum evulgatis inter *Acta ſincera MM.* pag. 556. celebratur: nomenque gerit *Collutbi* alias *Collotbi* in cod. Colbert., & in Noail. *Collocthi*. Ex quo autem de Martyribus illis omnibus Acta tradant: *In numero SS. Doctorum ponens eos Dominus in circuitu miſit eos* (per omnem Aegyptum) *erudire indoctos* in Chriſtiana fide, colligit Ruinartius *Diaconos fuiſſe*, *vel alius cuiuſvis ordinis clericalis*. Erant hi in turmas quatuor diſtributi, ut alii ad orientem, alii ad occidentem ſolem, alii ad auſtrum, alii ad ſeptemtrionem Aegypti evangelicae doctrinae lucem propagarent. Capti ſinguli, & Diis ſacrificare negantes, qui de orientali, & auſtrali turma erant, ad ignem, qui de occidentali, ad crucem, qui de ſeptemtrionali, ad ſecurim damnati ſunt. De poſtrema erat Coluthus, adeoque capite caeſus pro Chriſto glorioſe occubuit. At de genere mortis, quo *ſecundus Coluthus* & ipſe Diaconus Alexandrinus martyrii coronam ad diem XVIII. martii adeptus eſt (ſemel ac a priori

ri diſtingui debeat ) Martyrologia , quae illius memoriam referunt , nihil dicunt . Tertius , quem Graeci colunt ad diem XIX. maii , poſt varia ſuppliciorum genera in ardentem denique rogum , ut eorum Menologia narrant , coniectus ſub Maximiano , aut potius , ex Tillemontii ſententia , ſub Maximino , illuſtre martyrium ad Chriſtianae religionis gloriam *in Thebaide* fecit . Facile fuit , ut rerum harum fama , ac praedicatio delata in Graeciam fuerit a Palladio , Evagrio , aliiſque Monachis , qui ſaeculo eccleſiae IV. vertente in Thebaidis , & praeſertim in *Antinoopolis* monaſteriis diu vixerant . Certe quidem Palladius , ut paullo poſt dicam , iſtius S. Martyris mentionem facit in *Hiſtoria Lauſiaca* . Sed Graeci ſcriptores , neſcio qua pronunciandorum nominum licentia , Coluthum verterunt in ᾽Ακόλουθον ; niſi eos deceperit qualiſcumque ſimilitudo , quam habet gentilis cum peregrina voce Coptorum . Nam idem ipſe *S. Greg. Nyſſen.* loquens orat. II. contra Eunomium de ſchiſmatico *Colutho* , cuius frequens mentio fit in Apol. magni Athan. , eum , ut iam obſervavit Valeſius , appellat *Acoluthum* . At vero ad alia properanti obviam ex obliquo venit *Synaxarium* Copticum , in quo de rebus geſtis *S. Coluthi* multa , immo fere omnia quae nova prorſus , & Graecis , & Latinis , aliarumque etiam eccleſiarum ſcriptoribus incomperta videri poſſent , mihi ſpectanda offerebantur. Principio quidem ſatis veriſimilia viſa ſunt , quae de nobiliſſima *Coluthi* noſtri progenie tradebantur . Noram enim ex Euſebii hiſtoria quam multi inter Chriſtianos & nobilitate , & opulentia , & honoribus , & muneribus clari cum in aliis Romani imperii provinciis , tum vero maxime in Aegypto floruerint , vitamque etiam pro Chriſto Deo generoſius profuderint . Nihil praeterea habebam , quod Synaxario opponerem , ubi S. Martyrem narrabat *Antinoe* , in ea ſcilicet urbe natum , quae *Adrianopolis* quandoque , & modo corrupta Arabum voce أنسنا *Inſine* Wanslebio , (a) *Anſna* apud Renaudot. in H.P.

(a) *Antinoe*, iiſdem quidem Arabicis litteris ſcribitur , ſed diverſa pronunciandi ratione , modo *Inſine* , modo *Anſna* , & modo *Enſinè* appellatur . Antequam *Adrianus* Imp. urbem hanc ſplendidiſſimam conderet , eamque de im-

H. P. Alex. dicta, teſtibus Palladio in H. *Lauſ.* c.47. apud *de la Bigne* To.7. bibl.PF. (a) Ruffino,& Victore Tunnonen., *Thebaidis metropolis* erat. Id unum optaſſem, ut Auctor Synaxarii nomen *patris* proferret. Nam ſi aut *Coluthus*, aut *Coluthion* fuiſſet, anſam mihi ſaltem praebuiſſet paullo curioſius inquirendi, an ex eo appellata ſic fuerint in H. E. *Euſebii* lib. VII. cap. 11. rura *Coluthionis*, quod illorum fortaſſe dominus eſſet idem ipſe S. Martyris genitor. In ea *Valeriani*, & *Galieni* praecepto per *Aemilianum* Aegypti Praefectum indicto, iuſſus eſt an.257. in exſilium abire *Dionyſius*, magnus ille Alexandrinae eccleſiae epiſcopus. Ita enim apud eumdem Euſebium de ſe ſcribit Dionyſius in epiſtola contra Germanum: *Poſteaquam vero mihi renunciatum eſt, ut* εἰς τὰ Κολλυθίωνος *ad* Colluthionis *regionem migraſſem... memetipſe accuſabo: principio quidem aegre admodum, ac moleſte tuli. Etſi enim regio illa notior nobis, magiſque familiaris erat, quam* Cephro ( in Lybia ); *tamen fratribus, ac probis viris* ἔρημον... χωρίον *vacuus eſſe locus dicebatur, & viatorum turbis, latronumque incurſionibus obnoxius. Sed multum mihi conſolationis attulit, quod fratres me admonuerunt locum illum a civitate propius abeſſe*, atque adeo multo etiam aptiorem, accommodatioremque eſſe futurum ad ſacros agendos peculiares conventus, quo proinde tamquam *ad ſuburbana remotiora* venturi eſſent, uti

impuriſſimi amaſii ſui nomine *Antinoo* nuncuparet, idem ipſe locus, qui ſedem novae urbi praebuit, *Beſa* ex vetuſtiori quodam Aegyptiaco numine vocabatur; Unde &*Besantinoe* abHelladioGraeco quidem ſcriptore, ſed Aegypti indigena, ut narrat Photius cod.279., dicta poſtmodum eſt. At *Enſené*, auctore *D'Anvillio*, *n'eſt qu'une altération d'*Antinu,*ou* d'Antino, *ſelon la forme Egyptienne*. Sic ille in *Mémoires ſur l'Egypte* p.178. ex quo haec fere omnia excerpſimus.

(a) In editione a *MEURSIO* Graeco tantum idiomate adornata, praeclariſque obſervationibus illuſtrata,& Lugduni Batavor. impreſſa an. 1616., cap. 81. περὶ τῶν ἐν Ἀντινόου, *de iis* ſcilicet, *qui* Aſceticae monaſticaeque vitae exemplis *in Antinoe* claruerant, nihil de Antinoe *Thebaidis Metropoli* dicit. Immo nec cap.35. neque 73. ubi de duplici *Elia* ſcribit, ullam de hac metropoli mentionem facit. Id tantum in una Latina Palladii editione apud *de-la Bigne* c. 47. & apud Roſweyd. c. 31. ſub titulo *de Elia* legitur: ſed hanc laciniam eſſe ſuſpicor huic Palladii loco adſutam ex cap. 12. lib. 2. *Ruffini* a Roſſweydo *in vitis PP.* editi. Ibi enim iiſdem plane verbis in *vita Eliae* hoc teſtimonium exſtat. Attamen *in notitia provinciarum*, ut ſcribit perdoctus geographus Chriſtophorus Cellarius t.II. p. 814. Ἀντινῶ, *Antino vocatur ſtatuiturque Thebaidis primae metropolis*. Pallad.cit. c.81. tamquam ἀντίπτυς circum Antinoe MCC. magni nominis aſcetas,in urbe XII. monaſteria feminarum celebrat c.87.

uti reipſa contigit, epiſcopo SS. adfirmarunt. Ad quae doctiſſimus Adnotator Valeſius ſic habet: *Erat hic locus in* Mareotica praefectura. *Sic etiam τὰ βυκόλυ tractus quidam Aegypti dicebatur*, a nomine *ſcilicet* dominorum, *qui ea loca olim poſſederant. Apud Nicephorum* Κολύθιον *hic locus dicitur cum ſimplici lambda, quam ſcripturam rectiorem puto. Nam* Κολλυθίων *nomen eſt deflexum a* Colutho, *quod nomen fuit frequens in Aegypto*. Quid ſi ergo & tale nomen, quaſi avitum, geſſiſſet huius noſtri Martyris parens, gentis, & domus nobilitate in Antinoo urbe conſpicuus; nonne ſuſpicari licuiſſet ab eo fortaſſe denominationem accipere potuiſſe eum terrarum tractum, qui *Collutbionis* in Mareotica praefectura appellabatur? Sed quid nominis ille gereret, Synaxarii ſcriptor penitus ignoravit. Heic miſſa faciam, quae in hac Arabica narratione de libris multis من كتب البيعة, *ex libris eccleſiae*, deque قانونه فى صلاته *regula* diurnarum, nocturnarumque precum commemorantur; ſapiunt enim haec inferioris aevi mores, & inſtituta. Praetereo vocem صهرة, quae ſemel, & iterum in textu Synaxarii adhibita niſi aliter quam factum eſt (ex incuria fortaſſe, & errore amanuenſis) in extrema linea p. 59. accipiatur, & in eum ſenſum iuxta *Gigeii* lexicon latine vertatur, ut *Arianum* dicat non *generum*, ſed *maritum ſororis S. Coluthi*, narrationem omnem turbar, eamque etiam ridiculam facit.

Mitto & illud dicere, quam improbabile prorſus, & a vero alienum videri debeat, voluiſſe *Coluthi* noſtri patrem, virum, qualem nobis Synaxarium depingit, tantopere religioſum, & de Chriſtiana religione ſollicitum, nuptui tradere filiam *Ariano* Praefecto Thebaidis, homini non modo pagano, ſed, ut in pluribus Martyrum Actis repraeſentatur, impio, truci, crudeli, & qui ob ſuſcepti muneris adminiſtrationem & eſſe, & cenſeri neceſsario debebat paratus ad quodcumque vel atrociſſimae perſecutionis genus in Chriſtianae fidei cultores per univerſam provinciam exercendum. Inde etiam velim, ut alii quique coniiciant, quam parum, aut nihil fidei mereatur Arabicus ſcriptor eo maxime loci, ubi ait الولاية ... لان أبيه لماشاح سال الملك, *praefecturam .... cum pater*

*pater* ( Coluthi ) *ſenuit*, *petiit ab Imperatore* pro *Ariano* genero ſuo. Nam ego interim ad ea, quae multo graviora ſuperſunt, obſervanda progrediar.

In primis praefectura Antinoopolitana, ſive Thebaidis, quam ad ipſam uſque fere extremam ſenectutem S. Coluthi parentem geſſiſse tradit Synaxarium, ut purum putum commentum habendum eſt; quoties ea vera eſse ponantur, quae ab initio narrationis de Chriſtiana illius pietate ac religione commemorantur. Neque enim fieri poteſt, quin in ea tempora inciderit, quibus Praefecti Aegypti, & Thebaidis in Chriſtianum populum carnificinam exercuere. Idque perſpicue demonſtrabit annorum ſeries collecta ex factis, rebuſque ipſis in *Synaxario* narratis.

Si quis praeterea graviſſima Bollandi auctoritate ductus adoptare velit Acta SS. MM. *Apollonii*, & *Philemonis*, ea praeſertim, quae latine edita ſunt ex antiquis Codd. Bibl. S. Maximini Trevir., aliarumque, ad diem VIII. martii, in promptu habebit, unde noſtrum hunc Thebaidis Praefectum ad tempora uſque Imperatoris Decii revocare facillime poſſit. In his Actis *Arianus* eſt Praeſes *Antinoe*, qui *Philemonem choraulam*, & mimum inſignem, ſed ſtupendo divinae gratiae prodigio per S. Apollonii miniſterium ad Chriſti fidem repente converſum, & ſe Chriſtianum eſse aperte fatentem, in haec verba alloquitur: *Maluiſſem te ante unam de tribus filiabus meis pro libidine praeſumpſiſſe, quam iudiciariam ſeveritatem in conſpectu Chriſtianorum mimo reſolvere*. Quum haec *Antinoopoli* agebantur, annus erat Imperatoris Diocletiani III., Chriſti CCLXXXVII., ut Graeci ferunt. Sed, ſi eo anno ſingulae Arriani filiae iam aptae erant viro, illarum adultior annos plus minus *octodecim*, ex quo in lucem venerat, numeraſset; earum vero mater, germana ſoror *Coluthi*, *annum* ſaltem explevi ſset *trigeſimum quintum*, vel *trigeſimum ſextum*. Ea maior erat frater *Coluthus*, is ergo natus fuiſset ſub *Decio*, ex *patre Praeſide Thebaidis* anno CCL.; hinc enim ad annum uſque CCLXXXVII. excurrunt anni XXXVII. anteactae vitae eiuſdem *Coluthi*.

Ce-

Ceterum ad huius praefecturae fabulam refellendam, illud ſemel obſervaſse ſat erit, quod Romani Imperatores per ea tempora hanc ſibi veluti legem ad imperii ſecuritatem ſtatuerint, ne ullum umquam, qui aut indigena, aut Chriſtianus eſset, ſive Aegypti, ſive Thebaidis Praefectum crearent. Indeque eſt cur Tillemontius putet Ἀρκαιὸν, ſive Ἀῤῥιανὸν *Arrianum*, nomen eſse Romanae originis Tom. V. pag. 726. not. 11. in Act. *S. Ariani*.

Narrat deinde Arabs ſcriptor S. Coluthum ingreſsum in Curiam *conviciis laceſſiviſſe Regem* (Imperatorem nempe) & *Arianum*, *& idola eorum*. Idque accidiſse ſtatuit فلما الشتذ كفر ديقلاديانوس, *quum multiplicata fuit perfidia Diocletiani*, ideſt, ut quivis facile intelligit, poſt funeſtiſſimae perſecutionis ab eo in Chriſtianam gentem excitatae exordia. At vero poſt annum CCXCVI., quo Diocletianus *Achilleum* imperii uſurpatorem in Aegypto domuit, & profligavit, numquam eo rediiſse legitur. Quicquid ergo in Synaxario traditur de Colutho noſtro, quaſi qui praeſentem Diocletianum in Antinoitana curia conviciis impetierit, obelo & litura dignum eſt. Vehementer etiam dubito de exſilio S. Martyri ab *Ariano* indicto in *Behneſam* (a). Eſt enim ea civitas *vetus Oxyrinchus* in provincia Arcadia, alias dicta Heptanomis, quae a Thebaide ſeiuncta, ne quidem *Ammiani Marcellini* temporibus *Antinoopolitano* Praeſidi parebat. De ea enim ita ille ſcribit lib. XXII: *Aegyptus ipſa, quae iam inde, ut Romano imperio iuncta eſt, regitur a Praefectis, exceptis minoribus multis, Athribi, & Oxyrincho, & Thmui, & Memphi maximis urbibus nitet*. Ad Aegypti itaque Praefectum, dum recte Ammiani verba intelligam, pertine-

F bat

(a) *Oxyrinchus* ſcilicet civitas ex Ptolemaeo, & Strabone *mediterranea, provinciae metropolis, connue aujourd'hui ſous le nom de Behneſé ſur le canal appellé Bar-Iuſeph, & dont l'emplacement eſt le plus convenable à Oxyrinchus*, ſic dicta, ab *Oxyrincho piſceau nez pointu, qui adoré particuliérement a* Oxyrinchus, *lui avoit fair donner ce nom ſous la domination Greeque des Ptolémées; & que l'on ne trovve point dans Hérodote; ſe reconnoit à la figure de celui qui dans le pays eſt appellé NESHER*. Deſcriptio, & poſitio eſt a *D'Anvillio* tradita: *Memoires ſur l'Egypte* p. 170. & 171. Ruffinus XX. millia Virginum, & X. millia Monachorum, qui in ea urbe aevo ſuo florerent, ſe numeraſſe teſtatus eſt lib. II. apud Roſveid. de Vit. PP.

bat *Oxyrinchus*. Sic & hiſtoriola de *ſorore*, quae vi adhibita, utpote *Ariani* iudicis coniux, fratrem e carceribus *Behneſae* liberari iuſserit, ſua ſponte repente corruit.

Poſtrema duo, quae in Synaxario de tempore martyrii S. Coluthi narrantur, inter ſe conciliari nullo modo queunt. In eo ubique ponitur, *Coluthum* imperante quidem *Diocletiano*, ſed ab alio Antinoi Praeſide, quam ab *Ariano*, damnatum, abſciſso capite, mortem glorioſe oppetiiſse pro Chriſto. Quam rem aperte declarant verba Synaxarii: ثم اتي والى اخر فعرف خبره, *deinde venit Praefectus alter, qui caeco impetu recognovit cauſſam eius*. At *Arianus* viſo ingenti miraculo circa *Philemonem*, & *Apollonium* illius iuſsu in ardentem rogum coniectos, multoque etiam magis, mirabiliori divinae gratiae prodigio ad Chriſti fidem repente converſus, unaque cum eodem Apollonio, Philemone, aliiſque ſociis Alexandriam ex urbe Antinoe ductus, martyrium ſubiit die *quarta* martii ſub Aegypti Praefecto anno CCCV., uti pluribus oſtendit doctiſſimus Tillemontius Tom. V. M. H. Ec. pag. 364., & 728. Nec citius certe, nec ſerius *S. Arriani* paſſio ſtatui poteſt, ſemel ac ad Imperatoris Diocletiani tempora referri debeat. Nam Diocletianus ſe imperio abdicavit kal. maii eodem an. CCCV., quemadmodum celeberrimi ſuperioris, noſtrique aevi chronologi, reiecta Valeſii ſententia, ad unum omnes fatentur: Aut ergo *S. Coluthus* Martyr occubuit die XX. maii ſaeviente ipſius Diocletiani perſecutione; & tunc neceſſe erit Sancti Confeſſoris paſſionem revocare ad CCCIII., vel CCCIV., ſed ſub *Ariano* Praefecto Thebaidis ( quod Synaxarium diſſerte negat ) die enim maii *vigeſimo* an. CCCV. Diocletianus iam *Salonam* ad hortos colendos abierat; aut paſſus eſt ſub alio Praeſide, qui Arriano in Thebaide adminiſtranda ſucceſſit, ut narrat Synaxarium, & tunc glorioſum Martyris noſtri certamen protrahendum neceſſario erit ad tempora perſecutionis *Maximini* poſt an. CCCV., quod Tillemontio placuit eodem Tom. V. M. H. E. pag. 559. Sed ea mihi, tamquam multo planior, & expeditior arrideret ſententia, quae annum paſſionis *S. Coluthi* affigeret annis Diocletianeae perſecutionis,

nis, aerae Chriſt. CCCIII., vel CCCIV. Ad diem martyrii quod ſpectat, conveniunt Copti, vel in hoc ipſo Synaxario, cum Syris, & Aethiopibus. Nam dies XXV. *beſcenes* reſpondet XX. maii. Aethiopes tamen, qui ſacra pene omnia exceperunt a Coptis, in gentis ſuae *Kalendario* apud Ludolphum ad XXV. *ginbot*, & XX. maii Iul., eum vocant, ut Graeci ſolent, ኦክሉጦስ *Acolythum*. Ceterum quem Graeci ad XIX., & Armeni ad XXII. maii colunt, idem omnino eſſe videtur ac noſter iſte glorioſus Chriſti Martyr *Coluthus*.

(4) **ⲁⲛⲟⲕ ϯⲛⲁⲙⲉϩ ⲛⲉⲕⲃⲁⲗ ⲛ̀ⲉⲣⲱⲧⲉ ϧⲉⲛ ⲛⲁ- ⲉ̀ⲕⲓⲃⲉ**. Praeclara eſt magni Auguſtini ſententia in ep. LXXX. ad Paullinum: *Plerumque non voce de caelo, non per prophetam, non per revelationem vel ſomnii, vel exceſſus mentis, qui dicitur exſtaſis, ſed rebus ipſis accidentibus, & ad aliud, quam ſtatueramus, vocantibus cogimur agnoſcere Dei voluntatem eſſe aliam, quam erat noſtra*. Sic plane huic noſtrae Aegyptiae matronae eveniſſe credo. Acceſſerat religionis cauſſa ad S. Coluthi aedem nihil omnino cogitans de re, quam non modo ignorabat futuram, ſed ne ſomniando quidem fingere ante poterat. Fecit interea Deus, ut illa praeſens adeſſet, qua hora caecus, expoſita viſionis hiſtoria, exquiri iuſſit mulierem qualem ad ſanationis ſuae opem glorioſus martyr oſtenderat: & ecce pia & honeſtiſſima femina ex hac veluti accidenti cauſſa Dei voluntatem eſſe intelligens, ut qualecumque inſtrumentum eſſet prodigii, atque ab eo in primis excitata, & interius adiuta, qui ſolus, & ſemper facit quicquid promittit, quaeſitam medelam praeter omnium exſpectationem ultro ſtatim obtulit, & *ego*, ad caecum ipſum, (vix dum ille optata ſua indicaverat) dixit, *implebo oculos tuos lacte uberum meorum*.

(5) **ⲁⲣⲓⲧⲁⲅⲁⲡⲏ ⲛⲉ̀ⲙ ⲙⲁⲓ**. Locutio IV., V., & VI. eccleſiae ſaeculo apud chriſtianos Aegyptios uſitata. Ποίησον ἀγάπην, dixit Angelus ſub ſpecie leproſi apparens S. Abbati *Agathoni*, *fac caritatem*, & iterum, ποίησον πάλιν ἀγάπην in *monum. eccl. Gr.* a Cotelerio editis Tom. I. p. 382.

*ποίησον ἀγάπην* ſic rogabat quidam ſenum Abbatem *Achillem* ibidem pag. 387., eamdemque formulam adhibent Abbas Elias pag. 448., & Iohannes Perſa p. 504. Habes & apud Iohannem Moſchum in *λειμωναρίῳ* cap. 166. *ποίησον ἀγάπην*, & rurſus *ποίησον ἔλεος μετ' ἐμοῦ*: *fac caritatem* : *fac miſericordiam mecum*, ut eſt in Copto **ⲛⲉⲙ ⲙⲁⲓ** (a). Etſi enim **ⲛⲉⲙ** plerumque ſit particula coniunctiva *&*, ſaepe tamen pro *cum* uſurpatur, perinde atque Graeca *καὶ*, quae iudice S. Athanaſio lib. II. cont. Apollinarium num. 19. edit. Maur. pag. 955., recte aliquando vertitur *σὺν* *cum*.

(6) **Ϩⲛ̀ ⲟⲩⲙⲛ̀ⲧ ⲁⲧⲛⲁϩⲧⲉ ϫⲉ ϩⲙⲟⲟⲥ ⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲣ̀ⲣ ⲛⲁⲓ**. Verba ſunt mariti cum uxore ſua colloquentis. Non eam tamen, ſed caecum, in quem diriguntur, unice ſpectant. Is enim eſt, qui, ut in praevio ſupplemento animadvertimus, indicium aliquod increduli, haeſitantiſque animi ante dederat. At vero defectio, & imbecillitas fidei impedimento eſſe poterat, ne exſpectatum miraculum perficeretur. Quid namque tam certum, tamque exploratum, ac teſtatiſſimum eſt in Evangeliis, in Actibus Apoſtolicis, in ſcriptis Patrum, & in publicis catholici orbis monumentis, quam Chriſtianam, divinamque fidem requiri in iis, qui vel ipſa corporalium curationum miracula ſive pro ſe, ſive pro aliis a Deo & vitae, & ſalutis omnis auctore, aut per Angelorum, aut per Martyrum, Sanctorumque preces, ac miniſteria impetrare deſiderant? *Ut enim in Deum credatur, quod & Chriſtus eſt, illi faciunt quidquid mirabile faciunt*, ait Auguſt. lib. XXII. *de Civ. Dei* c. 11. Recte proinde inquit ſaec. VI. vertente ſcriptor vitae, idemque diſcipulus, & comes individuus S. Patriarchae Conſtantinopol. Eutychii *Euſtathius* presbyter ſub initium cap. VI., interprete Dan. Papebr.: *Curationibus efficiendis neceſſarium eſt, ut curandorum fides adſit, & curantium virtus. Horum alterum ſi defuerit, nihil proderit alte-*

(a) Haec eadem precandi formula **ⲁⲣⲓⲧⲁⲅⲁⲡⲏ ⲛⲉⲙ ⲙⲁⲓ** ſaepe ſimiliter legitur in Cod. Theb. Cardinalis Borgiae de vitis veterum PP. Aegypti.

*alterum*. Et ideo Chriſtus ipſe in patria ſua Nazaret propter civium ἀπιςίαν *incredulitatem* multa ſigna, teſte Evangeliſta Marco cap. VI., facere noluit. Hiſce itaque luminibus illuſtratus vir chriſtianus propter piae credulitatis defectum in caeco deprehenſum, de illius prodigioſae curationis eventu dubitans; atque ob hanc cauſſam aegerrime ferens, quod ei uxor ſua, tam feſtino, ac ſubito impetu, quaſi imprudens quaeſitum lac obtuliſſet, unde in publicae deriſionis periculum venire poſſet, ſi miraculum, uti timebat, non accideret, eam a data fide, maritali auctoritate, revocare ſtuduit per haec verba: (a) *In incredulitate quia manens eſt: ne hoc facito;*

(a) Huius Thebaicae ſententiae elegantem tibi interpretationem offert vir cl. Abbas Mingarellius pag. LXV. in *Aegyptiorum Codicum reliquiis*. Eccillam: *Dixit eius maritus ad eam cum diffidentia: ſede* (ſiſte): *noli hoc facere*.

Sed antequam meam in me damnes verſionem, quae ita ſe habet: (*in incredulitate quia manens eſt*) *ne hoc facito*, ne *lac* ſcilicet caeco oblatum praebeto: ſeriem omnem mearum cogitationum, unde ea nata eſt, oro te obteſtorque, mecum paulliſper expende. Ac primum quidem τῷ ⲟⲩⲙⲛⲧⲁⲧⲛⲁϩⲧⲉ eam vim tribuendam eſſe ſtatui, quae proprie *incredulitatem*, oppoſitam fidei, & vitium animi *non credentis*, ſignificat. Quo etiam nomine in Theb. verſione v. 32. c. XI. Ep. S. Paulli ad Hebr. apud ſcriptorem noſtrum dicti ſunt *increduli*, quibus nulla in Deum fides erat. Ac ego equidem neſcio, an paris cum ea ſignificationis ſit vox *diffidentia*, quae certe, uti a *Mingarellio* noſtro adhibita eſt, quiddam ſonare videtur aliquantulum a fidei defectione diverſum.

Hoc ſemel poſito, quaerere mecum ipſe coepi, quiſnam is eſſet, cui ex totius hiſtoriae complexu tribuere cogerer eum fidei defectum, qui miraculi eventum impedire quomodocumque poſſet, *vir ne ille* piae matronae, quacum lôquitur, maritus, an *caecus*? Non ille, inquiebam ego; neque enim ſcriptum de eo eſt: *Dixit maritus illius ad ipſam IN INCREDULITATE SUA*, ſicuti in pſ. XIII. 1., & iterum in LI. 1. εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ. *Dixit inſipiens in corde ſuo*; aut Proverb. XIV. 34. & eccleſiaſtae VII. 16. ἐν κακίᾳ αὐτοῦ, uti & ἐν ἑαυτοῦ ἁμαρτίᾳ, *in malitia ſua*, *in peccato ſuo*, & ſic alibi centies; ſed tantum: *in incredulitate*, ſine ulla prorſus nota ſuffixi pronominis poſſeſſivi ϥ; qua veluti propria loquentis mariti *incredulitas* deſignetur, exaratum eſt. Quid, quod ad verba mariti indignata mulier, inter varias irati animi eruptiones, ne voculam quidem extra oris ſui ſepta emiſit, qua tale iſtud incredulae mentis vitium in viro ſuo viſa ſit vel leviter tetigiſſe? Quod tamen ſi cognitum ſibi, indicatumque fuiſſet, omni ſervata uxoriae modeſtiae lege, corrigere non modo poterat, ſed etiam debebat. Tandem ipſe ingenuus vir, ſtatim atque felicem miraculi eventum cognovit, in confeſſione ſua coram S. Colutho, omniumque ſpectatorum coetu, peracta, veniam a beatiſſimo Martyre unice petiit de malo, quod ſe innocenti uxori ſuae intuliſſe doluit; interea dum de incredulitatis

*clto*: ne lac ſcilicet oblatum ei porro praebeto. Qua in ſententia ſi propriam rigidamque ſignificationem illius geminae vocis

tatis ſuae crimine alte omnino ſiluit. Et tamen hoc ipſum, ſi illud forte in uxoris auribus ſignificaſſet, accuſationis & doloris ſui initium, ut nemo non intelligit, proculdubio feciſſet. Quid enim aliud cogites de viro bono, qui fidei ſuae defectum publice fateri, ac veniam de eo a S.Martyre petere voluiſſet? At ille, ne per umbram quidem, huius ſe culpae reum in confeſſione ſua indicavit. Quicquid ergo *de incredulitate* maritus ad coniugem dixit, ſic accipiendum eſt, ut de *caeco* dictum intelligi debeat.

Ac certe is unus eſt, qui, ut in *ὑπόθεσι*, ſive *argumento*, miraculi antea coniiciebam, dum vel ſancti Martyris oracula auribus exciperet, vel eorum hiſtoriam domeſticis ſuis ceteriſque auditoribus,enarraret, nulla,quae cunctis cognita, & perſpicua eſſent, *fidei* ſuae indicia dedit. Quod vero mox dixit: *Volo invenire mulierem puerperam*, *ut iuſſa exſequar S. Colutbi*: nimis ambigunm eſt; id enim recuperandi viſus deſiderio commotus velle potuit, ut ſanationis ſuae fortem tentaret, non ea firmae fidei vi excitatus, qua certo crederet futurum, ut promiſſa, quae ex ore S. Martyris de caecitatis ſuae curatione audiverat, complerentur. Huius fidei teſtimoninm non antea, ſed poſt primam tantummodo lactis infuſionem publice edidit, quum agnito lacrimarum defluvio, & ſpe ſanationis concepta,elata voce clamare coepit: *Tibi credo*, *tibi credo*, *Sancte Coluthe*. Quo igitur momento temporis monuit vir uxorem ſuam, ne lac caeco praeberet, nondum is perſpicua ulla dederat fidei ſuae in S. Coluthum indicia. Iure proinde Thebaica illa verba, quae maritus ad coniugem ſuam dixit, ſic me interpretari potuiſſe puto: (*in incredulitate quia manens eſt*): *ne id facito*, ne lac ſcilicet ei dato. Atque haec quidem verba,tamquam ab antecedentibus, & conſequentibus ſeiuncta, in priori quoque editione protuli, nunc vero, ut ſeiunctio clarius appareat, ea mihi placuit inter uncos parentheſis clauſa repraeſentare. En mearum,licet debilium, meditationum ſylloge, unde haec tandem mea miſella interpretatio prodiit.

Nunc audi,quid in eam meus Mingarellius obiiciat. *Primo illud* ϪⲈ, inquit cit. p. 65., *heic non valet* quia (perchè). *Sed eſt ut apud Graecos ὅτι indicium initii verborum mariti*, *nec latine verti poteſt*: *huiuſmodi enim idiotiſmo Graecis Aegyptiiſque communi caret Latina lingua*. *Quod ſi a vulgato interprete ſaepius vertitur in N. Teſtam.*, quia (che), *id non alia de cauſſa ab eo fit*, *niſi quia ſingula verba ſingulis reddere voluit*, *grammaticas leges merito interdum parvi faciens*.

Quae quum vir celeberrimus dicit,ſic ego interpretor, ut de una particula, vel Graeca ὅτι, vel Aegyptiaca ϪⲈ, quatenus ſimplex eſt nota, dictionis, vel ſententiae, quam quis in ſermone proferre aggreditur, intelligi debeat. Nam ſi de iiſdem particulis, quatenus vim habent *coniunctionis cauſalis*, illud idem, quod de primi generis particulis conſtitueret,aſſerere voluiſſet,non poſſet non communibus adverſari eruditorum omnium placitis & inſtitutis.Ille itaque particulam ϪⲈ priori, ego vero poſteriori ſenſu pro *cauſali* accepi, & latine reddidi *quia*. In hoc cardo rei vertitur. Id ille a me recte factum negat: contra ego contendo; iiſque ductus luminibus, quae ex totius hiſtoriae ſinu exhauſta paullo ſupra adferebam, me id iure bono feciſſe confido.

Quam-

vocis ϩⲙⲟⲟⲥ ⲛⲉ retinere velis, dices : *ſedens eſt*. Sed ad rem ipſam parum, aut nihil facit iſtius *grammatici* verbi rigor.

(7)

Quamquam, ut quod res eſt, ingenue fatear, non haec, ſed alia erant: *emiſſio* nempe *particulae* ϫⲉ ante ⲙⲡⲣ̀ⲣ̀ⲡⲁⲓ, *vocabulum* ϩⲙⲟⲟⲥ, & *ſyntaxis verborum*, quae mihi in hac mea texenda verſione negotium faceſſerent.

At omiſſio ϫⲉ *poſt* ⲡⲉϫⲉ, aut ⲡⲉϫⲁϥ *dixit*, & *ante* rem, quae dicitur, ſatis frequens in Aegyptiorum ſcriptis occurrit. Id enim ſaepiſſime fit in oraculis Prophetarum. Sed, ut exempla adferam ex divinae hiſtoriae libris, ϫⲉ in Act. Apoſtolor. poſt: *dicentes*, vel *dixit*, omittitur c. XIV. v. 14. c. XV. vv. 7. 13. c. XVI. v. 20. c. XVII. v. 22. c. XXI. vv. 11. 39. c. XXII. v. 1. c. XXIII. vv. 1. 6. p. 12. & alibi ſaepe. Immo & in hoc noſtro Thebaico, ubi hiſtoria narratur II. miraculi, ⲡⲉϥϫⲱ legitur ſine ſequenti particula ϫⲉ. Ne ergo mireris, ſi hoc etiam in loco ſimilis particula deeſt. Quid, quod huius omiſſionis cauſſa ſcriptori noſtro eſſe potuit ſimilis particula ϫⲉ, quam proxime ante poſuerat?

Verbum vero ϩⲙⲟⲟⲥ *ſedere* inter varias ſignificationes eidem apud Hebraeos, Graecos, Latinoſque communes, eam ſingulariter habet, quae *manere* deſignat, ut Matth. XXVI. 38. Marc. XIV. 32. Actor. XVIII. 11. Quin & Luc. XXVI. 49. *ſedete* dixit Chriſtus Apoſtolis ſuis *in civitate*, ideſt, interprete *Maldonato*, aiiiſque, *manete*. Hoc ſenſu Memphitica verſio Deuteron. XXII. 22. ⲥϩⲓⲙⲓ ⲉⲥϩⲉⲙⲥⲓ ⲛⲉⲙ ϩⲁⲓ *mulierem* dicit *manentem cum marito* & Thebaica Matt. XXIV. v. 37. tum apud Tuk. p. 575. tum etiam in Borgiano Fragm. ⲉⲩϩⲙⲟⲟⲥⲉ ⲙⲛ ϩⲁⲓ; κατὰ γράμμα *cum maritis manentes*. Indeque fit, ut ego non iniuria putem, noſtram hanc Thebaicam locutionem *in incredulitate* .... *manens eſt*, ei ſimillimam eſſe, quae legitur Eccleſ. 7. 16. καὶ ἔστι ἀσεβὴς μένων ἐν κακίᾳ αὐτοῦ, *& eſt impius manens in malitia ſua*.

Ad *ſyntaxim* quod attinet, novum non eſt Aegyptiis inter priora, & poſteriora ſententiae verba ϫⲉ *quod, quia* interponere. Sic Actor. XVI. 29. legitur: *non oportet, nos cogitare, auro, aut argento, aut lapidi, ſculpturae artis,* ⲉⲙⲟⲕⲙⲉⲕ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲓ ϫⲉ ⲁⲫ̀ⲟⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉⲫϯ *cogitationi hominis quod ſimilis ſit Deus*. Idem prorſus eſt verborum ordo, qui in hac ipſa collocutione cum uxore ſua a viro habita, plane conſpicitur. ϫⲉ enim quaſi media priorem ſermonis partem, *in incredulitate* coniungit cum poſteriori, *manens eſt*: atque ita plenam abſolutamque ſententiam reddit. Et ſane frequens eſt apud Aegyptios, huius particulae uſus, ut poſt unum alterumve coepti ſermonis verbum eleganter ponatur tamqnam coniunctio praecedentis cum conſequenti. Qui mos & Grae-

Digitized by Google

(7) **Ⲛⲥⲉⲧⲙ̀ⲗⲟ** . Diu me torſit huius vocis , eiuſque originis inveſtigatio (a). Sed tandem in eam veni opinionem, qua *detra-*

& Graecis ipſis ſcriptoribus uſitatus eſt , ut apud *Lucianum* to.I. ex verſione Ioh. *Benedicti* p.223. ὅπως μαθῃς ὅτι μη μόνας ἔχω ...*ut noris quod non ſolum habeam*... & rurſus to.2., eadem p.227. καὶ ταῦτα ὅτι ἀληθῆ , *et haec quod vera ſint* . Similia paſſim in Memphiticis , Thebaiciſque ſcriptis cernuntur . Huc confer ⲛⲧϣⲉⲃⲓⲱ ϫⲉ Deuter.28.v.47 ⲟⲩ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡⲣⲱⲙⲉ ϫⲉ ⲉϥⲧⲃⲃⲟ Iob. 15. verſ. 14. & ⲉⲧⲃⲉ ϫⲉ , quod crebro in oculos Coptica legentium incurrit. ϫⲉ, demum cauſale ὅτι graecum frequentiſſime ſequitur.Hinc Malac.1.v.11.ubi LXX. habent : Διότι μέγα τὸ ὄνομά μου . Vulg. *quia magnum eſt nomen meum* , Memphitica legit : ϫⲉ ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲡⲉ ⲡⲁ̀ⲣⲁⲛ : unde & Mingarellius ipſe p.260. ϫⲉ ⲁϥⲧⲁⲕⲟ vertit : *quia periit* .

At nimis multa de his . Quid enim illud eſt , de quo tam longa oratione diſputo ? Leve profecto quiddam , & vere exiguum . Sive enim *mulier ſtaret* , *ſive ſederet* , parum certe hiſtoriae , nihil vero mariti intererat , qui id unum ab uxore optabat, ne caeco lac imperti ret ſuum .

Ad ſummam , utut rigidiori iure mecum agere velis , id unum a me petere poteris , ut cauſſa haec omnis eo loci ſit , ubi erat νηφάλιος maximi eccl doctoris Hieronymi in Ep. 69. ad Oceanum . Hanc enim vocem, ſive *ſobrium* , ſive *vigilantem* vir SS. interpretari permittit , *quia utrumque ſignificat* . Sic tandem quiſquis velit vel meam , vel Mingarellianam interpretationem iudicio ſuo arbitratuque recipiat . Sed hac in re illud magni Hieronymi dictum mihi haeſit in animo ; *Alii ſyllabas aucupentur , & verba , ego quaeram ſententias* .

(a) De hac voce ⲛ̀ⲥⲉⲧⲙ̀ⲗⲟ aliquid , quod non longe admodum ab illius intelligentia abeſſet , in ſuperioribus divinationibus me tetigiſſe puto . Nunc enim video , eo pertinere poſſe illud ⲛⲧⲉⲣⲉϥⲗⲟ ⲉϥⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ , ſic ab Epiſcopo Tukio explicatum p.462. *amiſit viſum* . Quod ſi in tempore obviam mihi veniſſet, & hoc ipſum inter cognatas , quas attuli de verbo ⲗⲟ , ſignificationes connumeraſſem ; ut per ſe quiſque , dum mea illa cum hac ipſa Tukiana explicatione paullo attentius conferre velit , intelliget .

Sed quid proprie ⲗⲟ in ⲛ̀ⲥⲉⲧⲙ̀ⲗⲟ ſignificaret , omnium princeps *Oxonio* ad me ſcripſit vir egregius, & doctus *Carolus Godofredus Woide* , qui , me mirum in modum dolente , paucis ab hinc menſibus repentino ἀποπληξίως ictu perculſus,e vivis exceſſit . Vox illa, inquit, *ceſſare* deſignat. Deinde Ab.Cl.Mingar., qui hac de re me iterum monuit, eoque, in *Aegyptior.codd. reliquiis*, Tukianum ⲛⲧⲉⲣⲉϥⲗⲟ ⲉϥⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ p.65. ita refert, ut *non cum amiſit viſum* , ſed *verbo ad verbum* ſonet : *cum ceſſavit videns* . Et quoniam ( ſubdit ) *huiusmodi locutio no-*

*detractores*, ſive *detractatores* ſignificari putavi. ⲗⲟ namque eamdem quandoque ſignificationem habere videtur, quam habet

G

*noſtris auribus intollerabilis eſt*, eam hiſce plane verbis emollit, & reddit: *cum non amplius vidit*, *cum ceſſavit videre*; adeo ut *ceſſationis notio*, ubicumque ⲗⲟ reperiatur, eminere debeat, ac dominari. Quam quidem opinionem ex eo natam ſuſpicor, quod ingenioſiſſimus ſcriptor τὸ *ceſſare* principem huius Thebaici verbi ⲗⲟ, ſignificationem, ex qua ceterae omnes derivarint,eſſe ſtatuerit. At id incertiſſimum eſt,nec ullis certiſque firmis exemplis conſtitui poteſt. Indeque fit, ut ego putem, eam, unam quidem ex variis multiſque ſignificationibus, quas habere dignoſcitur vocabulum iſtud ⲗⲟ apud Thebaeos eſſe, ſed non principem neque aliarum matrem. Hinc nemini, credo, non probatiſſima erit ſimplex illa Tukii noſtri interpretatio: *quando amiſit viſum*, tametſi nullus *ceſſationis* ſonus in ea percipiatur.

Iam ad rem noſtram. Aio Thebaicum ⲗⲟ derivari a Memphitico ⲗⲟϫ per apocopem τȣ̃ ϫ, idemque etiam eſſe ac verbum *ceſſare* in Latino *ſermone*. Nam in 1. ad Cor. c. 13. v. 8. apud Epiſcopum Tukium in *Rudim. Aeg. L.* legitur: *ſive linguae* Thebaice ⲥⲉⲛⲁⲗⲟ, Memph. ⲥⲉⲛⲁⲗⲟϫⲟⲩ, *ceſſabunt*. Non ſemper tamen, nec ubique hanc unam ſignificationem retinet. Et ſane, per hoc noſtrum ⲛ̀ⲥⲉⲧ̀ⲙⲗⲟ, quam, quaeſo, *ceſſationis* ideam tibi in mente excitari percipies? Ceſſatio eius rei eſt, quae ſemel coepit, & in gradu ſuo perſiſtens, eſſe deſinit. At heic ubi vir cum uxore ſua loquitur, non modo verbum iſtud cum ⲙ̀ⲏⲡⲟⲧⲉ dubitandi particulis iungitur, verum etiam ad *periculum deriſionis*, rel ſcilicet ex ſimplici metu prorſus incertae, ambiguae & vix futurae,accommodatur. Nihilo tamen minus meus Mingarellius, videns fortaſſe quam parum commode *ceſſandi* verbum ad propoſitum ſuum aptari poſſet, illud in *adverbium* commutavit, ut hanc denique ſententiam ex ore loquentis mariti redderet: *Noli hoc facere* (uxor) *ne forte inceſſanter irridearis*. Tanti viri auctoritatem ego quidem vereor, impenſeque colo. Sed licitum, rogo, mihi quoque ſit, quid ego ſentiam aperte proferre. Verbo *ceſſandi* aliud ei affine, quod eſt: *DEESSE*, ſubſtituo: & locum Thebaicum in hac nupera editione, ſic tandem verto: *Ne id facito* (conjux): *ne forte* ⲛ̀ⲥⲉⲧ̀ⲙⲗⲟ, *NON DESINT*, *qui derideant te*. Recte ne, an ſecus, eruditorum eſto iudicium.

In editione prima ⲛ̀ⲥⲉⲧ ⲙ̀ⲗⲟ *detractores* interpretatus ſum, quia inter varias acreſque effervefcentis animi agitationes, ea denique tamquam omnium acceptior divinatio viſa eſt,quae mihi vocabulum hocce repraeſentabat veluti compoſitum ex verbo ⲥⲉⲧ *ſerere*, & ⲗⲟ quaſi nomine cum praepoſita particula ⲙ̀. Unde eos deſignari putavi, qui alienae vel rei, vel famae damnum, atque iacturam detrahendo gignunt. Sed revera ſimplex verbum eſt adiunctum particulae negan-

ti

Digitized by Google

habet *ωλι auferre*, *tollere*, *per iniuriam uſurpare*, *diripere*, *invadere*, & ſimilia. Id mihi nonnulla exempla ſuadent, inter quae illud eſt ex fragmento epitomes rerum geſtarum S. Athanaſii: ⲧⲟⲧⲉ ⲁϥⲗⲟ ⲙ̀ⲛ ⲉϥⲕⲱⲧⲉ ⲕⲱⲧⲉ. Sermo ibi fit de Georgio Cappadoce invaſore Alexandrinae Sedis. Primum deſcribit Auctor Georgii ingreſſum in ⲣⲁⲕⲟⲧⲉ, in urbem ſcilicet Alexandrinam, & calamitatem ab eo partam eccleſiae, deinde citata verba ſubiungit; quae ſi cum aureis magni Athanaſii ſcriptis de ea irruptione contuleris, vix dubito quin ea ſic reddere velis: *Tunc* (Georgius urbem Alexandrinam eiuſque eccleſiam) *diripuit* ἥρπαζε *quaquaverſus circumiens*. Itaque ⲛ̀ⲥⲉⲧⲙ̀ⲗⲟ, *qui auferunt*, *tollunt*, *detrahunt*, *perdunt*, *iacturamve pariunt*, dicti a me ſunt *detractores*. Quicquid horum ſeligas, ab orationis ſcopo non aberrabis.

(8) ϩⲓⲧⲛ̀ ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲛ̀ ⲧⲁⲙⲛ̀ⲧⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ ⲙⲛ̀ ⲧⲉⲥⲃⲱ ⲛ̀ⲛⲁⲉⲓⲟⲧⲉ ϯⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ. Eo uno ſimplicique conſilio adducta verba a muliere noſtra prolata fuiſſe videntur, ut praeſentiſſimum, fidiſſimumque teſtimonium, & indicium eſſent interioris fidei, qua divinitus illuſtrata miraculum, uti S. Coluthus oſtenderat, certiſſime eventurum credebat. Atque ob hanc plane cauſſam Chriſtianae fidei gloriam, illiuſque doctrinae lucem a maioribus ſuis, eorumque magiſterio in ſe quaſi hereditario iure una cum generis claritate derivatam commemorat. Nam & *S. Macrina* magni Baſilii, & Nyſſeni Gregorii ſoror ſub extremam vitae ſuae horam *eo ſibi fine propoſito*, *ut gratias ageret Deo*, non dubitavit parentum maiorumque ſuorum *nobilitatem*, ſed *fidem* in primis, & certamina pro Chriſti confeſſione ſuſcepta accurata narratione, eodem praeſente, & admirante Nyſſeno, referre.

Licuit

ti ⲧⲙ̀ pro Memphitica ϣⲧⲉⲙ:

* ⲉⲧⲛⲁⲥⲱⲃⲉ ⲛ̀ⲥⲟⲓ. ⲛ̀ⲥⲟⲓ erratum eſt, non librarii, ut ſuſpicatur Mingarellius, ſed typographi. ⲛ̀ⲥⲱ enim, ut & ego (*te*) verti, in Borgiano prototypo expreſſe legitur. ⲛ̀ⲥⲟⲓ vero facile fieri potuit ex ⲱ, ſumptis duobus prioribus ductibus pro ⲟ & tertio pro ⲓ.

Licuit ita nobili , fideliqne matronae aemulari ſanctiſſimam Gregorii Nazianzeni matrem , quae ſub initium epigrammatis CVII. apud cl. Murator. Anecdotor. G. L. a filio compoſiti ſic ceciniſſe inducitur : Ῥίζης εὐσεβέος γενόμην , *E radice pia ſum orta* , ut dictis , factiſque ſuis fidem , & auctoritatem omnem , quae ad rem praeſentem maxime neceſſaria erat , facilius conciliare poſſet .

(9) **Ⲏⲣⲉⲙ̀ⲣⲁϣ** . Suſpicari quis forte poterit de mendo vocis , ni eam Sahidarum more ſic ſcribi , ac pronunciari ſolere putet , **ⲣⲉⲙ̀-ⲣⲁϣ** (a) pro Memphitica **ⲣⲉⲙ ⲣⲁⲩϣ** : Atque haec quidem a Graeca πρᾶος , ſive πραῢς , ſublato per *aphaereſin* π , aperte deducta videtur ; idemque proinde in utraque lingua ſonant ὁ πρᾶος , πραῢς , & **ⲣⲉⲙ ⲣⲁⲩϣ** , *mitis* , *& manſuetus* . Pſalm. XXIV. alias XXV. v. 9. Matth. VI. 5. , & c. XI. v. 29. *mitis* . Πρᾶος vero apud Heſychium in malam etiam partem uſurpari poſſe intelligo . Nam & ἥσυχον exprimit , quod eſt ἀπραγμὼν , *otioſus* nempe , & *iners* . Quare ſi **ⲣⲉⲙ̀-ⲣⲁϣ** noſtrum pro **ⲣⲉⲙ ⲣⲁⲩϣ** ἡσύχῳ accipiatur , orationis ſenſus poſtulabit , ut hoc in loco **ⲣⲉⲙ ⲣⲁⲩϣ** vertatur *otioſa* . Sed nomen iſtud ortum ſuſpicor a **ⲣⲁϣⲓ** *gaudium* , graece χαρὰ in Heſychii lexico , ἡδονὴ , ἀγαλλίασις , vo-



(a) Certum id mihi fit ex Borgiano Cod. de dictis factiſque veter. Patrum pag. 204. Ibi **ⲙⲉⲛ̀ⲧⲣⲉⲙ̀ⲣⲁϣ** Graecus T. apud Coteler. tom. I. M. E. Or. pag. 697. interpretatur τὸ πρᾶον. En Thebaica ; **ⲥⲱⲧⲡ ⲛⲁⲕ ⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲙⲉⲛ̀ⲧⲣⲉⲙ̀ⲣⲁϣ ⲙ̀ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ** . Graeca ſunt ; Μωσέως τὸ πρᾶον ἐπίλεξαι , *Moyſis manſuetudinem tibi delige* . Effatum , ex quo haec excerpſimus, inGraeco Coteleriano tribuitur B. *Synacleticae* : at in Thebaico cod. adſcribitur Abbati *Hyperechio* . Factum illud eſt ex incuria , ut ego conjicio Graeci librarii , aut forte etiam *interpretis* qui *ſecundum* hoc effatum , praetermiſſo *Hyperechii* nomine , cum *priori* , quod eſt *S. Syncleticae* , ( in Theb. tamen cod. longe diverſum ab eo , quod ei in *Graeco* tribuitur ) errando coniunxit ; & ita ſententiam , quae eſt *Hyperechii* , propriam fecit *S. Syncleticae* . At heic vide , quaeſo , ne tu huic voci **ⲣⲉⲙ̀ⲣⲁϣ** primariam illam tribuas ſignificationem , quae virtutem ingenuae *manſuetudinis* ſonat . Quemadmodum enim ex ore mulieris noſtrae effertur , in malam partem , ut iam monui , pro *otioſa* ſcilicet , *molli* , *delicata* , & *voluptati dedita* accipi debet . Heic tu deſere II. de quo dixi , *Etymon* .

*voluptas*, *exſultatio*. **Ⲣⲁϣⲉ** dicunt Thebanenſes tum in ſequentibus huius miraculi reliquiis, tum in alio etiam Borgiano fragmento hiſtoriarum de rebus geſtis Sancti Athanaſii pag. ⲩⲇ 74. dilacerati cod., ubi epitomes auctor exemplum daturus epiſtolae *Ioviani* ( **Ⲓⲟⲩⲃⲓⲁⲛⲟⲥ** ) Imperatoris ad magnum ipſum Athanaſium miſſae: ⲁⲩⲱ. inquit, ⲁϥⲥ// ϩⲁⲓ ϣⲁ Ⲁⲑⲁⲛⲁⲥⲓⲟⲥ ⲛⲟⲩⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲉⲥⲙⲉϩ ⲛ̀ⲙⲛ// ⲧⲟⲛ ⲛϩⲏⲧ ϩⲓ ⲣⲁϣⲉ ϩⲓ ϣⲟⲩϣⲟⲩ ⲛⲉⲭⲣⲏⲥϯⲛⲟⲥ ( leg. ⲛⲉⲭⲣⲏⲥϯⲁⲛⲟⲥ ) *& miſit epiſtolam plenam conſolationis ad gaudium*, *ſeu voluptatem*, *& exſultationem chriſtianorum*. Itaque ⲣⲙ ⲣⲁϣ recte etiam, mea quidem ſententia, redditur: voluptati dedita, ideſt *voluptuoſa*.

(10) ⲛ̀ϯⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ̀. Gratias heic ago praeſtantiſſimo Abbati meo Mingarellio, quod in *Aegyptior. Codd. reliquiis* p. X. ad genuinam huius loci lectionem reſtituendam aditum mihi patefecerit. Ut enim in editione prima legerem ⲛ̀ⲧⲕ̀ ⲥⲓⲛⲱⲛⲓⲁ, duo me, quaſi invita Minerva, induxerunt. Ac primum quidem ſeſe mihi conſpiciendam obtulit forma quaedam *lineolae*, quae veluti poſita inter ⲧ, & ⲕ index eſſe videretur deficientis litterae ⲉ; unde ⲛ̀ⲧⲕ̀ fieret; quod latine expoſitum pronomen redderet, *tui*. Alterum fallaciae genus ſitum erat in ⲟ ſequenti. Arcus enim dexter *τȣ͂* ⲟ non modo temporis iniuria ita evanuit, ut vix illius umbra modo ſuperſit, ſed e medio etiam ſiniſtri arcus linea pinguis exoritur, quae ducta per totum ſpatium ipſius litterae ⲟ, ultro excurrit, & veſtigium omne dextri arcus interſecat; quaſi ſcilicet monere vellet eam elementi partem pro *deleta* haberi oportere. Sic autem ⲟ dextro arcu orbatum quid aliud maneret, niſi *τὸ* ⲥ? Hinc ego ⲥⲓⲛⲱⲛⲓⲁ legi; ⲥⲓⲛⲱⲛⲓⲁⲛ tamen ( etſi alio abſtractus adnotare praetermiſerim, eam Graecam vocem non eſſe ) pro *συνουσίᾳ* accepi, & *conſuetudinem* ( quod & Mingarellius facit ) expoſui. Nunc autem, eo Borgiani prototypi loco acrius inſpe-

ſpe-

ſpecto, & conſiderato, magno in metu ſum, ne nimis ambigua, & fallacia fuerint ambo illa indicia, quae me ad hanc lectionem tradendam antea impulerunt. Modo enim video, *lineolam* illam, quam ego pro indice litterae ⲉ deficientis accepi, partem eſſe poſſe extremam *tranſverſae* τȣ̃ ⲧ, licet avulſa & ſeiuncta ea ſit, ſatis conſpicuo intervallo, a reliquo ipſius *tranſverſae* filo; eoque fiat, ut ſpeciem ſeparatae *lineolae* mentiri perbelle potuerit. Alteram vero, quae ſpatium omne τȣ̃ ⲟ percurrit, & arcum eius dextrum pinguiori atramento interſecat, fortuito cuidam ſcriptorii calami luſui, aut inſciti amanuenſis alucinationi, tribuendam putarim. Eſto igitur, ne plura addam, haec una iſtius vocis germana lectio: ⲛ̀ⲧⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ, *quae communionem*, aut *conſuetudinem* denotet.

(11) Ⲉⲓⲱⲣⲕ ⲛⲏⲧⲛ̀ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲙⲛ̀ ⲧⲉⲡⲣⲟⲥⲫⲟⲣⲁ ⲛ̀ ⲛⲉⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲙⲛ̀ ⲛ̀ϩⲓⲥⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ϣⲟⲡⲟⲩ ϩⲓ ⲡⲉⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲥ. Singulare id eſt iuriſiurandi genus, cuius nullum ante id temporis exemplum in eccleſiaſticis monumentis me legiſſe memini. Per *tria* matrona noſtra iurat: per *S. Coluthum*, per *oblationem chriſtianorum*, & per *paſſionem Chriſti ſui in cruce* ſuſceptam. Mitto dicere de *S. Colutho*, de quo plura iam diximus, ut ſtatim ad *oblationem* veniam. Hanc religioſa femina ſimplici nomine ⲡⲣⲟⲥⲫⲟⲣⲁⲛ ⲛ̀ⲛⲉⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ *oblationem chriſtianorum* appellat, ne contra diſciplinam arcani, a quibuſcumque initiatis fidelibus integre cuſtoditam, atque ſervatam, ageret, ſi forte euchariſtici ſacramenti myſterium ſignificantioribus vocibus enuntiaſſet. Haec diſciplina vigebat adhuc ſaec. V., eodemque ipſo tempore, quo Sozomenus librum VIII. H. Eccl. ſcribebat. Ibi enim ad cap. 5. pulcherrimum de eo ritu teſtimonium habes. Hinc intelligere fas eſt, cur Aegyptia noſtra ſacroſanctum corporis & ſanguinis Domini ſacrificium pro illius aetatis more ſimpliciter appellaverit *oblationem chriſtianorum*; eamdemque appellationis ſimplicitatem retinuerit, fideliterque ſervarit huius miraculi ſcri-

ſcriptor. Quodque peculiari obſervatione dignum nemo non arbitrabitur, vocabulo uſa eſt, apud fideles cuiuſcumque ordinis in Thebaide vulgatiſſimo, ibique antequam ſub nomine SS. Baſilii, Gregorii, & Cyrilli liturgiae in Aegypti eccleſiis ad aram recitarentur, iam inde ab aevo S. Marci evangeliſtae paſſim recepto, quaſi unico, & ad tanti myſterii celebrationem ſignificandam primitus inſtituto. Ἀναφορὰ titulus eſt liturgiae S. Baſilii, cui principem locum inter ceteras Copti concedunt. Qua de re plura dabit doctiſſimus Renaudotius in commentariis ad eamdem Copt. liturg. At in Thebaide, qua aetate huiuſmodi iurisiurandi formula & audita, & ſcripta eſt, chriſtiani ſacrificii celebratio ſingulari veluti nomine προσφορὰ dicebatur. Sic τὴν τῆς ἁγίας προσφορᾶς ἡσυχίαν *ſanctae oblationis ſilentium* in S. Iſaac diſcipulo S. Ab. Apollinis: ὑπὸ τῆς ἁγίας προσφορᾶς *a ſancta oblatione* illuminatos: προσφορὰν τῦ Ἀββᾶ Παμβῶ *oblationem Abbatis Pambo*, ad quam venit S. Macarius Aegyptius (a): presbyterum τὴν ἁγίαν προσφορὰν *miſſam celebrantem* S. Abbati Marco: ἐγένετο προσφορὰ *oblationem celebratam* in monte S. Antonii laudant monum. Eccl. Gr. apud Coteler. To. I. p. 507. 508. 527. 340. 571. & 664. Ibidemque pag. 560. Abbas Matoes, & frater eius, licet iam ordinati presbyteri, ambo mortui commemorantur, μὴ ἐγγίσαντες τῷ θυσιαστηρίῳ ἕνεκεν τῦ ποιῆσαι προσφορὰν *cum numquam altari appropinquaſſent ad conſecrandam oblationem*. Palladius quoque in H. L. cap. 40. meminit Aegyptii presbyteri, qui προσφορὰν *celebrari* vetuit pro duabus monialibus, quae ſua ſibi ſponte necem intulerant. Eidemque voci reſpondet indictio, ut ego opinor, a diacono facta proxime ante praefationem, ſive *magnae actionis initium*: ⲡⲣⲟⲥⲫⲉⲣⲉⲓⲛ: ⲡⲣⲟⲥⲫⲉⲣⲉⲓⲛ: ⲡⲣⲟⲥⲫⲉⲣⲉⲓⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲧⲣⲟⲡⲟⲛ. quemad-

(a) Hoc idem de S. Macario ⲡⲣϩⲙ̀ ⲡⲉϩⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲣⲟⲥⲫⲟⲣⲁ *in die oblationis* Abbatis Pambω & *Mons* νιτρίας, *Nitriae*, ubi Pambo, ⲡⲧⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡϩⲟⲥⲙ̀ *Mons Nitri*. ⲙ̀ⲛ̀ⲕⲏⲙⲉ *Aegyptio*, uti & in Greco T. Cotelerii, narratur in Theb. Cod. Emi Borgiae p. ⲥⲡⲅ, 283. col. 2. Sed pro εἰς τὴν προσφορὰν thebaice dicitur

admodum legimus non in una modo, quae dicitur S. Baſilii, ſed & in duabus reliquis liturgiis, quarum altera ſub S.Gregorii, altera S. Cyrilli, ſive S. Evangeliſtae Marci nomine ex Copticis typis collegii apoſtolici de propag. fide Romae prodierunt. Et utinam earum ſaltem mſs. exempla, quae antiquiſſima ſunt, in Renaudotii manus aliquando veniſſent!

Quae vero res per hoc nomen προσφορὰν demonſtretur, verum eſt, & reale ſacrificium corporis & ſanguinis Domini. Habes in liturgia Gr. Alexand. S. Baſilii πνευματικὴν ταύτην, καὶ ἀναιμάκτον θυσίαν, *ſpirituale hoc & incruentum ſacrificium*: in Copt. ⲑⲩⲥⲓⲁ ⲑⲁⲓ ⲉⲧⲉⲙⲙⲟⲛ ⲥⲛⲟϥ *ſacrificium quod eſt ſine ſanguine*. In liturg. pariter Gr. Alexand. S. Marci, quam Renaudotius *inſignem eccleſiaſticae antiquitatis monumentum* appellat, προσφέρομεν, dicitur, τὴν λογικὴν, καὶ ἀναιμάκτον λατρείαν ταύτην, Copt. ⲙⲡⲁⲓ ϣⲉⲛⲟⲩϣⲙⲟⲩϣⲓ ⲛ̀ⲗⲟⲅⲓⲕⲟⲛ : ⲛⲉⲙ ⲡⲁⲓ ϣⲉⲙϣⲓ ⲛⲁⲧⲥⲛⲟϥ. ἣν προσφέρει πάντα τὰ ἔθνη, *offerimus rationabilem, & incruentam* latriam, *ſeu oblationem hanc, quam efferunt tibi, Domine, omnes gentes*. Habes & in hac oblatione divini operis ineffabile ſacramentum, quo panis, & vini elementa in corpus ipſum & ſanguinem Chriſti Domini κατ᾽ οὐσίαν veriſſime tranſmutantur: προσφέρομεν...., aiunt Aegypti fideles, δεόμεθα, καὶ παρακαλοῦμέν σε... εὐδοκίᾳ τῆς σῆς ἀγαθότητος ἐλθεῖν τὸ πνεῦμα σου ἅγιον ... in anaphora Sancti Baſilii apud Renaudot. (Copt. ⲉⲑⲣⲉ ⲡⲉⲕⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲓ̀.. ) καὶ ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον γίνεται εἰς τὸ ἅγιον σῶμα, *offerimus.... rogamus, & deprecamur te.... & adoramus te cum beneplacito bonitatis tuae, ut veniat Spiritus tuus ſanctus.... & faciat panem quidem iſtum fieri corpus ſanctum ipſius* (populo iuxta Copticum ritum interclamante ϯⲛⲁϩϯ *credo*) *Domini Dei, & ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum, & vitam aeternam ex illo participantibus. Populus: Amen. Et calicem hunc pretioſum ſanguinem novi teſtamenti ipſius* (populo & heic adclamante *credo*) *Domini Dei, & ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti..., populus: Amen*. Quamobrem

rem ad ſacram communionem tum ante, tum in ipſa *myſteriorum* diſtributione ſacerdoti ſolemnem confeſſionis formulam proferenti : Σῶμα ἅγιον, καὶ αἷμα τίμιον, ἀληθινὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Ἀμὴν. *Corpus ſanctum, & ſanguis pretioſus, verus Ieſu Chriſti filii Dei. Amen*. Reſpondet populus: Ἀμὴν, *Amen*: & iterum eamdem ipſam fidei confeſſionem geminanti, populus adclamat. *Amen*. Atque eam primam ὁμολογίαν *confeſſionem* apud Coptos notas habere primaevae antiquitatis iure aſſeruit Renaudot. laudato comment. in Copt. liturgiam S. Baſilii.

Porro ſecundum hanc publicam fidei formulam, ὡς παρέδωκεν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, *quemadmodum tradit eccleſia catholica*, Aegyptii monachi in *Scheti* verſantes orthodoxum hocce, ac diviniſſimum dogma de converſa elementorum ſubſtantia in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti ſalvatoris, deque reali ipſius praeſentia in altaris ſacramento ſe conſtantiſſime credere, ac profiteri teſtabantur. Audiantur inter ceteros ſenes illi duo, de quibus S. Arſenius Danieli Abbati narravit. Eorum enim haec verba ſunt Tom. I. Monum. Eccl. Gr. apud Coteler. pag. 422. Ἡμεῖς πιστεύομεν ὅτι αὐτὸς ἄρτος, σῶμά ἐστι τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ ποτήριον, αὐτό ἐστι, τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀλήθειαν, καὶ οὐ (al. οὐκ) ἀντίτυπον. *Nos credimus, quod ipſe panis corpus ſit Chriſti, & calix, ipſe ſit ſanguis Chriſti, ſecundum veritatem, non ſecundum figuram* .... ὁ ἄρτος, ὃν εἶπεν, ὅτι τὸ σῶμά μου ἐστὶν, οὕτος πιστεύομεν ὅτι κατὰ ἀλήθειαν σῶμά ἐστι Χριστοῦ, *de pane, de quo dixit*: corpus meum eſt: *ſic credimus, quod iuxta veritatem ſit corpus Chriſti* (*). Nec

(*) *Tam celebre & illuſtre factum immortali omnium ſeculorum memoria dignum*, *quo* annis *ante* mille, & quadrigentis *Calvinianum impiumque ſomnium de* metaphorica *Dominici corporis in altaris ſacramento* praeſentia, *in boni quidem, ſed ſimplicis, rudiſque ſenis inter Schetenſis eremi umbras, diabolica fraude immiſſum, & mirabili divinae revelationis fulgore, repente diſſlatum evanuit, in Latinis tantummodo Pelagii diaconi, Ruffinique ſcriptis, aut etiam in* monumentis Eccl. Graecae *a Cotelerio editis commemorari putabam. Sed nunc Aegyptiacos fontes, unde & Latina*,

Digitized by Google

Nec mirum cuiquam videri debet, ſi mulier cum oblatione,ſive ſacrificio chriſtianorum coniunxit paſſionem a Chriſto ſubla-

H tam

*tina*, *&* *Graeca illa tamquam rivuli dimanarunt*, *me inveniſſe auguror*. *Exſtat in* Veliterno Muſeo Emi Borgiae *pervetuſtus codex in membranis* XXXVIII. *maioris magnitudinis*, *Thebaicis characteribus*, *&* *antequam*, *uti opinor*, *Arabica lingua occuparet Aegyptum*, *exaratus*. *Mutilus tamen eſt ab initio ad pag. uſque* 201. *Inde pergit continuata ſerie ad pag.* 210. *Hinc rurſus ſeries intercipitur*, *nec ea redit*, *niſi ad p.* 213. *&* 214. *Inde vero iterum diſſoluta evanuit*, *tantumque reſtituta cernitur ad p.* 223. *unde ad pag. uſque* 292. *integra percurrit*. *Sed poſt hanc codex rurſus miſerrime laceratus*, *&* *imminutus iacet*. *Interim p.* 235. *memorabilis huius facti hiſtoria eius plane ſimilis*, *quam* Pelagius *S. R. E. Diaconus*, Ruffinus, *&* Cotelerius *praeſertim To. I.* Monum. eccl. Graecae *vulgarunt*, *ſic eſt*:

Ⲁϥϫⲟⲟⲥ ⲟⲛ ⲛ̀ϭⲓ ⲁ̀ⲡⲁ ⲇⲁ=
ⲛⲓⲏⲗ ϫⲉ ⲁⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ ⲁ̀ⲡⲁ ⲁⲣⲥ=
ⲉⲛⲓⲟⲥ ϫⲟⲟⲥ ⲉⲧⲃⲉ ⲟⲩⲁϩ (1)
ϩⲛ̀ ϣⲓⲏⲧ (2) ϫⲉ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲙ̀ⲙⲁ=
ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲣⲉϥⲣ̀ϩⲱⲃ · ⲉϥⲟ̀ ⲇⲉ
ⲛⲁⲫⲉⲗⲗⲏⲥ (3) ϩⲛ̀ ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ.
ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲉϥϣⲟⲃⲧ (4) ⲡⲉ ⲉ̀ⲧⲃⲉ
ⲧⲙⲛ̀ⲧ ϩⲓⲇⲓⲱⲧⲏⲥ · ⲁⲩⲱ̀ ⲛⲉ=
ϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲡⲟⲓⲕ ⲉ̀ⲧⲛ̀ϫⲓ

Dixit etiam Abbas Daniel: Pater noſter Abbas Arſenius narrabat de quodam commorante in *Sciet*, quod valde magnos operator eſſet, ſed ſimplex in fide, & inconſtans,propterea quod idiota eſſet; & dicebat; *Panis*, *quem ſuper manus ſumimus*, *non eſt corpus*

(1) ⲟⲩⲁϩ pro ⲟⲩⲁ.

(2) ϣⲓⲏⲧ pro ϣⲓϩⲏⲧ.

(3) ⲛⲁⲫⲉⲗⲗⲏⲥ, in Gr. & lat. Coteletii ἀφελὴς, *ſimplex*. Ita & Pelagius Diaconus To.IX. Bibl. PP. *de la Bigne* p.795.

(4) ⲛⲉϥⲥⲟⲃⲧ, ἐσφάλλετο, *fallebatur*, apud Cotelerium Pelag. *Errabat*. Idem fere tibi erit ac *inſtabilis*, *nutans*, *lubricus*, *obliquus*, *facile mobilis* in Theb. Cod. ſi σφιλόν, & σφηλὸν conſulas apud Heſych.& haec cum Theb. vocabulo conferas.

Digitized by Google

tam in cruce. Nam ex *πατρωπαραδότω* iam inde a prima ipſa inſtitutione ad nos uſque tradućta certum, conſtans, & inelućta-

ⲙ̀ⲙⲟϥ ϩⲓϫⲙ̀ ⲡⲙⲁⲛ̀ⲧⲟϥ (5) ⲁⲛ ⲡⲉ ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲉⲭ︦ⲥ︦ ⲫⲩⲥⲓ ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲉϥⲥⲙⲟⲧ (6) ⲡⲉ.

Ⲁⲩⲥⲱⲧⲙ̀ ⲇⲉ ⲛ̀ϭⲓϩ̀ⲗⲗⲟ ⲥⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲁⲩϫⲉ ⲡⲉⲓϣⲁϫⲉ. ⲁⲩⲱ̂ ⲉⲩⲥⲟⲟⲩⲛ̀ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϫⲉ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲡⲉ ϩ̀ⲙ ⲡⲉϥⲃⲓⲟⲥ. ⲁⲩⲉⲓⲙⲉ ϫⲉ ⲉ̀ϥϫⲱ ⲙ̀ⲡⲁⲓ ϩ̀ⲛ ⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲃⲁⲗϩⲏⲧ ⲙⲛ̀ ⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲁⲧⲛⲟⲓ (7) ⲁⲩⲱ̀ ⲁⲩⲉⲓ ϣⲁⲣⲟϥ ⲁⲩϫⲟⲟⲥ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲁ̀ⲡⲁ ⲁⲛⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲧⲃⲉ ⲟⲩⲁ ϣⲁϫⲉ ⲛⲁⲡⲓⲥⲧⲟⲛ · ϫⲉ ⲁⲟⲩⲁϫⲟⲟϥ ϫⲉ ⲡⲟⲉⲓⲕ ⲉ̀ⲧⲛ̀ϫⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϩⲱ ⲉϫⲛ̀

*Chriſti natura*, *ſed FIGURA*.

Audierunt ſenes duo, quod hunc enunciaret ſermonem; Et cognoſcentes eum tamquam virum praeſtantia morum & vitae magnum, intellexerunt, quod hoc diceret innocenter, atque ex inſipientia animi. Et acceſſerunt ad ipſum, eique dixerunt: o Abba, audivimus de quodam ſermonem a fide alienum: quod ſcilicet quis dixit: *Panis*,

(5) ϩⲓϫⲙ̀ ⲡⲙⲁⲛ̀ⲧⲟϥ. Suſpicor heic poſt ⲡⲙⲁ, amanuenſis vitio omiſſam eſſe vocem ⲛ̀ⲧⲟⲟⲧ, ob ſimilem ſequentem ⲛ̀ⲧⲟϥ: quae ſi reſtituatur, locus iſte ſic erit intelligendus, ut ſenex de pane euchariſtico loquens, eum eſſe dixerit, quem (iuxta vetuſtiſſimum eccleſiae morem) *ſuper manus ſumimus*. Verum ad hanc rem illuſtrandam nihil omnino luminis neque ex Gr. Coterii, neque ex interpretatione Latina Pelagii mihi haurire licuit. Huius enim loci nullum apud eos veſtigium eſt.

(6) ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲉϥⲥⲙⲟⲧ. *ſed in eius figura*; Gr. ἀλλ' ἀντίτυπον, *ſed antitypum*, *ſeu* figura.

(7) Gr. Cotel. ἐν ἀκακίᾳ, καὶ ἀφελότητι, *ex ſimplicitate abſque malitia*, Pelagius: *innocenter atque ſimpliciter*. Hinc vides, quid ſit ⲙⲛ̀ⲧⲃⲁⲗϩⲏⲧ, de quo plura perdoćte, & recte Mingarell. pag. 207. in Naniana Fragm. Ἀκακία ſcilicet eſt, *innocentia*, ſeu affećtus animi abhorrentis a malitia, dolo, fraude, ſtudio & voluntate nocendi. Haec aliter dicitur de eo, qui puritatem fidei & bonae conſcientiae in Deum & homines cum divinarum huma-

ſtabile eſt hoc fidei orthodoxae *ἀξίωμα*, eumdem Chriſtum eſſe & victimam & ſacerdotem, qui ſeipſum ſemel in cruce



ⲧⲟϥ (8) ⲛⲁⲙⲉ ⲁⲛ ⲡⲉ ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅· ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲉϥⲥⲙⲟⲧ ⲡⲉ:

ⲡϩⲗ̀ⲗⲟ ⲇⲉ ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ ⲁⲓϫⲉ ⲡⲁⲓ. ⲛ̀ⲑⲱⲟⲩ ⲇⲉ ⲁ̀ⲩⲱⲣ́ϣ ⲉ̀ⲣⲟϥ ⲉⲩϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲱⲣ ⲙ̀ⲡⲣ́ⲧⲁϫⲣⲟⲕ ϩⲙ̀ ⲡⲁⲓ ⲁ̀ⲡⲁ. ⲁⲗⲗⲁ ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲧⲕⲁⲑⲟⲗⲓ̀ⲕⲏ ⲉ̀ⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ. ϫⲉ ⲡⲟⲉⲓⲕ ⲉ̀ⲧⲛ̀ϫⲓ̀ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ⲧⲟϥ ⲡⲉ ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲙⲉ. ⲁⲩⲱ̀ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲥⲙⲟⲧ ⲁⲛ· ⲁⲩⲱ̀ ⲡⲉⲓⲡⲟⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲡⲉ̀ⲥⲛⲟϥ ⲡⲉ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲙⲉ ⲁⲩⲱ̀ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲥⲭⲏⲙⲁ (9) ⲁⲛ.

Ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲑⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲣⲭⲏ ⲉ̀ⲁϥϫⲓ̀ ⲛⲟⲩⲕⲁϩ (10) ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ ⲡⲕⲁϩ ⲁ̀ϥⲡ̀ⲗⲁⲥⲥⲉ ⲙ̀ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲕⲁⲧⲁ ⲧⲉϥϩⲓ̀ⲕⲱⲛ ⲁⲩⲱ̀ ⲙⲛ̀

*quem noſtris etiam manibus ſumimus, vere non eſt corpus Chriſti, ſed figura.* Senex autem reſpondit; Ego hoc dixi. Illi vero eum obteſtati ſunt dicentes: Apage, ne te hac in re obfirmes, Abba! ſed ſicuti eccleſia catholica tradit, crede, quod *panis, quem ſumimus, eſt corpus Chriſti in veritate*, & *non in figura*: & calix *ſanguinis eius in veritate, & non in figura*. Sed ſicuti ab initio ille, qui ſumens terram de terra plaſmavit hominem ſecundum imaginem ſuam, & nemo dicere poteſt, quod imago Dei iſta non ſit, licet imperceptibilis ſit, &

manarumque rerum ſcientia coniunctam habet; quo ſenſu ⲛ̀ⲃⲁⲗϩⲏⲧ *innocens* dictus eſt S. Theodorus Abbas; aliter vero de eo, qui licet doli, & malitiae expers voluntatem habeat aliquid boni agendi, in rebus tamen diſcernendis inſipientia, ignorantia, & mentis hebetudine, ut noſter heic Scihtiota ſenex, laborat.

(8) Eadem fortaſſe omiſſio, de qua diximus adnot. 5., hunc locum turbat.

(9) Quod antea iterum atque tertio Aegyptiaca voce ϩⲛ̀ ⲟⲩⲥⲙⲟⲧ, heic Graeca voce dicitur: ϩⲛ̀ ⲟⲩⲥⲭⲏⲙⲁ *in figura*; apud Coteler. *ἀντίτυπον*.

(10) ⲛ̀ⲟⲩⲕⲁϩ *terram*, Thebaeus: *χοῦν*, *pulverem* Cotelerii textus, itemque Pelagius.

pro totius mundi pretio, atque ſalute, *cruenta immolatione* per manus carnificum, Deo Patri hoſtiam obtulit, nunc autem

ϭⲟⲙ ⲛ̀ⲗⲁⲁⲩ ⲛ̀ϫⲟⲟⲥ ϫⲉ ⲛ̀ⲑⲓ-
ⲕⲱⲛ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲁⲛ ⲧⲉ ⲧⲁⲓ:
ⲕⲁⲓⲧⲟⲓ ⲟⲩⲁ̀ⲕⲁⲧⲁⲗⲩⲙⲡⲧ-
ⲟⲥ (11) ⲡⲉ ⲛⲁⲧⲧⲁϩⲟϥ · ⲧ-
ⲁⲓ ⲟⲛ ⲧⲉⲑⲉ ⲙ̀ⲡⲟⲉⲓⲕ ⲛ̀ⲧⲁϥ-
ϫⲟⲟⲥ ϫⲉ ⲡⲁ̀ⲓ ⲡⲉ ⲡⲁⲥⲱⲙⲁ.
ⲧⲛ̀ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ϫⲉ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲙⲉ ⲡⲁ̀ⲓ
ⲡⲉ ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲉⲭ̄ⲥ̄.

Ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̀ϭⲓⲡϩ'ⲗⲗⲟ ϫⲉ
ⲉ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ⲧⲙ̀ⲡⲉⲑⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ
ϩⲙ̀ ⲡ̀ϩⲱⲃ ⲛ̀ϯⲛⲁⲧⲱⲧ ⲁ̀ⲛ ⲛ̀-
ϩⲏⲧ. ⲛ̀ⲧⲟⲟⲩ ϫⲉ ⲙⲁⲣⲉⲛ ⲧ-
ⲱⲃⲁϩ (12) ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ϩⲛ̀
ⲧⲉⲓϩⲉⲃⲇⲱⲙⲁⲥ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲓ-
ⲙⲩⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲁⲩⲱ̀ ⲧⲛ̀ⲡⲓⲥⲧ-
ⲉⲩⲉ ϫⲉ ⲡ̀ⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛⲁϭⲟⲗⲡ̀ϥ
ⲛⲁⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗ. ⲡϩ'ⲗⲗⲟ ⲇⲉ ⲁϥ-
ϣ'ⲡ ⲡϣⲁϫⲉ ⲉ̀ⲣⲟϥ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲣⲁ-

incomprehenſibilis; ita etiam de pane de quo dixit; *Hoc eſt corpus meum*: credimus, quod *in veritate* ſit corpus Chriſti. Reſpondit ſenex: Niſi vos mihi rem hanc perſuaſeritis, perſuaſus non ero. Dixerunt illi: Deprecemur Deum in hac hebdomada pro hoc myſterio, & credimus, quod Deus illud nobis revelabit. Senex autem dictum hoc cum gaudio excepit; & Deum exoravit, dicens: Domine, tu noſti, quod ego incredulus non ſum ex malitia, ſed ne ſim

(11) ⲟⲩⲁⲕⲁⲧⲁⲗⲩⲙⲡⲧⲟⲥ, more Thebaico verſo ⲏ in ⲩ, & inſerto ⲙ ante ⲡ, idem ac ἀκατάληπτος, *incomprehenſa* Cotelerio, *incomprehenſibilis* Pelagio. Sed hunc ſenſum reddit vox altera, quae in Theb. Cod. ſequitur. Et ideo priorem hanc vertimus: *imperceptа*, ſive *imperceptibilis*: Eique mirifice ſaveret ἄληπτον, ἀκατάληπτον, ἀληπτῶς, ἀκαταγνώστως Heſychii, niſi externis ſententiis eam interpretes implicaſſent.

(12) ⲙⲁⲣⲉⲛⲧⲱⲃⲁϩ. Paſſim ⲙⲁⲣⲉⲛⲧⲱⲃ'ϩ ſcriptum invenies. Sed nihil muto. Sic enim ⲧⲱⲃϩ, cum lineola ſuperne picta inter ⲃ & ϩ, Thebaei fortaiſe ſcribebant ⲧⲱⲃⲁϩ, ſimulque etiam pronunciabant, *tobah*.

tem *vera* quidem, ſed *incruenta*, & *myſtica immolatione*, per *ſpiritualem*, & *incorporeum gladium*, ut eum in orat. ⲡⲁⲥ-

ⲡⲁⲛ-

ϣⲉ. ⲁⲩⲱ ⲁϥⲥⲟⲡⲥ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉ̀ϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ. ϫⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲟⲕ ⲉ̀ⲧⲥⲟⲟⲩⲛ ϫⲉ ⲛⲉⲓⲟ ⲁⲛ ⲛⲁⲡⲓⲥⲧⲟⲥ ⲕⲁⲧⲁ ⲟⲩⲕⲁⲕⲓⲁ̀. ⲁⲗⲗⲁ ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲓⲡⲗⲁⲛⲁ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲁⲡⲓⲥⲧⲟⲥ. (13) ⲙⲛ̀ ⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲁⲧⲥⲟⲟⲩⲛ: ϭⲱⲗⲡ ⲛⲁⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲓ̅ⲥ̅ ⲡⲉ ⲭ̅ⲥ̅.

Ⲛϩⲗⲗⲟ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲁⲩⲃⲱⲕ ⲉ̀ⲛⲉⲩⲣⲓ ⲁⲩⲧⲱⲃϩ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲩϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ. ϫⲉ ⲓ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ⲉ̀ⲕⲉϭⲱⲗⲡ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲉⲓϩⲗⲗⲟ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲙⲩⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ. ϫⲉ ⲉ̀ϥⲉⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ. ⲁⲩⲱ ⲛ̀ϥⲧⲙ̀ϯⲟⲥⲉ ⲙ̀ⲡⲉϥϩⲓⲥⲉ. ⲁⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲇⲉ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉ̀ⲣⲟⲟⲩ ϩⲓⲟⲩⲥⲟⲡ. ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉ ⲑ̀ⲃⲇⲱⲙⲁⲥ ⲇⲉ ϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲁⲩⲉⲓ ⲉ̀ⲧⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲕⲩⲣⲓⲁ̀ⲕⲏ. ⲁⲩϩⲙⲟⲟⲥ ⲙ̀ⲡϣⲟⲙⲛ̀ⲧ ⲙⲁⲩⲁⲁⲩ ϩⲓ ⲟⲩⲣⲱ (14) ⲙ̀ⲛⲟⲩⲱ̀ⲧ. ⲛⲉⲣⲉ ⲡϩⲗⲗⲟ

errore ſeductus in incredulitate, & ignorantia mea, tu hoc mihi revela, Domine Ieſu Chriſte. Senes etiam ad cellas ſuas regreſſi Deum rogarunt, dicentes: Ita Ieſu Chriſte, tu revela ſeni hoc myſterium, ut credat, & iacturam non patiatur laborum ſuorum. Deus autem eos pariter exaudivit. Quumque completa eſſet hebdomada, perrexerunt in eccleſiam dominica die; ſederunt tres illi ſoli in *OURO* uno: ſenex vero inter eos medius. Aperti ſunt oculi eorum interiores. Et quum poſitus fuiſſet panis ſuper menſam ſanctam, apparuit iis tribus ſolis veluti filius parvulus

(13) *In incredulitate, & ignorantia* legit Theb. Cod. At Graec. Cotelerii tantum habet *ἐν ἀγνωσίᾳ*, *in ignorantia*; & ita etiam interpretatur Pelagius.

(14) ϩⲛ̀ ⲟⲩⲣⲱ. Graec. *εἰς ἐν ἐμβριμιν*. *Embrimin*, ſive, ut alii appellant, *embrimium*, per haec verba exprimit Pelagius: *ſedile de ſcirpo*, *quod*

ⲡⲁⲥⲙⲟⲥ ad Patrem , Coptitae appellant , peracta , ſub panis , & vini ſpeciebus , ſacerdotum , quos ipſe inſtituit , mini-

ⲇⲉ ϩⲛ̀ ⲧⲉⲩⲙⲏⲧⲉ. ⲁⲩⲟⲩⲱⲛ ⲛ̀ϭⲓⲛⲉⲩⲃⲁⲗ ⲉ̀ⲧϩⲓϩⲟⲩⲛ (15) ⲁⲩⲱ̀ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲟⲩ ⲕⲱ ⲉ̀ϩⲣⲁⲓ ⲉ̀ⲙⲡⲟⲉⲓⲕ ⲉϫⲛ̀ ⲧⲉ ⲧⲣⲁⲡⲩⲍⲁ (16) ⲉ̀ⲧⲟⲩⲁ̀ⲁⲃ . ⲁϥⲟⲩⲱⲛⲛⲁϩ (17) ⲉⲃⲟⲗ ⲉ̀ⲙⲡϥϣⲟⲙⲛ̀ⲧ ⲙⲁⲩ-

Quumque presbyter manus extendiſſet ſuas ſuper panem ad eum frangendum , ecce Angelus deſcendit de caelis habens in manu ſua gladium : & mactavit par-

*quod in modum faſcis erat ligatum.* Non dubito, quin haec ſint addita textui. Neque enim inGraeco Cotel.,neque inThebaico codice noſtro inveniuntur. Sunt tamen iis omnino conſona , quae *Caſſianus* αὐτόπτης *de embrimiis* hiſce ſcribit lib.1. Collation. cap. ultim. Ea , dicit , *ex groſſioribus papyris in longos graciles que faſciculos coaptata . Quae pedali intervallo pariter colligata nunc quidem humillimum ſedile ad ſcabelli vicem fratribus in ſynaxi conſidentibus praeſtant , nunc vero ſubiecta cervicibus dormientium praebent capiti non nimie durum , ſed tractabile aptumque fulcimentum*. En quale fuerit *embrimium* , in quo tres ſenes ad ſacram ſynaxim ſedebant . De origine huius vocis,quam varie ſenſerint eruditi, vide *Cotelerium* in notis p.806. Ille tamen, *ſi Graeca vox eſt*, inquit, *quemadmodum videtur , deduci poteſt ab* ἐμβρέθω , ἐμβρύω , plenus ſum. *Sunt enim embrimia faſciculi colligati, variis virgultis pleni*. Hoc vero pacto , eccur potius vox non erit Memphitica ex ερβιν , *iuncus papyri* ? Nam ſi ρ per *metathesin* colloces poſt β , & ante β , quod facere ſolent Aegyptii, ( ut in ⲃⲣⲉϩⲓ, unde ⲉ̀ⲙⲃⲣⲉϩⲓ) inſeras μ , facile habebis εμβριν , & inde εμβριμ , Graeca vero terminatione ἐμβρίμιν. Idemque, ni fallor, eſt ⲟⲩⲣⲱ in Cod. Theb; non quidem ex ⲟⲩⲣⲱ, quod *fabam* ex Kirchero apud La-Crozium ſignificat, ſed ex ⲟⲩⲣⲱⲙⲟⲩⲓ M. per *apocopen* τοῦ ⲟⲩⲓ. ⲟⲩⲣⲱ autem καλάμη , *ſtipula*, & interprete Heſychio, *pars lignea ariſtarum*; qua *ſcirpus*, *iuncuſque* papyri intelligi recte poteſt .

(15) ⲛ̀ϭⲓⲛⲉⲩⲃⲁⲗ ⲉⲧϩⲓϩⲟⲩⲛ *Oculi interiores* : οἱ ( νοεροὶ ) ὀφθαλμοὶ , inſert. ex alio Gr. ms. in marg. Cotelerii , *intellectuales oculi* ; ut & iamdudum verterat Pelagius .

(16) ⲧⲣⲁⲡⲩⲍⲁ more Aegyptiaco pro ⲧⲣⲁ̀ⲡⲉⲍⲁ :

(17) ⲁϥⲟⲩⲱⲛⲛⲁϩ : ⲁϥⲟⲩⲱⲛϩ ſcribi ſolet . Sed nec heic quicquam muto. Sic enim fortaſſe Thebaei pronunciabant ⲁⲟⲩⲱⲛ̀ϩ, cui ſuper picta eſſet lineola inter ⲛ & ϩ.

miniſterio, illud idem ſacrificium in ara euchariſtica aram crucis repraeſentante offert, immolat, perficitque. Et ecce quid

ⲁⲩ ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ⲟⲩϣⲏⲣⲉ ⲕⲟⲩⲓ. ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉ ⲡⲉⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲥⲟ́ⲟⲩⲧⲛ̀ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉϥϭⲓϫ ⲉ̀ϫⲙ̀ ⲡⲟⲉⲓⲕ ⲉ̀ⲡⲟϣ́ϥ (18) ⲉⲓⲥ ⲟⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲁϥⲉⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲙ̀ⲡⲏⲩⲉ. ⲉⲟⲩⲛ̀ ⲟⲩϭⲟⲣⲧⲉ (19) ⲛ̀ⲧⲟⲟⲧ́ϥ. ⲁⲩⲱ ⲁϥϣⲱⲱⲧ ⲙ̀ⲡⲕⲟⲩⲓ ⲛ̀ϣⲏⲣⲉ ⲁϥⲡⲱϩ́ⲧ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲛⲟϥ ⲉ̀ⲡⲡⲟⲧⲏⲣⲓⲟⲛ. ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉ ⲡⲉⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲇⲉ ⲉⲣⲡⲟⲉⲓⲕ ⲛ̀ⲅⲗⲁⲥⲙⲁ. ⲕ́ⲕⲗⲁⲥⲙⲁ. (20) ⲛⲉⲣⲉ ⲡⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ

vulum filium, infundens ſanguinem eius in calicem: quando vero presbyter panem fruſtillatim frangebat, Angelus quoque filium parvulum minutatim ſecabat. At quo tempore accedebatur ad *Sancta* ſuſcipienda, ſuſcepit ſenex fruſtum carnis imbutae cruore. Quod ut vidit, extimuit, & exclamavit: *Credo, Domine, quod panis ſit cor-*

(18) ⲛⲟⲩⲥⲟⲣⲧⲉ: Graec. *μάχαιραν*, *cultrum* Coteler., & Pelagius.

(19) ⲛ̀ⲅⲗⲁϭⲙⲁ. ⲕ̀ⲕⲗⲁϭⲙⲁ. Idiotiſmus Thebaicus, quaſi dicere vellet: in *fragmenta*, *& alia fragmenta*: Gr. *εἰς μικρὰ μέρη*, *in particulas* Cotelerius: Pelagius, in *parvis partibus*. Nos *fruſtillatim*, eodem ſenſu vertimus.

(20) ⲡⲱϣ ⲙ̄ⲡϣⲏⲣⲉ ⲕⲟⲩⲓ ϣⲏⲙϣⲏⲙ. *ſecabat filium parvulum minutatim*, *in* minutas ſcilicet partes. Gr. habet: (Angelus) *ἔκοπτεν ἐκ τοῦ παιδίου μικρὰ, μέρη*, quae ſic Coteler. interpretatur: *e puerulo particulas incidebat*: Pelagius *incidebat pueri membra in modicis partibus*, Nos litteram ſequuti ſumus Thebaici codicis; ubi ϣⲏⲙϣⲏⲙ non eo modo, quo in I. miraculo S. Coluthi, accipitur. Heic enim de corporis, ibi de temporis particulis agitur. Indeque fit, ut ϣⲏⲙϣⲏⲙ quoties de corporis ſectione uſurpetur, *minutatim* quoties vero de tempore ſumatur, *ſenſim*, aut *paullatim*, ſignificet. Sed me miſerum! Quia p. 157. edit. primae dictum a me eſt: *Ex hoc derivatum puto Latinorum ſenſim*, Cl. Mingarellius p. 104. in Nan. Frag. continuo ſubdit: *obloqui equidem heic non auderem, niſi Latinos Ciceronis aetate, aut aliquot potius ante illum ſaeculis adverbium ab Aegyptiis mutuatos eſſe, parum credibile videretur*. Verum, ut plurimi ego faciam tanti viri iudicium, quid tamen iſthuc eſt? An & *parum credibile* vide-

bi-

quid illa eſſet *oblatio chriſtianorum*, per quam Aegyptia matrona iuravit. Quod ſi quis mihi memoret teterrimum exemplum

ϩⲱⲙⲱϥ ⲡⲱϣ ⲙⲡⲉϣⲏⲣⲉ ⲕⲟⲩⲓ
ϣⲏⲙϣⲏⲙ. ⲁ̀ⲩⲱ̀ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲟⲩ
ϯⲙ̀ⲡⲉⲩⲟⲩⲟⲓ ⲉ̀ϫⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲛ̀
ⲡⲉⲧⲟⲩⲁ̀ⲁⲃ. ⲁϥϫⲓ ⲛ̀ϭⲓⲛϩ̀
ⲉⲗⲗⲟ ⲛ̀ⲟⲩⲕⲗⲁⲥⲙⲁ ⲛⲁϥ ⲉ̀ϥ=
ⲡⲏϣ ⲛ̀ⲥⲛⲟϥ (21). ⲁ̀ⲩⲱ̀ ⲛ̀=
ⲧⲉⲣⲉϥⲛⲁⲩ ⲁ̀ϥⲣ̀ϩⲟⲧⲉ. ⲁ̀ϥ=
ϫⲓϣⲕⲁⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϫⲉ ϯⲡⲓⲥ=
ⲧⲉⲩⲉ ⲡ́ϫⲟⲉⲓⲥ ϫⲉ ⲡⲟⲉⲓⲕ ⲡⲉ
ⲡⲉⲕⲥⲱⲙⲁ. ⲁⲩⲱ ⲡ́ⲡⲟⲧⲏⲣⲓⲟⲛ
ⲡⲉ ⲡⲉⲕⲥⲛⲟϥ ⲁⲩⲱ̀ ⲛ̀ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ
ⲁⲡⲁϥ ⲉⲧϩⲛ̀ ⲧⲉϥϭⲓϫ ⲣ́ⲟⲉⲓⲕ
ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲙⲩⲥⲧⲏⲣⲓ=
ⲟⲛ ⲁ̀ϥⲛⲟϫ́ϥ ⲉ̀ϩⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲣⲱϥ
(22) ⲁⲩⲱ̀ ⲁ̀ϥϫⲓ ⲉ̀ϥⲉ̀ⲩⲭⲁⲣⲓ=
ⲥⲧⲓ (23) ⲙ̀ϫⲟⲉⲓⲥ.

ⲡⲉϫⲁⲩ ⲛⲁϥ ⲛ̀ϭⲓ ⲛ̀ϩ́ⲗⲗⲟ

*pus tuum; & calicis potus ſit ſanguis tuus*: & illico caro, quae in manibus eius erat, facta eſt panis ſecundum *aſpectabilem dignitatem* myſterii; eumque in oris, & ſtomachi ſui interiora tranſmiſit: atque ita Dominicam ſuam Euchariſtiam ſumpſit. Dixerunt ei ſenes: Deus novit naturam hominum, quod crudam carnem comedere non poſſit; ideoque facit, ut

bitur, quod *La-Crozius* vel de *aeris* vocabulo agens ſcripſit: *ἀὴρ*, *ἀὴρ*, *aer*, *vox origine Aegyptiaca*, vel de ϩⲓⲛⲁ, ſeu *ἵνα* graece, loquens, *vox* item, dixit, *origine Aegyptiaca eſt*? Has enim voces undenam ſive Latini, ſive Graeci, niſi ex Aegypto, ubi earum origo erat, mutuari potuerunt? Cetera praetermitto, ne in re minus neceſſaria nimius fiam.

(21) ⲛ̀ⲟⲩⲕⲗⲁⲥⲙⲁ ⲛⲁϥ ⲉ̀ϥⲡⲏϣ ⲛ̀ⲥⲛⲟϥ. Quod nos interpretati ſumus: *fruſtum carnis imbutae cruore*, Gr. habet *κρέας ἡματωμένον*: *caro cruentata* Cotelerio, Pelagio: *caro* ſanguine *cruentata*.

(22) ⲁϥⲛⲟϫ́ϥ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲣⲱϥ: eum (panem) ſibi introduxit, ideſt, ut nos vertimus, *in oris, & ſtomachi ſui interiora tranſmiſit*: verba ſunt, quae deſunt in Grae. Cotel., & in verſione Pelagii.

(23) ⲉ̀ϥⲉ̀ⲩⲭⲁⲣⲓⲥⲧⲓ, legendũ forſitan ⲉ̀ϥⲉ̀ⲩⲭⲁⲣⲓⲥⲧⲓⲁ.

Digitized by Google

plum impii presbyteri Novatiani, qui miſeris quibuſque hominibus ad euchariſticam communionem accedentibus, ut narrat Euſeb. lib. VI. H. E. cap. 43., eorum conſtrictis manibus, haec horrendum in modum inſinuabat: *Iura mihi per corpus, & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti, te numquam meas partes deſerturum, nec ad Cornelium eſſe rediturum*; intelligat is coram *ſolis Initiatis*, & in eo loco, quo nemo gentilium admittebatur, huius etiam iuramenti formulam, ore quamvis ſacrilego, a ſceleſto illo, furentique ſchiſmatis auctore fuiſſe pronunciatam.

I Erit

ϫⲉ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲛ̀ⲧⲉϥⲫⲩ//
ⲥⲓⲥ ⲛ̀ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉ ϫⲉ ⲙ̀ⲙⲛ ϭⲟⲙ ⲙ̀//
ⲙⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲟⲩⲉ̀ⲙ ⲁ̀ⲃ (24) ⲉϥⲟ//
ⲩⲱⲧ. ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ϣⲁϥ ⲧⲣⲉ
ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ϣⲱⲡ ⲙ̀ⲡⲟⲓⲕ. ⲁ//
ⲩⲱ ⲡⲉϥⲥⲛⲟϥ ⲛⲏⲣ́ⲡ ⲛ̀ⲛⲉⲧϫⲓ ⲙ̀//
ⲙⲟϥ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲡⲓⲥⲧⲓⲥ. ⲁⲩⲱ
ⲁⲩϣⲡ́ϩⲙⲟⲧ ⲛ̀ⲧⲙ̀ⲛ̀ⲛⲟⲩⲧⲉ
ϩⲓϫⲙ ⲡⲉ̇ⲛⲧⲁϥϣⲱⲡⲉ : ϫⲉ
ⲙⲛ̀ⲉϥⲕⲁ ⲡϩ̀ⲗⲗⲟ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉ ⲉ//
ϯⲟ̀ⲥⲉ ⲙⲡⲉϥϩⲓⲥⲉ. ⲁⲩⲱ
ⲁⲩⲃⲱⲕ ⲙⲡϣⲟⲙⲛ̀ⲧ ⲉⲛⲉⲩⲣⲓ
ϩⲛ̀ ⲟⲩⲣⲁϣⲉ (25) :

corpus ſuum ſuſcipiat ſpeciem panis, & ſanguis ſuus ſpeciem vini, iis, qui eum accipiunt cum fide: & gratias egerunt Deo ob id, quod acciderat, & quia non permiſerat, ut homo ſenex perderet labores ſuos. Et redierunt tres illi in cellas ſuas cum gaudio (*).

(24) ⲁⲃ pro ⲁϥ, *caro*.

(25) ⲙⲡⲟⲉⲓⲕ :.. ⲛⲏⲣ́ⲡ, *panem, & vinum*: intellige heic *ſpecies panis, & vini*, ſub quibus poſt ſacerdotalis conſecrationis actionem *caro & ſanguis Chriſti* in altaris ſacramento ſumuntur.

(*) Ordo narrationum, quae in cod. noſtro Thebaico factum hoc praeeunt, & ſequuntur, ei, qui in *Auctore Graeco incerto, eiusque interprete Pelagio*, l. XVIII. tum apud Roſveyd. p. 635., tum etiam apud La-de-Bigne t. XI. Bibl. PP. p. 794. conſpicitur, accurate reſpondet.

Huius vero Thebaei ſcriptoris illud inter cetera veluti proprium eſt, ut litterae ι, unicum pro gemino punctum ubique ſuper pingat, idemque etiam ſuperne addat articulis π & τ. Sed de his alibi.

Erit, qui paullo acrius in hanc noſtram Aegyptiam feminam ob emiſſi iurisiurandi cauſſas inquirendum putet. Mihi vero ſine ulla difficultate perſuaſum ſic eſt, chriſtianam mulierem divinitus motam ad operam ſuam conferendam curationis prodigio, in eo fuiſſe diſcrimine poſitam, in quo, rebus omnibus ſpectatis, intellexerit Dei, & S. Coluthi gloriam poſtulare, ut in publico conventu, ubi & mixti gentiles inveniri fortaſſe poterant, fidei, honeſtatis, & innocentiae ſuae famam, adiecta ſacramenti religione, ſolemni veluti ritu purgatam redderet, atque teſtatam.

(ib.) **Ⲡϫⲟⲉⲓⲥ**. *Dominus*. Raro, ut admonet La-Crozius in lexico Aegyptiaco-Latino, vox iſta in Sahidica, ſive Thebanenſi dialecto, ⲡ̄ⲟ̄ⲥ legitur, compendio ſcripta. In fragmento antiquiſſimo cap. CVI. & XVII. Iſaiae Proph. ⲡϫⲟⲉⲓⲥ cum ⲓ gemina puncta ſupra ſe picta gerente ſemper repraeſentantur. Sed nihil arcani in eo nomine per hanc ſcribendi rationem inſinuatur. Nam littera ⲓ in omnibus omnino vocibus binis hiſce punctis diſtincta effingitur, quod fieri nuſquam vidi in aliis pluribus Borgianis fragmentis a me antea indicatis. In hoc tamen noſtro, praeeunte alia vocali, ⲓ, habet duo illa puncta ſuperne depicta; praeterquam in ⲡϫⲟⲉⲓⲥ, aliiſve paucis vocabulis. In communi Memphitarum dialecto ⲡϫⲟⲉⲓⲥ per notam compendiariam perpetuo ſcribitur ⲡ̄ⲟ̄ⲥ; & *ab Aegyptiis hodiernis*, eodem admonente La-Crozio, *Ibſcheus* effertur. Quod cur fiat, niſi corruptae pronunciationis cauſſa, ego prorſus ignoro.

(12) **Ϫⲓⲛϯⲁⲓ**. Vox iſta ultima eſt in lin. 14. col. 2. pag. 222. Borgiani archetypi. Punctis inſignita cernitur omnino duobus, quae ego tamquam indices interpretor litterae alicuius in ea voce ſcribenda fortuito praetermiſſae. Haec autem non alia eſſe poteſt, niſi *Hori*, quae in eodem margine quaſi punctis ipſis adhaerens e regione conſpicitur. Ea male quidem picta craſſiorique ſtilo exarata apparet, ſed certe formam τῶ ϩ iacentis ſatis perſpicue repraeſentat. Iam ſi haec

haec, uti res ipſa poſtulat, addatur voci ϫⲓⲛ̄ϯⲁⲓ, habebis integram: ϫⲓⲛ̄ϯϩⲁⲓ, cui mea illa verſio accurate reſpondet: *communionem cum* ( alieno ) *homine non habui*, *EX QUO FUI NUPTUI TRADITA*. Et ſic revera hunc locum intelligendum eſſe, ordo, quem ſibi in hac ſua defenſione ingenua, et pia matrona propoſuit, facile ſuadet. Primo enim publice declarare voluit, quam pudice, et caſte poſt nuptias vixerit, deinde quam pura, et inviolata in virgineo ſtatu fuerit ante nuptias. Primum illud exſequuta eſt ad hanc uſque vocem ϫⲓⲛ̄ϯϩⲁⲓ, *ex quo fui nuptui tradita*: Alterum in mox ſequentibus praeſtat, ubi ait: *Veni ab utero matris meae ad maritum meum ſolum*.

At ecce aliam mihi interpretationem Cl. Mingarellius ex adverſo ſubiicit, pag. VIII. *in Aegyptior. codd. reliquiis*, verbis hiſce contextam: *communionem non habui cum homine, ex quo exivi ab utero matris meae, niſi cum marito meo ſolo.* Hanc ego, ob ſummam, quam gero de auctoris noſtri dignitate, atque praeſtantia, opinionem, paſſis ulnis amplecti non detrectarem; ſed nonnulla ſunt, quae me ab ea ſtatim excipienda impediunt. An ⲛ̀ⲥⲁ hoc praeſertim in loco ſignificet *niſi*, vehementer dubito. Nam ⲛ̀ⲥⲁ in verſ. 17. quem ipſe laudat ex c. 19. Matth. non *per ſe*, ſed quatenus iungitur cum ⲙⲙⲛ praecedenti, pro *niſi* ſumitur. Sic & in Eccl. Theb. c. 1. v. 22. & alibi. His adde Tuk. p. 610. Ac certe numquam ⲛ̀ⲥⲁ, ſed ⲛ̀ⲥⲁⲃⲏⲗ, ⲛ̀ⲥⲁ ſcilicet cum ⲃⲏⲗ coniunctum, ad *niſi* indicandum, ubique apud Tukium invenio. Quin et locus alter, quem adfert Mingarel., ut latine exponatur, non *neceſſario* confugere nos cogit ad *niſi*. Fac enim ut quis verba illa ad p. 129. ⲁϣ ϭⲉ ⲡⲉ ⲡⲉⲃⲓⲱ ⲛ̀ⲥⲁⲛ ⲡϣⲁϫⲉ ⲙⲛ̀ ϯⲥⲃⲱ ⲛ̀ⲛⲉⲅⲣⲁⲫⲏ ⲛⲓⲙ ⲇⲉ ⲡⲉⲧⲣⲁ ⲛ̀ⲥⲁ[illegible] ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ, interpretari ſic velit: *Quod igitur eſt mel? Verbum & doctrina ſcripturarum. Quis vero Petra? Chriſtus Deus &c.*, quid, quaeſo, erit, quod in eo reprehendas? Nam ⲛ̀ⲥⲁ haud raro articulus eſt demonſtrativus ὁ, τὸν, ut Pſal. XXIII. 6.

 Iohann.

Iohann. XI. 56. ⲛ̀ⲥⲁ ⲓ̅ⲥ̅ , *τὸν ἰησοῦν* , et alibi in ſacris Thebaicis, maxime vero heic, ubi *Schenute*, ſive *S. Iohannes Lycopolitanus*, *Fragm.* auctor, poſtquam ſcripturae locum de *petra mel effundente* protulerat, in utroque orationis membro concludere ſimpliciter voluit, quid *mel*, et *petra* ſignificarent. Sed quoniam locum alterum de *oleo ex petra dura* ſubdiderat, de eo in tertio membro ἐμφατικωτέρως inquit; ⲟⲩⲡⲉ ⲡ̀ⲛⲉϩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲡⲉⲧⲣⲁ̀ ⲛ̀ⲥⲓⲃⲧ. ⲉⲓⲙⲏⲧⲉⲓ ⲉⲧⲉⲭⲁⲣⲓⲥ. *Quid eſt oleum ex petra dura* ( firma, et ſtabili ) *niſi gratia, qua Chriſtiani ſalvantur*? En ⲉⲓⲙⲏⲧⲉⲓ, *niſi*, quod certe in ſuperioribus membris adhibitum nullo modo eſt. Praeterea undenam mihi dabitur poſt ⲛ̀ⲥⲁ *niſi*, coniunctio ⲙⲛ *cum*, quae in hac *exceptiva* propoſitione neceſſario exprimi debet, ut ea ſtet mulieris loquentis ſententia; *communionem non habui* cum homine ... *niſi cum marito meo ſolo*? Haec enim a Thebaico textu procul abeſt, nec niſi ex alieno arbitratu huc ſubrepere poteſt. Quid tandem, ſi huiuſmodi verſio ordinem ipſum defenſionis in ore matronae noſtrae perturbet? At verſio noſtra: *Veni ex utero matris meae* ⲛⲥⲁ ⲙⲡⲁϩⲁⲓ *ad maritum meum ſolum*, Thebaico textui acuratiſſime reſpondet. Nam ⲛ̀ⲥⲁ idem perſaepe valet quod *in*, *ad*, *adverſus*, ἐπὶ, πρὸς, παρὰ & ſimilia. Huc facit locus Proverbior. I. 26. apud Mingarellium ipſum p. 119. & ſeq. ad idem Fragment. VI. ϯⲛⲁⲥⲱⲃⲉ ⲛ̀ⲥⲁ ⲡⲉⲧⲛ̀ⲧⲁⲕⲟ: τῇ ὑμετέρᾳ ἀπωλείᾳ ἐπιγελάσομαι, *in perditione veſtra ridebo*; ubi ⲛ̀ⲥⲁ reſpondet τῷ ἐπὶ, noſtrae ſcilicet praepoſitioni *in*. Sed & εἰς, ἐπὶ *ad* nempe latinum ⲛ̀ⲥⲁ deſignat in utraque Memphitica, & Theb. verſione Luc. XXII. 52. ubi Iudaeis captivitatis ſuae auctoribus Chriſtus dixiſſe traditur; *tamquam* ἐπὶ λῃστὴν, Memphit. ⲛ̀ⲥⲁ ⲟⲩⲥⲟⲛⲓ, Theb. apud Tukium p. 148. ⲛ̀ⲥⲁⲟⲩ[illegible] *ad latronem exſiſtis*. Hoc idem mihi occurrit in ſae[illegible]udato Cod. Borgiano de dictis factiſque veter. PP. p. 206. In[illegible] initium col. 2. Ibi monitum iſtud eſt: *ne apponas in corde tuo*

ⲉϣⲁⲛ

ⲉϣϫⲉ ⲛ̀ⲥⲁⲡⲉⲕⲥⲟⲛ *dicere ad*, vel ut vertit Pelagius libello 15. *adverſus fratrem tuum*. Immo & 'ⲛⲥⲁ quandoque ſignificat, *uſque*, & *uſque ad*; quemadmodum non ſemel tranſtulit Wilkins in ſua illa N. T. verſione, qua divinos hoſce libros memphitice ſcriptos romana civitate donavit. Nec te moveat nota primae perſonae, quae in verbo ⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ deeſſe videtur. Haec enim ab ea, quae proxime antecedit in ⲡϫⲓⲛϯϩⲁⲓ, ſponte ſua pendet. Quamquam exempla exſtant, in quibus ⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ ſine adiuncta nota perſonae uſurpatur, ut apud Tuk. p. 265 ⲛ̀ⲧⲉ ⲟⲩⲙⲟⲟⲩ ⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩⲏⲧⲥ, *ὅ ex ea* ( petra ) *exibit aqua*: & p. 104. ⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲟⲩⲕⲁϩ, ( dum ita recte ſcriptum ſit pro Memph. ) ⲉⲑⲣⲉϥⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲕⲁϩⲓ, ut *veniat de terra*. Sic & ⲛⲏⲩ ſine affixo perſonae apud eumdem p. 204. legitur Apocalip. 1. 16. ⲉⲣⲉ ⲟⲩⲥⲏϥⲉ ⲛⲏⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲣⲱϥ. Memphit. ⲟⲩⲟϩ ⲟⲩⲥⲏϥⲓ ⲉⲥⲛⲏⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲣⲱϥ, & *gladius ex ore eius exibat*: Luc. 2. 35. ⲛⲏⲩ ⲉⲃⲟⲗ pro Memphitico ⲥⲓⲛⲓ, *pertranſibit*: Iohann. 16. 25. ⲟⲩⲟⲩⲛⲟⲩ ⲛⲏⲩ, Memph. ⲥⲛⲏⲟⲩ *venit hora*. Vide & Ioh. XII. v. 12. ϫⲉ ⲛⲏⲩ, ὅτι ἔρχεται, uti & c. XXI. ver. 5. apud Matthaeum. Idemque in aliis a Thebaeis aliquando fieri animadverti. Haec tamen miſſa facio; quippe qui omiſſionem hanc tribuendam cenſeam alucinationi amanuenſis, qui praecedentis ⲡϫⲓⲛϯϩⲁⲓ terminatione deceptus, ⲁⲓ ſimilem, tamquam primae perſonae notam τῷ, ⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ praeponere oblitus eſt. Quae quum ita ſint, tamdiu mihi fas erit meam hanc interpretationem tueri, quamdiu certus in ea error non deprehendatur.

(13) Ⲁⲩⲱ ⲉϣⲱⲡⲉ ⲁⲓϫⲱϩⲙ̀ ⲧⲁⲥⲁⲣⲝ ⲙⲛ̄ Ⲣⲱⲙⲉ ⲛ̀ϣⲙ̀ⲙⲟ ⲛ̀ⲛⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟⲓ ⲙ̀ⲙⲛⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲧⲁⲁⲛⲁⲅⲕⲏ: In editione prima ſic ego hanc ſententiam verti: *Et quando caro mea tacta eſt a viro alieno? Nonne*

*ne Deus exaudivit me videns neceſſitatem meam* ? At cl. Mingarellius ea Thebaica verba ſe interpretari non poſſe p. VIII. dicit, niſi ab hac mea *translatione* recedat. Cur ita ? Audi. *Non verbum* ϫⲱϩ, *tangere adhibet hoc loco Aegyptius hiſtoricus, ſed verbum* ϫⲱϩⲙ̀, *inquinare*. Sic ille. Ego vero non ignorabam, quid eſſet ϫⲱϩⲙ̀ ; ſed quia verbum eſt, quod *inquinationem*, *pollutionemque* nimis aperte deſignat, ab eo nobilem, honeſtiſſimamque feminam in ſacro publicove conventu de ſe ipſa loquentem aut abſtinuiſſe, aut certe abſtinere debuiſſe ſentiebam. Atque ob id eam adhibuiſſe putabam verbum ϫⲱϩ *tangere*, quod, licet, ubi de *tactu caſtae*, & *pudicae* mulieris agitur, idem tandem ac ϫⲱϩⲙ, reipſa ſignificet, in ore tamen piae matronae publice de ſe teſtantis longe honeſtius, atque decentius ſonat, quam ϫⲱϩⲙ̀. Ecquis enim neſciat *tangere* ex antiqua vulgi conſuetudine, & in comicis ipſis fabulis a Terentio, Plauto aliiſque uſurpatum, *verbum* eſſe *impudicum*? Vid. Commentar. in *Eunuch.* 4. 2. 3. 80. & alibi apud *Arn. Henr. Waſterhovium*. Inde & illud Horatii eſt Sat. I. 2. 54:

....*Matronam nullam ego tango*.

Heic enim *tangere* idem eſt ac *rem habere* ; eoque fit, ut, ubi *Euripides* in Phoeniss. dixit σοί τ' ἐυλέλεκται, γόνατα μὴ χρώζειν ἐμά. *Tibi recte dictum, quod nolis mea genua attingere*, Scholiaſtes ( τὸ χρώζειν ) obſervante Wetſten. in ſubnotatis ad c. 20. 17. Evang. S. Iohan., interpretatur μιαίνειν, *contaminare*. ϫⲱϩ vero ita coniunctum legi cum ⲙ̀ⲧⲁⲥⲁⲣⲝ, ut ⲙ̀ tamquam particulam habuerim praepoſitam articulo nominis ⲧⲁⲥⲁⲣⲝ pro ⲛ̀ⲧⲁⲥⲁⲣⲝ ? Neque id novum videri debuit *Mingarellio* ipſi, qui p. 263. adnotat Thebaeum ſcriptorem pro ⲛ̀ poſuiſſe ⲙ̀. Quamquam & ego in Borgianis Frag. a me editis p. 279. & 366. ⲙ̀ⲧⲏⲣϥ, & ⲙ̀ⲕⲟⲥⲙⲟⲥ pro ⲛ̀ⲧⲏⲣϥ, & ⲛ̀ⲕⲟⲥⲙⲟⲥ, aut rectius ⲙ̀ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ, offenderim. Hoc praeterea

terea verbum , quum de mutuo *contactu* uſurpatur , conſtrui quodammodo poſtulat cum praepoſitione ⲛ̀ⲙⲙ , ut ϭⲓ *tangere* , ſive *contingere* apud Memphitas .

Quod porro vir. cl. addit : *In voce* ⲁ̀ⲙⲡⲛ̇ⲁⲩ *non latet verbum* , ⲡⲛⲁⲩ , *VIDERE* , *ſed valet in HORA* , *& TEMPORE* , vereor , ne praepoſtere nimis & expedite dictum ab eo ſit . Nam Geneſ. XXXII. 30. ⲫⲛⲁⲩ ⲙ̀ⲫϯ , & v. 31. ⲡⲓⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲫϯ : *viſio Dei* ; Deuteron. XXVI. 7. ⲛ̀ⲛⲁⲩ XXVIII. 67. ⲡⲓⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉⲕⲃⲁⲗ . Daniel. x. 7. et 8. ⲁ̀ⲙⲡⲓⲛⲁⲩ , ⲛ̀ⲛⲁⲩ , et alibi , *viſio Dei* ; *viſio* , et *viſiones* vocantur . At ⲫⲛⲁⲩ , ⲁ̀ⲙⲡⲓⲛⲁⲩ , ut alia loca omittam , ſi thebaice efferas , quid aliud erunt, niſi ⲡⲛⲁⲩ , et ⲁ̀ⲙⲡⲛⲁⲩ ? En ⲡⲛⲁⲩ in Borgiano Thebaeo cod. Eccl. cap. 1. ver. 8. ⲛ̀ⲛⲉϥϣⲡ ⲃⲁⲗ ⲥⲉⲓ ϩⲁ ⲡⲛⲁⲩ . graec. οὐ πλησθήσεται ὀφθαλμὸς τοῦ ὁρᾶν , *non ſaturabitur oculus viſu* , ſeu *videndo* , & cap. VI. v. 9. ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲛⲃⲁⲗ ὅραμα ὀφθαλμῶν , *viſio oculorum* : ubi certe ⲡⲛⲁⲩ reſpondet τῷ ὁρᾶν , & τῷ ὅραμα. An & haec *valere* dices, *In hora* , *& tempore* ? Hinc intellige , ⲁ̀ⲙⲡⲛⲁⲩ vocem eſſe ancipitis ſignificationis , quae ut horam , et *tempus* , ſic et *viſionem*, ac *videndi* actum deſignat. Quum itaque alterutram huius vocis ſignificationem accipere in mea iſta translatione aequo iure quiverim, eam mihi ſeligere licuit, qua bonam hanc feminam ſic dixiſſe repraeſentatur ? *Nonne Dominus exaudivit me* ⲁ̀ⲙⲡⲛⲁⲩ ( in *viſione* , in *videndo* , *dum vidit* , adeoque & ) *videns neceſſitatem meam* ? Hactenus de verbis . Quid modo de tota ſententia dicam ? Coniunge tu utrumque illud *interrogatoriae* orationis meae membrum , ut habes ante oculos in propoſito *ſchemate* , et ſtatim intelliges , interpretationem meam eamdem omnino eſſe cum *Mingarelliana* , ea una excepta ( quae nihil eſt ) *differentia temporis* , ut quod in mea *praeteritum* , in Mingarelliana tamquam *praeſens* efferatur . In mea enim ſic matrona noſtra argumentatur : *Deus certo exaudivit me videns neceſſitatem meam*, ergo *intacta eram a viro alieno* . In Mingarellia-

Digitized by Google

relliana vero: *Deus exaudit me in hora ... neceſſitatis meae*, ergo *carnem meam cum alieno viro non inquinavi*.

Ita ſe res iſthaec habet. Quid vero, ſi uterque et ego, et egregius Mingarellius quaſi extra chorum hucuſque cecinimus? Neuter enim noſtrum ante vidit, quod hodie tantum mihi videre contigit. Hac enim veluti ultima iurisiurandi parte mulier noſtra eam *ſacramenti* formulam, quam *exſecratoriam* appellant, exprimere proculdubio voluit: et hanc ego tandem in nupera mea verſione ſic expoſui: *Et ſi quando carnem meam communem feci cum viro alieno*, *DOMINUS non exaudiat me in tempore neceſſitatis meae*. Has nempe diras, quibus nihil infauſtius, et formidabilius cogitari poteſt, ſibi a Deo pia matrona imprecatur, ſi forte non eſſet a viro alieno intacta, ut ita caſtitatis, et pudicitiae ſuae integritatem huius tam ſacri iurisiurandi religione omnibus probatam, atque teſtatam reddat.

(14) **Ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ ⲁⲥϫⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲥⲉⲣⲱⲧⲉ ⲁⲥⲙⲉϩ ⲛ̀ⲃⲁⲗ ⲙ̀ⲡⲣⲱⲙⲉ**: Manichaeorum ſecta in Aegypto graſſabatur. Hi vere impii, & nefarii homines, ut nuptias, & generationem prolis tamquam opus diaboli averſabantur, ſic & lac alimentum prolis averſari debebant. A *lacte* profecto, teſte magno Auguſtino in lib. de haer. abhorrebant. At vero Deus, cuius ſapientia ubique mirabilis eſt, ut oſtenderet creaturae ſuae, quam fecerat, bonitatem, & chriſtianos homines ab ea etiam erroris impietate arceret, in huius prodigioſae curationis opere *lac* adhiberi fortaſſe voluit. Ceterum non lac expreſſo ubere fluens pia matrona in oculos caeci inſtillavit, ſed volae ſuae cavo, aut etiam vaſculo, quantum ſat erat, modeſte exceptum uni, & alteri oculorum admovendo infudit; eoque pacto totam eorum extimam orbitam madefecit; ſic enim oculos lacte *impleviſſe* dicitur. **Ⲙⲉϩ**, idem ac **ⲙⲁϩ**, aliquando reſpondet Graeco *ἀντλεῖν*, quod non modo *aquam haurire*, ſed & *hauſtam infundere* ſonat. **Ⲁⲥⲙⲉϩ** proinde hoc in loco aliud nihil ſignificare poteſt, quam infuſionem lactis in exteriores oculorum tunicas, quas caecus,

caecus, utpote ex pertinaci morbo obſeratas, ac motu vitali deſtitutas ante hanc horam diſcludere numquam poterat. Dum vero lac infudit ſic oravit, & dixit; *In nomine* ⲛⲛϭⲟⲙ *virtutis* (ſive *virtutum*) *S. Coluthi veri medici*; ita ſcilicet invocationem ex regula fidei, *δυνάμει*, ut aiunt theologi, *virtualiter* referens in Deum, quem uti ſupremum, & abſolutum exſpectati miraculi auctorem intuebatur. Hinc fit, cur ſupra adverbium ⲛⲧⲉⲓϩⲉ *ſic*, eminens cernatur picta figura CRUCIS, tamquam ſingulare ſignum Chriſti crucifixi. Atque id etiam praeclare demonſtrat, quod quicquid in ea prima actione haec bona mulier & geſſit, & dixit, ad ſupremam SS. Triadis, & Chriſti crucifixi virtutem integre, ſanctеque retulit.

(15) Ⲁⲩⲱ ⲛⲧⲉⲓϩⲉ ⲁⲛⲉⲩⲃⲁⲗ ϯⲙⲟⲟⲩ ⲁⲩⲱ ⲁⲩϩⲱϩ ⲉⲙⲁⲧⲉ. Haec ego Thebaica verba in hunc prorſus modum antea latine reddideram: *& ſic oculi eius effuderunt aquas*; et *hae defluxerunt multum*. *AQUAS* dixi, quia, quum heic ſermo fiat de *aqueis humoribus* ex oculis defluentibus, ⲙⲟⲟⲩ in numero plurium rectius exponi poſſe putarim. Quiddam in hac mea verſione eximius Mingarellius offendit, quod ei parum arrideat; aliamque proinde interpretationem, quaſi penitus a mea alienam, in haec verba condit: *oculi eius* aquam emiſerunt, & prurriebant valde: *nam* ϩⲱϩ, ſubdit (memph. ϧⲱϧ) *eſt prurire*, *non vero defluere*, *ut equidem puto*. Egregie ſcilicet, & expedite, ſi una res ſit de felici converſione verbi Memphitici ϧⲱϧ in ϩⲱϩ Thebaicum; ſed ubi de *pruritu* agitur, quem, quaeſo, locum heic habere poteſt pruritus? Nam poſt acris humoris eruptionem pruritus, qui antea urebat, omnino ceſſat, eique dolor, doloriſque ſenſus ſuccedit. Hinc ego, ſi ϧⲱϧ eam apud Aegyptios doloris ſignificationem haberet, quam habet *κνῆσις* apud Graecos, tunc ipſum locum ⲁⲩⲱ ⲁⲩϩⲱϩ ⲉⲙⲁⲧⲉ, longe aptius exponi poſſe cenſerem: *& valde acri dolore afficiebantur*. Verum ea mihi in animo verſatur opinio, ut cre-

K dam

Digitized by Google

dam verbum ϩⲱϩ in ⲁⲩϩⲱϩ factum eſſe ex ϩⲁϩ, idemque valere ac *multiplicare*. Cui ſententiae facile, credo, Mingarellius ipſe conſentiet; quippe qui in *Aegypt. cod. reliq.* p.297. de verbo ϩⲁⲥⲧ́ⲕ haec tradat: ⲛ̀ⲅ ϩⲁⲥⲧ́ⲕ, *& labores ſuſtineas*; *analogiam ſecutus ſic tranſtuli*. *Nimirum ſicuti ex Thebaicis verbis* ϫⲓⲥⲉ, ϫⲟⲥⲉ (*memph.*) ϭⲓⲥⲓ, ϭⲟⲥⲓ, ϭⲁⲥ, ϭⲉⲥ) *fit apud* Tuk. p.53. ϯⲛⲁϫⲁⲥⲧⲕ, *exaltabo te*: *ita ex verbis*, ϩⲓⲥⲉ, ϩⲟⲥⲉ... *fieri coniicio hocce* ϩⲁⲥⲧ́ⲕ. Et rectiſſime quidem. Nam in Eccleſiaſte cap.8. v.17. iuxta Theb. cod. Cardinalis noſtri Borgiae, ἂν μοχθήσῃ *laboraverit*, legitur pag. ⲣⲗⲇ. 134. ⲉⲣϣⲁⲛ ... ϩⲁⲥⲧ́ϥ: & iterum c.5. v.17. ἐὰν μοχθῇ, p. ⲣⲕⲅ, 123. eiuſdem cod. ⲉⲧⲉϥⲛⲁϩⲁⲥⲧ́ϥ. Hoc ſcilicet illud eſt, quod Tukius ipſe p. 656. in *Rudim.* eo veluti *canone* ſtatuit: *In Copticis convertuntur ex ſeptem vocalibus, quatuor ad invicem in unum ſignificatum ver. gr.* ϣⲱϣ *contemptio*, اهانة, ϣⲁϣ, ϣⲉϣ, ϣⲏϣ, *idem*. Inde etiam eſt, ut quemadmodum *Deuteron.* 28. 27. ϧⲁϧⲟⲩ, κνήφη, *prurigo* dicitur, ſic & ϧⲱϧ *prurire* apud Memphitas dicatur. Hac igitur ſpectata lege mutuae converſionis τῶ, ⲱ in ⲁ, & ⲁ in ⲱ, ϩⲁϩ Theb. in ⲁⲩϩⲱϩ, iure ſumi poterit, tamquam commutatum in ϩⲱϩ; adeo ut ſententia iſta: ⲁⲩⲱ ⲁⲩϩⲱϩ ⲉ̀ⲙⲁⲧⲉ multo aptius, quam *pruriebant valde*, verti debeat, vel *eo ſenſu*, quo dixeram, *& hae* (aquae) *defluxerunt multum*, vel, ut nuper interpretor, *&* (oculi multiplicata effuſione, has aquas) *valde multas dederunt*. Quidni tandem ϩⲱϩ eſſe poſſit ex ϩⲟⲩ *pluvia*, & ⲟⲩⲟϩ *addi*, *augeri* ⲟⲩ, et ⲟⲩⲟ contractis in ϩⲱϩ?

(16) Ⲥⲱⲧ́ϥ ⲇⲉ ⲁϥⲟⲩⲱⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ϯⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉ̀ⲣⲟⲕ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ: Quod ⲥⲱⲧ́ϥ eſt in Sahidarum dialecto, ⲥⲁⲧⲟⲧϥ dicitur

tur in Memphitica, & reſpondet Graeco εὐθέως *ſtatim* Iohan. cap. 9., & Marc. 1. 10. 18. 30. 42. (a). Caecus itaque oculos, quos antea nec aperuerat, nec ulla naturae vi aperire poterat, ſtatim ac eos a ſordibus faeculenti aquarum fluxus expurgavit, aperuit; eoque tam repentino, ac inopinato eventu commotus exclamavit: *credo tibi, ſancte Coluthe*. Hinc intelligere licet, quod qui hoc tantum in loco ſe credere S. Colutho teſtatur, convictus felici auſpicio recuperandae lucis, antea aut nihil, aut certe parum ei ſe crediſſe demonſtrat. Idque etiam valet ad ea confirmanda, quae de caeci incredulitate *in ſupplemento* coniecimus.

K 2 (17) ⲁⲩⲱ

(a) Nec ego, nec Cl. Mingarellius rem acu tetigimus. Non ego, qui qualicumque Copticarum vocum ſimilitudine abreptus, ⲥⲱⲧ́ϥ Theb. pro Memphit. ⲥⲁⲧⲟⲩϥ *ſtatim*, falſo accepi. Non Mingarellius, quia & ipſe ſimili alucinatione, uti reor, deluſus, ⲥⲱⲧ́ϥ quaſi a ⲥⲉ, vel ⲥⲟ, aut ⲥⲱ, quod eſt *bibere*, deductum putavit; adeoque Thebaica noſtra ⲛ̀ⲧⲉⲣⲟⲩⲥⲱⲧ́ϥ ⲇⲉ ⲁϥⲟⲩⲱⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ſic pag. LXVIII. interpretatur: *Cum autem eam* (aquam, ſive ⲙ̀ⲡⲙⲟⲟⲩ) *imbibiſſent* (oculi eius) *aperuit illos*. Sed duo heic a viro doctiſſimo mihi quaerere liceat. Primum eſt, cur vel ſyntaxim verborum immutarit, vel ſaltem ⲙ̀ⲡⲙⲟⲟⲩ addiderit coniunctum cum ⲥⲱⲧ́ϥ? Alterum vero eſt, quo pacto actiones hae duae quaſi inter ſe contrariae, *imbibere* ſcilicet & *eiicere* aquam, in iiſdem omnino oculorum organis ſimul conſiſtere quiverint? Nam ego de uno ⲥⲱⲧ́ϥ ſollicitus ero.

ⲥⲱⲧ́ϥ aliud nihil mihi ſignificare videtur, quam *emundare*, *abſtergere*, *purum reddere*, *& expurgare*. En locus libri Iob. ex Theb. cod. Emi Cardinalis Borgiae. Ibi cap. XI. v. 15. pag. λα, 31. haec leguntur. ⲧⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲧⲉⲑⲉ ⲉ̀ⲧⲉⲣⲉ ⲡⲉⲕϩⲟ ⲛⲁⲟⲩⲟⲛ ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲟⲟⲩ ⲉϥⲥⲟⲧ́ϥ; graece: ὅυτως γάρ ἀναλαμψέι σȣ τὸ πρόσωπον, ὥσπερ ὕδωρ ΚΑΘΑΡΟΝ. *Ita reſplendebit vultus tuus, ut aqua PURA*. Inde eſt verbum Theb. ⲥⲱⲧ́ϥ καθαίρειν ſcilicet, καθαρεύειν, vel καθαρίζειν, *purgare* Sic itaque ſententia noſtra: ⲛ̀ⲧⲉⲣⲟⲩⲥⲱⲧ́ϥ ⲇⲉ ⲁϥⲟⲩⲱⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ, reddenda eſt: quum *eos*, vel uti ego nuper tranſtuli, *ubi eos* (oculos nempe ſuos) *expurgavit*, *illos aperuit*? Quo nihil & naturae, & rei geſtae ordini magis conſonum aut eſſe, aut cogitari poteſt.

(17) Ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ ⲁϥⲱϣ ⲉ̀ⲃⲟⲗ, vertimus *& eodem tempore exclamavit*. Sed idem eſt ac *ſtatim* ſive *continuo exclamavit*. Quod enim Thebaica verſio legit ad cap. 26. v. 74. Matthaei: ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ ⲁⲡⲁⲗⲉⲕⲧⲱⲣ ⲙⲟⲩⲧⲉ, Memphitica habet; ⲟⲩⲟϩ ⲥⲁⲧⲟⲧϥ ⲁⲟⲩⲁⲗⲉⲕⲧⲱⲣ ⲙⲟⲩϯ :. & *ſtatim*, ſive continuo, *gallus cantavit*. Et quamquam ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ *horam* proprie deſignet, varie tamen ſumitur, & uſurpatur.

(18) Ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ ⲁⲓⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲉⲓⲣϩⲉ. Recte obſervat La-Crozius ⲛⲁⲩ coniunctum cum ⲙ̀ⲃⲟⲗ: ⲛⲁⲩⲙ̀ⲃⲟⲗ *ut plurimum* in communi Aegypt. lingua *ſignificare receptionem viſus amiſſi*. Hoc idem accidit in Thebanenſi. Non totam quidem neque perfecte vim diſcernendi obiecta caecus noſter receperat. Sed de eo, qui videndi, diſcernendique potentiam extinctam habebat, ſi deinde, divina agente dextera, videat, & quae videt aliquantulum ſaltem diſcernat, recte dicitur recuperaſſe viſum amiſſum, quemadmodum Marci cap. VIII. verſ. 24. & 25. ⲉⲧⲁϥⲛⲁⲩ ⲙ̀ⲃⲟⲗ de caeco dicitur, qui primo ita viſum receperat, ut res *confuſe* tantum videret, & iterum de eodem ipſo, qui perfecte ſanatus omnia deinde clare, & diſtincte videbat, dicitur ⲁϥⲛⲁⲩⲙ̀ⲃⲟⲗ. In priori enim loco v. 24. Coptus exacte reſpondet Graeco ἀναβλέψας ab ἀναβλέπω, quod *viſum recipere* ſonat, in poſteriori vero v. 25. pro ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι, habet ſimpliciter, ⲁϥⲛⲁⲩ ⲙ̀ⲃⲟⲗ ἀνέβλεψε. Quam lectionem miror, cur Millius in nov. Teſt. Oxon. edit. pag. 109. ſub not. variantis (*d*) inobſervatam reliquerit, qui mox ad not. (*f*) pro ἀνέβλεψε laudat Coptum.

(19) Ⲁⲥⲙⲉϩ ⲡⲉϥⲃⲁⲗ ⲙ̀ⲡⲙⲉϩ ⲥⲟⲡ ⲥⲛⲁⲩ ⲁⲩⲧⲁⲩ ⲉ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲉ̀ⲡⲉϩⲟⲩⲟ: Ex his nonnemo fortaſſe putabit vim lactis *ſecundo* infuſi concitaſſe totum hocce ⲉ̀ⲙⲟⲟⲩ *aquarum* profluvium, unde ea omnis morbi ſpecies, qua

qua oculi caeci laborabant, ſublata penitus, ac diſſoluta e veſtigio fuerit. Lac etiam comparabit cum *felle piſcis*, quod a Tobia filio oculis Tobiae patris impoſitum acres in eis dolores, quaſi per horae dimidii ſpatium excivit; atque ita divulſa a *cornea*, pellicula ab albugine inducta, ei viſum protinus reſtituit. Sic is putet, & ſic demum quomodocumque velit, comparet inter ſe utriuſque collyrii vires, dummodo prodigium in una & altera ſanatione agnoſcat, illudque ſaltem repetat tum a ſuperna revelatione pharmaci, tum a celeritate curationis, quae tam brevi tempore perfici a tarda natura non poterat. Nam in ea, quae cap. XI. v. 13. & 14. in θεοπνεύστῳ Tobiae lib. legitur, praeter ſcripturae verba, quibus ſatis clare miraculum exprimitur, cauſſae illae duae tam efficaces viſae ſunt viro ſummo, & inſigni Theologo Guillelmo Eſtio, ut opus ſanationis, non naturae, ſed divinae omnipotentiae molimini adſcribi oportere demonſtrent. At ego non tam facile conceſſerim aut caecum noſtrum Aegyptium eodem, quo Tobias, *albuginis* morbo in oculis laboraſſe, aut lac muliebre eamdem, quam fel *lucii*, *callionymi*, *ſciluri*, ſive alterius cuiuſvis piſcis, in hoc, quo de agimus, ὀφθαλμίας genere, *naturalem* habuiſſe reſtituendae lucis virtutem. Caecitas viri Aegyptii orta videtur ex morbo, qui vel in nervo optico, vel in muſculis motoriis, vel in pupilla, aut certe in vitiatis humoribus ſitus eſſet. De lacte vero id unum lego apud Hippocratem ſect. v. pag. 636. πρὸς ἄργημον αἰγείρου δάκρυον γάλα γυναικεῖον μίξας χρῶ, *ad albuginem, populi lacrima cum muliebri lacte mixta utere*. Finge iam tu morbum nudum λευκῶμα fuiſſe; tam ne levis, & ineptus eris, ut vel iterata huius *lactis* aſperſione, quaſi naturali remedio, eum ſtatim ſolvi, & evaneſcere potuiſſe coniicias? Sed heic non de *leucomate*, ſed de ὀφθαλμίᾳ agitur ſaltem ex vitiatis humoribus nata, quam certe lac mulieris ſemel & iterum oculis caeci adſperſum tam brevi tempore tollere nullo modo poterat. Nec, ſi materies aliqua in ſanationum miraculis adhibita legatur, colligendum ſtatim eſt, eam vi ſua morbum naturaliter depuliſſe. Vide cap. IX. evang. Iohannis. Luto Chri-

Chriſtus Dominus linivit oculos caeci nati, eique iuſſit ut illos ſibi ablueret in natatoria Siloë. Iuſſa fecit, & viſum perfectiſſime confeſtim recepit. Et tamen quid potuit in hoc tam inſigni miraculo *lutum*, niſi eum occaecare, qui caecus non eſſet? Exemplum ſi modo quaeras de pharmaco divinitus revelato, ſed naturaliter, quoties morbus rediret, ſanante, accipe ſis ex miraculis S. Stephani protomartyris, quae narrat S. Auguſtinus lib. XXII. de Civ. Dei c.8. num.14. Verum & inde intelliges, *lac* a S. *Colutho* revelatum, non eius generis fuiſſe *collyrium*, ut vim naturalem haberet reſtituendi lumina caeco.

(20) **Ⲉⲡⲓⲥⲁ ⲙⲉⲛ ⲡⲁⲓ**: (a) Similis formae litterae ⲡ & ⲛ cauſſam praebuere amanuenſi, ut ⲡⲁⲓ fortaſſe ſcriberet pro ⲛⲁⲓ; *in hanc* ſcilicet *partem*, *& illam*; quod eſt in verſione noſtra *huc illuc*. Memphitae dixiſſent; ⲉ̀ ⲙⲛⲁⲓ ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲙⲛⲁⲓ! At noſter iſte Tebanenſium more ⲉⲡⲓⲥⲁ adhibuit pro ⲉ̀ ⲙⲛⲁⲓ. Ubi tamen ⲡⲁⲓ retinendum putaveris, vertas neceſſe eſt *hinc & hinc*.

(21) **Ⲁⲓⲉⲓⲱⲣϩ**. Si ⲓⲟⲣϩ, ut La-Crozius ex Kirchero refert, *pupillam oculi* exprimeret, vix dubitarem quin ⲓⲱⲣϩ in hac noſtra voce ⲁⲓⲉⲓⲱⲣϩ mutato ⲟ in ⲱ, (b) & neglecta aſpi-

(a) Orthographicum librarii noſtri mendum corrigit cl. Mingarel. p. XXXVII. *Non recte*, inquit, ille ſcripſit ⲉⲡⲓⲥⲁ ⲙⲉⲛ ⲡⲁⲓ, *cum debuiſſet ſcribere*: ⲉⲡⲉⲓⲥⲁ ⲙⲉⲛ ⲡⲁⲓ, duobus punctis utrique ⲓ ſuperne appictis. Id ego quoque vidi. Sed homini indulgendum putavi ⲉⲡⲓⲥⲁ ita ſcriptum, quia id feciſſe putavi, ne, ſi ⲉⲓ ſcriberet pro ⲓ in ⲉⲡⲓ, enormi nimis excurſu ultra lineam progrederetur. Eſt enim hoc ı, ultimum lin. 8 p. 224. & tamen ultra lineae finem, etſi ⲉ comite deſtituatur, non parum excurrit. Ob id etiam puncta τῶ ı ſuper pingere praetermiſit; quae tamen in ⲡⲁⲓ poſuit. Verum ea fruſtra in Romanis typis requires; quippe qui ad ſimiliũ ſcriptionum formas exprimendas Romae fuſi non habeantur. Ceterum ⲉⲡⲉⲓⲥⲁ in Borgiano cod. *Apophthegmat*, ſive *dictorum factorumque vet. PP.* de Deo uſurpatum, Iohannes in *libellis* ſuis alibi indicatis interpretatur *ubique*.

(b) Mendum huc in editione prima ne-

aſpirata ϩ, quemadmodum apud Tebanenſes ſaepiſſime fieri novimus, idem prorſus ſignificare vellet. Tum vero ⲁⲓⲉⲓⲱⲣ ſic reddi poſtularet: *Vere mihi venit*, ſive, *revera utor pupilla oculi bene*; en ita indicaret vetus oculi vitium inhaeſiſſe pupillae. At huius vocabuli originem repetendam arbitror vel ab Hebraico אור *or*, vel a Graeco ὁρᾷν, ut proinde aliud nihil ſonet, quam *venit mihi lux*, ſive *viſio ipſa bene*; unde & ⲁⲓⲉⲓⲱⲣϩ pro ſimplici *video* in verſione noſtra accepimus (a).

(18) Ⲁⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲥⲱⲙⲁ ⲧⲏⲣϥ ⲙⲉⲛ̀ ⲛⲉⲛⲥⲉⲕⲓⲃⲉ ϩⲓⲙ ⲡⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ⲙⲉⲛ ⲡⲙⲁⲉⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲥ. Hinc certe vides religionem, & fidem huius noſtrae praeſtantiſſimae feminae, quae non a *lactis* materie, ceu quodam naturali collyrio, ſed a ſuperna poteſtate nominis, & crucis Chriſti vim omnem ſanandi repetebat. Huc ſpectat ſignum ſacroſanctum Dominicae paſſionis, quo integra corporis ſui membra, & ubera ipſa, interea dum omnipotentiſſimum Chriſti Salvatoris nomen invocaret, pia, caſtaque mente conſignavit. Ac ne quis novum putet, quod mox de Thebaea muliere audivimus; ſimile quiddam iam inde ab Apoſtolicis temporibus factum legimus a nobiliſſima virgine Corinthiaca. Haec enim, immanis, & turpiſſimi iudicis iuſſu, in *proſtibulum* miſſa, inſtructa deinde, & animata a probo adoleſcente *Magiſtriano*, ὅλην ἑαυτὴν σφραγίσασα τῷ μυστηρίῳ σταυροῦ, *quum ſe totam ſigno crucis obſignaſſet, egreſſa ex illo loco omnino incorrupta, & impolluta, ſervata eſt Chriſti gratia, & cauſſa adoleſcentis, qui eam ſanguine ſuo liberavit a turpi vitio*, quique die ſequenti obiectus beſtiis *martyr* occubuit. Ita Palladius

neſcio qua oculorum, vel mentis aberratione irrepſit. Non enim *neglecta eſt aſpirata* ϩ, quam typis acurate impreſſam habes in *textu*, ubi vocem hanc integram legis: ⲁⲓⲉⲓⲱⲣϩ.

(a) Et iure quidem. Nam in Eccleſiaſte Borgiani cod. c. v. 10. ⲣⲕⲁ, 121. Ⲧⲁⲣⲭⲏ, legitur, ⲙ̀ⲡⲉⲓⲱⲣϩ ⲡⲉ ⲡⲃⲁⲗ. *principium videndi oculus eſt*, gr. ἀρχὴ τοῦ ὁρᾷν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. Idemque verbum non in Eccl. tantum, ſed etiam in Proverb. & in lib. Iob frequenter occurrit.

dius c. 49. H. L. ex antiquiſſimo libro Hippolyti τῦ γνωρίμυ τῶν Ἀποςόλων, *qui fuit*, ut ille ſcribit, *familiaris Apoſtolorum*.

Ceterum curationum miracula, quae in eccleſia catholica per *ſignum ſanctae Crucis* facta iam fuerant, quaeque ſuo adhuc aevo fieri Aegyptia noſtra cognoverat, ſplendidiſſima erant, & per ora fidelium ubique vulgata. De *S. Macrina ab horribili tumore* per τὴν ἁγίαν σφραγῖδα *ſanctum ſignum* repente, perfecteque in Ponto Aſiae minoris civitate curata, narrat in eius vita S. Gregorius Nyſſenus. De *Innocentia matrona religioſiſſima ex primariis Carthaginis civitatis* in Africa, a cancro *ſigno crucis Chriſti* confeſtim ſanata, teſtis eſt locupletiſſimus Auguſtinus lib. XXII. cap. 8. de Civ. Dei. Quid, quod tota Aegyptus, & Thebais in primis veluti princeps, & praeclariſſimum iſtiuſmodi prodigiorum theatrum merito dici, & haberi poterat? In actis & vita S. Antonii a magno Athanaſio ſcripta vix quicquam tam alte extollitur, & commendatur, quam ſalutiferae, & vivificae crucis Chriſti ſignaculum. Si Monachi illi, viri ſanctiſsimi, miraculorum gratia donati morbos paſsim curabant inunctis oleo laeſis aegrotantium corporum membris, ea nonniſi ſigno ſanctae crucis conſignare ſolebant. Neque id ſolum; ſed & cum ſigno crucis ſemper aut *expreſſe*, aut *tacite* non unius tantum Chriſti, verum etiam totius SS. Trinitatis invocationem eos coniunxiſſe arbitror. Haec enim, ut ego & credo, & ſentio, ſimul cum forma ſancti baptiſmatis ab exordio eccleſiae & nata, & propagata eſt. Cui ſtatuendae rei, ſi cetera deeſſent, unum ſat eſſe poſſet *Fragmentum* Aegyptiacum miraculorum S. Macarii (a) ex antiquiſsimis ruderibus in Thebaide erutum, &, ut notae omnes *palaeographicae* indicare videntur, a ſynchrono, aut certe a ſuppari ſcriptore exaratum. In eo enim de viro illo admirabili,

(a) Sic equidem ab initio, quum obiter, ac perſunctorie acta huius ſanctiſſimi viri, & *Confeſſoris* ac vindicis fidei noſtrae eximii percurrere coeperam, eum appellari putabam. Nunc vero, poſtquam ea, ut latina facerem, ſerius, atque ſtudioſius inveſtigare ſuſcepi, *Abbatem* potius *Paneſniv*, quam *Macarium* nuncupandum exiſtimo. Differ tu, quaeſo, iudicii tui ſententiam ad calcem uſque miraculorum S. Coluthi, ubi haec acta dabimus. Ibi rem hanc diſcutere propoſitum mihi eſt.

rabili, quem, ſi Alexandrinus (a) is erat, obiiſſe tradunt an. 402., haec legimus ἀνέκδοτα: ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉϥϯ ⲙ̀ϩⲁⲙⲏⲛ, (b) ⲛ̀ϭⲓⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ⲁϥⲧⲟϩⲥ ⲙ̀ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲃⲏⲥⲁⲙⲱⲛ ⲛ̀ⲛⲉϩ ϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲱⲧ ⲙⲛ̀ ⲡϣⲏⲣⲉ ⲙⲛ̀ ⲡⲉⲡⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ: *Quum ſignum efformaret S. Abba Paneſniv*, ideſt, *pater fratrum*, (c) ( hoc enim eum nomine Scetenſes monachi appellabant, ) *unxit corpus Beſamonis oleo, dicens: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

(23) ϩⲙ̀ ⲡⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲙⲛ̀ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲩⲗⲟⲩⲑⲟⲥ. Iam pia mulier corpus ſuum omne, & mammas, in Chriſti nomine per ſignum crucis, ut mox audivimus, conſignaverat, quum ad lac caeci oculis *tertio* infundendum acceſsit; idque illa fecit magna certe fide, atque ſpe *invocans nomen Dei*, *& Sancti Coluthi*. Ex hoc vero ritu hodierni hagiomachi, dum aequi eſſe velint, & ſana ratione utantur, facile intelligere poterunt, non modo quam antiqua, ſed & quam grata, & accepta Deo ſit invocatio Sanctorum ad ea, quorum indigemus, beneficia, & munera conſequenda. Dei nomen eſt, quod in Martyrum, aliorumque Sanctorum nominibus *religioſe* interpellandis, *principaliter* invocatur. Illud eſt *primarium*, *unicum*, *ſummum*, *& neceſſarium* obiectum, a quo incipit, quove progreditur; immo & quo demum tota refertur, & in quo tamquam in fine ultimo ſiſtit, atque conquieſcit mens, & intentio invocantis, fidei, ſpei, & caritatis actibus animata. Iſta vero ſecundi veluti gradus, & ordinis, obiecta ſunt invocationis, κατὰ χρῆσιν, & σχέσιν ſic dicta

L

(a) Nihil, ut nunc intelligo, cum Macario, ſive *Abbate Paneſniv* commune habet *Macarius Alexandrinus*. Inanis enim me coniectura in prima huius fragmenti editione decepit.

(b) Vox, ut puto corrupta. Eam emendatam habebis inter adnotata ad Acta huius S. Ab. *Paneſniv*.

(c) *ABBAS PANESNIV*; illud nempe nomen eſt, quod ego non uti *proprium*, ſed uti *appellativum*, quo *Pater Fratrum* ſignificatur, accepi. Illudque propterea ad *Macarium* aut Alexandrinum, aut etiam Aegyptium accommodari poſſe cenſui; nam uterque apud *Scetenſes* Monachos *Pater Fratrum* audiebat. Verum & haec me nimium levis coniectandi ratio feſellit. Eſt enim noſter iſte Abbas *Paneſniv*, ( de quo laudatum fragmentum loquitur ) *Thebaidenſis*, & glorioſi certaminis laude pro Chriſti fide in Diocletiani perſecutione illuſtris.

Digitized by Google

dicta *ex quadam* ſcilicet *abuſione vocis*, *&* *relatione*, quatenus per ſanctorum *interventum*, & *μεσιτείαν* interpellantium preces referuntur in Deum. In quo nihil eſt, quod detrahat honori uni ſupremo Numini ſingulariter debito, quodque non maxime deceat ſummam maieſtatem Excelſi, qui per Sanctos famulos ſuos, perque Martyres religionis ſuae teſtes, ac defenſores invocantium vota ad gloriam ſuam exaudire dignatur. Sic & Sancti Coluthi nomen in hac ipſa invocatione nomini Omnipotentis ſubiicitur, ut eum locum teneat, quem tenet apud univerſorum Dominum interceſsio ſimplicis mediatoris. Hanc fidei regulam probe norat illuſtris matrona; & ideo exordium invocationis *a Chriſto* ſumpſit, quippe qui *unus eſſet* mediator, per quem ſolum interventio S. Coluthi vim ſuam habere poterat. Haec ex publica Eccleſiae diſciplina accidiſſe arbitror ſaeculo IV., etſi miraculi ſcriptionem, ne ſeveriores critici in illius antiquitate approbanda admodum difficiles eſſent, paullo liberius quam forte debebam, in tempora protraxerim ſaeculi circiter V. Dallaeus fatetur quarto ipſo ſaeculo morem invaluiſſe invocandi Sanctos; quo cum etiam conſentiunt *Strictурae Anti-Boſſuetianae Alberti Zemfelde* a Cruſio editae; ſed morem hunc *tribus prioribus ſaeculis ignotum* contendit. At vero, ut cetera mittam, quae magnus Epiſcopus Boſſuetus uberrime protulit, vel haec una mulier e medio chriſtianae Thebaidis Dallaei figmentum ſatis ſuperque refellit. Nam ritum, quem in invocatione S. Martyris adhibuit, acceperat ab antiqua *fide*, atque *doctrina*, & ea quidem non a viventibus tantummodo genitoribus, qui praeſentes miraculo aderant, ſed a vetuſtioris aevi *maioribus*, in familiam ſuam ſeroſque nepotes propagata. Hi enim ſunt, de quibus ante dixerat: *credo per fidem nobilitatis meae*, *&* *per doctrinam* ⲛ̀ⲛⲁⲉⲓⲟⲧⲉ *patrum ſcilicet*, *maiorumque meorum*.

(24) Ϣⲧⲁⲙ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲃⲁⲗ ⲛ̀ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ. Cur caeco iam ſanato, & qui oculos mire apertos gerebat, iuſſerit mulier, ut eos parumper clauderet, divinare nequeo. Fortaſſe id ita voluit, ut hoc etiam experimento ſpectatoribus demonſtra-

ſtraret, *vim motricem* in libere aperiendis, claudendiſque oculis (dum eam, uti ſuſpicati ſumus, amiſerat) integram, peracto miraculo, revixiſſe.

(25) **Ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲛ̀ⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ ⲛⲉⲥⲧⲁϫⲣⲏⲩ ϩⲛ̀ ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ**. Is eſt fructus, & finis, eaque eſt veri germanique miraculi nota, ut vel ad unius ſummi Dei cultum, puramque Chriſti fidem excitet non credentes, vel iam credentes in eadem fide confirmet. Alterum hoc feliciter accidit Thebanae mulieri, quae & heic utpote claro ſanguine nata *nobilis* appellitur, & viſo miraculo *in fide* Chriſti *confirmata eſt*.

(26) **Ϣⲛⲙϣⲛⲙ**. Ex hoc derivatum puto Latinorum *ſenſim*, quod & Cicero aliquando adhibuit cum addito, *ſenſim ſine ſenſu* (a). De re enim dicitur, quae ex arcana vi quadam intus agente quiete, occulteque ſuccreſcit, ut incrementi gradus vix ſenſibus patefaciat. In eum vero modum *ſenſim* hoc in loco uſurpatum deſignat *exordium* prodigioſae ſanationis a Deo in vitiatis oculorum organis primitus excitatum, & per illius deinceps extraordinariae virtutis, & actionis continuationem quaſi per gradus ad perfectam uſque priſtini luminis facultatem, & uſum ſecreto, latenterque productum. Sed ſimul etiam *terminos* exprimit, unde metiri liceat momenta temporis, quibus Deo placuit opus ſuum admirabile exterius manifeſtare. Hinc ϣⲛⲙϣⲛⲙ a ϣⲁⲙ, vel ϣⲟⲙ Memphitico, quod eſt *comminuere*, *attenuare*, λεπτύνειν, Copto-Arabes ad cap. XXX. Iſ. v. 14. قطعة قطعة interpretantur *fragmenta*, ubi Graeci legunt λεπτά. Sicque قطعة *ſegmentum*, *pars* & *portio* vertitur apud Golium, alioſque. Quapropter ſi in hac hiſtoria noſtra, ϣⲛⲙϣⲛⲙ, de temporis partibus uſurpari conſtituas, facile conicies mulierem, quae ſic loquitur, ſignificare voluiſſe admirationis ſuae ſenſum ex quo viderat ſanationem fuiſſe caeco *ad momenta*, ſive *ad intervalla exigua* temporis divinitus impertitam. Et re quidem vera *duo* dici poſſunt *momenta*, quibus miraculum accidit; alterum quando caecus ad primam lactis infuſionem

 vide-

(a) Vide ſupra ad pag. 63. not. 24.

videre, ſed *debiliter*, coepit, alterum quando omnia clare, acriter, & perfecte vidit; quemadmodum in ſuperioribus adnotationibus 19, 21, 23, iam obſervavimus. Non audeo equidem miracula Chriſti, nec ea, quae in divinis Scripturis celebrantur, cum aliis quibuſvis Sanctorum miraculis comparare; ſed ſi quid luminis ex iis ad cetera cognoſcenda haurire conceditur, exemplum caeci, quod paullo ante ex cap VIII. evang. Marci commemoravimus, ad praeſentis ſanationis prodigium explicandum nonnihil conferre poſſe crediderim. *Exſpuit* Dominus *in oculos* caeci; *ſputo*, ut cum Chryſologo ſerm. 176. loquar, *vacuas oculorum* replens *lacunas, divino ore luciferam dans ſalivam*; *& impoſuit illi manus*. Tum vero caecus luminis *auroram* primo recepit; *imperfecte* ſcilicet, & *confuſe* res vidit, *homines* cernens *velut arbores ambulantes*: *deinde iterum* Chriſtus *manus impoſuit ſuper oculos eius*; & ille ſecunda hac vice ſtatim *perfecte* vidit, *reſtitutus ita ut clare videret omnia*. Quaerenti vero cur Chriſtus non ſubito, ſed ex intervallo amiſſa lumina reſtituerit caeco, ad illuſtriorem, certioremque miraculi demonſtrationem id factum dicent veteres, novique evangeliorum interpretes, aut certe ad menſuram fidei, quae ab initio exigua, deinde ardentior in caeco evaſit, ſuum ipſius ſanationis opus Dominum exordiri, & mox perficere voluiſſe docebunt. Quid ni vero & ſimile quiddam in huius noſtri Ægyptiaci caeci curatione eveniſſe coniiciam? Neque enim id mihi nuper quaſi novum in mentem venit. Eodem namque exemplo uſus eſt ſaeculo VI. vertente Euſtathius presbyter in vita S. Eutychii Patriarchae Conſtantinopolitani n. 49., ubi de miraculo agens exſiccati pueri ad priſtinam valetudinem a viro ſancto ὡς κατὰ μικρὸν *paullatim*, ut vertit Papebrochius, reſtituti, *videmus*, inquit, *etiam Dominum noſtrum arcano quodam conſilio infirmos quoſdam non ſtatim ſanaſſe*, caecos nempe duos, alterum Iohan. cap. IX. v. 6. & 7., alterum Marci c. VIII., eorumque *ſanitates* concludit *fuiſſe* κατὰ μικρὸν *paullatim a Domino conceſſas ob eas cauſſas, quas novit is, qui quod cuique utile ſit, cognoſcit*.

(27)

(27) **Ⲛⲣⲙ̀ⲙⲉⲓⲏ.** Dubium mihi ſuboritur de hac voce, num forte in mendo cubet (a). Nam ⲛ̀ⲣⲙ̀ⲙⲏⲓ *domeſtici*, legi deberet. Thebanenſes enim perinde atque Aegyptii ceteri

(1) Si haec vox ⲛ̀ⲣ́ⲙⲙⲉⲓⲏ vel in Borgiano archetypo, vel in *ecgrapho* noſtro iam typis in priori editione vulgato, ita ſe haberet, ut eam egregius Ab. *Mingarellius* in *Aegyptior. Cod. reliq.* p. LXVI. impreſſam retulit, merito ego equidem tamquam ſtolidi, & fatui ingenii vir, qui de illius mendo inaniter ſuſpicatus fuerim, vapularem. *Nomen hoc* ⲣ́ⲙⲙⲉⲓⲏ (*ERMEII,*) inquit, *habemus in Act. S. Coluthi p. 87. ubi ſic loquitur ſcriptor*; ⲁϥⲫⲟⲩⲱⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲟⲩⲁϣⲏ ⲛ̀ⲣ́ⲙⲙⲉⲓⲏ (Enermeii.) Tuam heic ego fidem, Mingarelli mi humaniſſime, confidenter appello. Non ita certe in Actis S. Coluthi ſive archetypis Borgiani Codicis, ſive a me editis, nomen iſtud, ut tu ſcribis, aut ⲣⲙⲙⲉⲓⲏ, *ermeii*, aut ⲛ̀ⲣⲙⲙⲉⲓⲏ *Enermeii*, ſed unice ⲛ̀ⲣ-ⲙ̀ⲙⲉⲓⲏ, *Enremeii*, longa linea ducta ſupra ⲙ̀, aperte expreſſum conſpicitur. Nec id tibi novum videri poterit, qui ſimile abnormis ſcriptionis genus legiſti p. 195. in voce ⲛⲉϥⲣ̀ⲙⲙⲉⲓⲟⲩⲉ: *Nefremeioue* pro *nefermioue* Fragm. VII. Et quoniam ego dubitabam, num mos eſſet ſcriptoris noſtri, ut, quoties ⲣ̀ (*er*) concurreret cum ⲙ̀, *lineolam* deficientis litterae ⲉ poſtponere ſoleret τῷ ⲣ, & veluti communem facere cum ⲙ ſequenti; loca alia, in quibus ſimilis litterarum concurſus fieret, nuper conſului.

At in his lineolam ſupra ⲣ, ita ſemper accuratiſſime poſitam vidi, ut nihil excurrat in ⲙ ſequentem. Sic accidit p. ⲤⲘⲀ. 244. col. 1. l. 7. in vocabulo ϯⲣ̀ⲙ̀ⲛ̀ⲧⲣⲉ. Sic & in aliis, ubi ⲣ legendum eſt *er*, ut in ⲉⲛⲉⲩⲣ̀ϣⲡⲏⲣⲉ, & ⲛ̀ⲟⲩϭⲓⲛ́ⲣ-ϩⲱⲃ. In hoc tamen uno, quod eſt ⲛⲣⲙ̀ⲙⲏⲓ, lineola poſtponitur, τῷ ⲣ, & integra ducitur ſuper ⲙ, adeo ut prima ſui fronte intuentia oculum moneat, ut ⲛⲣⲙ̀ⲙⲉⲓⲏ, *Enremeii* legat, & non ⲛ̀ⲣ̀ⲙⲙⲉⲓ *Enermiti*. Inde orta mihi ſuſpicio eſt de mendo vocis, eamque proinde legendam putavi ⲛⲣ-ⲙ̀ⲙ̀ⲏⲓ *Enremenii*, *domeſtici*. Neque id ſolum, ſed ad hanc lectionem adoptandam mirum quantum me inducere valuerint nonnulla litterarum veſtigia, quae, licet veluti diluta in hoc *codicis noſtri* loco debilibus oculis meis apparerent, non leve tamen de ſcriptione eiuſdem vocis a librario turbata mihi praebebant indicium. Pag. enim ⲤⲔⲈ, 225. ⲣ̀ⲙⲙⲉⲓ, eſt in fine lin. 18. col. 1. cum ſignis unius, vel alterius litterae ad interiorem marginem apparentis, & mox ſub initium lin. 19. ad marginem exteriorem habet ⲓ dilutum, deinde ⲏ vivido atramento pictum, unde integra vox ⲣⲙⲙⲉⲓ . . . ⲏ componitur. En aliud quoddam incitamenti genus, quod ex ipſa ſaltem, veluti apparentis, involutaeque ſcriptionis forma ſubortum ad ſuſpicionem de huiuſmodi vocis mendo au-

teri *domum* appellant ⲏⲓ, quemadmodum legitur tum in hoc primo; tum etiam in miraculo II. ⲁϥϣ ⲡⲉ ⲡⲏⲓ, & in alio *Borgiano* fragmento pag. ⲯⲃ. ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ ⲡⲏⲓ ⲛ̀ⲧⲉ- ⲧⲙ́ⲛⲧϩⲙ̀ϩⲁⲗ *a domo captivitatis ſuae*. Suſpicor ego tamen in ⲏ, cui *lineola* ( quae ſolet eſſe nota litterae deficien-

augendam me adducere potuit. Quo poſito, illud etiam neceſſario ſequebatur, ut ⲛ̀ⲟⲩⲁϣⲏ mendoſe poſitum putarim pro ⲟⲩϣⲏ. Et ideo *locum* hunc omnem *in mendo cubare* dixi; eumque ita intellexi, ut totum ipſum interpretandum ſumſerim non iam *de* ⲣ̀ⲙⲉⲓⲏ *lacrimis*, quas ego poſt caeci *ſanationem proxime ante indicatam*, non exſpectabam, ſed de ⲛ̀ⲣ́ⲙ̀ⲛ̀ⲏⲓ, *de domeſticis*, ſcilicet, qui *tamquam famuli & teſtes noctu* praeſentes adfuerint miraculo, quando illorum dominus ſublata caecitate priſtino oculorum lumini divinitus reſtitutus eſt.

Nunc vero ad te redeo, Mingarelli ornatiſſime, tecumque conſentio. Tuum illud ⲉⲣⲙⲉⲓⲏ in Fragm. Hieremiae pag. LXIII. tam perſpicue, nitideque exſculptum mirificam mihi quoque lucem adtulit ad meum ⲛ̀ⲣⲉⲙ̀ⲛ̀ⲏⲓ errorem ſine ulla tergiverſatione liquido agnoſcendum. Quamquam ad meas illas ambages magis magiſque illuſtrandas novam veluti facem ſuppeditarit -ⲧ̀ⲣⲙⲉⲓⲏ, quod non in uno tantum Fragm. tuo Naniano x. pag. 253. legi, ſed & in meis praef. ad Fragmen. Graeco-Copto-Thebaic. egomet ipſe poſtremo tradidi, ubi exordium ſermonis S. Abbatis & Prophetae *SCHENUTHAE* exſcripſi; quibus adde -ⲧ̀ⲣⲙⲉⲓⲏ ex c. IV. Eccl. Borgian. Cod. Hinc veteri prius *interpretatione*, & univerſa, quam in eam edidi, adnotatione ingenue revocata, totum hunc locum ⲁϥⲟⲩⲱⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲟⲩⲁϣⲏ ⲛ̀ⲣⲙⲉⲓⲏ tuis fere verbis ſic verto: *eos* ( oculos caecus ) *aperuit*, *iique quamdam dederunt lacrimarum copiam*. Magnum eſt, quod ego & ingenio, & eruditioni tuae debeam, Mingarelli clariſſime. Tuo nam munere factum eſt, ut hoc quoque offendiculum, quod ceteris Thebaicarum litterarum cultoribus errandi fortaſſe occaſionem praebere potuiſſet, e medio ſuſtulerim.

Sed ſi, uti perſuaſiſſimum mihi eſt, eadem tibi pariter in animo ſententia ſedet, da mihi, quaeſo, hanc veniam, ut pauca quaedam ex Thebaicis commentariis tuis paullo tibi acrius conſideranda promam, eaque uni iudicio tuo penſitanda dimittam. Nam, rogo te, quid illud eſt, quod pag. LXX. ſcribis: *Pellis Thebaice dicitur* ϩⲱⲃ, *ut didici ex Tuk. p.* 202? Si hoc des, facile fiet, ut quum ϩⲱⲃ tam ſaepe in Thebaicis ſcriptis occurrat, anſam praebeas aſſeclis tuis errandi, & *pelles* pene innumeras, ubi tamen nullae ſunt, in Aegyptiis ſcripturis comminiſcendi. In Tukio, quem laudas, typographi erratum eſt ϩⲱⲃ pro ϩⲱⲃ̀ⲥ *tegumentum*. In verſione vero non Thebaicum textum Pſ. 103. v. 2.

ⲁϥ-

ficientis in pronunciatione ſupplendae ) ſuperducta cernitur, ⲓ, ſubindicari. At de re, quae a regula deflectit, nec ullo certo exemplo innititur, nihil ſtatuere velim. Memphitae ⲣⲉⲙⲛ̀ⲏⲓ perpetuo ſcribunt, Gr. οἰκιακὺς, οἰκέυς, οἰκετὰς *domeſticos*, quo nomine ſervos, adminiſtros, & familiares intelligunt.

ⲁϥⲡⲉⲣϣ ⲧⲡⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ⲟⲩϩⲱⲃ, idest, ⲛ̀ⲟⲩϩⲱⲙⲃⲥ, *extendit caelum ſicut operimentum*, ſed variantem, aut inſertam lectionem Arabicae translationis, الجلد *pellem* interpretatur. Unus Memphiticus textus eſt, qui in ſecunda verſ. parte revera legit ⲛ̀ⲟⲩϣⲁⲣ; & ideo hanc vocem *pellem* recte expoſuit. Ceterum Memphitice ⲛ̀ⲟⲩϩⲃⲟⲥ, quod in priori verſ. parte meus etiam *Boniour*. legit in C. Barban ⲛⲟⲩϩⲃⲱⲥ, ipſe exſcripſit ex inſigni C. Ab. Nic. Fr. de Valle Rom.

Quid & ⲉⲩϣⲁⲛϭ ⲛ̀ⲛⲧ̀ϥ p. cxi. ( te interprete, ) *ſi ( muſcae iam ſupra mel inſidentes) id invenerint?* nonne aptius diceres *alias quidem ſupra mel inſident, EO SE nutrientes?* Quid & illa mox, ⲥⲟⲛ ⲇⲉ ⲟⲛ ϣⲁⲩⲟⲩⲱ̀ϩ ⲉϫⲛ̀ ⲙⲛⲁϩ̀ⲥ, interpretaris: *alias ( muſcae ) in rimis commorantur*: multaque etiam quaeris in adnotatione 5 de nomine ⲛⲁϩ̀ⲥ, *an rimam, ſciſſuram, foramen* ( feſſura, buco ) *denotet, reſpondeatque Memphitico* ⲫⲱϧ, cum ceteris, quae addis de ſuffixo ⲥ in ⲛⲁϩ̀ⲥ, quaeque tu tandem a temetipſo abigis? Rectius, credo, quam *rimas*, & *foramina* ⲛⲁϩ̀ⲥ vertiſſes *culinam*, quaſi muſcarum collegium, nomine deducto a Memphit. ⲫⲉⲥ, & more Thebaico, mutato ⲫⲉⲥ in ⲛⲁϩ̀ⲥ. ⲫⲟⲥⲓ enim, unde ⲫⲉⲥ, Exod xii. 8., idem eſt ac ἕψειν, *coquere*.

De ⲙⲉϣⲁⲕ, inquis p. cxiv. *vox haecce me torſit. Quum vero bis in ſeptimo etiam frag. occurrat, collatis inter ſe tribus hiſce locis viſa tandem eſt nihil aliud eſſe quam dolentis*, ac miſerantia interiectio: *o me miſerum: o te miſerum: o vos miſeros: heu &c.* Collatio fallax. Particula potius dubitantis eſt μήποτε, aut εἰ ἄρα. Iob. i. v. 5. ⲛⲉⲣⲉⲡⲉ Ιωβ ⲅⲁⲣ ϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲙⲉⲛϣⲁⲕ ⲁ̀ⲛⲁϣⲏⲣⲉ ⲙⲉⲉⲩⲉ ⲉ̀ϩⲉⲛⲡⲉⲑⲟⲟⲩ ϩ̀ⲙ ⲡⲉⲩϩⲏⲧ ⲉ̀ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ: *dicebat enim Iob*: ne forte ( gr. μήποτε ) *filii mei cogitaverint mala in corde ſuo contra Deum*: & Marci xi. 13. *venit* (Chriſtus ad ficum) ⲙⲉϣⲁⲕ ( gr. εἰ ἄρα τὶ ) *ſi quid forte inveniret in ea*.

Hinc ego tibi conſiderandam offero verſionem, quam p. cxiii. adtexis *tribus periodis* co. 1, & 2. his nempe: ⲙⲉϣⲁⲕ ⲛⲉⲓⲛϩⲱⲟⲛ ϣⲏⲙ ⲉⲧⲁ̀ⲙⲙⲁⲩ ⲉⲧ ϩ̀ⲛ

gunt. Quare iidem ipſi, qui Matth. c. x. verſ 36. dicuntur *οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ domeſticis eius*, Micheae c. VII. v.6. ⲚⲚⲈⲦϨⲘ ⲠⲈϤⲎⲒ appellantur, omnes ſcilicet, qui ad domum, familiamque eius ſpectant. Sed & Act. c. x. v. 7. δύο τῶν οἰκε-

ϩⲛ̀ ⲉⲗⲕⲱ̀ ⲉϥϣⲁⲩϣⲱϣ ⲙⲛ̀ ⲡⲧⲏⲩ ϩ̀ⲙ ⲧⲣⲉⲩⲡⲱϣ ⲙ̀ⲡⲉⲗⲕⲱ̀. Ⲛⲉⲩⲙⲉⲉⲩⲉ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲟⲩⲉⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲉⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ϫⲉ ⲛⲉⲩϣⲟⲟⲡ ϩ̀ⲛ ϩⲉⲛⲧⲁⲙⲓⲟⲛ ⲉⲩⲙⲉϩ ⲛⲟⲩⲟⲉⲓⲛ. Ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ ϩⲱⲟⲩ ⲛⲛⲉϩⲉⲗⲗⲏⲛ ⲙⲛ̀ ϩⲁⲓⲣⲉⲧⲓⲕⲟⲥ ⲛⲓⲙ ⲉⲩⲙⲉⲉⲩⲉ ⲛⲛⲁϩⲣⲁⲩ ϫⲉ ⲉⲩϣⲟⲟⲡ ϩ̀ⲙ ⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ. ϫⲉ ⲥⲉⲉⲓⲣⲉ ⲛⲛⲉⲧⲉⲙⲉϣϣⲉ. Ⲉⲩⲛⲁⲩ ⲇⲉ ⲉⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲙⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ⲉⲁϥⲙⲟⲩϩ ⲙ̀ⲡⲕⲁϩ ⲧⲏⲣϥ̀. Sic enim haec verba reddis: *Heu miſera! parva illa animalcula, quae in putaminibus incluſa manent, ac rupto putamine in auras celeri volatu abeunt; priuſquam enim in lucem prodirent, ſemetipſos in penetralibus luce plenis habitare exiſtimabant. Simile quid graecis, atque haereticis contingit, qui intra ſemetipſos reputant, atque arbitrantur ſe in luce verſari, quia faciunt ea, quae non debent, (vel quae non decent); quamvis lucem videant Evangelii Chriſti, quae terram omnem implevit*. Elegans ſane, & erudita *paraphraſis*! ſed, ad rem qua de agitur., quam apte accommodata ſit; ego quidem ignoro.

Non heic ſermo fit, vir ſpectatiſſime, de *inſectis*, non de *cortice*, de *folliculo*, aut *putamine*, *quibus* (ea) *incluſa manent*, *aut involuta*, *quamdiu Chryſalides* (Plinianae) *ſunt*, *nec alas emiſerunt*, non de *papilionibus*, qui *rupto deinde cortice* avolant, ſed res eſt de puſillis animantibus, uti ſunt aves, *cavea* incluſis. ⲈⲖⲔⲰ enim eſt Atticum nomen ἕρκος, *ſeptum*, *clauſum*; ex quo mutato a Thebaeis ⲣ in ⲗ, factum eſt ⲉⲗⲕⲱ̀; & inde revera dicitur ⲉⲗⲕⲱ̀, non vero, ut tu ſuſpicaris, ex ⲉⲗⲕⲥ, quod ſi apud *La-Croz.* *mendoſe* a typographo ſcriptum eſſet pro ⲉⲗⲕⲟ, *angulum*, ut tu ſcribis, denotaret. *CAVEA* proinde eſt, quae, a *Rob. Stephano* in Lex. Lat. (ὀικίσκος) *SEPTUM* dicitur *ex ligno, ſive ebore, aut aliquo metallo factum, in quo aviculas tenemus*. Δίκτυον praeterea, *rete* ſignificat, & alia, quae Heſychius, itemque Apollonius explicant, quaeque omnia ad deſignandam *cuſtodiam* avium in caveis aptiſſime referri queunt. Itaque nonnemo erit, qui eas Thebaei ſcriptoris ſententias in hunc modum vertendas putet: *Forte an, ut exigua illa animantia* (aves nempe,) *quae in caveis ſunt, parem ſibi cum ventis vagandi licentiam arrogant, dum caveae clathris ſepiuntur; quippe quae exiſtiment, ſe nondum eſſe e liberae lucis ſpatiis egreſſa, quia in cuſtodiis, clauſiſque ſunt lumine plenis; ſic & gentiles atque haeretici omnes ſemetipſos*

οἰκετῶν, ut Graecus vocat *duos domeſticos*, Coptus vertit ⲉ̀ⲃⲓⲁⲓⲕ ⲃ̅ *ſervos duos*. Origeni in lib. *de Orat.* n. 27. & 28.





*ſos in luce eſſe exiſtimant, quia, videntes iam lucem evangelii Chriſti, quae totum terrarum orbem implevit, quaedam faciunt eorum* (impietati) *minime convenientia?* Quae poſtrema verba diligenter obſerves velim. Nam ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉⲙ̀ϣϣⲉ, tu *abſolute* vertis: *ea quae non debent* (*vel non decent*). At de iis ſermonis auctor loquitur,, quae honeſta *in ſpeciem* erant, quaeque gentiles, & haeretici, *duplici* licet *corde*, praeſtabant tamen, dum vel ad catechiſtarum gymnaſia accedentes, *audiebant verbum Dei, vel Domini Ieſu nomen invocabant, vel in eccleſiis etiam cum veris fidelibus reperiebantur*. Haec autem neque *indebita*, neque *indecentia*, dici abſolute merentur; & ideo verbum ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉⲙ̀ϣϣⲉ ſic per σχέσιν, ſive *relationem* ad gentilium, & haereticorum mores intelligendum eſſe arbitror, ut quamquam *officia* ſignificet, quae utpote *fallaci corde* peracta, & cum falſorum numinum cultu, cumque haeretico errore coniuncta, vultu tantum & aſpectu decora viderentur, ea tamen dicat, *non* eſſe illorum inſtitutis, vitaeque legibus *conſentanea*.

In Iob Borgian. Codic. cap. IV. v. 8. ſimile prorſus vocabulum lego ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉⲙⲉϣϣⲉ. De iis uſurpatur qui *arant*, iuxta ὁ, ἄτοπα latine apud Waltonum *abſurda*. Sed ἄτοπα, praeter hanc unam, alias perinde ſignificationes habet. Non ſolum enim ea, quae *abſurda*, & *non convenientia*, aut *non congrua* dicuntur, verum & ea, quae παράδοξα, *mira*, *incredibilia*, *nova*, *inuſitata*, *inſolita*, & *prodigio ſimilia* appellantur, deſignat. Annon vero qualemlibet ex his ſignificationibus noſtro iſti ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉⲙ̀ϣϣⲉ accommodare licebit?

Cauſſam deinde, cur egregii illi ſimulatores opera iſta exteriori honeſtate induta peragerent, refundit auctor in eum divini luminis fulgorem, qui ex evangelio Chriſti per totum orbem diffuſus eorum oculos percellebat, & ad illa omnis apparentis honoris officia provocabat. Tu contra, quia haec opera *indecentia* ſtatuis, cauſſam, cur ea facerent, collocas *in eo*, quod *hypocritae* illi tam uberrimae evangelii luci reſiſterent. Sic enim verſio tua habet: *faciunt ea, quae non decent, quamvis lucem videant evangelii* ... Sed unde hoc: *QUAMVIS*, accepiſti? Nam ⲉⲧⲁⲛⲁⲩ ⲇⲉ in Thebaico textu, non id certe ſignificat, quod tu vis.

Si porro p. 115. 119. quaeris, quod genus exigui animantis illud ſit, quocum gentilis & haeretici mores in reſpondendo *S. Abbas Schenute* comparat, *aviculam* paulliſper meditare in cavea poſitam. Illa eſt una ex eiſdem puſillis animantibus, de quibus paullo ante dicebam. Illa, inquam, quam & pueri mox iocoſe, curioſeve interrogant: nec ea tamen alio quovis organo reſponſum dat, quam ridiculo nutu capitis, quod modo *deorſum*, modo *ſurſum*, natura duce, movet.

ⲉⲩϫⲓⲛϩⲣⲁⲩ, de quo tam multa diſputas p. 117. participium eſt pluralis numeri deductum ex ϫⲓϩⲣⲁⲩ, quod eſt in Eccleſiaſte Borg. Cod. c. 1. v. 13., idemque Graeco περισπᾶσθαι reſpondet.

οἰκέτης eſt *ſervus emptus*, unde & Heſychio ὁ αἰχμάλωτος, καὶ ὁ ἐν οἴκῳ ὤν, *ſervus captivus*, *& quicumque domi eſt*. Tales erant

Hoc ipſum in adnotatione tua 6. cit. pag. coniicis, & animadvertis. Ne igitur vox iſta tibi *diutius moleſtiam* adſerat: & ubi Thaebaeus ſcriptor *pueros* pingit, *qui* (animalculum ſive *aviculam* in eavea clauſam de aqua, num ventura ſit? interrogant:) ⲉⲩⲥⲱⲃⲉ ⲏ̀ ⲉⲩϫⲓⲛ̀ϩⲣⲁⲩ, ſic intellige, ut ii ſint *ludentes*, *aut acri varioqae inquirendi ſtudio diſtenti*. Nam tale quiddam Thebaica verſio, quae legit: ⲉⲧⲣⲉ ϫⲓϩⲣⲁⲩ ⲛ̀ϩⲏⲧ́ϥ ϩⲉⲛⲟⲩϩⲩⲇⲟⲛⲏ (ἐν ἡδονῇ) ſignificare videtur. Illud qnippe additamentum, ἐν ἡδονῇ, quod in Graeco deeſt, ſatis perſpicue indicat filios hominum in ⲟⲩⲡⲉⲣⲓⲥⲡⲁⲥⲙⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲟⲛⲏⲣⲟⲛ verſari, eaque tam acri, variaque agitatos ioquirendi cura diſtendi, ut ἐπιθυμίᾳ, ſive ἡδονῇ, libidine ſcilicet, & effreni cupiditate plura ſciendi, correpti, non ea modo quae ignorabilia, atque inutilia ſcitu, ſed & quae adhuc futura ſunt inter mortales, ſine Deo, inaniter cognoſcere laborent.

P.cxix. ⲉⲣⲉ ⲧⲉⲓϩⲉ́ ⲣⲟⲩⲉ̀ⲧⲣⲉ ⲛ̀ϩⲩⲡⲉⲣⲏⲧⲏⲥ ⲙ̀ⲡⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲣⲙ̀ⲙⲁⲟ́ ⲉⲡⲉϯⲉⲓⲙⲁ ⲛⲏⲧⲛ̀ ⲛ̀ⲥⲉϫⲟⲟⲥ ϫⲉ ⲉⲓⲉ ⲛ̀ⲉⲧⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛⲉϯⲛⲁϫⲛⲉ ⲛ̀ⲃⲗⲗⲉⲉⲩ ⲉⲛⲉϩⲓⲟⲟⲩⲉ...

Reſtitui, ego credo, verba, qnae tu tamqnam tibi ignota, ſub huius loci initium luxata, & manca dediſti. Sed tua ad haec interpretatio p.cxx. eo qualis ſit: *ſimili modo.... abſcondita.... ſermon..... divitis* (aut, *divites*) *vos arguunt*, *& inquiunt*: *Qui ergo caeci non ſunt*, *ex caecis vias ſciſcitantur*; *aut &c.* At vide, num haec rectius efferri ſit debeant: *Atque eos*, *qui haec ita agunt*, *clari et locupletes* MINISTRI (ⲛ̀ϩⲩⲡⲉⲣⲏⲧⲏⲥ gr. ὑπερέται) *ſermonis* (Epiſcopi nempe praecones divini verbi) *caſtigant*, *dum vobis dicunt*: *Ii ne*, *qui bene vident*, *caecos de viis interrogant*? & cetera in eamdem ſententiam.

Mox p.cxxi. adnot.13. de ⲏ̀ ⲟⲩⲙⲟⲓϩⲉ ſcribis: *en alius ſcopulus.* *Quid valeat* ⲟⲩⲙⲟⲓϩⲉ, *ignoro*. Mihi idem ſonat, ac Graecum οἴμοι, interiectio flentis, Iob.x. v. 15., pro quo Theb. in Borg. C. ſimpliciter habet ⲟⲩⲟⲓ, *vae*. Ita & Memphitae reddunt οἴμοι Mich.vii. v.1. ⲟⲩⲟⲓ. Itaque ⲏ̀ ⲟⲩⲙⲟⲓϩⲉ ⲛ̀ⲛⲁϩⲣⲏⲧⲉⲛ ⲡⲉ ϫⲉ ⲛⲉϯⲫⲟⲣⲉⲓ &c. verti poſtulant: *Et vae certe vobis*, *quia*, *QUI ferunt* in labiis ſuis ſcieotiam veritatis (ideſt *Epiſcopi ſanctique* illi *Patres* caeleſtis *eloquii* ſatores,) dum vos, verbis mox ex ſcriptura allatis, comparant *iumentis* inſipientibus... *vos irrident*; non vero ut tu facis: *Aut in conſpectu veſtro*; *quod* (*quia*) *qui* &c. Nec, ſi ego

erant ii, qui caecum noſtrum ad martyrium S Coluthi adduxerant, famuli ſcilicet, qui ei tamquam *domino* obſequen-



ſi ego in praef. ad Borg. Fragm. p. CLXVII. ϯⲣⲙⲟⲓϩⲉ tranſtuli *lacrimas funxo*, aut ſi idem omnino verbum pro *lacrimor* poſitum in Borg. item Cod. *de dictis, et rebus geſtis vet. PP.* p. 262. col. 1. nuper inveni, inde fit, ut ſignificare perinde nequeat illud ipſum, quod latine eſt: *edere lamentationes, & vae*.

P.C. ⲙ̀ⲡⲛⲁⲩ ⲉⲧⲛⲁϩⲉ ⲛⲁϥ ⲛⲁⲙⲉ, quid aliud mihi videri poſſit, quam *hora curandae, reſiciendaeque vitae*? Id enim & ⲁϩⲉ *vita*, & ⲙⲉ ex *verbo* ⲙⲉⲓ ſatis apte deſignant. ⲛⲙⲉ enim Prov. 24. 16. ἔρως, *amor* ſcilicet, & *dilectio* dicitur. Tu vero pag. CI. ſic Thebaica interpretaris: *illa hora ... qua vere neceſſitas premit*. Cauſſam, cur ita exponas, tu noris.

Pag.CII. ⲛ̀ϫⲛⲁϩ, in Cod.Borg. de vitis PP. *vis & violentia* dicitur. Proverb. XXV. v. 26. ⲉϥⲥⲱⲕ, ⲛ̀ⲛϫⲛⲁϩ, gr. (ὕδατος ἔξοδον) λυμαίνοιτο, idem eſt ac *illata vi* (exitum aquae fonti) *ſubducere*. Hinc Iob XXVII. 27. ⲛ̀ⲛⲣⲉϥϫⲓ ⲛ̀ϫⲛⲁϩ, appellantur *dynaſtae*, qui & *tyranni* dici queant.

Ibid. Quid valeat ϩⲛ̀ ⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲛⲧⲉⲓⲉⲣ ⲃⲟⲟⲛⲉ, collige ex ⲛ̀ⲉⲓⲉⲣ ⲃⲟⲟⲛⲉ Proverb. XXVIII v. 22. gr. (ἀνὴρ) βάσκανος, *invidus, malignus, calumniator, querulus* etiam & *detractor* κακόλογος: ſicque ⲙⲛ̀ⲧⲉⲓⲉⲣ ⲃⲟⲟⲛⲉ idem erit ac βασκανία, *quaerimonia, detractio*...

P.XCVII. ϩⲛ̀ ⲟⲩϩⲧⲟⲣ *neceſſario* interpretor; nam ⲟⲩϩⲧⲟⲣ 1. Cor. XI. v. 16. ἀνάγκη, *neceſſitas eſt*. Parem tu tamen huic voci ſignificationem tribuis.

P. CXXVIII. ⲛ̀ⲕⲉⲉⲥ, ut tute rectiſſime interpretaris, ſunt oſſa. Ea vox in Iob, aliiſque ſacris Thebaeor. fragm. paſſim occurrit. De *cadaveribus*, an ⲕⲉⲉⲥ nomine intelligi ea poſſint, deſine, ut tu eruditiſſime facis, plura meditari.

P.CXXXVIII ⲟⲩϣⲁⲩ, erratum puto amanuenſis pro ⲟⲩϣⲁϩ *flamma*. ⲟⲩϣⲁϩ vero, obſervante La-Crozio, ἀτμὶς Sap. VII. 25. *vapor* appellatur. Inde ἀτμῖς, ἀπαύγασμα Ἀτμὶ in Gloſſ.Mſſ. τῆς παναρέτου apud Albert. in Heſych.: unde huius loci interpretatio ſit: *Sicut flamma*, ſeu *vapor accenſus aromatum aſcendens, dans fumum thymiamatis*, ſive *odorati ſuffimenti*.

P. CXXXVI. ⲛ̀ϩⲁⲧⲣⲉⲉⲩ ais *ex Gr. verſione* Δίδυμοι. Niſi ⲛ̀ⲟⲩⲁⲧⲣⲉⲉⲩ legendum ſit, *una conceptione geni-*

tes praeſto aderant, & quaecumque neceſſaria erant, ut paullo poſt diſerte narratur, adminiſtrarunt.

(28) ⲏⲧ//

*geniti*, ⲛϩⲁⲧⲣⲉⲉⲩ, aliud nihil mihi ſignificare videtur, quam *duos fratres*, qui *iuxta ſe*, (ſimul ſcilicet) *concepti ſint*. ⲱ enim apud Thebaeos *concipere* deſignas. ⲛϩ//ⲁⲧⲣⲉⲉⲱⲩ, vel ⲛ̀ϩⲁⲧⲣ//ⲉⲉⲟⲩ in numero plurium dici deberent *concepti*. Sed eorum mos eſt, in ſimilibus verbis, atque nominibus deſinentibus in ⲟⲩ, elidere ⲟ, & unum exprimere ⲩ; unde ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ, pro ⲛⲉⲥⲛⲏⲟⲩ, ⲛⲏⲩ pro ⲛⲏⲟⲩ dicunt. Ideoque fit, ut hoc in loco ⲛϩⲁⲧ//ⲣⲉⲉⲩ pro ⲛ̀ϩⲁⲧⲣⲉⲉⲟⲩ habeamus.

P. cxxxix. ϣⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ, nihil habet commune neque cum *radice* ϣⲱϣ a te iam explicata, neque cum ϣⲟⲩⲟ; ut, quod tu tandem coniicis, *expanſionem* ſignificet, & *effuſionem*. ϣⲱϣ, de quo loquimur, eſt ex Memph. ϫⲱϣ verſo ϫ in ϣ, ἐκχύειν, *effundere*. Vid. La-Croz. in ϫⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ. Quamquam vel ſine ⲉⲃⲟⲗ eamdem prorſus ſignificationem habeat, ut iam probe novi, apud *Amos* c. xi. v. 6. & *Zachar*. c. xii. v. 10. ϣⲱϣ denique in Thebaic. interprete Iobi cap. xxx. v. 17. factum videtur ϭⲱϭ, mutato gemino ϣ in ϭ., ⲁⲛⲁⲕⲉⲉⲥ ⲇⲉ ϭⲱϭ: *μȣ̃ τὰ ὀςᾶ συνέχυτο*: quaſi ſcillicet *oſſa mea ſimul effuſa* (ſive *diſſoluta*) *ſunt*.

P. cxli. ⲛⲉϥ ϥⲱ ⲉ̀ⲧⲟ//ⲗⲙ. ⲉⲧⲟⲗⲙ heic mihi videtur nomen corruptum ex Hebraico תלתלים, ablecto per aphaereſin תל, ut inde ſint *crines*, *capillive criſpi*: & ⲥⲉⲥⲏⲧ pro ⲥⲉⲥⲁⲧ, *intorti*.

Ibid. de ⲛ̀ⲕⲏⲫⲁⲥ ne mirere. Solent enim Thebaei ζ Graecum vertere in ⲥ, & ⲕⲏⲫⲁⲥ pro ⲕⲏⲫⲁⲍ dicunt, ut ⲉⲗⲓⲫⲁⲥ pro ⲉⲗⲓⲫⲁⲍ, in Borg. C. lib. *Iob* conſtanter ſcribunt.

P. cxlv. ⲁϥⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ, & heic transfers: *aſcendit*, & p. ſeq adn. 4. ⲙⲁⲣⲉ ⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ iterum: *aſcendat*; quod eſt, ut tu continuo ſubiungis, contra fidem Hebraici textus, & utriuſque tum Graecae, tum Latinae verſionis. Totum id autem in tua illa adn. 4. ea de cauſſa fieri dicis, quod *apud Memphitas ſono parum diverſa ſunt* ⲉϩⲣⲏⲓ *in sù*, *ſurſum &* ⲉϧⲣⲏⲓ, *in giù*, *deorſum*. *Sed Thebaei quum lit–*

(25) Ⲛⲧⲉⲩⲛⲟⲩ ⲁϥⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲙⲉ̀ ⲙⲛ̀ ⲟⲩϫⲱⲕ. Ad illuſtriorem miraculi oſtenſionem novum veluti

littera ϧ careant, dicunt (in giù) ⲃⲱⲕ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ *deſcendere*, & ⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ, *aſcendere*. Sunt haec quidem tum ex *La-Crozii lexico*, tum ex quibuſdam Tukii noſtri locis deprompta. Sed non ad rem. Nam alia ſunt exempla, quibus perſpicue certoque conſtat & ⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ apud Thebaeos, ut ⲓ ⲉϩⲣⲏⲓ apud Memphitas ſumi *pro aſcendere*, *καταβαίνειν*. Unum tibi illud commemoro, quod eſt apud Tuk. p. 285. ⲁϥⲉⲓ ⲉϩⲣⲁⲓ, & ⲁϥⲓ ⲉϩⲣⲏⲓ, grec. *κατέβη deſcendit*, ex Act. Apoſtolor. c. 24. v. 1. ⲉ̀ⲡⲥⲱⲓ *ſurſum* & ⲡⲉⲥⲏⲧ *deorſum* ſunt *determinatae* ſignificationis, ⲉϩⲣⲁⲓ vero, & ⲉϩⲣⲏⲓ *indeterminatae*. ⲉϩⲣⲁⲓ aliud nihil eſt, quam ſimplex praepoſitio gr. *εἰς*, vel *in* Latinorum; adeoque adiuncta verbo ⲃⲱⲕ, ſi ad locum *ſuperiorem* referatur, *aſcendere* deſignat, ſi ad *inferiorem*, *deſcendere*. Quod ſi ⲉⲓ ⲉϩⲣⲁⲓ, aut ⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ ſemper notionem *aſcendendi* gigneret, quam multa, bone Deus! ſeſe offerrent Thebaicorum ſcriptorum loca, ad quae nonniſi abſurde prorſus & inepte, eam tibi notionem accommodare liceret? Haec tantum vide: ⲃⲱⲕ ⲉϩ̇ⲣⲁⲓ ⲉ̀ϯⲟⲩⲇⲁⲓⲁ·, *ὕπαγε εἰς τὴν ἰουδαίαν*, Iohan. VII. verſ. 3., & verſ. 35. ϥⲛⲁⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲇⲓⲁⲥⲡⲟⲣⲁ̀ⲥ: *εἰς τὴν διασπορὰν μέλλει πορεύεσθαι*, ⲛ̀ⲛⲉ ⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ⲉⲓ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲣⲟⲥ Iob. III. v. 3. *μηδὲ ἔλθοι εἰς αὐτὴν φέγγος*: ⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲩⲟⲙⲙⲉ, in epiſtola Abbatis *Sinuthii* ſcripta ⲛ̀ⲛⲕⲗⲏⲣⲓⲕⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲥⲟⲓ *ad clericos Psoi*, *labente*, uti puto, ſec. Eccl. IV. & cognita ex Frag. Theb. Cod. Eſhi Card. Borgiae p. τιβ 312., quod idem eſt ac, *ἔμβηθι εἰς πηλὸν*, deſumptum, ni fallor, ex Nahum III. 14., & rurſus: ⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲡϫⲓⲛϭⲟⲛⲥ̀ ⲙ̀ⲡⲧⲱⲣⲡ. Ecquis iam, hiſce in locis ⲉ̀ϩⲣⲁⲓ, & ⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ, niſi interpretationum monſtra nobis dare velit, per *ire ſurſum* exponat? Alia enim ſimpliciter *ire in*, alia *deſcendere* proculdubio ſignificant.

P. CXIV. ⲛ̀ⲕⲱⲧ́ϥ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲣⲓⲛⲟⲛ: corrige erratum librarii, & pro ⲛ̀ⲕⲱⲧ́ϥ lege ⲛ̀ⲥⲱⲕⲧ́ϥ,

veluti argumentum a *lumine* ducitur, quod non diu tantum radiante ſole, ſed & ipſius *noctis* tempore cereis, atque lampadi-

ⲧ́ϥ, & ſtatim tibi obviam erit, quod tam anxie quaeris, *συλλέγειν*, *colligere* lilia.

P. CLXVI. ⲉ̀ⲡⲧⲟⲟⲩ ⲛ̄ϯ-ⲗⲱϫ. Mons S. Antonii *exterior* ⲡⲓⲥⲡⲓⲣ apud Pallad. *de eulogio*, *& mutilato* p. mihi 63. Gr. edit. *Meurſii* appellatur. ⲡⲓϭⲡⲓⲣ vero, ſive ⲡⲓⲥⲫⲓⲣ, *latus* dicitur; unde fortaſſe ſic appellatus eſt *mons exterior*, quod ad latus eſſet *interiori propinquum*. Hoc idem, uti ego opinor, ſignificat ϯⲗⲟϫ apud Thebaeos. Nam in Borg. Cod. *de vit. Patrum* p. 246. col. 2. ubi viſio narratur *S. Paulli ſimplicis*, qua ille vidit *Angelum ſanctum* laeto vultu *iuxta* virum ex eccleſiae foribus exeuntem, quum eum antea totum tenebroſum, & a daemone ſtipatum in ipſius ingreſſu exhorruiſſet, de eodem Angelo dicit:

ⲡⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲇⲉ ⲉⲩⲗⲟⲛ-
ϫⲧ ⲉⲣⲟϥ ⲉ̀ϥⲟⲩⲣⲟⲧ:

*Angelus autem erat*, ut ego interpretor, *ad eius latus hilaris*. Ἔγγυς habet Graec. textus in tom. 1. *Monum. eccl. or.* Coteler. p. 634. adeoque hunc locum ille vertit: *At Angelum* (vidit) *IUXTA comitari*; quemadmodúm & *Pelagius Diaconus* lib. 18. divinor. apophthegm. n. 20. to. 9. Bibl. PP. apud *De-la-Bigne* p. 800. ex veteri Gr. verſ. transtulerat: *Angelum vero Domini* (vidit) *ambulantem iuxta ipſum laetum et promptum*. Sed *iuxta* aut comitari, aut ambulare, idem eſt ac ad *latus* ſocii incedere. Hinc *latus* ſumitur etiam pro *comite* itineris, ut in illo Martialis carmine l. 6. epigram. 68.

*Eutychus ille tuum, Caſtrice, dulce latus.*

Nil igitur dubitarem, quin ⲗⲟϫ Theb. idem eſſe poſſit ac ⲡⲓϭⲡⲓⲣ, vel ⲡⲓⲥⲫⲓⲣ Memph. *latus*.

Plura de *duplici eremo, monte, et monaſterio S. Antonii* ſcribit doctiſſimus Bollandus in comment. praevio ad vitam eiuſdem magni Antonii §. II. Ad pagum, *Troiam* nuncupatum, prope Nilum in *Troico monte monaſterium* Piſpiritanum collocat. Et heic erat, inquit, *exterior mons, qui ab ipſo flu-vio aſperrimo itinere, in interiorem montem extendebatur, hinc inde anachoretarum cellulis diſtinctus*. Adde & Cl. *Vansl*e*bii* iter ad montem & monaſterium S. Antonii: *Relation d'Egypte* p. 299. & 380.

De deſerto ϯⲗⲟϫ mentio fit in Borg. Cod. *de dictis, et rebus geſtis vet. PP. pag.* ⲥⲛ̄ⲅ̄, 253. col. 1

ϩⲓ̀ⲉ ⲡϫⲁⲓⲉ ⲛ̄ϯⲗⲟϫ,

id eſt in *deſerto Tilog*, ſive Piſpiritano. At Iohan. ſubdiacon. lib. 1. n. 13. ex veteri gr. Verſ. *in eremo Nilopoleos*, accidiſſe, ait, lacrimabile eventum de *anachoreta* a bellua devorato. Hoc tamen *Nilopoleos* nomen tribuendum puto vel Graeci vel Latini interpretis licentiae. Nam Cod. noſter Theb. in tota illa

padibus *in martyrio* S. Coluthi ardentibus, ſanatus miro gaudio

illa narratione, qua duo veluti ſpectacula, alterum in eremo, alterum in civitate viſum, de *Nilopoli* nihil omnino habet. Cur ergo fortaſſe dices, Thebaei, non ⲡⲉⲥⲡⲓⲣ, quam vocem, & pſi tamquam ſuam cenſent, ſed ϯⲗⲟϫ vocarunt? Ob id ego credo, quod, quum ⲡⲓⲥⲫⲓⲣ, *latus*, *κλίτος*, *πλάγιος* & *μέρος πλάγιον* apud Suidam, *declivis* ſcilicet, *inclinatus*, *obliqua pars*, & variis contortiſque flexibus conſtans, dicatur, ϯⲗⲟϫ, quaſi parem cum ſecundis τȣ̃ ⲡⲓⲥⲫⲓⲣ ſignificationibus vim haberet, eum *exteriorem* S. Antonii *montem*, uti & monaſterium ibi conſtructum, appellare conſueverint.

P. cccxxvii. Totum Fragm. xvi. iam olim ex Gr. antiqua verſ. a Pelagio Diacono latine editum, exſtat apud *De-la-Bigne* tom. ix. ſuperius laudato, & lib. III. inter divina *apophthegm. PP.* pag. 812. num. 9. 10. 11. Haec tu vide; nam plura inde accipies lumina ad illuſtranda nonnulla Theb. interpretationis tuae loca. Num. enim 9. ⲉⲓⲟⲛϩ ϩ̀ⲛ ⲛ̀ⲧⲏϭ, quod tu vertis *ex herbis vivens*, Pelagius ex Gr. reddidit: *cum tanta ſufficientia*: ſortaſſe ex *diverſitate* lectionis. Num. 10. ⲛⲟⲩⲗⲩⲃⲓⲧⲟⲩ tu *lebitonarium*, & in not. 6. *linenm colobium*, ille *ſaccum lineum*, quamquam mox & ipſe *levitonarium* hunc ſaccum appellet. Thebaici Fragm. tui textus habet: ⲁⲩⲱ ⲟⲩⲣ//ⲱⲙⲉ ⲉϥⲙⲟⲟϣⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲩ//ⲙⲛ̄ⲧⲉ ⲙ̀ⲛ ⲛⲉⲑⲏⲣⲓⲟⲛ. Pelagii verſio: *& hominem* (vidit) *paſcentem ſicut beſtiam.*, quia Graeca fortaſſe translatio ex antiquiori Theb. textu rectius legerat: ⲉϥⲙⲟⲟ//ⲛⲉ ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ⲛⲑⲏⲣⲓⲟⲛ. Ille ⲉ//ⲙ̀ⲙⲛϭⲟⲙ... ⲉⲧⲱⲟⲩⲛ ϩ//ⲁⲡⲉⲥⲧⲟⲓ ⲛ̀ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉ; rectiſſime vertit: *ut nec ferre poſſet odorem hominum*: tu: *neque ad hominum odorem...ſurgere valebat*: ⲧⲱⲟⲩⲛ, quod eſt *ferre* pro *ſurgere* accipiens. Ille: ⲉⲓⲡⲏⲧ ϩⲙ ⲛ̀ⲧⲟⲟⲧ'ⲕ ⲉ//ϯⲃⲉ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ, reddit: *Et ego propter Deum fugio abs te*: tu: *ego quoque propter Deum te ſequor* (*ad te accurro.*) Num. 11. ϩ̀ⲙ ⲡⲁϩ//ⲟⲩⲛ, pro ϩ̀ⲙ ⲥⲁϩⲟⲩⲛ, *interius* exponit Pelagius: tu: *in Pabun*: ratus, hoc nomen eſſe *proprium* loci ſic dicti *Pabun*, vel, ſi quis ita velit, appellativum. Ille: *ut egredientem ſalutarem eum*; & quidem aptiſſime, ut puto, ex Graeca lectione, quae reſponderet ⲉⲣⲟϥ: tu: *egrediens ſalutaret me*, iuxta fragm. tuum, ⲙ̀ⲙⲟⲓ pro ⲉⲣⲟϥ. Porro ⲁⲓⲁⲙⲁϩⲧⲉ ⲙ̀ⲡⲉϥ//ϭⲗ'ϩ, quod tu exponis: *pallium* (*paenulam*, vel *ἐπενδύτην*, aut certe *monaſtici indumenti genus*) *apprehendi*;

dio affectus inter domeſticos, alioſque ibi verſantes, abſque ulla difficultate *vere*, *perfecteque cernebat*.

(29) ⲚⲦⲔ̀ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲉⲕϩⲁ ⲉ̀ⲟⲟⲩ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ϫⲉ. (a) Advertant haec animo

mo

di; Ille ſic *explicat : cum tenuiſſem ſcapulam* ipſius confeſtim diſſolutus eſt, & factus eſt pulvis. At ⲙ̀ⲡⲉϥϭⲗ́ϩ unde manare potuit? An ex ϫⲟⲗϩ, ut tibi viſum fortaſſe eſt, *veſtimentum*? An ſcriptor fragmenti ex ϭⲃⲟⲓ *brachium*, vel *ſcapula* fecit ϭⲗ́ϩ? An vero magis pro ϣⲟⲗϩⲥ *cadaver* verſo ϣ in ϭ, ſcripſit mendoſe ϭⲗ̀ϩ quum de *cadavere* potius, quale iam erat ſiccus, & aridus viri defuncti σκελετὸς, quam de una ipſius ſcapula rem geſtam exponere cogitarit? Tandem ubi tu: *Paſtores venientes, et una cum ipſis venientem Dei ſervum NUDUM*, interpretaris, ille *bubalos* dicit, quibuſcum illum *Dei* ſervum nudum venientem vidit Eremita narrator. Eo ſcilicet te adegit fallax corrupti nominis ſcriptio ⲉϩⲛϣⲟϣ, quod legendum eſt: ⲛⲉϩⲉ̀ⲛϣⲟϣ *boves silveſtres*, ideſt *bubali*. Sic *oleaſter* ἀγριέλαιος c. XI. 24. ep. S. Paul. ad Romanos in Memphit. verſione ⲛ̀ϫⲱⲓⲧ ⲛ̀ϣⲁϣⲓ, arbor *olivae silveſtris*, ſive *amarae*, ut Wilkinſio vertere placuit. ⲛⲉϩⲉ autem *boves* nempe etiam in numero plurium ſic uſurpatum habes ex Borg. Theb. Cod. S. Iobi c. 5. v. 28. ⲛ̀ϣⲟϣ vero idem eſt ac ⲛ̀ϣⲁϣⲓ per *apocopen* τῶ, ι, perque τὸ, α more Thebaico, commutatum in ὀ, *silveſtres* ſcilicet *boves*, *bubaloſque* deſignans.

Haec tantum pauca, ceteris praetermiſſis, rudis is tuus, ineptuſque *Davus*, quaſi ſimplicis nomenclatoris munere fungens, ad te unum, Mingarelli doctiſſime, conſideranda defert. Te enim tamquam rerum harum omnium cognitorem, & iudicem aequiſſimum unice contemplatur, & colit.

(a) De hoc nomine Cl. Abbas *Mingarellius* pag. LXVI. in Naniana Fragm. haec habet: *Nomen* ⲉⲟⲟⲩ *... omnibus notum. Sed non aeque notum nomen inde efformatum*, ⲉⲕⲁ-ϩⲉⲟⲟⲩ, *glorioſus quod exſtat in Act. S. Coluthi* pag. 87. *ubi legimus* ⲉⲕϩⲁⲉⲟⲟⲩ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ: *O GLORIOSE DEUS. Sic enim verti debet*. Siccine vero? Sed ſine, te quaeſo, ut paucis & ego de re iſta inquirere ſtudeam. Aegyptiaca lingua nullum agnoſcit vocabulum ex ⲱⲟⲩ, vel ⲉⲟⲟⲩ *ſimplici* efformatum, quod par ſit Latino *glorioſus*. Cogitur proinde vel alia voce aequalis ſignificationis uti, vel ſi ⲱⲟⲩ, aut ⲉⲟⲟⲩ utitur, talia ei adiuncta praefigit, ut eorum ope ad id, quod *glorioſum* eſt, ſignificandum aſſurgere valeat. Hinc Memphitae ad Pſalm. 86. verſ. 3.

ⲉⲩⲛ-

mo hagiomachi, & deſinant quaſi ſuperſtitioſam, & idololatricam calumniari invocationem, & cultum SS., qualem



ⲉⲩⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ *bonorifica* vertunt, in gr. edit. δεδοξασμένα, & in Latina *glorioſa* dicuntur. Daniel. III. v. 45. ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ, *bonorificum*, gr. δεδοξασμένον, Latina *glorioſum nomen tuum*. Verſu tamen 26. eiuſdem cap. per ⲉⲱⲟⲩ expreſſum, dicitur: ⲉϥⲙⲉϩ ⲛ̀ⲱⲟⲩ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ *plenum gloria nomen tuum*, δεδοξασμένον, *glorioſum*. Idemque uſurpatur in *Theotociis* pag. ϥⲏ. 98. & ⲣⲛⲅ. 153. de *glorioſo nomine* Chriſti Ieſu, ubi ⲉϥⲙⲉϩ ⲛ̀ⲱⲟⲩ *plenum gloria* celebratur; quod & de nomine Deiparae Virginis praedicatur. P. ⲥϥⲁ, 291. ϭⲓⲱⲟⲩ ( Thebaice ϫⲓ ⲉ̀ⲟⲟⲩ ) praeterea habent, quod proprie eſt, *gloriam accipere*, ſive *glorificari*, oppoſitum τῷ ϯⲱⲟⲩ: *gloriam dare*. Vnde Exod. XV. vv. 1. & 21. dicitur: ϧⲉⲛ ⲉ̀ⲱⲟⲩ ⲅⲁⲣ ⲁϥϭⲓⲱⲟⲩ: ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, *glorioſe enim glorificatus eſt*. Et I. Petri epiſt. cap. 1. verſ. 8. ϧⲉ̀ⲛ ⲟⲩⲣⲁϣⲓ :.. ⲉ̀ⲁϥϭⲓⲱⲟⲩ. χαρᾷ ... δεδοξασμένῃ; quae licet Wilkinſius interpretetur *gaudio ... glorioſo*, Latinus tamen vertit: *laetitia glorificata*, in magnifica ſcilicet ſummaque gloria poſita. Eoque etiam ſpectant: ϩⲓⲛⲁ ::: ⲛ̀ⲧⲉϥϭⲓⲱⲟⲩ ⲛϫⲉ ⲫϯ c. IV. eiuſdem ep. v. 11. ἵνα ... δοξάζηται ὁ Θεός, *ut gloriam accipiat*, ſive *ut glorificetur Deus*. Hoc idem tu dicito de *Thebaeis*. Nec ii nomen habent ex ſimplici ⲟⲟⲩ, vel ⲉⲟⲟⲩ ductum, quo notionem huius vocabuli: *glorioſus*, exprimere queant. Quamobrem coguntur & *ii*, quoties nomen iſtud efferre velint ad ſimilia prorſus *adiuncta* confugere, ut ad eam ſignificationem trahant vocem ⲉⲟⲟⲩ. Inde illa ſunt nomina tum ex affixis ⲉϥ, ⲉⲩ, ⲉⲧ, tum ex praepoſitione ϩⲁ, & ⲉⲟⲟⲩ compoſita, quae Mingarellius noſter commemorat; nempe ⲉϥ-ϩⲁ-ⲉⲟⲟⲩ ex frag. ſuo VII; ⲉⲩ-ϩⲁ-ⲉ̀ⲟⲟⲩ ex fragm. X. atque etiam ⲉⲧ-ϩⲁ̀-ⲉ̀ⲟⲟⲩ, ceteris addendum, ex Borg. Cod. Iobi cap. 34. v. 29. Haec vero ſic ſonant: *Qui eſt, qui & quae ſunt in gloria*: ἔνδοξος ſcilicet, *glorioſus*, ἔνδοξοι, *glorioſi*, et ἔνδοξα, *glorioſa*. At in Actis *S. Coluthi* ⲉⲕϩⲁⲉ̀ⲟⲟⲩ compoſitum eſt ex ⲕ, nota ſecundae perſonae, ex ϩⲁ & ⲉ̀ⲟⲟⲩ, quod aliud plane nihil ſignificat, quam: *Tibi in gloriam*; ideſt, ut ego expoſui: *Tibi gloriam defero, ( o Deus S: Coluthi.)*

iam inde a priſcis eccleſiae temporibus Romanae communionis fideles ubique terrarum ſervarunt, hodieque integerrime ſervant. Non S. Coluthus, cuius interceſſio implorata fuerat, ſed *Deus* S Coluthi ille eſt, cui tamquam unico miraculi effectori tota demum laus, honor, gloria, & gratiarum actio tam laetis, ardentibuſque clamoribus a caeco illuminato tribuitur: *Tu magnus es, tibi gloria, o Deus S. Coluthi*: verba erant iis ſimilia, quibus ad praeclariſſimi miraculi ſpectaculum, Auguſtino ipſo praeſente, tota perſonabat Hipponenſis eccleſia; *Deo gratias, Chriſto laudes*; qua de re vid. ſerm. 323. n. 4. t. V. Norat ex publica chriſtianorum doctrina gratus ille homo, qui iam ſanatus fuerat, quid a ſe cuperet S Martyr Coluthus. Nam, ut ait idem S. Doctor Aug. cit. lib. *de civ. Dei* c. 10., SS. Martyres, qui haec miracula faciunt, *nec laudes ſuas volunt eſſe ſacra ſua, ſed totum quod veraciter laudatur, ad eius gloriam proficere, in quo laudantur*. Unde ſerm 319. n. 7 *Per conſervum*, inquit, *beneficia ſumamus, honorem, & gloriam Domino demus*.

(30) **Ⲛⲑⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲁⲣⲭⲏ**. Genus eſt locutionis, quo ſimul & inveterata caecitas ſoluta, & priſtini luminis perfecta recuperatio indicatur. Illudque comparandum puto cum eo, quod Iſaias adhibet cap. 1. v. 26. Καὶ ἐπιστήσω τοὺς κριτάς σου ὡς τὸ πρότερον, καὶ τοὺς συμβούλους σου ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ubi ὡς τὸ πρότερον, & ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, vulgatus noſter recte vertit *ſicut prius, ſicut antiquitus*. Eſt enim **ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲁⲣⲭⲏ** idem cum Graeco illo ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς. Raro in Pſalmis, & N. T.

Ac tu quidem noſtram hanc verſionem teneas neceſſe eſt, ut intelligere queas, quam apte praevium hocce orationis membrum: **ⲉⲕϩⲁⲉ̀ⲟⲟⲩ ⲛ̄ⲛⲟⲩⲧⲉ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ**, *Tibi gloriam defero, o Deus S. Coluthi*! cum mox ſequenti iungatur: **ϫⲉ ⲁⲓⲙ̀ⲡϣⲁ ⲉⲧⲣⲉⲕⲭⲁⲣⲓⲍⲉ ⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲁⲣⲭⲏ**: *quia factus ſum dignus, ut mihi concederes gratiam luminis, ſicuti ab initio habebam*. Nam alteram ſi adoptes, (*o glorioſe Deus*.... **ϫⲉ ⲁⲓⲙ̀ⲡϣⲁ**..) quem illa tibi aut huius omnis orationis nexum ſervare, aut quem aptum verborum ſenſum reddere poſſit, tu vide.

N. T. Copt. mihi ea locutio occurrit. Nam pro *ἀπ' ἀρχῆς* Copticae frequentiſſime ſcribunt ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ, ⲓⲥϫⲉⲛ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ, & ⲓⲥϫⲉⲛ ϩⲏⲥ, quamquam ϣⲟⲣⲡ quandoque etiam *ἀρχαῖον antiquum* ſonat. Tantum Iohan. cap. VIII. verſ. 25. ⲛ̀ⲧⲁⲣⲭⲏ, Gr. *ἀρχὴν*, *principium*, & *ἀπ' ἀρχῆς*, iuxta immortalis Mazochii interpretationem tom. III *Spicilegii*, itemque ep. II. S. Petri c. III. v. 4. ⲓⲥϫⲉⲛ ⲧⲁⲣⲭⲏ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲱⲛⲧ: *ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως*, *ab initio creationis*, legitur.

(31) ϩⲙ̀ ⲡⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲟⲛ. *Martyrium* proprie, & ex primigenia inſtitutione ſua locum deſignat, ubi vel integrum corpus, vel reliquiae SS. Martyrum reconditae aſſervabantur. Eo vocabulo uti coeperunt Euſebius in primis, aliique eccleſiaſticarum rerum ſcriptores poſt redditam pacem eccleſiae, ſub magni Conſtantini imperio, quo tempore ad martyrum ſepulcra aedes ſacras ubique terrarum erigere chriſtianis populis licuit. De ceteris, quae huc ſpectant, vide magnum Card. *Baronium* in not. ad *Martyrol. Rom.* die 26. iulii, & 5. aug. Ad eum enim nos mittit Ruinartius ipſe in Act. SS. Theodoti, & VII. Virg., cui addeſis Emi ſcriptoris Stephani Card. Borgiae libr. *de Vaticana confeſſione B. Petri* p. 35. & alibi. In Aegypto viri, mulierеſque fideles conſueverant ſanctorum martyrum corpora linteis involuta, & in lectis repoſita honoris cauſſa aſſervare domi. Quem ego morem ad tempora perſecutionis Diocletiani, & Maximiani referri oportere crediderim. Sed eam tam indecori moris licentiam aegerrime ferebat magnus Abbas Antonius, qui, teſte Athanaſio in eius vita n. 90., *plerumque rogarat Epiſcopos*, *ut ea de re populos monerent*: *ſimiliterque laicos pudore afficiebat*, *mulierеſque obiurgabat*. Et n. 91. ſub vitae ſuae finem alloquens diſcipulos, *ſcitis*, aiebat, *quantum eos ſaepe obiurgavi*, *qui haec agerent*, *praecepique*, *ut ei conſuetudini finem facerent*. Nulla tamen cauſſa eſt, cur ego credam eamdem conſuetudinem in *Thebaide* viguiſſe. Eam enim Antonius in unam praefecturam proprie dictam Aegypti irrepſiſſe agnoverat, & improbaverat. Certe quidem *S. Coluthi μαρτύριον martyrium*, in quo il-

lius ſacrum corpus procul dubio honorabatur, in agro Antinoopolitano celeberrimum erat, antequam eo *Palladius* pergeret. Palladius autem an. circiter CCCXCII. Antinoopoli verſabatur, eiuſdemque martyrii idem ipſe mentionem facit c. 89. p. 146. H. Lauſiacae Gr. editae a Iohanne Meurſio, & cap. 139. tom. XIII. Bibl. PP. a La-de-Bigne p. 1041. Haec ignoravit auctor Synaxarii Coptici, qui propterea *Coluthum a parentibus linteis involutum, & optimo loco repoſitum* ſimpliciter narrat, nihilque de illius cerro ſepulcro, atque *martyrio* indicare novit. Verum antequam finem facio, caſtigandam arbitror oſcitantiam, atque licentiam *Elmacini*, qui lib. III. H. Sarac. ad an. heg. CCCLXXIII., Chr DCCCCLXXXIII. de *Adaduddaula* Rege Maummetano ſcribit, *translatus a ſepulcro ſuo, Bagdado Cuſam*, فدفن بمشهد امير المومنين *ſepultus eſt in loco martyrii*, ut vertit Erpenius (*Imperatoris fidelium*) *Alis F. Abutalibis*. Nam etſi Mahummedani ea voce impie abuſi ſint ad ſepulcrum Califarum ſuorum indicandum, Chriſtiano tamen ſcriptori ſimili vocabulo ad Mahummetanorum exemplum uti non licuit. Sed Elmacinus ea de cauſſa excuſari fortaſſe meretur, quod ſacrae martyrum aedes multo ante XI. ſaeculi tempora *martyria* appellari deſierint. Eas profecto كنيسة *eccleſiae* nomine perpetuo deſignat. Unde & Σωτήριον μαρτύριον, *Salvatoris martyrium*, Hieroſolymis erectum, & ἀνάστασις etiam ab Euſebio dictum, quemadmodum & *martyrium Bethlehemiticum* ab eodem Euſebio nuncupatum, Elmacinus pag. 28. كنيسة القياما *templum*, ſive *eccleſiam reſurrectionis*: & كنيسة بيت لحم *Bethlehem templum* vocat; adeo *martyrii* vocabulum Elmacini aevo antiquatum, quoties de templis, aedibuſque ſacris ageretur, ex Arabum praeſertim ſcriptorum uſu, memoriaque ipſa exciderat.

(32) **Ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲇⲉ ∴. ⲛ̀ⲧⲁϥⲙⲉⲉⲩⲉ̀ ⲉ̀ⲡⲡⲉⲑⲟⲟⲩ ⲛ̄ⲧⲉϥⲥϩⲓⲙⲉ.** Vir iſte maritus eſt nobilis feminae, qui, viſo miraculo, dolet ſe cauſſam praebuiſſe mali uxori ſuae, dum eam ab initio avertere ſtuduerat a lacte uberum ſuorum ſubminiſtrando caeco, ob metum & periculum publi-

cae

cae irriſionis, ſi forte exſpectatum prodigium non eveniſſet. Ⲙⲉⲉⲩⲉ Thebanenſes dicunt pro Memphitico ⲙⲉⲩⲓ, & ⲑⲟⲟⲩ pro ⲧϩⲟ vel ⲧϩⲱⲟⲩ ab ϩⲟ, ſive ϩⲱⲟⲩ; quo heic intelligitur moleſtia, offenſio, agitatio, turbatio, & indignatio animi, honeſtiſſimae illi, & fideliſſimae mulieri parta. Itaque errorem ſuum aperta confeſſione declarans veniam petit a S. Colutho.

(33) Ⲛⲉⲓⲟⲧⲉ ϩⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲥⲣⲱⲙⲉ ⲁⲩⲉⲓ ⲉⲩⲣⲁϣⲉ. Memphitae ⲛⲓⲓⲟϯ pro Thebaeorum ⲛⲉⲓⲟⲧⲉ dixiſſent. Eo nomine, ut iam obſervavimus, non uni *γονεῖς*, ſed *maiores* etiam *πρόγονοι* a Graecis ſic dicti, ſignificantur. Nam ἀπὸ προγόνων II. ad Timoth. cap. 1. v. 3. ⲓⲥϫⲉⲛ ϩⲛ ⲛⲓⲓⲟϯ vertunt Coptitae. Immo & *conſanguinei* quicumque apud Aegyptios haud aliter, atque *parentes* apud Latinos, quandoque intelliguntur. Sed hoc in loco genitores ipſos *patrem* ſcilicet, & *matrem* huius noſtrae praeclarae mulieris deſignari omni procul dubio exiſtimarim. Ita Luc. VIII. v. 56. ⲛⲉⲥⲓⲟϯ *parentes illius* iidem ſunt ac ⲫⲓⲱⲧ ⲛ̀ϯⲁ̀ⲗⲟⲩ, *pater puellae*, quam omnipotentia Chriſti a mortuis excitavit ad vitam, & ⲛⲉⲙ ⲧⲉⲥⲙⲁⲩ *ipſius mater* v. 51., diſerte commemorati. Ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ vero, Memph. ⲛⲓⲥⲛⲏⲟⲩ, *fratres* ex iiſdem genitoribus nati proprie intelliguntur: iiſdemque reſpondent nomina ⲧⲉⲛⲥⲱⲛⲉ, & ⲧⲉⲛϣⲉⲉⲣⲉ, Memphit. ⲧⲉⲛ-ⲥⲱⲛⲓ, & ⲧⲉⲛ-ϣⲉⲣⲓ *ſoror noſtra*, *filia noſtra*, quibus eam & fratres, & pater, materque appellant, laetique celebrant, & honorant. Ⲛⲉⲥⲣⲱⲙⲉ *illius* ſcilicet *homines*, communi lingua ⲛⲓⲥ-ⲣⲱⲙⲓ, *ſervi* ſunt *honeſtiores*; quo ſenſu *hominem* non Itali modo, ſed & Latini, quorum omnium princeps eſt Tullius *Or. pro Quinti* accipiunt. Sic & Actor. x. v. 7. ⲉ̀ⲃⲱⲕ ⲃ̅ ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲙⲁⲧⲟⲓ ⲛ̀ⲉⲩⲥⲉⲃⲏⲥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲏⲉⲑⲙⲏⲛ ⲉ̀ⲣⲟϥ

*ſervi duo* Cornelii centurionis, *& miles plus ex iis, qui adhaerebant ei*, commemorantur. At iidem ipſi ⲛⲓⲣⲱⲙⲉ ἄνδρες a Cornelio miſſi v. 17. appellantur.

(34) Ⲱ ⲧⲉⲛϣⲉⲉⲣⲉ: *O filia noſtra*, Graeci adverbium vocantis, & exclamantis ω ſpiritu leni, & accentu circumflexo notant, ὦ. Ad huius formam accedit figura accentus, quam exhibent fragmenta duo, (*) alterum monaſticarum admonitionum ad fra-

(*) *Adde & tertium ex unica membrana* λα, λβ. 31. 32. *diſciſſi Borg. Cod.* de laudibus, *uti mihi divinare licuit*, SS. XII. Apoſtolor. ω̃ *in eo ſpectatur accentu veluti circumflexo, ſine ullo* ſpiritu, *notatum. Id tute ipſe intueri facile poteris in huius fragmenti exemplo; quod quia ſingulare, & breve eſt, oculis tuis hoc in loco ſubiicere conſtituimus. Sic autem eſt.*

Ⲁϥϯ ⲙ̀ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲙ̀ⲧⲏⲣ́ϥ
ϩⲁⲟⲩϩⲁⲧ ⲉϣⲁϥ́ⲧⲁⲕⲟ.
ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ⲡⲕⲕⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲟ-
ⲉⲓⲛ ⲉⲧ̀ⲛ̀ϩⲏⲧ́ϥ.. ⲁϥⲡⲱⲧ ⲥ-
ⲁⲛⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲙⲟϥ . ⲁϥϣⲱⲡⲉ
ⲛ̀ⲕⲁⲕⲉ ⲧⲏⲣ́ϥ . ⲁϥⲗⲟ ⲉϥⲟ̀
ⲛ̀ⲕⲱϩ́ⲧ . ⲁϥϫⲛⲁ . ⲛ̀ⲑⲉ ⲙ̀-
ⲕⲉⲣⲙⲉⲥ . ⲁϥⲥⲣⲟϥⲣⲉϥ . ⲛ̀ⲑⲉ
ⲛ̀ⲟⲩϩⲣⲏⲣⲉ́ ⲛ̀ⲭⲟⲣⲧⲟⲥ . ⲁⲡⲉⲛ-
ⲭ̅ⲥ̅ ϫⲓ ⲟⲩⲟⲉⲓⲛ. ⲛ̀ⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲛⲓⲙ.
ⲙⲛ̀ ⲧⲉϥⲁⲛⲁⲥⲧⲁⲥⲓⲥ ⲉⲧⲟ-
ⲩⲁⲁⲃ. ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲛ̀ⲉⲛⲉϩ ϩⲁ-
ⲙⲏⲛ.

ⲉⲓⲥ ⲛⲁⲓ ⲙⲉⲛ ⲁⲛϫⲟⲟⲩ .
ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲧⲁⲉⲓⲟ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲙⲛ̀ⲧⲥ-
ⲛⲟⲟⲩⲥ ⲛⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ . ϫⲓⲛ-

.... Permiſit Dominus, ut (*Iudas*) totum ſe dare pergeret in perditionem.

Quapropter quicquid exigui luminis in eo ſupererat, foras ab eo aufugit: ignis, qui ei inerat, evanuit, extinctus ut cinis, & cecidit ut flos foeni. At Chriſtus omni ſemper tempore, & ſancta eius reſurrectio refulſit in ſaecula ſaeculorum. Amen.

Ecce haec nos dicimus ob honorem ſanctorum duodecim Apoſtolorum, ex quo (*to-*

fratres, alterum Actorum S.Macarii (a). Copti recentiores in mſſ. edi-

(a) Rectius *S. Abbatis Paneſniv* . imum pag. 80. adn. (a)
Rediſis ad ea , quae adnotavimus ad

ⲛ̀ⲙ̀ⲡⲉϫⲩⲱϩⲙ̀ ϣⲁⲣⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲉ-
ⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲥ.

ⲙⲁⲣⲛ̀ⲉⲓⲛⲉ ⲉϩⲟⲩⲛ ϩⲱⲱϥ
ⲙ̀ⲙⲁⲑⲓⲁⲥ ⲡⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲁϥϫⲓ ⲙ̀-
ⲡⲉⲕⲗⲏⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲙⲛ̀ⲧⲁⲡⲟⲥ-
ⲧⲟⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲡⲁⲣⲁⲃⲁ ⲙ̀-
ⲙⲟⲥ ⲛ̀ϭⲓⲓⲟⲩⲇⲁⲥ ⲡⲉⲛⲧⲁϥ
ϣⲱⲡⲉ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲇⲟⲧⲏⲥ ⲛ̀ⲛⲉⲛⲧ-
ⲁⲩϭⲱⲡⲉ ⲛ̀ⲓ̅ⲥ̅. ⲱ ⲛⲉⲓⲣⲱⲙⲉ ⲉⲧ-
ⲟⲩⲁⲁⲃ. ⲉⲧⲉⲙⲛⲟⲩⲉϣ ϭⲱ
ⲛ̀ⲟⲩⲉϣ ⲡⲉⲩϣⲃ̀ⲣ ⲙⲉⲗⲟⲥ.

*tidem* ) ad crucem vocati ſunt.

Introducamus quoque MATTHIAM, ut is accipiat ſortem Apoſtolatus, a quo defecit Iudas proditor, & *traditor in manus* eorum, qui comprehenderunt Ieſum. ( *Hucuſque ſcilicet ſermonis* auctor *in medium*, ( *ita credo*, ) *profert* centum *illos &* viginti *homines*, *de quibus mentio fit cap.1. v.15. Act. Apoſtolor. Iis namque tribuere videtur tum ſeriem verborum hactenus recitatam, tum etiam conſilium de S. Matthia adducendo coram Apoſtolis, ut locum Iudae proditoris teneret, tum denique ſequentis laudis praeconium, quo mox ille exclamat :* ) O VIRI SANCTI, qui in voluntate de membro eorum ( *Apoſtolorum* ) ſocietati adiungendo perſiſtere noluerunt !

ⲁⲗⲗⲁ ⲁⲡⲉⲩⲉⲓⲱⲧ ⲡⲉⲧ-
ⲣⲟⲥ ϯⲙ̀ⲡⲣ̀ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲛⲁⲩ ⲉϥ-
ϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ. ϫⲉ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉ ⲛⲉ-
ⲥⲛⲏⲩ ϩⲁⲡⲥ̀ ⲡⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲩⲉⲅⲣⲁ-
ⲫⲏ ϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲧⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲁϥ
ϫⲟⲟⲥ ϫⲓⲛ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ̀ ⲛ̀ϭⲓⲡⲉⲡⲛ̅ⲁ̅
ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ. ϩⲛ̀ ⲧⲁⲡⲣⲟ ⲙ̀ⲡ-
ⲉⲛⲉⲓⲱⲧ ⲇⲁⲩⲉⲓⲇⲉ ⲉⲧⲃⲉ ⲓⲟⲩ-
ⲇⲁⲥ.

Sed PETRUS EORUM PATER haec illis monita dedit dicens ; ( *Act. Apoſtolor. v. 16.*) Viri fratres, oportet hanc impleri ſcripturam, quam ante protulit Spiritus Sanctus per os patris noſtri Da-

editiſque codicibus ſimplici lineola diſtinguunt ῶ. In noſtro ve-

ⲡⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲁϥ ϫⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲗⲏⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲓⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲓⲁ. Ϫⲉ ⲛⲉ ⲁⲩ- ⲟⲡ'ϥ ⲡⲉ̀ϩⲣⲁⲓ ⲛ̀ϩⲏⲧⲛ̀ (1) :

Ⲡⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲁϥ ϣⲱⲡ ⲛⲁϥ ⲛ̀ⲟⲩϭⲱⲙ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ ⲡⲃⲉⲕⲉ ⲙ̀ⲡⲉϥϫⲓⲛⲥⲟⲛ́ⲥ : ⲁⲩⲱ ⲁϥϩⲉ (2) ⲁϥⲡⲱϣ ϩⲛ̀ ⲧⲉϥⲙⲏⲧⲉ :

vid de Iuda . . . . . Hic accepit ſortem miniſterii huius, quia adnummeratus erat inter nos. Hic emit agrum de mercede iniquitatis ſuae, & decidit (*aut pendens ſuſpenſus*) ſciſſus eſt medius, & inteſtina eius fiat com-

(1) v. 16. deſunt haec: τȣ̃ γενομένου ὁδηγȣ̃ v. 17. Eadem ſententia eſt; ſed orationis ordo variat tum a Gr. textu, tum a Memphit. Latinaque noſtra verſione.

(2) Sic etiam legit Memph. verſio: ⲁϥϩⲉⲓ; ſed addit, ⲉ̀ϫⲛ̀ ⲡⲉϥϩⲟ, ut ſit, interprete Wilkinſio: *cecidit ſuper faciem ſuam*. Quae quidem verba quum addita non habeat haec noſtra Theb. translatio, vereor, ne manca hoc in loco ſit. Nam Memphitica recte explicat voces Gr. textus πρηνὴς γενόμενος, *corruit*, ſive *cecidit ſuper faciem ſuam*. Eſt enim πρηνὴς, apud Heſych. ἐπὶ πρόσωπον πεπτωκὼς, *qui cecidit ſuper vultum*, aut *faciem*; unde πρηνιχθέντα idem eſt ac ἐπὶ πρόσωπον, καὶ ἐπὶ στόμα πίπτοντα *ſuper faciem, & os corruentem*. Hinc nonnemo inter eruditos eſt, qui divinam hanc Actor. ſententiam 1. v. 18. Gallicis hiſce verbis tranſtulit; *il s'eſt précipité: la vulgate porte s'étant pendu, ou ſuſpendu. On peut auſſi traduire: Il tomba ſur le viſage*. Unde Tillemontius tom. 1. art. 15. de vit. Ieſu Chriſti ſcribit: *Il alla* (Iudas) *ſe pendre, & s'étrangles, et eſtant* (*enſuite*) *tombé ſur le viſage il creva par le milieu du corps, toutes ſes entrailles furent répan dues par terre*; idemque tradit adnot. 29. *eſtant aisé, qu'après s'eſtre pendu, il ſoit tombé ſur le ventre, & ſoit creve*. Gronovius in exercitationibus academicis Lugd. Batavor. an. 1681. habitis *de peruicie & caſu Iudae*, poſtquam totis fere *ſexdecim* capitibus acerrime reiecit, et conſutavit *Caſauboni*, *Heinſii*, *Hugonis Grotii*, *Salmaſii*, *Pricaei Lightfooti*, aliorumque ſententias, tandem capp. 17., & 18. verba Evangeliſtae Matthaei c. 27. v. 5. de morte ſceleſtiſſimi proditoris: Καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο non aliter quam a vulgato noſtro interprete factum ſit, *& abiens laqueo ſe ſuſpendis*, intelligi poſſe tuetur; uti & cap. ſeq. 19., ubi Petri teſtimonium Actor. 1. 18. καὶ πρηνὴς γενόμενος, cum S. Matthaei dictis ita conciliat, ut & heic ab Apoſtolorum Principe, iuxta veraciſſimam interpretis noſtri verſionem *Iudas* dicatur graece: πρηνὴς γένομενος: *ſuſpenſus*, idem ſcilicet quod Latinis ſcriptoribus: *prolapſus*, *deciduus*, *delapſus*, *cadens*; immo & *praeceps*. Eaque ratione p. 178. continuo ſubdit: *poſſumus etiam intelligere eum qui ſuſpenſus eſt, crepuiſſe medium, & effudiſſe inguina, non minus bene, quam in exemplo Arii poſſumus credere aliquem ſedentem in latrina crepuiſſe medium & effudiſſe iuguina*; quemadmodum *tale quid videtur concipere potuiſſe* Maldonatus dum ſcribit: *Poſtea vero, aut rupto laqueo cecidiſſe ac effudiſſe viſcera, aut cum penderet, ita intumuiſſe, ut non quidem ſtatim, ſed aliquanto*

vero archetypo fragmento ineuntis ſaec. v., aut iv. vergentes

O

ⲁⲛⲉⲧⲙ̀ⲡⲉϥϩⲟⲩⲛ ( forte ⲉϩⲟⲩⲛ ) ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲡⲱⲱⲡⲉ ⲉⲃⲟⲗ (3) ϩⲱⲥⲧⲉ ⲛ̀ⲥⲉⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲡϭⲱⲙ ⲉⲧⲙ̀ⲙⲁⲩ ϩⲛ̀ ⲧⲉⲩⲁⲥⲡⲉ· ϫⲉ (4) ⲁⲅⲉⲗⲇⲁⲙⲁⲭ : ⲉⲧⲉ ⲡⲁⲓ ⲡⲉⲡϭⲱⲙ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲛⲟϥ :

ϥⲥⲏϩ . (5) ϩⲙ̀ ⲡϫⲱⲱⲙⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲯⲁⲗⲙⲟⲥ . ϫⲉ ⲙⲁⲣⲉ ⲧⲉϥⲉⲣϭⲱ ⲣ̀ϫⲁⲉⲓⲉ . ⲛⲉϥⲧⲙ̀ϣⲱⲡⲉ ⲛ̀ϭⲓⲡⲉⲧⲟⲩⲏϩ ϩⲛ̀ ⲛⲉϥⲙⲁ ⲛ̀ϣⲱⲡⲉ ⲁⲩⲱ ⲧⲉϥⲙⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ (6) ⲙⲁⲣⲉⲕⲉⲟⲩⲁ ϫⲓⲧⲥ̀ .

effuſa ſunt ..... adeo ut eorum dialecto appelletur ager ille *Ageldamach*, ager ſanguinis . Scriptum eſt enim: Fiat commoratio eius deſerta : & non ſit qui habitet in loco manſionis eius , & epiſcopatum eius accipiat alter . Nunc igitur id opus eſt , ut ex omnibus hominibus, qui nobiſcum adminiſtrarunt ex eo uſque die , quo intravit , & exivit a nobis Dominus Ieſus,

*to poſt tempore crepuerit medius* . Re tamen ipſa Gronovius cap. 20. laudata verba Luc. in Act. Apoſtol. 1. 18. non de morte Iudae , quam ex textu Matthael unice repetendam putat , ſed *de tempore poſt mortem , de eventu cadaveris eius laqueo hactenus alligati , & nunc inde dempti* , ut ita πρηνὴς γινόμενος *in publice vilibus cadaveribus & belluinis purgamentis deſtinatam voraginem eiectus fuerit , quod teſqui inſtar quum eſſet horridum eminentibus hie illic rupibus , quibus illud impactum eſt* , ἐλάκησε μέσος . καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ . Cui ſententiae cl. *Calmetus* adhaeſiſſe videtur . Ceterum verſio noſtra Thebaicā , ſi locus adductus integer eſt , Gronovii interpretationi ab eo traditae c. 19. favere quamoppido poſſet .

(3) verſ. 19 deſunt haec : καὶ γνωστὸν ἐγένετο πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν ἱερουσαλὴμ. . . .

(4) ⲁⲅⲉⲗⲇⲁⲙⲁⲭ : *Ageldamach*. Memphit. apud Wilkins. ⲁⲭⲉⲗⲇⲁⲙⲁ : *Acheldama* . Ἀκελδαμαχ Cod. *duo* antiquiſſimi A.B. Wetſtenii . Horum princeps *Alexandrinus* eſt , ut inde diſcas varium hoc lectionum genus ex varia apud Aegyptios pronunciandi ratione pendere . Addit Wetſthen. & 40. Ἀκελδαιμάχ D. ( ideſt Cantabrig. ) *Cod. Lat. Auguſtinus* Ἀκελδαμαχ E. & *Verſion. Copt.* ſed Wilkinſius nullum huius verſionis Cod. qui ſic legat , appellat . Ἀκελδαμὰ Gr. codd. editi, ſed ἀκελδαμᾶ apud Cl. *Chriſtian. Frider. Matthaei* ex Moſquenſium *cod. d.* ἀκελμαδα *in ſchol. cod. b . Acheldemach* cod. Lat. Ceterum vox Syriaca eſt ܚܩܠ ܕܡܐ , quae *Hieroſolymitane eſſe poteſt* , inquit Pfeiferus , חֲקַל־דְּמָא *Kakel-Dama* .

(5) Omittitur in v. 20. γάρ .

(6) ⲁⲩⲱ ⲧⲉϥⲙⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ . *Et epiſco-*

tis non circumflexum Graecorum ˜, neque recentium Coptorum

| | |
|---|---|
| Ⲧⲉⲛⲟⲩ ϭⲉ ⲟⲩⲁⲛⲉ ⲭⲉϣϣⲉ | unus horum te- |
| ⲛⲉⲛⲣⲱⲙⲉ ⲛⲙⲙⲁ ⲉⲧϣⲁⲁϣⲉ ⲛⲛ | ſtis nobiſcum ſit illius |
| | ſanctae reſurrectionis. |

*patum eius*. Beauſobrius in actis Apoſtolor. *gallice* tranſtulit: *ſa charge Gr.* (ἐπισκοπὴν) *inſpection, & non pas epiſcopat, comme a traduit l'auteur de la vulgate. Voyez Nombr.* IV. 16. *où le même Interprete a fort bien traduit le même mot, qui eſt employé ici, par celui d'inſpection, charge*. Sic ille. Fraude ſcilicet *Beauſobrius* pretium *nominis* deprimit, ut ſuffuretur rem. At *epiſcopatus* in pſal. 108. ſecundum Hebr. 109. v. 8., & Actor. I. 18. vox eſt, quam Romana & Latina omnis Eccleſia a primis uſque Evangelii temporibus uſu perpetuo conſecravit. Et iure quidem ac merito. Neque enim de qualicumque, eoque vulgari munere agitur, ſed de *apoſtolatu*, de quo Spiritus Sanctus cit. pſalmo futurum praefixit, ut a Iuda proditore in alium poſt eius necem tranſiret. Aug. in pſ. 103. ſerm. 3. n. 2. de duodenario Apoſtolorum numero loquens: *ita*, inquit, *numerus ille* (ex divina inſtitutione) *ſacratus eſt, ut in locum unius, qui ceciderat, non poſſet niſi alter ordinari*. Quamobrem in illud pſ. 108. *Fiant dies eius pauci*: *Dies eius, dixit, dies apoſtolatus eius, qui pauci fuerunt ... & tamquam diceretur: Quid ergo fiet de ſacratiſſimo numero duodenario, in quo non fruſtra Dominus duodecim habere primos Apoſtolos voluit? Continuo ſubiecit: & epiſcopatum accipiat eius alter... Quod ſi quis, quemadmodum factum ſit, ſcire deſiderat, Actus Apoſtolorum legat*. Annon ergo *epiſcopatus*, eam omnem *apoſtolatus dignitatem*, quam & *Iudas* primum & *Matthias* deinde in duodenario illo numero numquam de futuro ex divina praeordinatione obtinuit? Vox Hebraea פקדתו, quam LXX. gr. reddiderunt ἐπισκοπὴν αὐτοῦ *praefecturam eius*, adeoque *dignitatem*, quae cum imperandi regendique poteſtate conſuncta ſit, proculdubio deſignat. Eadem omnino vox eſt num. IV. 16. פקדת apud LXX. ἡ ἐπισκοπὴ, & haec a vulgato noſtro *cura* (charge) exponitur. At Beauſobrius obſervare debebat, tale eſſe id *curae*, & *officii genus*, quod *Eleazaro* filio Aaronis tamquam aliorum omnium Levitarum principi cum imperandi iure tribuitur, ut propria illius eſſet tamquam praeceptoris, & domini. Hinc vulgatus interpres ad initium v. 16. haec praemiſit: *Super quos*, ideſt ſuper Levitas filios *Caath*, *erit Eleazar filius Aaron ſacerdotis, ad cuius curam* &c. eamque Eleazari *praeeminentiam* longe ſonantius verbis hiſce enuntiarunt LXX. Ἐπίσκοπος Ἐλεάζαρ υἱὸς Ἀαρῶν .... ἡ ἐπισκοπὴ ὅλης τῆς σκηνῆς, καὶ ὅσα ἅγια ἐν αὐτῇ. *Epiſcopus* (praeſes nempe, praepoſitus, *viſitator* in Latina verſ. Memph. ⲡⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ) *Eleazar filii Aaron ... & inſpectio*, ſive ⲉϯⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ *viſitatio*, ideſt munus ei erit praeſidendi *cuſtodiae totius tabernaculi*. Id & Angli ipſi interpretes probe norunt, ubi tom. III. in Sac. Vet. Teſtamenti Biblia haec habent: (Eléazar) *prépoſé ſur tout le pavillon, &c. En qualité de ſurintendant des chefs des Lévites, il avoit l'inſpection ſur toutes leurs familles, & particulierment ſur les kébathites*. Multo proinde rectius, & accuratius quam *Beauſobrius* vocem hanc verterunt catholici illi Gallicae verſ. auctores, quorum interpretatio haec eſt: *& qu'un autre prenne ſa place dans l'EPISCOPAT*.

rum lineolam ` , ſed alterum veluti ω , Ω *mega* , exiguae formae ſupra ſe pictum refert . De ceteris nihil eſt , quod moneam . Nemo enim non intelligit ea , quae ſequuntur , dicta eſſe parentum ad filiam .

O 2

| | |
|---|---|
| Ⲧⲟ-ⲛⲙⲙⲁⲛ (7) ϫⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲉϩⲟⲟⲩ (8) . ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲉⲓ ⲉϩⲟⲩⲛ . ⲁⲩⲱ ⲁϥⲃⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲟⲧⲛ̄ ⲙ̀ⲡϭⲓⲛϫⲟⲉⲓⲥ ⲓ̅ⲥ̅ (9) ⲉⲧⲣⲉⲟⲩⲁ̀ ⲛ̀ⲛⲁⲓ ϣⲱⲡⲉ ⲙ̀ⲙⲛ̀ⲧⲣⲉ ⲛ̀ⲙⲙⲁⲛ ⲛ̀ⲧⲉϥ ⲁⲛⲁⲥⲧⲁⲥⲓⲥ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ . | Tunc duos conſtituerunt , Ioſem , qui vocatus eſt Iuſtus , & Matthiam. . . . . *Vide , ut errata librario , & quae omiſſa ſunt in citatis verſiculis Act. Apoſtolor. c. 1. vel eidem , vel potius ſermonis auctori tribuas : neque enim ea Thebaicae verſionis vitio adſcribere fas umquam erit ſed uni illi, qui ut orationis brevitati conſuleret , ex divinae huius pericopes locis potiora , quae propius ad inſtituti ſui rationem conducerent , ſelegit , ceteris dimiſſis , quae ad rem ſuam nihil pertinere putaret .* |
| Ⲧⲟⲧⲉ ⲁⲩⲧⲁϩⲉ̀ ⲥⲛⲁⲩ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ (10) ⲓⲱⲥⲏⲥ . ⲡⲉⲧⲉϣⲁⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲓⲟⲩⲥⲧⲟⲥ : ⲁⲩⲱ ⲙⲁⲑⲓⲁⲥ (11) . | |

(7) ⲉⲧϣⲙ̀ϣⲉ : *qui adminiſtrarunt* . Gr. συνελθόντων , vulgata noſtra *qui congregati ſunt* . Memphitica: ⲉ̀ⲧⲟⲩⲓ̀ ⲉϩⲟⲩⲛ , iuxta Wilkins *ingredientes* ; ſed rectius fortaſſe , *qui convenerunt* .

(8) v. 21. omiſſum eſt : ἐν παντὶ χρόνῳ .

(9) Poſt ⲡϭⲓ-ⲛϫⲟⲉⲓⲥ ⲓ̅ⲥ̅ : *Quae ſequuntur* verſ. 22. Ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου ἕως τῆς ἡμέρας ἧς ἀνελήφθη ἀφ᾽ ἡμῶν , in hoc noſtro Theb. fragmenti verſiculo deſiderantur .

(10) Ⲓⲱⲥⲏⲥ . Ἰωσῆν , apud Weſthten *legunt cod. 5. Lectionar. 1. Verſio Syra poſterior* . Gr. Ἰωσὴφ καλούμενον Βαρσαβᾶν , aut Βαρσαββᾶν , ut Memphit. verſio , codd. A. E. , aliique , aut Βαρνάβαν , ut Codd. O. Latini codd. & verſ. Aethiop. apud eumdem Wetſthen. Sed haec in huius noſtrae Theb. verſionis textu omnino deſunt . Id enim unum *de Ioſe* dicitur *qui vocatus eſt* iuſtus .

At vero Ἰωσῆς , Ἰωσῆ , & Ἰωσὴφ , tria licet nomina , unam tamen perſonam denotant .

(11) ⲙⲁⲑⲓⲁⲥ : Ματθίαν , *Mathiam* ſcilicet . Sic Eraſmi , Colinaei aliaeque editiones , de quibus Wetſthen . Graeci Codd. Μαθθίαν . Sed Μαθθίαν Codd. , O. & 26. , teſte Wetſth.

Digitized by Google

(35) **Ⲧⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲣⲙ̀ⲣⲁϣ**: Iis, quae diximus de ⲣⲙⲣⲁϣ ad *not.* 9. adde ex fragmento alio Borgiano complectente aſceticos ſermones aequalis fere antiquitatis, ſententiam, quae pag. ⲡⲁ, 81. in haec verba concepta eſt: **ⲁⲩⲱ ⲉⲛⲟ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲛ̀ϩⲏⲙⲉⲣⲟⲥ ⲉⲛⲟ ⲛ̀ⲣⲙ̀ⲁϣ ⲛ̀ϩⲁⲣϣ ϩⲏⲧ ⲉⲛⲙⲉ ⲛ̀ϭⲱⲛⲧ**. In ea enim, ni egomet fallor, agitur *de quiete reddente* hominem *mollem, & delicatum*; cuius *animum voluptas ducit in* illecebram, & *amorem tentationis*. Verum hoc in loco ⲧⲟⲩⲙ̀ⲛⲧⲣⲙ̀ⲣⲁϣ *comitatem* tranſtulimus, quod & orationis argumentum, & vox ipſa ex hactenus obſervatis huiuſmodi interpretationem depoſcere videatur.

(36) **Ⲙⲛ̀ⲧⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ**. Ex Graeco *ἐυγένεια* ſic dicta apud Thebanos, *nobilitas* eſt, quae in S. Martyre *Colutho* celebratur. Huic adſtipulatur vetus Coptorum traditio in eorum Synaxario poſterorum memoriae commendata. Mihi tamen perſuadere nulla ratione poſſum *generis claritatem* eam eſſe, quam fragmenti noſtri ſcriptor per hanc vocem ⲙⲛ̀ⲧⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ indigitare voluerit. Haec enim per illuſtria ſaecularis potentiae, & humanae virtutis facinora manifeſtatur. At *gloria nobilitatis*, de qua modo loquitur, a S. *Colutho* manifeſtata dicitur *per magnitudinem ſanationum, & miraculorum*. Non alia igitur eſſe poteſt, quam quae propria eſt S. Martyris mortem pro Chriſto forti, invictoque animo perferentis. Huc ſpectat *locus* ex cap. 12. orationis Conſtantini ad Sanctorum coetum *de martyribus*, iudice Valeſio, *elegantiſſimus*, ubi τῦ μάρτυρος . . . ἡ τελευτὴ πλήρης . . . τῆς μεγαλοψυχίας, καὶ ΕΥΓΕΝΕΙΑΣ, *martyris mors plena laudatur fortitudinis, & generoſae indolis*. Hanc vero vocem ἐυγενίας ſi quis verbum verbo (rudiiter tamen) reddere vellet, mortem verteret *plenam nobilitatis*. Inde & *S. Blandina* inter martyres Lugdunenſes celeberrima; licet *dominam temporalem* & ipſam pro fide Chriſti certantem haberet, tamquam ceterorum omnium divinorum Athletarum μήτηρ ἐυγενὴς *mater nobl-*

*nobilis* in ep. Lugdun., & Vien. eccl. apud Euſebium lib. v. Hiſt. E. cap. 1. nuncupatur. Quamquam itaque ego credam Coluthum natalium ſplendore Antinoopoli in Thebaide cummaxime claruiſſe, ad id tamen demonſtrandum unam hanc vocem ⲙⲛ̄ⲧⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ parum aut nihil valere exiſtimarim.

(37) ϩⲓⲧⲛ̄ ⲛ̀ⲛⲟϭ ⲛ̄ⲧⲁⲗϭⲟ ⲉⲧϥⲉⲓⲣⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ ⲛ̄ ⲛⲉⲧϣⲱⲛⲉ ⲉⲧⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉ̀ⲣⲟϥ. Praeclarum omnino cunctiſque perſpicuum fuiſſe oportuit miraculum in caeco peractum, quod non unius modo admirationis ſenſum, ſed & fidei ardorem in ſpectatorum animis excitare, & incendere continuo potuit. Inde ſequuta eſt ea, quae heic deſignatur, *magnitudo*, copia ſcilicet, & multitudo *ſanationum*, quas deinceps S Martyr Coluthus ceteris omnibus ⲛ̀ⲛⲉⲧϣⲱⲛⲉ, Memph. ⲛ̀ⲛⲉⲧϣⲱⲛⲓ *gratis in ſe credentibus*, ſuamque implorantibus opem mirifice impertivit. Quodque maiori animadverſione dignum eſt, haec omnia curationum prodigia patefacta ſunt coram eo chriſtianorum coetu, qui, quum *Antinoitani* eſſent, falſa, atque diabolica *Antinoo* Numini adtributa non ignorabant. Indeque eſt, quod Origenes lib. III. contra Celſ. n. 36. de eo impudico Hadriani amaſio ſcribens, *ſi quis*, inquit, *veritatis amans res Antinoi incorrupte perpenderit, inveniet* μαγγανείας . . . Αἰγυπτίων & τελετὰς, machinamenta Aegyptiorum, & myſteria *in cauſſa eſſe, cur ille Antinoopoli etiam poſt mortem quid facere videatur, quod fertur & in aliis templis fieri ab Aegyptiis, aliiſque earumdem artium peritis. Hi enim quibuſdam in locis* δαίμονας μαντικοὺς ἢ ἰατρικοὺς, daemones ſtatuunt divinos & medicos, *qui ſaepe etiam animadvertant in eos, qui ipſorum leges de vulgaribus cibis, aut de non tangendo humano cadavere violant*; *idque ut vulgus imperitum terrefaciant*. Quamquam ſcriptores ſunt, qui harum praeſtigiarum auctores fecerint ſacerdotes Antinoi, eoſque vehementer incuſent, quod ex abditis, ſecretiſque locis vel eadem ipſa, quae Hadrianus compoſuerat, reſponſa, & oracula darent. *Atque huiuſmodi eſt* ( dicere pergit Origenes ) *qui Antinoopoli ab Aegyptiis Deus exiſtimatur : cuius virtutes quidem comminiſcuntur*,

*quibus*

*quibus inde quaeſtus eſt*. Nec tantum Origenis ſaeculo, ſed & IV. ſequenti diabolica iſta portenta a gentilibus, quorum, teſte Theodoreto, ingens adhuc numerus Antinoopoli erat de foediſſimo *Antinoo* praedicabantur. Ita vero fieri nullo modo poterat, quin tota illa Antinoitanorum fidelium multitudo, quae in aede S. Coluthi verſabatur, germana a fictis oraculis, & opera vere divina a praeſtigiis, atque a daemonum oſtentis diſcernere probe, certoque valeret. Et inde eſt cur quotquot aderant, ſpectaruntque & reddita lumina caeco, & aliarum ſanationum prodigia, concordibus vocibus in Dei, & S. Coluthi laudes mire laeti eruperint. Quae quidem omnia ſcriptor *αὐτόπτης* ſumma *ſimplicitate*, quemadmodum acciderant, enarravit, ne iis quidem ex utriuſque miraculi hiſtoria *ſubtractis*, quae vel incredulis, vel criticis, & Ariſtarchis ipſis ſeverioris ingenii anſam cavillandi, atque carpendi praebere potuiſſent. Quod eſt, iudice Origene lib. III. contra Celſ., certum indicium ingenui hominis, qui φιλαλήθως, καὶ *εὐγνωμόνως cum veritatis amore, animique candore* ſcribat.

(38) **Ⲁⲡⲟⲩⲁⲡⲟⲩⲁ̀ ⲉⲓⲛⲉ ⲙ̀ⲙⲉⲛⲉⲛⲧⲁϥ ⲉ̀ⲣⲏⲧ ⲙ..ⲟϥ ϩⲙ̀ ⲡⲉϥ..ⲓ ⲁⲩⲧⲁⲁⲩⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲙⲁⲣⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ.** Supplevimus in ⲙ̀..ⲟϥ, ⲙ: in ⲡⲉϥ..ⲓ, ⲏ: in :.ⲡⲙⲁⲣⲧⲏⲣⲓⲟⲛ, τὸ ⲙ̀, quod hae litterae in eo lacerato *autographi* loco penitus detritae exciderint. At verba illa ⲉⲓⲛⲉ ⲙ̀ⲙⲉⲛⲉⲛⲧⲁϥ ⲉ̀ⲣⲏⲧ ⲙ̀ⲙⲟϥ non ita intelligenda ſunt, quaſi tota populi multitudo ſe comitem caeco illuminato, & ab aede ſacra diſcedenti ad ipſius uſque domum adiunxerit; ſed ita accipi debent, ut, eo recedente, & ceteri ſeparatim receſſerint ad ſuos quiſque lares redituri. In iis vero, quae mox ſequuntur, verſio noſtra corrigenda eſt. Ubi enim vertimus: *honorarunt martyrium S. Coluthi*; vertendum potius erat: *honorarunt in martyrio S. Coluthum*. Quod locutionis genus Palladius adhibuit c. 67. Hiſt. Lauſ. apud Margarinum de la Pigne t. XIII. *magnae Bibl. Patrum* p. 999. Ibi enim de S. Martyre Apollonio in hunc modum loquitur:

tur : *quem nos etiam* ἐν τῷ μαρτυρίῳ εὐξάμενοι , *in martyrio precati* , *vidimus cum iis* , *qui cum ipſo fuerunt martyrio affecti* , καὶ προσκυνοῦντες τῷ θεῷ *&* *Deum adorantes* ἠσπασάμεθα αὐτῶν τὰ σκηνώματα ἐν τῇ Θηβαΐδι , *eorum corpora ſalutavimus in Thebaide* .

(39) ⲀⲨⲞⲨⲰⲘ ⲀⲨⲤⲰ ϨⲈⲚ ⲠⲈϤⲦⲞⲠⲞⲤ . *Epulum* in martyrio S. Coluthi inſtitutum haec verba aperte commonſtrant. *Manducarunt*,inquit fragmenti ſcriptor,*& biberunt* omnes , qui *in illius aede* ſacra tunc temporis verſabantur . Nec dubito quin pro ſuo quiſque gradu , et facultate dapes , et inſtrumenta convivii eo ſecum attulerint , quod vel etiam *pelvim* ad vultum manuſque abluendas inibi a ſervis caeci paratam vidimus . Nihil heic dicam de *agapis* chriſtianis ex more , et traditione Apoſtolorum intra eccleſiarum ſepta ſobrie , pieque diu ſervatis . Alterius enim diverſique generis erant convivia in honorem martyrum deinde inſtituta . Eorum meminit Conſtantinus M. *orat. ad SS. coetum* c. 12. , ubi poſtquam retulerat hymnorum , pſalmorum , variarumque divinarum laudum cantus , et ipſius euchariſtici ſacrificii oblationem Deo factam , ut animadvertit Valeſius , in memoriam martyrum; ( quicquid dicat VV. Lowth , qui in additis adnotationibus ad H. E. Euſebii de ſimplici *ſacrificio laudis* ea Conſtantini verba καὶ τοιαύτη τις εὐχαριστίας θυσία .... ἁγνὴ μὲν αἵματος , ἁγνὴ δὲ πάσης βίας , temere interpretatur , ) ſubiunxit , *ſobria quoque* συμπόσια *convivia celebrantur a multis tum ad mendicorum , tum ad eorum qui patria , & bonis* ( saevientibus perſecutionibus ) *exciderint , inopiam ſublevandam* . *Quae ſi quis importuna eſſe exiſtimet , is contra divinam & ſacroſanctam diſciplinam ſapere videtur* . Sic nempe loquitur Conſtantinus . Haec vellem obſervaſſet vir ſummus Ludovicus Ant. Muratorius in Anecdotis Graeco-Latinis diſquiſ. 11. *de agapis ſublatis* . Tum enim neſcio an tam facile pronunciare potuiſſet : (a) *Agapae in honorem martyrum celebratae* , *ſi non ſemper* ,

(a) *Agapae* nomine ſaepe pia largitio *ſtipis*,aut cuiuſcumque gratuitae ſubventionis, & Chriſtiani officii ſubſidium in veterum PP. geſtis eorumque ſcriptis indicatur. At heic *agapas* quam dicimus, *ſacra convivia* , *quae* in templis , aut aedibus in Dei honorem SS. Martyribus dedicatis inſtitui ſolebant , intelligimus.

*per*, *ſaltem ſaepe Incruento ſacrificio caruiſſe videntur* , *&* *a rudibus potius populis*, *quam ab Apoſtolis inſtitutae* . De agapis nempe loquitur Muratorius, quae *in die natali* martyrum peragi conſueverant. At eo die actio omnium auguſtior , atque ſplendidior, ut ex veterum monumentis didicimus, euchariſtici ſacrificii oblatio erat, quae agaparum dapibus ſine dubio praemittebatur. Certe ſacrificium *Deo frequentiſſime* offerri conſueviſſe *in memoriis martyrum*, eorumque ſolemnitatibus, ubi et agapae celebrabantur , teſtis eſt aevi ſui praeclariſſimus doctor SS. Aug. lib. xx. contra Fauſtum c. 21. Sed agapas in honorem martyrum *a rudibus populis* inſtitutas dicere, cum magni Conſtantini, et Gangrenſis ſynodi teſtimonio conciliari non poteſt. Quod ſi huiuſmodi epularum uſum eccleſiae Patres poſt id temporis tam vehementer , ut novimus, et acriter improbarunt, ſic eorum dicta accipienda ſunt, ut quicquid vitii, et corruptelae additum iis eſt, unice ſpectent. Nam populi, ceſſante furore perſecutionum, a daemonum cultu ad Chriſtum converſi, quum veteris licentiae , qua antea *dies feſtos cum idolis ſuis conſumere in abundantia epularum* , *&* *ebrietate conſueverant* , obliviſci difficile poſſent, adeoque et *perniciosiſſimis biſce* , *ac tam vetuſtiſſimis voluptatibus aſſueti* , *poſt eos* , *quos reliquerant* , *alios dies feſtos in honorem SS. martyrum* , *vel non ſimili ſacrilegio* , *quamvis ſimili luxu* , ut cum Auguſtin. in epiſt. 29. ad Alypium loquar, invitis licet, ſed eorum infirmitati parcentibus ab initio Epiſcopis, celebrare coeperunt . Sicque agapas chriſtianas , *quibus pauperes paſcebantur* , quemadmodum idem ipſe Auguſtinus Fauſtino eas calumnianti reſpondet, per ingluviem et ebrietatem immaniſſime deformarunt. Afri, ut vinolentiam ſub honeſti nominis titulo abſconderent , *ſolemnitatem* martyris, *laetitiam* vocabant. Hoc idem, ni fallor, ſonat vox δημοθοινία apud Theodoretum lib. IIII. H. E. cap. 11. Heſychio enim δημοθοινία eſt τῦ δήμυ ἐυωχία, ἐυωχία vero ἐυφροσύνη *laetitia*.

Praeclariſſimi Muratorii interpretationi , qua δημοθοινίαν Theodoreti *epulum publicum* in aede SS. martyrum Iuven-

ventini, et Maximiani intelligit, facile ſubſcriberem, ſi popularium epularum uſus Theodoreti aetate in orientis eccleſiis, maxime vero in Antiochena viguiſſet; nam *μέχρι τήμερον*, ad eum ſcilicet uſque diem, quo ille hiſtoriam ſuam ſcribebat, mos iſte ſervabatur ab Antiochenis. Sed iam, quemadmodum Muratorius ipſe demonſtrat, pluribus ante annis vivente adhuc Gregorio Nazianzeno, et Antiochiae praedicante Chryſoſtomo, omnino ceſſarat. Interpres H. E. Theodoreti in edit. Pariſ. an. MDCXLII. pro *ἐτησίῳ δημοθοινίᾳ* *annuo feſto* vertit. Attamen nec ego, ut mox aiebam, *δημοθοινίαν* eo loci a Theodoreto commemoratam aliter quam *convivium publicum* interpretabor, dummodo inſtructum ponatur extra aedem ſacram. Nam ea etiam, quae *per fora* a gentilibus celebrabantur, Theodoretus appellat *δημοθοινίας*. Cetera, quae ad hoc argumentum ſpectant, vide in laudata Muratorii diſquiſitione. Inde ſcies, quo primum tempore *convivia publica* in templis, et feſtis diebus SS. martyrum inſtitui coeperint, et quando demum in Africa, magno agente Auguſtino, quando in oriente, eloquentiſſimo in primis Nazianzeno Gregorio curante, et quando Romae, Nolae, Mediolani, et in univerſa praeſertim Italia, Pontificibus maximis, Paullino, et Ambroſio auctoribus ſublata finem acceperint.

At fruſtra in Muratorio quaeras, num haec eadem *epulandi* conſuetudo, quae in aliis chriſtiani orbis regionibus per ea tempora viguit, fuerit umquam in Aegypti eccleſias invecta, et ſemel invecta quamdiu perdurarit, tandemque penitus derelicta e ſacris liminibus exſularit. Nunc primum huius moris apud Aegyptios mentionem diſerte fieri in hoc noſtro fragmento intelligo. Neque enim de puris *agapis*, quas, quum *Celſus* in odium principum adducere tentaſſet, Origenes ſtatim ab initio libri I. contra eumdem, tamquam proprias chriſtianae religionis etiam in Aegypto agnovit, et vindicavit, diſſerimus, ſed de conviviis in martyrum templis celebratis in praeſentia tractamus. Verum et haec, ſicubi in Aegypti *martyriis* inſtituta quandoque fuiſſe novimus, ea ex agapis ipſis derivata putarim. Illae enim toto fere ſaeculo IV.

in ecclesiis quoque monaſteriorum Nitriae, et Thebaidis ex veterum more peragi conſuevere. *Eos, fratres, qui erant habitaturi in cellis*, ἐκάλων εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰς εὐωχίας, *in ecclesiam vocabant ad convivium*, ſcribit Palladius de Nitrienſibus *Ammonii* monachis ſect. 70. Εἰς εὐωχίας *ad convivia* interpretatur Gentianus Hervetus; quamquam ob ea, quae ſcribere pergit Palladius, de vocis ſignificatione dubitem. Nullam enim mentionem facit de eſu ciborum, ſed de una communi hilaritate, et laetitia, qua coetus ille omnis noviciorum fratrum in eccleſia collectus afficiebatur, ſermonem inſtituens; ſubiungit: καὶ ὡς ἔτι ἐκεῖνοι ηὐφραίνοντο, *& interea dum illi laetitiae operam dabant, unuſquiſque* ( eorum, qui antiqui erant Nitrienſis eremi cultores ) *quum e ſua cella* μηλωτὴν *ovillam ſuam pellem, aut ſportam pane, aut ceteris impleſſet neceſſariis, deferebant ad novas cellas, ut nulli nota eſſet uniuſcuiuſque* καρποφορία ( *oblatio* ex verſione Herveti, ſive *fructuum oblatio*, ut ex alia huius vocis interpretatione, quam alibi tradidit Cotelerius, intelligo ) *venientes autem* εἰς ἑσπέραν ad veſperam *habitaturi, repente inveniebant omnia neceſſaria*. Neſcio igitur quale iſtud eſſe potuerit *convivii* genus in ea Nitrienſi eccleſia celebratum, in quam ne panis quidem, ſed quicquid cibi potuſque erat in novas cellas veſpere edendum clam illatum a Palladio ipſo audivimus. Illud perſpicuum eſt teſtimonium, quod in *apophthegm. PP.* apud Cotelerium p. 445. habemus ex narratione *Abbatis Eſaiae* γενομένης ἀγάπης, καὶ ἀδελφῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐσθιόντων, καὶ συλλαλούντων ἀλλήλοις, *de agape, & fratribus in eccleſia comedentibus, & mutuo colloquentibus*, atque ob ea colloquia a presbytero Peluſii increpatis. (*)

Quod autem *agape* non ſine incruento ſacrificio, et Chriſti corporis participatione celebraretur, oſtendit reſponſum

(*) Huc etiam ſpectat pericope, *de dictis, & rebus geſtis veterum PP.* quam damus excerptam ex Borg. Cod. *& Monachorum Aegypti*.

P. cζ. 207. col. 4. in fine; & cη. 208. col. 1.

ⲁⲟⲩⲥⲟⲛ ϫⲛⲉ ⲟⲩϩⲗⲗⲟ ϫⲉ ⲟⲩ ⲧⲛⲉ ⲛϩⲱⲃ ⲛⲧⲙⲛⲧϣⲙⲙⲟ.

Frater interrogavit ſenem: Quid eſt opus, aut officiū peregrinationis?

ſum *Abbatis Siſois*, qui in laudatis *apophthegm. PP.* p. 670. monacho lapſo neceſſarium eſſe dixit, *μετανοῆσαι poenitentiam agere*, antequam *εἰσέλθῃ εἰς τὴν ἀγάπην ad agapem ingrediatur*. Eſt et illud praeclarum *Siſois* dictum de temperantia, et ſobrietate caute ſervanda in *agapis*, quae *in eccleſiis* fieri conſueverant. Quin et S. Abbas *Poemen* morem convivandi in eccleſia ( quibus tamen monachi non praeeſſent ) quaſi com-

P 2 mu-

Ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ ϫⲉ ϯⲥⲟⲟⲩⲛ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲟⲛ ⲉϥⲟ̀ ⲛϣⲉⲙⲙⲟ. ⲁⲩⲱ ⲁⲩϭⲛⲧ́ϥ ϩ̀ⲛ ⲧⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲉⲁⲩⲁⲅⲁⲡⲏ ϣⲱ̀ⲡⲉ ⲁⲩⲱ ⲁϥϩⲙⲟⲟⲥ ⲉⲧⲉⲧⲣⲁⲡⲩⲍⲁ ( pro ⲧⲣⲁⲡⲉ́ⲍⲁ ) ⲉ̀ⲟⲩⲱⲙ ⲙ̀ⲛ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ. ⲡⲉϫⲁⲩ ⲇⲉ ⲛ̀ϭⲓϩⲟⲓⲛⲉ ϫⲉ ⲛⲓⲙ ⲡⲉ ⲡⲉⲓⲕⲉⲩⲁ̀. ⲁⲩⲁⲙⲁϩⲧⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲁⲩⲧⲟⲩⲛⲟⲥϥ ⲉⲩϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ. ϫⲉ ⲧⲱⲟⲛ ⲛ̀ⲅ ⲃⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ. ⲁϥⲧⲱⲟⲩⲛ ⲇⲉ ⲁϥⲃⲱⲕ. ⲁϩⲉⲛⲕⲟⲟⲩⲉ̀ ⲇⲉ ⲙ́ⲕⲁϩ ̀ⲛϩⲏⲧ. ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ. ⲙⲛ̀ⲛ̀ⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲁⲟⲩⲁϫⲛⲟⲩϥ. ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲟⲩⲃⲱⲕ ⲉⲡⲉⲕϩⲏⲧ. ϫⲉ ⲁⲩⲛⲟϫⲕ ⲉⲃⲟⲗ. ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲉⲛⲧⲕ̀ ⲟⲛ ⲉϩⲟⲩⲛ. ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ⲁⲓⲕⲁⲁⲥ ϩⲙ̀ ⲡⲁϩⲏⲧ ϩⲱⲥ ⲁ̀ⲛⲅ ⲟⲩϩⲟⲟⲣ. ⲡⲁⲓ ⲉⲩϣⲁⲛ ⲛⲟϫ́ϥ ⲉⲃⲟⲗ ϣⲁϥⲃⲱⲕ. ⲉⲩϣⲁⲛⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉ̀ⲣⲟϥ ϣⲁϥⲉⲓ.

Dixit ad eum: Novi Fratrem, qui peregrinus erat; & is ingreſſus eſt in ECCLESIAM ad agapam peragendam, atque ad menſam ſedit, manducaturus cum Fratribus. Quidam autem ex his dixerunt: Quis alter iſte eſt? Et apprehenderunt, ſuſtuleruntque eum dicentes: ſurge, exi foras. At ille ſurgens abiit. Ceteri vero contriſtati ſunt, & eum revocarunt.

Poſtea eumdem interrogarunt? Abiit ne & cor tuum tecum? Quia eiecerunt te, & iterum te intus reduxerunt.

Ad haec ille ſubdidit; Hanc ego cogitationem in corde meo ſtatui: Oportet, ut ego ſim inſtar canis. Hic quum eiicitur abit, redit quum revocatur.

munem toti Aegypto denuntians, *ἐκεῖ*, inquit, *ἀριστοποιοῦσι illic prandia faciunt*, *&* *convivia*, apud eumdem Coteler. p. 600.

Iam vero ſi facile erat modeſtiae, et ſobrietatis terminos praeterire in iis Aegyptiorum *agapis*, quibus monachi tum maxime temporis rigidiſſimae continentiae cultores intererant, annon ego credam multo facilius fuiſſe, ut laici in iisdem ipſis *agapis* temperantiae modum excederent; ſicque ſub religionis ſpecie, agapas populari licentia in convivia, et convivia iſta in luxum ad honorem martyrum, quemadmodum alibi contigiſſe novimus, converterint, et transformarint? Ac ſimilis fortaſſe licentiae abuſus in publica convivia, quae in aede S. Martyris Coluthi celebrabantur, irrepſerant, etſi huius noſtrae hiſtoriae ſcriptor eorum vitia cum Africanis, Latinis, et Graecis populis communia pingere praetermiſerit. Hanc tamen qualemcumque ſive conſuetudinem, ſive corruptelam apud ipſos etiam Aegyptios ſaeculo V. ex eccleſiarum liminibus depulſam non ſine cauſſa exiſtimo; unde et miraculi huius epocham ad ſaec. IV. revocari debere opinor.

*AD-*

## ADNOTATIONES

### IN MIRACULUM II.

(1) **Ⲛⲟⲩⲣⲱⲙⲉ ⲉϥⲥⲏϭ :** (a) *Homo*, qui *mutilus* erat. Nam in ⲉϥ-ⲥⲏϭ Thebanenſe vocabulum ⲥⲏϭ idem eſt ac ϭⲁϫⲏ, vel ϫⲁϭⲏ Memphiticum, cui reſpondet Graecum *κυλλὸς mutilus*, *debilis*, *mancus*. Thebaei namque, ut ſolent, permutarunt litteras ϭⲁϫ ſive ϫⲁϭ in ⲥⲏϭ, & per apocopen detracta poſtrema ⲏ, ex ϭⲁϫⲏ, aut etiam ϫⲁϭⲏ, fecerunt ⲥⲏϭ; (a) quod magnam habet conſo-

(a) Quo tempore ea, quae ſequuntur, de voce ⲉϥϭⲏⲥ ſcribebam, nondum in manus meas pervenerat *Borgianus Codex de rebus geſtis veter. PP.* Aegypti. Nunc vero, poſtquam Eminentiſſimi Principis gratia eumdem ipſum codicem mihi legere ac perluſtrare licuit, ex pag. eius ⲥⲟ, 270. col. 1. intellexi, ⲉ̀ϥϭⲏⲥ nomine *paralyticum* indicari. Nam ibi haec verba leguntur Ⲛⲉⲟⲩⲛⲟⲩ ϩ̀ⲛ ⲕⲏⲙⲉ ⲉ̀ⲟⲩⲛ̀ⲧⲁϥ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲛ̀ⲟⲩϣⲏⲣⲉ ⲉ̀ϥϭⲏⲥ ⲁⲩⲱ ⲁϥⲉⲓⲛⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲁϥⲕⲁⲁϥ ⲛ̀ⲧⲣⲓ ⲛⲁⲡⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ : *Quidam erat in Aegypto, qui habebat ibi filium paralyticum, & eum adtulit, poſuitque in cella Abbatis Macarii*. Eademque res totidem fere verbis narratur apud *Cotelerium in Apophthegmatis Patrum* num. XV. pag. 535. tom. I. Monum. Eccl. Graecae. Ἦν τις ἔχων υἱὸν παραλυτικὸν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἤνεγκεν αὐτὸν εἰς τὸ κελλίον τοῦ Ἀββᾶ Μακαρίου. Immo, & idem habes in divinis apophtegm. de SS. Senioribus ex veteris graeci Anonymi ſcriptis latine verſis a Ioh. R. Eccl. ſubdiacono lib. II. num. 7. apud de la Bigne tab. IX. Bibl. PP. pag. 807. Nec tamen cum *paralytici* nomine ea pugnant, quae ſubinde adnotata a me ſunt de *mutilato*, *manco*, *& debili*; quatenus *paralyticus* caret membrorum uſu, organorumque officio ad motum & ad ceteras humanae vitae functiones, quibus ea inſerviunt, neceſſariis.

(b) Cave ne ⲥⲏϭ Marci XI. v. 2. 5. & 7. confundas cum hac noſtra, qua de agimus, voce ⲥⲏϭ. Ibi enim ⲥⲏϭ eſt *πῶλος*, *pullus aſinae*, ut jam novi ex antiquiſſi-

ſonantiam cum Aethiopico [illegible] *tslWsy*, aut [illegible] *tsWsy*, *mutilus*, *truncatus membro*, *debilis*. In indice Sahidicarum vocum La-Crozii ϭⲁⲛⲁϩ etiam occurrit, redditurque graece κυλλός. Huius miſeri hominis calamitas viſa mihi eſt eius omnino ſimilis, quam Palladius deſcribit cap. 26. H. L. in *mutilato* S. Eulogii Alexandrini cognomento *Scholaſtici*. *Invenit*, inquit de eodem Eulogio ſcribens, *quemdam in foro* ἐῤῥιμμένον λελωβημένον, ὃς οὔτε χεῖρας εἶχεν, οὔτε πόδας. Τούτῳ μόνη ἡ γλῶττα ὑπῆρχεν διακατάτριπτος πρὸς συμφορὰς τῶν προστυγχανόντων, *proiectum mancum*, interprete Herveto, *ac* mutilatum, *qui nec manus* habebat, *nec pedes*, *& ſolum lingua remanſit integra ad alloquendum eos*, *qui inciderent*.

(2) **Ⲉⲩⲥⲩⲗⲁ**. Inter voces, quae a Graecis deſumptae in hoc Aegyptiaco fragmento haud raro occurrunt, viſa mihi eſt locum habere ⲥⲩⲗⲁ, quaſi ducta a συλᾶν. Συλᾶν enim apud Heſychium praeter alias ſignificationes, & hanc ſibi adſciſcit, quae σπάω eſt, & *trahere* ( Italis *ſtraſcinare* ) *rapere*, adeoque etiam *raptare* deſignat. Inde *participium* Thebaicum ⲉⲩⲥⲩⲗⲁ, puellulos nempe humi *tractos*, atque *raptatos*, ſive, ut ſimilitudinis ratio poſtulat, *ſeipſos trahentes raptanteſve* interpretari libuit. Nam infantes ⲕⲟⲩⲓ necdum apti ad ambulandum, dum e ſolo, ubi iaceant, ſe ſe attollere nequeunt, corpus quomodocumque poſſunt verſant, ſecumque per humum imbecilla crura trahunt. Ita vero ⲕⲟⲩⲓ ⲉⲩⲥⲩⲗⲁ ϩⲓⲙ ⲕⲁϩ iidem erunt ac *pueruli humi repentes*, *ventre* ſcilicet *ambulantes* ex Heſychio ipſo, qui ἕρπειν exponit τῇ κοιλίᾳ περιπατεῖν. Quintilianus vero lib. I. cap. 12. eum *rependi* morem infantibus proprium, *raptationem* appellat. Sed ſi ⲉⲩ ⲥⲩⲗⲁ Thebaicum repetendum eſſet a Memphytico ϣⲏⲗ, paullo aliter hunc locum interpretarer, & ⲛⲟⲩ [illegible] ⲡ̀ⲕⲁϩ

mo Borgiano fragmento huius S. Evangeliſtae, Memphitica verſio his in locis legit ⲥⲏϫ pro ⲥⲏϧ. Verum & ab hoc diſcerne, te rogo, ϭⲏⲥ, quod in eadem Pſ. 67. verſione apud La-Croz. *coagulatum* deſignat.

ⲛ̀ⲛⲉϥϣⲏⲣⲓ ⲕⲟⲩⲓ ⲉⲩⲥⲟⲩⲗⲁ redderem, *ut filii parvuli* (nervis) *reſoluti*. Ϣⲏⲗ enim, quemadmodum & شل Perſarum, *paralyticum*, & *reſolutum* ſonat.

(3) Ⲉϥⲥⲟⲛⲥ̀. Habent & Memphitae ⲥⲟⲛⲥⲉⲛ: Ex hoc, ſublata ultima ſyllaba ⲉⲛ, verbum ſuum illud ⲥⲟⲛⲥ Thebaicam gentem feciſſe puto. Quamquam ea ſyllaba, quae huic vocabulo in recentiorum Thebanenſium σχεδάφοις deeſt, in antiquiſſimis fortaſſe aut non deerat, aut certe in pronunciando exprimebatur. Nam in *autographo noſtro* lineola, quae nota eſt deficientium litterarum, quando in ſermone ſubintelligi, atque ſuppleri debeant, conſpicua admodum, & longiuſculo calami ductu picta cernitur in ⲥⲟⲛⲥ̀ ſuper duas poſtremas ⲛⲥ. Eadem licet multo brevior eo loci conſpicitur in ϯⲥⲟⲛⲥ *deprecor* ſaepe laudati fragmenti miraculorum S. Macarii (a). Attamen diſcrimen eſt in vi ſignificandi.

(a) Loco S. Macarii lege S. *Abbatis Panefniv*.

Sed iis, quae hactenus dixi de ⲥⲟⲛⲥ̀ Thebaico, & id addendum eſſe opportune intelligo; hoc ſcilicet verbum, uti vel in iſto, vel in aliis pleriſque fragmentis legitur ⲥⲟⲛⲥ̀, vel amanuentium errori, vel popularis pronunciationis vitio tribui fortaſſe debere: Nam in Fragment. Naniano XXII. pag. CCCXIII. col. I. apud Cl. Mingar. ⲥⲟⲛⲥⲛ, ideſt Memphitice ⲥⲟⲛⲥⲉⲛ, integre expreſſum traditur. Ex hoc idem fit in ſimili Borgiano, quod mox ſubiungimus:

★ Ⲇⲉ ⲙⲛ̀ Ⲓⲱϩⲁⲛⲛⲏⲥ. ⲙ̀ⲛ ⲥⲱⲥⲓⲡⲁⲧⲣⲟⲥ ⲁⲛϭⲱ ⲉⲛⲁϩⲉⲣⲁⲧⲛ̀ ϩⲁⲧⲛ̀ ⲛ̀ϥⲁ ⲁⲣⲙⲁⲥ ⲉⲧⲟⲩⲱⲧ. ⲙⲛ̀ ⲡⲉⲑⲏⲣⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲣⲉϥⲙⲟⲩⲟⲩⲧ (melius ⲛ̀ⲣⲉϥⲙⲟⲩⲧⲉ) ⲁⲩⲱ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲕⲓⲙ ⲁϥⲕⲓⲙ ⲛ̀ϭⲓⲡⲙⲁ ⲉⲧⲙ̀ⲙⲁⲩ.

...autem & Iohannes, & Soſipater verſabamur ſtantes apud *Armas* (*Magum*) acerbum, atque fallacem, eumque ipſum beſtiarum incantatorem, & qui concuſſo ſolo locum illum movit, tremereque fecit.

di. Apud Thebanenſes Pſalm. LX. verſ. 1. ⲉⲡⲁ·ⲥⲟ́ⲡⲥ reſpondet Graecae τῆς δεήσεώς μου (Exaudi Deus) *deprecationem*

Ⲡⲁⲛⲑⲩⲡⲁⲧⲟⲥ ⲇⲉ ⲡⲉϫⲁϥ
ⲛ̀ⲓⲱϩⲁⲛⲛⲏⲥ ϫⲉ ⲡⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ
ⲁⲩⲱ ⲡⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩ=
ⲧⲉⲉⲩⲥⲙⲁⲙⲁⲁⲧ. ⲙⲁⲣⲉ ⲧⲁ=
ϭⲓϫ ϣⲱⲡⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲥϩⲉ ⲛ̀ⲑⲉ ⲉⲛⲉⲥⲟ
ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ ϫⲉⲕⲁⲥ ϩⲱ
ⲁⲛⲟⲕ ⲉⲓⲉⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲡⲉⲛⲥⲧⲁ=
ⲩⲣⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲡⲉⲧⲉⲕⲧⲁ=
ϣⲉ̀ ⲟⲉⲓϣ ⲙ̀ⲙⲟϥ.

Ⲓⲱϩⲁⲛⲛⲏⲥ ⲇⲉ ⲁϥϭⲱϣⲧ
ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲧⲡⲉ ⲁϥⲁϣⲁϩⲟⲙ ⲉ=
ϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲛ̀=
ⲟⲩⲧⲉ ⲙⲁ ⲧⲛ̀ⲛⲟⲟⲩ (l. ⲧⲉⲛⲟⲩ)
ⲛ̀ⲧⲉⲕ ϭⲓϫ ⲛⲁⲧϫⲣⲟ ⲉⲣⲟⲥ ⲉⲡ=
ⲉⲓⲙⲁ ⲉⲩⲥⲃⲱ ⲛ̀ⲛⲣⲱⲙⲉ ⲛⲁⲧ=
ϭⲟⲙ.

Ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲁϣⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲙ̀ⲛ̀ⲧ=
ϣⲉⲛϩⲧⲏϥ .... ϩⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲓⲟⲩ
... ( *l. c is una cum membrana excisus* )
ⲛ̀ⲕⲧⲁⲗϭⲟ ⲛ̀ⲛⲟⲃⲉ ⲛ̀ⲛⲣⲱⲙⲉ.
ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲕⲁϩ ϩⲁϩⲉⲣⲁⲧϥ́
ϩⲙ̀ ⲡⲉⲥϭⲣⲁϩⲧ ⲛ̀ⲕⲉⲥⲟⲡ. ⲁ=
ⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲣⲱⲙⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲁϩⲉ=
ⲣⲁⲧⲟⲩ ⲉⲩⲟⲩⲟϫ ⲛ̀ⲧⲉⲩϩⲉ ⲛ̀ⲑⲉ
ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ. ⲁⲩⲱ ⲁⲡⲕⲁϩ ϭⲃⲣ=
ⲁϩⲧ ⲛ̀ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ ϩⲓⲧⲙ̀ ⲡϣⲁ=
ϫⲉ ⲛ̀ⲓⲱϩⲁⲛⲛⲏⲥ.

Proconſul vero dixit Iohanni: Eia diſcipule, & Apoſtole Dei benedicti, fac, ut manus mea in priſtinum ſtatum, qualis ante erat, reſtituatur, ut & ego credam in *Crucifixum*, quem tu praedicas.

Tum vero Iohannes oculos in caelum attollens ingemuit dicens: Det Dominus hoc ipſo temporis puncto, ut manus tua ſit ſtatim firma, & valida ad doctrinam & inſtructionem imbecillium hominum:

Et tu fac ingenti miſerationum tuarum copia, ut (praeſentis ſanationis ope: *ſic exciſa interpretor*,) e medio tollas peccata hominum: ut terra iterum in quiete conſiſtat; & ut homines qui adſtant, ſani, ſicut ante inveniantur, omnes. Et iam terra ſtatim quievit ad verbum Iohannis.

*nem meam*, pro qua Hebraeus habet רִנָּתִי *clamorem meum*. Et rurſus Iohan. XVII. v. 9. ⲉⲓ-ⲥⲟⲡⲥ reſpondet περὶ ἐρωτῶ, & *rogare* deſignat; quemadmodum exempla ferunt collecta a cl.



Ⲁⲩⲱ ⲟⲛ ⲁⲧϭⲓϫ ⲙ̀ⲡⲁⲛⲑⲩⲡⲁⲧⲟⲥ ⲣ̀ⲑⲉ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ ⲁⲩⲱ ⲧⲕⲉⲡⲣⲟⲕⲗⲓⲁⲛⲏ ⲁⲥⲣ̀ ⲧⲉⲥϩⲉ ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ:

ⲱ ⲧϭⲟⲙ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲱ ⲡⲙⲉⲣⲁⲧⲉ. ⲛ̀ⲧⲟϥ ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲣ̀ϩⲁⲧⲟⲩ. ⲛ̀ⲧⲟϥ ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲣⲉⲟⲩ :... ( *excisae & heic ſunt litterae aliquot cum membrana* ) ⲛⲓⲙ ϣⲱⲡⲉ ⲉϥⲟⲩⲟϫ. ⲡⲁⲛⲑⲩⲡⲁⲧⲟⲥ ⲇⲉ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̀ⲓⲱϩⲁⲛⲛⲏⲥ ϫⲉ ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲁⲙⲟⲩ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲁⲏⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲟⲩⲱⲙ ⲛ̀ⲟⲩⲟⲉⲓⲕ ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲛⲉⲣⲏⲩ.

Ⲁϥϫⲓⲧⲛ̀ ⲇⲉ ⲛ̀ϭⲓⲡⲁⲛⲑⲩⲡⲁⲧⲟⲥ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲡⲉϥⲏⲓ ⲁϥⲕⲱ ϩⲁⲣⲱⲛ ⲛ̀ⲟⲩⲧⲣⲁⲡⲉⲍⲁ ⲁⲛⲟⲩⲱⲙ ⲁⲩⲱ ⲁⲛⲥⲱ: ⲁⲛϭⲱ ϩⲙ̀ ⲡⲉϥⲏⲓ. ⲁⲩⲱ ⲟⲛ ⲛⲉϥⲛⲉⲙⲙⲁⲛ ⲛ̀ϭⲓⲥⲱⲥⲓⲡⲁⲧⲣⲟⲥ.

ⲙ̀ⲛⲉϥⲣⲁⲥⲧⲉ ⲇⲉ ⲁⲡⲁⲛⲑⲩⲡⲁⲧⲟⲥ ⲥⲟⲡⲥⲛ̀ ⲛ̀ⲓⲱϩⲁⲛⲛⲏⲥ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲉϣⲱⲡⲉ ϯⲙ̀ϣⲁ ⲙⲁ ⲛⲁⲓ ϩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲥ ⲉⲧϩⲙ̀ ⲡⲉ ⲭ̅ⲥ̅

Et & manus etiam *Proconſulis* facta eſt ſicut ante erat, & *Procliana* quoque talis ut ante, priſtinae integritati reſtita eſt.

O potentia Dei! O *dilectiſſimi*! Ille curator fuit, ille ( efficere potuit : *& baec ſcilicet ſic excisa interpretor* ) ut ſanus quiſque eſſet!

Proconſul vero dixit ad Iohannem : o homo Dei, veni in domum meam, ut panem mutuo comedamus. Suſcepit autem nos Proconſul in domum ſuam, menſam paravit ante nos comedimus, & bibimus, manſimus in domo illius, & nobiſcum quoque erat SOSIPATER.

Die autem ſequenti Proconſul rogavit Iohannem, dicens : Domine fac me dignum, ut mihi quoque tradas ſignaculum, quod eſt in Chriſto.

Praeſule Tukio in Gram. Copt. ex reliquiis quarumdam lectionum pſalmorum, & evangelii Iohannis. Sed apud Memphitas

Ⲁⲩⲱ ⲁϥϯⲥⲃⲱ ⲛⲁϥ ⲁ-
ϥⲕⲁⲑⲏⲅⲉⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄
ⲛⲉⲅⲣⲁⲫⲏ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ. ⲁϥⲃ-
ⲁⲡⲧⲓⲍⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ.

Et ille eum docuit, & *catecheſi* ex ſanctis ſcripturis inſtituta erudivit, ac baptizavit.

*Fragmentum eſt, ut iam innuimus, eius ſimile, quod inter Naniana a Cl. Mingarellio edita locum* XII. *tenet. Sed exemplum noſtrum e codice longe diverſo prodiit. Nanianum enim, quod, Mingarellio ipſo teſte*, nihil aliud *continet*, niſi poſtremos trigeſiminoni capituli verſus, tum quadrageſimi argumentum, ac denique quadrageſimum ipſum caput bona ex parte, *Hiſtoriae Prochori, Chriſti diſcipuli, de vita, miraculis, & aſſumptione B. Iohannis Apoſtoli*, editae in Bibl. PP. to. 7. *Pariſis* 1644; *incipit a pag. cod.* ⲣⲟⲍ, 177. *& deſinit in pag.* ⲣⲡⲇ, 184. *At noſtrum, quo datur pars poſtrema cap.* XLIII., *& particula ſequentis* XLV. *initium ſumit a pag.* ⲣⲟⲅ, 173. *Unica deinde membrana, qua conſtat fragmentum iſtud Borgianum, dimenſionis eſt multo minoris, quam charta quaevis Naniani cod. pergamena. Characteres tandem, Naniani codicis non eam certe antiquitatis & elegantiae notam, quam Borgiani, praeſeferunt.*

*Ex his ego colligo acta haec apocrypha, quae ſub ementito* Prochori *nomine de S. Iohanne Evangeliſta feruntur, in antiquioribus Thebaeorum codicibus longe breviora fuiſſe, quam quae in recentioribus reperiuntur. Vetuſtiora enim novis ſubinde fabulis aucta in maiorem molem ſucceſſu temporis excreverunt. Res planior fiet ex collatione fragmenti noſtri cum cap.* XLIII. Hiſtoriae Prochori *editae laudato to.* VII. *Biblioth. Patrum. Eo in capite ſatis longa fabella narratur de magno terraemotu, quem Chriſtus Dominus ad ſuſpiria, gemitus, & preces S. Iohannis excitaverat; ut divina ultio temerarii formidandique iudicii a Proconſule in* Soſipatrum *primo, deinde in* Iohannem *ſimul &* Soſipatrum, *inſtante ma-*

Digitized by Google

phitas pro ⲥⲟⲡⲥ utrobique legitur ⲧⲱⲃϩ, quod *deprecationem*, & *deprecari* ſonat: ⲥⲟⲡⲥⲉⲡ vero, ut & La-Crozius in Lex. tradit, *blandiri*, & *ineſcare* ſignificat; ſuam-

Q 2 que

*tre, acerbiſſime lati, innoteſceret. At in fragment. noſtro ingentis huius terraemotus auctor, non Iohannes, ſed magus* Armas *dicitur*. II. *Nulla praeterea de hoc Mago mentio fit in toto illo cap.* XLIII. *Quod quidem nomen ſi forte ſcriptoris incuria omiſſum dixeris, contra, id ego dedita opera factum putavero, ut, tacito Magi nomine, locus daretur amplior novo illi condendo figmento de S. Iohanne terraemotus auctore*. III. *Eodem prorſus cap. non ſolum deſcribitur infortunium, quod ex caſu, tremente terra, acciderat vel Proconſuli, cui* manus arida, *vel* Prodianae, *quae ambobus* retortis brachiis, & oculis in capite verſis *viſa repente eſt, ſed hoc etiam additur*: & omnes a ſerpentibus, & mortiferis (*beſtiis*) laeſi ſunt. *Unde ad coronidem fabulae, poſtquam* pſeudo-Prochorus *dixit*; & finito verbo Apoſtoli (*Deum orantis*) quievit terraemotus, & Proconſuli ſanitas reddita eſt, & Prodiana facta ſana, *concludit* & omnes quicumque morſi a ſerpentibus fuerant, aut ex caſu laeſi incolumes facti. *Sed in Borgiano fragmento ſive de* laeſis, *ſive de* ſanatis *a morſibus ſerpentum, aliarumque beſtiarum nihil omnino dicitur. Attamen quia Magus in eo* ⲛ̀ⲣⲉϥⲙⲟⲩⲧⲉ *vocatur, ideſt* incantator beſtiarum, *hoc unum vocabulum ſuppari alicui fabularum conſarcinatori anſam praebere potuit nova iſthaec, quae ad ſerpentes beſtiaſque ſpectant, in Prochori apocrypho comminiſcendi*. ⲁⲣⲙⲁⲥ *vero aliud nihil eſt, quam* Ἔλυμας *nomen, Thebaico more corruptum per converſionem τῶ ε in α, & λ in ρ, omiſſo υ, quod fortaſſe in pronunciando ſupplendum eſſet*. Ἔλυμας *enim ſive Arabicum nomen ſit, ſive Perſicum, ſive Syriacum, ut varie de eo inter ſe diſputant eruditi, Act. Apoſtolor. c.* 13. 8. magus interpretatur: *& in verſione Memphit.* ⲉⲗⲓⲙⲁⲥ ⲡⲓⲙⲁⲅⲟⲥ, *Elymas magus, idem eſt ac* Armas, *qui &* ⲛ̀ⲣⲉϥⲙⲟⲩⲧⲉ *dicitur, ideſt* ἐπᾳδὸς incantator. *Quod quidem*

Digitized by Google

que fortaſſe originem ducit a סרב Hebr., Aethiop., & Arab. *traxit*; unde & ⲥⲟⲃⲥⲉⲃ pro ⲥⲟⲛⲥⲉⲛ ſcribunt Memphitae. Verum nemini mirum videri debet, ſi una, eademque vox in Thebanenſi dialecto ad ſignificandam *deprecationem* ex vulgi uſu recepta, parem in Memphitica ſignificandi vim non retinuit. Nam & hoc idem in pluribus aliarum orientalium linguarum vocabulis non modo diverſae, ſed eiuſdem etiam dialecti, perſaepe accidiſſe norunt eruditi. Eccur praeterea ⲥⲟⲛⲥ oriri non potuit ex eodem themate, unde eſt Memphiticum ⲥⲟⲛⲥⲉⲛ *ineſcare*, *blandiri*, quemadmodum δέησις *depre-*

*vocabulum occurrit in* Eccleſiaſte *Borgiano-Thebaeo* c.X. *v.* 11., *eique reſpondet Gr.* ἐπᾴδοντι. Ἐπᾷσαι *vero apud Heſych. eſt* γοήτικον ἐπικαλῆσαι magicis carminibus incantare; *ut omittam* ⲛ̀ⲣⲉϥⲙⲟⲩϯ *Memphiticum, quod eodem plane ſenſu in ſacris Bibliis uſurpatur. Unde Gr.* γοήτικον *idem ſonat ac* μαγικόν τό δι' ἐπαοιδῶν ἐσκευασμένον, magicum *opus* ab incantatoribus inſtructum. *Mater vero Soſipatri, ex confuſis Latinis litteris* cl. *cum* d, Prodiana *dicta eſt, quae* προκλιάνη, Procliana, *rectius, ut puto, in fragm. noſtro vocatur.*

*Sed quod ad hanc fabulae partem attinet, eam acceptam referri poſſe ſuſpicor Gnoſtico forſan, aut Marcionitae, vel Manichaeo alicui nugatori, qui, quum* Acta Apoſtolorum *reiiceret, ut divini huius libri fidem auctoritatemque ex obliquo turbaret, ex capite eius decimo tertio materiem ſumſerit huius Prochoriani commenti. Qua enim arte pollebat, viſus eſt ſub initium cap* XLIII. *hiſtoriae ſuae transformaſſe* Proconſulem Inſulae (*Cypri Sergium Paullum* v. 5. *eiuſdem* c.XIII. *Actor.*) *in* Proconſulem inſulae Graecum: *urbem* Paphos *dictam in* Patmos; *deinde* Iohannem v.6. citati cap. 13. (*ſed* v.25. cap. 12. *cognominatum Marcum*) *in* Iohannem Apoſtolum, *& tandem Magum* Elymas *nuncupatum in alium, qui Armas vocatur; quamquam ad fabulae commodum ſcenae huius actoribus Proclianam addat, eiuſque filium Soſipatrum. Neque id fraudis genus novum eſt in ea nefaria ſobole haereticorum, quorum audacia eo olim progreſſa eſt, ut in ſe ſuoſque Apoſtoli Paulli, eiuſque diſcipuli* Tychici, *immo & eccleſiarum, quas ille inſtituit, nomina transferre, ac transformare non dubitarint. Qua de re nonnulla iam attigi in Alphab. Tibet. pag.* 527.

Digitized by Google

*deprecatio* a δέω *ligo* & *vincio* apud lexicographos deducta traditur ? *Deprecatio* miſeri cum lacrimis, & gemitibus facta, Deo offert, quod ei maxime placet; ſuaſque proinde ſpirituales, ſinceraſque illecebras, ſuaque incenſa thura habet, unde *καταχρηστικῶς* quaſi *eſca*, *hamus*, & *blandimentum* ad ſibi conciliandam ſupremi Numinis pietatem dici quodammodo poſſit. Sic viciſſim Latinus interpres Iſ. c. LXVI. v. 12. & 13. Deum comparat matri, quae filiis ſuis blanditur.

(4) **Ⲉϥⲡⲁⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ**. Verbum a Graecis, ut & alia plura, ſed linguae regibus neglectis, mutuatum, praefixamque gerens participii notam, ſic reddi poſtulat, *interpellans*, *obſecrans*, *implorans* S. Coluthum tamquam *interceſſorem* ſuum apud Deum.Scriptor miraculorum S.Macarii (a) de *Iulio* magiſtro vici narrat, quod cum **ⲁϥ ⲡⲁⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ** *rogavit* dicens... Idemque *Iulius* ſubinde S. Abbatem alloquens ait: **ⲁⲓⲡⲁⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲕ** *rogo te*. Haec etiam tene ex eodem ipſo mox laudato *Borgiano* fragmento.

(5) **Ⲧⲁⲙⲛ̀ⲧⲑⲉⲃⲓⲏⲛ**. Ex Memphitico, & Sahidico **ⲉ̀ⲃⲓⲏⲛ** *humilis*, *vilis* abſtractum eſt: **ⲧⲁⲙⲛ̀ⲧⲑⲉⲃⲓⲏⲛ**. Ita proinde *paralyticum* induximus clamantem ad S. Coluthum: miſerearis *vilitatis*, ſive humiliationis, & abiectionis *meae* (b). Ori-

(a) Alias *S. Abbatis Paneſniv*.

(b) Non credam heic diſertiſſimum Ab. Mingarellium dicam eius ſimilem, quam de *ταπείνωσι* in *vilitatem* verſa ſibi impactam dolet Eraſmus in colloquio inſcripto *Concio*, mihi quoque impingere velle, quod **ⲧⲁⲙⲛ̀ⲧⲑⲉⲃⲓⲏⲛ** interpretatus ſim *vilitatem*. Nam etſi *ſcriptor* Naniani fragm. VII., ut ille ait pag. CXCV. de *Aegyptior. Codd. reliquiis*, calamitatem *potius*, atque infortunium, *aut fortaſſe etiam* indigentiam *dicere* videtur, & *apud Tukium* **ⲟⲩⲉⲃⲓⲏⲛ** *valeat*, *un povero*, *& denotet* ἐλεεινὸν *miſerabilem*, iure tamen contendere me poſſe ſentio, **ⲧⲙⲉⲛ̀ⲧⲉⲃⲓⲏⲛ**, hoc in loco *vilitatem* magis, quam aliud quodvis, ſignificare. Ea enim voce paralyticus noſter uti debebat, quae aptior eſſet, ad extremum, omniumque maximum atque miſerrimum morbi ſtatum, quo tandem paralyſis creverat, explicandum, ut ſanctiſſimi patroni ſui miſericordiam erga ſe commoveret. Is autem quid aliud erat, niſi vilis illa, & abiecta honeſti, atque ſapientis hominis conditio, quam demum acerrima morbi vi ſubire coactus fuerat, ut in humani corporis ſui membris movendis ad *reptilium beſtiarum* abiectionem, & deformitatem ſe miſere redactum cerneret ? Ecquid eo vilius in homine ? Hoc *vilitatis* genus, ut miſeriarum omnium clauſulam, aperire voluit vir infelix ſancto

Originem ſuam vox iſta debet Hebraicae linguae, unde אביון *egenus*, *inops*, *humilis*, *vilis*, *pauper*, *pauperrimus*. Hinc & *Ebionaei* haeretici ſic dicti, ut Origenes ſcribit in IV. περὶ ἀρχῶν n. 22. tamquam πτωχοὶ τῇ διανοίᾳ ... τῆς πτωχείας ἐπώνυμοι· ἐβίων γὰρ ὁ πτωχὸς παρ' Ἑβραίοις ὀνομάζεται, *mentis inopes*, *qui a mentis inopia nomen ſuum ducunt*; *pauper enim hebraice* ebion *dicitur*. Similia repetit Orig. ſub initium lib. II. cont. Celſum. Sed vide in ea Origenis loca Maurinor. PP. adnotationes. Euſeb. lib. III. H. E. c. 27. ex eo *Ebionaeos* dictos indigitat, quod πτωχῶς καὶ ταπεινῶς *miſere admodum*, *viliter*, *& abiecte de Chriſto ſentirent*; eique conſentire videtur Timotheus presb. CPolit. de recept. haeret. apud Coteler. Tom. III. Mon. E. G. Heic in mentem mihi venit non impius modo, ſed & ineptus, ridiculus, & ſtultiſſimus ſcurra magis quam ſcriptor *Voltairius*, qui inter cetera, eaque fere perpetua mentis ſuae deliramenta, id etiam auſus eſt effutire, nihil umquam affinitatis inter linguas Hebraicam, Syram, Phoeniciam, & *Aegyptiam* interceſſiſſe, etſi in earum ſingulis infantiſſimus eſſet. Mitto hominis temeritatem refellere. Satis enim pro meritis imperitia *Voltairii* deridetur, & caſtigatur a viro doctiſſimo, qui volumina tria *epiſtolarum* ſub nomine quorumdam Alemannorum, Polonorumque Iudaeorum, quartum Pariſiis edita, in eum ſcripſit, tom. II. *petit commentaire extrait* XIV. §. 10.

(6) Ⲁϥⲉⲓ ϣⲁⲣⲟϥ ϩⲛ̀ ⲟⲩϩⲟⲣⲟⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲩϣⲏ.

*Venit*

Martyri ſuo *Colutho*; ita tamen ut ſeriem morbi ſui, & ceterarum aerumnarum omnium, unde ea prodierat, acerbitatem ſimul complecteretur. Quod ſi parum tibi arrideat auctoritas La-Crozii *pauperem*, & *vilem* interpretantis ⲉⲃⲓⲏⲛ vide, numquid *laudabilis vilitatis ſpirent*, haec verba *Abbatis Sinutii in* epiſtola ad Timotheum Archiepiſcopum Alexandrinum. *Tua*, inquit, *caritas in me copioſiſſima eſt*, ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲓⲧⲁⲗⲁⲓⲡⲱⲣⲟⲥ ⲕⲣⲱⲙⲉⲥ *in me hominem miſerabilem*: *honoras me*, & *gloria illos* (Fratres nempe Monachos) *officis ſupra dignitatem*, *& ſupra menſuram*. *Multae enim ſunt laudes in litteris tuis* ϣⲁⲛⲁⲉⲃⲓⲏⲛ ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲛⲉⲃⲓⲏⲛ ϩⲓⲟⲩⲥⲟⲛ. ⲁⲛⲟⲛ ⲛⲉⲕϩⲙ̀ϩⲁⲗ *de mea vilitate*, *deque noſtra ſimul* (ideſt Fratrum qui mecum ſunt,) *vilitate*: *nos ſervi tui* ... Ubi *vilitatis* nomine eam *Sinutius* infirmae & contemptibilis ſortis conditionem intelligit, quam ſibi, ſuiſque tamquam *nullius pretii* hominibus demiſſo, humilique animo tribuebat. Haec ille ex Borgianis reliquiis Epiſtolar. Ab. Sinutii p. 301.

*Venit ad eum in viſione noctis*. Lucas Holſtenius im notis ad acta S. Perpetuae, ubi §. 10. haec leguntur: *Pridie quam pugnaremus video in oromate*: rem exigere cenſuit, *ut ſcribatur boramate*; *niſi haec vox ita deformata in uſu populorum Afrorum erat*. Atqui non in Africa tantum, ſed etiam in Thebaide, ut ex hoc noſtro fragmento liquet, efferebatur corrupta ϩⲟⲣⲟⲙⲁ pro ϩⲟⲣⲁⲙⲁ: Apud Memphitas variam vox iſta fortunam ſubiit. Ϩⲛ ⲟⲩϩⲟⲣⲟⲙⲁ Thebanenſium more ſcribitur Daniel. cap. III. v. 19. IV. 10., & VII. 13. ϩⲉⲛ ⲟⲩϩⲟⲣⲟⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲉ̀ϫⲱⲣϩ, *in viſione noctis*, aliiſque in locis. Sed in novo teſtam. a Wilkinſio edito, ut Matth. XVII. 9., Actor. XV. 9., & alibi paſſim, ϩⲟⲣⲁⲙⲁ legitur. Immenſus eſſem ſi congerere modo vellem tam multa, eaque omnia genuina, celeberrima, ac teſtatiſſima admirandarum *apparitionum viſionumque* exempla, quae de SS. martyribus a priſcis eccleſiae Patribus, atque ſcriptoribus referuntur. De S. Potamiaena V. & M. Alexandrina, quae imperante Severo, *tertio poſt martyrium die*, *noctu* apparuit tum *Baſilidi*, ſuo ante triduum tortori, *capiti eius coronam* imponens, dicenſque *ſe ipſius cauſſa Dominum oraſſe*, tum *& aliis pluribus civibus ſuis*, quos ad Chriſti fidem ſuſcipiendam provocavit, Euſebius narrat lib. VI. H. E. cap. 5. Inter acta SS. Montani, Lucii, aliorumque MM. de ſchola *S. Cypriani* apud Ruinartium magnus Martyr Flavianus pulcherrimum hocce teſtimonium de ſeipſo edidit: *Cum iam Succeſſus, & Paullus cum comitibus ſuis coronati fuiſſent; & ego poſt infirmitatem convaleſcerem, video ad domum meam veniſſe Succeſſum epiſcopum, vultu pariter, & cultu nimis claro, cuius effigies difficulter agnoſceretur, eo quod carnales oculi angelico ſplendore rutilarent. Quem cum vix agnoſcerem ait mihi: Miſſus ſum nuntiare tibi quia tu paſſurus es*. De SS. Martyribus Gervaſio, Protaſio, Nazario, Celſo, Agricola, & Vitale, qui corpora ſua ubi laterent magno Mediolanenſi Ambroſio palam revelarunt, teſtes ſunt Ambroſius ipſe, Paullinus illius diaconus & Auguſtinus. De S. Felice Nolano haec idem Auguſtinus ſcribit cap. 16. in lib. de cura pro mortuis gerenda: *Hinc ſol-*

*ſolvitur illa quaeſtio, quomodo martyres ipſis beneficiis, quae dantur orantibus, indicant ſe intereſſe rebus humanis, ſi neſciunt mortui quid agant vivi. Non enim ſolis beneficiorum effectibus, verum etiam ipſis hominum aſpectibus confeſſorem apparuiſſe Felicem... cum a barbaris Nola oppugnaretur audivimus, non incertis rumoribus, ſed teſtibus certis*. S. protomartyris Stephani *apparitiones* in Palaeſtina, in Africa, et in inſulis Balearibus magna cum chriſtianae fidei gloria, et emolumento univerſae eccleſiae innotuerunt. Quid multa? In actis SS. martyrum ſinceris huiuſmodi caeleſtium *apparitionum*, & ὁραμάτων exempla tam frequenter occurrunt, ut ea quaſi uſitata, propriaque ſigna in divinis illis heroibus Nazianzenus Gregorius praedicare non dubitarit. Is enim or. IV., quae eſt invectiva I. in Iulianum, n. LXIX. nuperrimae edit. non modo martyrum virtutes in *expellendis daemonibus*, *morbiſque curandis* celebrat, ſed & eorum *apparitiones*, *praedictioneſque* verbis hiſce extollit, ὧν αἱ ἐπιφάνειαι, καὶ ὧν αἱ προῤῥήσεις. Quo in loco ego equidem neſcio, cur doctiſſimus Petavius lib. XIV. de incarn. c. 11. §. 4. ſuſpicari maluerit ἐπιφάνειας a Nazianzeno uſurpari ad *beneficas*, ac *ſalutares* Martyrum *vires* ſignificandas. Nam ſi aliud quiddam quam veras *apparitiones* exponas, non intelliges quid ſibi velint αἱ προῤῥήσεις, *praedictiones* ſcilicet, quae certe non niſi ex *aſpectabili praeſentia*, & ex ore ipſo martyrum in viſu loquentium efferri quiverant. Accedit his, quod eloquentiſſimus Gregorius τὰς ἐπιφάνειας ab *ope*, & *efficacitate* martyrum in miraculis patrandis, ut ex antecedentibus, & conſequentibus illius teſtimonii verbis liquet, diſerte prorſus, aperteque diſtinguit. Quod ſi Nyſſenus *or. 2. de SS. XL. MM.* tom. II. eo fortaſſe ſenſu, quo putat Petavius, τὴν ἐπιφάνειαν ſemel accepit, non idcirco fit, quin ea uſus proprie fuerit cum alibi, tum vero maxime in priori or. tom. I. p. 210., ubi eorumdem MM. hiſtoriam texens, *tyrannidis adminiſtrum* τῇ ἐπιφανείᾳ τῶν ἁγίων πνευμάτων *ſacrorum ſpirituum apparitione, ut Paullum maieſtate Chriſti circumfuſum*, narrat. Interpretes Origenis ad §. 28. lib. III. c. Celſum τὰς ἐπιφάνειας *miracula* ſimpliciter vertit. Aio & ego ἐπιφάνειας, de

de quibus loquitur Origenes, miracula appellari poſſe; ſed per eam vocem Origenem veras *apparitiones*, intellexiſſe iure contendo. Diſputans namque contra Celſum *ſanationes*, & *apparitiones* vere divinas, quae primum a Chriſto, quaeque deinde in illius nomine factae fuerant, opponit diabolicis, aut certe fabuloſiſſimis *ſanationibus*, & *apparitionibus*, quae a Celſo ipſo tamquam admiranda quaedam *Aeſculapii*, *Apollinis*, &. *Ariſteae Proconneſii* prodigia inſolentiſſime iactabantur. Sed a diverticulo in viam. Quae hactenus obſervavimus eo ſpectant, ut intelligamus quam familiares, & celebres fuerint, quarto praeſertim, & quinto eccleſiae ſaeculo, SS. martyrum apparitiones. Tum enim ſplendida illa tempora, quae iamdiu beatorum athletarum agmina pro Chriſto occiſa exſpectabant, ex omni caelorum plaga viſa ſunt eluceſcere, quando, ſic providente Deo, eorum gloria in ſpectaculum totius orbis terrarum ventura erat. Huiuſque tam aureae ac felicis aetatis dies ſanctorum apparitionibus divinitus deſtinatos ſuis ipſe oculis vidit, eleganterque deſcripſit auctor opuſculi ſive epiſtolae ad amicum aegrotum *de viro perfecto*, quae licet tributa olim fuerit D. Hieronymo, hodie tamen, ut ſcribit Vallarſius tom. XI. oper. Hieron., *S. Maximi Taurinenſis eſt, nemine iam diffitente*. At inter martyres, qui per ea tempora e ſepulcris ſuis quaſi adhuc viventes, in divinis ſive ſomnis, ſive viſionibus, ut utrique hominum ſaluti, egeſtatique conſulerent, ſe eis in conſpectum dare conſueverunt, non potuit non maxime celebris, & inſignis eſſe *S. Coluthus*. Qua de re praeſtat haeic recudere praeclariſſimum Palladii teſtimonium, a Meurſio primum Graecis typis, & a La-de-Bigne deinde in to. XIII. Bibl. PP. cum addita interpretatione Latina editum, ut ex eo maiorem lucem, auctoritatemque accipiant huius noſtri fragmenti tabulae, ubi S. Martyris apparitiones, viſioneſque commemorantur:

*Palladii Epiſcopi Helenopoleos hiſtoria Lauſiaca*
c. LXXXIX. ex Meurſio.

Περὶ παρθένυ τινὸς, καὶ Κολλέθυ.

Ἄλλη τις ἂν (*ἦν* La-de-Bignius habet) τῇ ἀληθείᾳ παρθένος τῷ τῆς ἀσκήσεως ἔργῳ νηφόντως προσέχυσα (ἐμοὶ γειτνιῶσα parentheſi interiecta deſunt in Lat. verſ. La-de-Bignii) ἧς τὴν ὄψιν μὲν ὐχ ἑώρακα, προῆλθε γὰρ ἄυτη (ὡς ἔλεγον εἰδότες, addit La de-Bign.) ὐδέποτε ἀφ' ὗ ἀπετάξατο, πληρώσασα ἑξήκοντα ἔτη ἐν τῇ ἀσκήσει μετὰ τῆς ἰδίας μητρὸς. εἰς ὕστερον δὲ μελλύσης αὐτῦς μεταβαίνειν τὸν βίον πρὸς τὴν ζωὴν τὴν ἀκήρατον, ἐπιστὰς τῇ ἀνδρείᾳ ὁ κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἅγιος μάρτυς Κόλλυθος λέγει αὐτῇ. σήμερον μέλλεις ὁδέυειν πρὸς τὸν δεσπότην συ, καὶ ὁρᾷν ἅπαντας τὺς ἁγίυς. ἐλθῦσα ὖν ἀρίστησον μεθ' ἡμῶν ἐν τῷ μοναστηρίῳ (leg. ex Meurſii emendatione μαρτυρίῳ.) ἀναστᾶσα ὖν ὄρθρου ἡ μακαρία, καὶ ἐνδυσαμένη, καὶ λαβῦσα ἄρτον, καὶ ἐλαίας, καὶ λεπτολάχανα ἐν τῇ ἑαυτῆς σπυρίδι, ἐξελθῦσα ἐπῆλθεν εἰς τὸ μαρτύριον ἡ τοσαῦτα ἔτη μὴ προελθῦσα. Καὶ προσευξαμένη, καὶ καθεσθεῖσα, καιρὸν ἐπιτήδειον πρὸς τὸ γεύσασθαι ἐπετήρει διὰ πάσης ἡμέρας. Παραγενομένης δὲ τῆς ἐννάτης, καὶ τῆς τῦ φαγεῖν ὥρας ἐνστάσης, μηδ' ἑνὸς (μηδενὸς in textu La-de-Bignii) ἔνδον ὑπάρχοντος τεθεικῦια τὰ βρώματα προσκαλεῖται τὸν μάρτυρα, λέγυσα. εὐλογησόν μυ τὰ βρώματα, ἅγιε Κόλλυθε, καὶ συνοδευσάτωσάν μοι αἱ πρεσβεῖαι συ: Καὶ καθεσθῦσα ἔφαγεν. Καὶ πάλιν προσευξαμένη ἦλθεν περὶ ἡλίυ δυσμὰς εἰς τὸν οἶκον· καὶ δίδωσι τῇ ἑαυτῆς μητρὶ σύγγραμμα Κλήμεντος τῦ στρωματέως εἰς τὸν προφήτην Ἀμὼς. Καὶ λέγει αὐτῇ· δὸς τῦτο τῷ ἐπισκόπῳ τῷ ἐξορισμένῳ. καὶ εἰπὲ αὐτῷ· εὖξαι περὶ ἐμῦ. ὁδέυω γάρ πρὸς τὸν κυριόν μυ. Καὶ ἐτελεύτησεν ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ, μὴ πυρέξασα, μὴ κεφαλαλγήσασα, ἀλλ' ἑαυτὴν ἐνταφιάσασα εἰς χεῖρας Θεῦ τὸ πνεῦμα παρέθετο.

*Erat alia quaedam revera virgo religioſae vitae exercitationi vigilanter addicta, mihi vicina* (intellige *aede*) *cuius quidem vultum non vidi. Ipſa enim, uti dicebant, qui eam norant, numquam progreſſa eſt ex quo renuntiavit, quum annos expleſſet ſexaginta in exercitatione una cum matre ſua propria.* *Po-*

*Poſtremo autem, quum eſſet digreſſura ex hac vita ad vitam incorruptibilem, adſtans decora viri ſpecie* Sanctus Martyr Colluthus, *qui eſt prope locum illum* ( Antinoum ) *dicit ei: hodie eris itura ad Dominum tuum, & viſura ſanctos omnes: venient igitur prande nobiſcum in martyrio*. ( Vide viſionem S. Iacobi M. Africani apud Ruinart. pag. 228. edit. Amſtelaed. ) *Quum itaque beata illa mane ſurrexiſſet, ſeque induiſſet, & panem, olivas, paucaque olera in ſporta ſua accepiſſet, egreſſa perrexit in martyrium ea, quae tot ante annis numquam prodierat. Et quum oraſſet, & ſediſſet tota die, tempus obſervabat opportunum ad deguſtandum. Adventante autem nona, & imminente hora veſcendi, quum, nemine intus praeſente, paraſſet cibos, rogat Martyrem dicens*: Benedic meos cibos, Sancte Colluthe, & me comitentur interceſſiones tuae. *Et ſedens manducavit; quumque iterum oraſſet domum venit circa ſolis occaſum. Et dat ſuae ipſius matri tractatum Clementis Stromatei ſuper prophetam Amos; dicitque ei: Hunc da* Epiſcopo relegato, *& dic ei ut oret pro me: vado enim ad Dominum meum. Et nocte ipſa e vivis deceſſit, non febre, non capitis dolore affecta, ſed quum ſeipſam ad ſepulcrum compoſuiſſet, in manus Dei emiſit ſpiritum*. In hac omni viſione tam manifeſta, & aſpectabilis fuit S. Coluthi praeſentia, qua ſe huic ſanctae virgini conſpiciendum exhibuit, totumque iſtud, quale hactenus audivimus, familiare cum ea colloquium habuit, ut viri apprime docti, & in criticae artis ſtudio exercitati, interque ceteros *Gentianus Hervetus*, & *Margarinus De-La-Bigne* in ea diſcernenda perbelle deluſi, viventem adhuc *Coluthum*, eumque Martyrem non iam conſummatum, ſed *deſignatum* tantummodo, nec iam mortuum, ſed *brevi moriturum* exiſtimarint. At vero *errat Hervetus, qui putat hic τὸ μάρτυρα eſſe, praepoſitum martyrio*, ait Meurſius in adnotationibus, erratque proinde & *De-La-Bignius* ipſe, qui ſequitur alucinationem Herveti. Neque enim ii ſic excuſandi ſunt, quemadmodum iure excuſantur monachi illi, qui in oriente verſantes vivum putarunt magnum Ambroſium, quo die iam mortuus eis in monaſterio apparuit, cumque ipſis oravit, & ſingulis manus impoſuit, teſte epiſtola,

R 2 quam

quam de eo eventu a monachis ipſis ad Ambroſium miſſam ſucceſſor eius *S.Simplicianus* recepit, & Paullinus diaconus rei geſtae narrator fidiſſimus ſuis ipſe oculis vidit, & exploravit.

Porro tota haec *viſio* prout a Palladio deſcribitur merito cum ea comparanda eſt, qua inſignis Marryr Baſiliſcus S. Iohanni Chryſoſtomo Comanis in remplo apparuit, eique diem mortis praedixir, & ſepulturae locum oſtendit. Quod vero ad rempus viſionis ſpectar, eam accidiſſe coniicio ſub Imperatore Valente annum inter CCCLXXII. & CCCLXXIX. Palladius in huius noſtrae virginis hiſtoria commemorat *Epiſcopum* Antinoopolim in Thebaide *relegatum*, cui tradendus erat commentarius Clementis Alexandrini in prophetam Amos. At totis annis *quatuor*, quibus Palladius Antinoi fuit, ab anno ſcilicet CCCXCII. ad CCCXCV. uſque, nullus in ea urbe exſul epiſcopus invenitur. His itaque annis iſtius apparitionis epocha affigi nulla ratione poteſt. Uno tantum imperante Ariano principe *Valente*, ex eccleſiaſticae hiſtoriae monumentis ſcimus, ſanctiſſimum Edeſſenum epiſcopum *Barſem* primo *Aradum* in Phoenicia; deinde *Oxyrinchum* in Aegypto, tandem *Philas* in extremirare Thebaidis relegatum. Neque is tantum, ſed una cum ipſo iuſſi ſunt in exſilium ire *Antinoem* in Thebaide *Eulogium* Edeſſenorum presbyterorum ducem, & Protogenem in eo ordine poſt *Eulogium* ſecundum. Annus exſilii ex urbe Edeſſa rribus hiſce divinis viris indicti, erar an. Chr. circirer CCCLXXII. *Barſes* vero ante annum CCCLXXIX. ad beatam vitam iam tranſmigraſſe creditur. Sed ut intelligatur, quomodo & is eſſe potuerit epiſcopus ille *relegatus*, cuius mentio fit in recirata narrarione Palladii, ſat erit audire Theodoretum, qui lib. IV. H. E. c. 14. *Barſem* deſcribens in *Oxyrinchum* deportatum, *eo quoque*, ait, *illius famae claritas cunctos pertraxit*, κἀκεῖ τὸ (τὸ τούτου in ms. cod. biblioth. Angelic.) κλέος συνήγειρεν ἅπαντας, unde εἰς φρούριον ἔσχατον τοῖς ἐκεῖ γειτονεύουσι (γειτονίων in eodem Angel. bibl. ms.) βαρβάροις, *In ultimum quoddam caſtrum barbaris vicinum*, φιλαὶ δὲ τούτῳ ὄνομα, *cui nomen Philo* (perperam a quibuſdam ſcripto-

ptoribus in φλωὼ mutatum, uti & prave legitur in mox cit. ms. Angel. bibl. ) *caelo dignus ſenex abductus eſt*; atque ita *has omnes provincias*, Phoeniciam, Aegyptum, & Thebaidem, *virtutis ſuae radiis illuſtravit*. Quidni igitur & mater *aſcetriae* noſtrae commota tanti epiſcopi fama ad eum Antinoopoli diſcedens accedere conſueverit; ſicque *Barſes* per matrem innotuerit *filiae*?

Verum praeter *Barſem*, *Eulogius*, & *Protogenes* uno eodemque tempore in urbe *Thebaeorum Antinoo*, εἰς Ἀντινὼ τῶν Θηβαίων, quo miſſi fuerant a Modeſto praefecto Edeſſae, verſabantur. Ibi *cum*, teſte eodem Theodoreto in laudato lib. c. 18., reperto *epiſcopo communionis ſuae*, *eccleſiaſticis conventibus intereſſent*, *& paucitate coëuntium animadverſa*, *cauſſam ſciſcitati*, *incolas urbis gentiles eſſe didiciſſent*, *dolore affecti ſunt*, *uti par erat*, *& infidelitatem civium deplorarunt*. *Nec tamen dolorem ac luctum ſibi ſufficere exiſtimarunt*, *ſed omni ope incubuerunt*, *ut illorum morbum ſanarent*. *Ac divinus quidem Eulogius in cellula incluſus diu noctuque univerſorum Deo ſupplicabat*. *Admirandus autem Protogenes* τὰ Ἐυνομίυ ( ἐκ νόμυ in cod. reg., & Angel. biblioth.) γράμματα πεπαιδευμένος *ſacris litteris*, ( *legitimis*, ex Sirmundi verſione, ſeu *legalibus litteris*, ut mallet in notis Valeſius ) *eruditus* .... *cum ſcholam ibi*, *ac ludum litterarium inſtituiſſet*, *puerorum magiſter factus* .... *in divinis eloquiis erudivit*. Cumque gratia curationum donatus ad domum aegrotantis adoleſcentis ſemel perrexiſſet, morbumque ab eo oratione depuliſſet, *reliquorum adoleſcentum patres eum ſinguli in domos ſuas deduxerunt*, *orantes ut aegrotantibus opem ferret*. *At ille negabat ſe Deo ſupplicaturum*, *ut morbum expelleret*, *priuſquam infirmus baptiſmi donum ſuſcepiſſet*, *illi vero libenti animo parebant* .... *& uno*, *eodemque tempore animi ſimul & corporis ſalutem percipiebant*. *Quod ſi quando ſano cuipiam perſuaſiſſet*, *ut divinam gratiam ſuſciperet*, *eum protinus ad Eulogium deducebat* .... *ut* τῷ θηρευθέντι .... *capto dominicum ſignum imponeret* : ( *baptiſmum* ſcilicet, ut Valeſius in adnotat. exponit ) *conferret*. . *Omnes porro admirabantur Protogenem* .... *Eulogio primas cedentem* .... *Ex quo*

*non*

*non ſine cauſſa coniectabant*, *longe maiorem ac praeſtantiorem eſſe illius virtutem*. *Iam vero cum ſedata tempeſtate* .... *in patriam redire iuſſi eſſent*, *cuncti eos cum gemitu*, *&* *lacrimis deduxerunt*, *praecipue vero epiſcopus illius loci* . . . . Poſtquam ergo *in patriam pervenere*, *divinus quidem Eulogius*, *Barſe ad vitam doloris expertem translato*, *eccleſiae*, *quam rexerat*, *gubernacula ſuſcepit*. Admirandus autem Protogenes excolere iuſſus eſt *Carras* urbem agreſtem, atque horridam .... *Verum haec poſtmodum geſta ſunt* ( extincto Valente ) *pace eccleſiis reſtituta*. Et *Eulogius* quidem tamquam Edeſſae epiſcopus interfuit Antiocheno concilio an. CCCLXXIX., deinde Conſtantinopolit. I. an. CCCLXXX. Ex his, quae Theodoretus narrat, colligere ſtatim licet, quam facile fieri potuerit, ut virgo noſtra Antinoitana *Eulogium*, cui primas deferebat Protogenes, pro *epiſcopo relegato* acceperit. Quamquam nihil fortaſſe neceſſe eſt ad aliud quodvis coniecture genus confugere, ſi, quod Sozomenus lib. VI. H. E. cap. 34. teſtatur, *Barſes*, *&* *Eulogius epiſcopi fuerant*, *non alicuius urbis*, *ſed honoris dumtaxat cauſſa*, *tamquam ad repenſanda praeclara ipſorum facinora*, *in ſuis monaſteriis ordinati*, *quo quidem modo etiam Lazarus* ( inter Niſibenos monachos ) *epiſcopus fuit*. Atque hunc quidem Sozomeni locum Valeſius putat ſic explicari poſſe, ut *Barſes*, *&* *Eulogius initio quidem creati fuerint epiſcopi vacantis loci*, *honoris cauſſa*; *poſtea vero ſedes illis traditae fuerint*, *quas regerent*.

Tillemontius huiuſmodi *honorariorum epiſcoporum* ordinationem tamquam extraordinariam, & contra canones inſtitutam cenſet, deque auctoritate Sozomeni ſe nonnihil dubitare ſignificat. At probe norat Tillemontius ex Theodoreto lib. IV. H. E. cap. 13. ordinationes non modo diaconorum, & presbyterorum, ſed etiam epiſcoporum contra canones a S. Euſebio Samoſatenſi extra ordinem in Valentis perſecutione eo conſilio peractas, ut praeſto eſſent orthodoxi Praeſules, qui, ſicubi opus eſſet, exſulantium vices, locumque ſupplerent. Theodoretus ipſe lib. V. c. 4. *aiunt*, inquit, *Eulogium* ab eodem Euſebio ( certe quidem extra ordinem, & tranquillatis catholicae fidei rebus ) Edeſſenae eccleſiae paſtorem fuiſſe con-

conſecratum: quae loquendi ratio ſatis apte indicare poteſt eum, qui fuerat ab Euſebio ordinatus epiſcopus, ab eodem ipſo, Barſe iam e vivis ſublato, in Edeſſena ſede paulo ante Antiochenam ſynodum fuiſſe collocatum. In hunc vero modum, adhibita interpretatione Valeſii, ea quae Sozomenus narrat de Eulogio epiſcopali ordine ante exſilii tempora inſignito, cum Theodoreti teſtimonio facile conciliantur.

Ad ſummam, Palladii hiſtoria eo nos ducit, ut coniiciamus alium neminem eſſe potuiſſe *epiſcopum*, quem *relegatum Antinoitana* virgo appellat, niſi aut *Barſem*, aut *Eulogium*. Quumque hae duae S. Martyris *Coluthi apparitiones*, altera ſcilicet, quam narrat Palladius, altera, quam modo ex *Thebaico fragmento* evulgamus, tantam inter ſe affinitatem habeant, ut quaſi gemellae ſorores uno eodemque partu natae putari queant, vix ego dubito, quin ad eamdem propemodum epocham referri, atque reduci abſque ulla prorſus difficultate debeant. Idem namque ingenium, ut cetera mittam, ſpirare videntur, eamdemque et temporis, et ſacrarum *agaparum* notam in fronte gerunt.

(7) ⲀⲔⲤⲞⲨⲰⲚϮ. In autographo ⲁⲕⲥⲟⲩⲱⲛϯⲓ, vel ⲁⲕⲥⲟⲩⲱⲛϯⲏ quaſi cum affixo pronomine ſcriptum ab initio videbatur. Sed ⲓ, aut ⲏ tamquam linguae canoni adverſans, atque mendoſum eiuſdem ſcriptoris ſpongia deletum eſt.

(8) Ⲡⲁϫⲟⲓⲥ. *Domine mi*. Memphitice in ms. cod. Boniourii Geneſ. c. XXIII. v. 11. et 15. ⲡⲁϭ̅ⲥ̅. Sic Ephron Abrahamum ſic, ⲡⲁϭ̅ⲥ̅ regem Nabuchodonoſor Daniel c. IV. v. 16., ſic et Magdalena ⲡⲁϭ̅ⲥ̅, Chriſtum quidem alloquens, ſed quem illa *hortulanum* putabat, Ioh. XX. v. 15. vocat. Eodem honeſto loquendi genere, utuntur gentiles Apoſtolum *Philippum* rogantes apud Iohan. c. XII; v. 21. At Thebaeorum more ⲡⲁϫⲟⲓⲥ *S. Macarium* (a) appellat *Taneſii vici* adiutor

(a) Alias *S. Abbatem Diaconum Paneſniv*.

tor *Iullus* in alio, quod ſaepe laudavimus, illius Actorum miraculorumque fragmento: unde in monaſterio feminarum *Tabennoſiotarum* virgo omnium ſanctior, mirumque in modum humilis atque modeſta, quum *S. Petirum* optanti licet, atque roganti, auſa non eſſet elargiri *benedictionem*, ſed hanc illa potius ab eo ſibi dari exoraſſet, verbis hiſce, teſte Palladio in H. L. c. 42., uſa eſt: Σύ με εὐλόγησον, κύριέ μου. *Tu me benedic, Domine mi*. Quin & vir SS. Eulogius Alexandrinus magno Abbari Antonio notiſſimus, miſerrimum *mutilatum*, quem domi ſuae alendum, curandumque ſuſceperat, ut ex eodem Palladio retulimus, *domini* titulo in ipſo quoque familiari colloquio ſalutabat. Nemini proinde mirum videri debet, ſi noſter iſte aegrotus virum aſpectu decorum, ſecumque in viſu mirifice colloquentem ⲡⲁϫⲟⲓⲥ honoris, & reverentiae cauſſa patrio, uti coniicitur, more, rituque appellat.

(9) **Ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ Ⲕⲟⲗⲟⲩⲑⲟⲥ ⲡⲥⲁⲉⲓⲛ**. *Ego ſum Coluthus* ⲡⲥⲁⲉⲓⲛ *medicus*. ⲛ̀ⲥⲁⲓⲛ *medici*, in citato *Borgiano* fragmento miracul. S.Macarii (a) plures commemorantur. Memp. ⲥⲏⲓⲛⲓ, ἰατρὸς dicitur a Chaldaica fortaſſe, et Syra radice ⲛⲟⲛ *ſanare* (b). Verum unus is locus eſt, quo qualiſcumque Copto-

(a) Pone & heic, quaeſo, *S. Abbatis, & Diaconi Paneſuiv*.

(b) Vide *Boniourium* in differt. de *nomine Patriarchae Ioſephi a Pharaone impoſito* cap. III. p. 19. *Iſim*, ibi inquit, *multa ſanitati hominum pharmaca inveniſſe Aegyptii tradunt*, eamque vocant *ſcientiae medicae peritiſſimam*, apud Diodorum lib. I. p. 15. Unde vox *Iſis* etiam illuſtratur ex Syrorum ܐܣܐ *Eſo &* ܐܣܝ *aſi*, ideſt, *ſanavit curavit*: Chaldaeis אסא, in *hitpael* אתסי *itt-ſi*, quibus & אסי *aſe* eſt, *medicus*; *voxque* אסו *aſu*, vel איסו *iſu*, *ut Buxtor ſius legit*, *exponitur*: *ſalutifera*, *in paraphraſi ad* Gen. III. 6., & *apud Rabbinos eſt etiam Salus*. Eoque ſpectant egregia plura, quae ibi adfert, monomenta *Iſidi ſalutiferae* inſcripta. Hactenus Boniourius de origine nominis *Iſidis* ex אסא, quod & medici nuncupationi conveniat. *Iablonskius* lib. III. Panth. c. 1. n. 15. hanc Aegyptiorum Deam *Iſi* ſic dictam putat, *quaſi abundantia permanans*, *vel terram permeans*, & *pervadens*, ex ⲓ, Memphitica eorum dialecto, *venire*, & ex ⲥⲓ, quod *cum articulo maſculini generis*: ⲡⲓ-ⲥⲓ *deſignat* πλησμονήν, *abundantiam*, & *ſatietatem*. Sed ſi Aegyptii, uti ego opinor, plura eiuſdem numinis tributa ſub uno nomine indigitare curarunt, facile erit utramque & *Boniourii*, & *Iablonkii* ſententiam conciliare ut

Coptorum traditio de S. Colutho medicae artis cultore in eorum ſynaxario indicata confirmari poteſt . Heic enim ſuo
S ve-

ut & illa, & iſta idem ⲒⲤⲒ nomen explicet, ſed ſub diverſo reſpectu; quatenus ſcilicet, illa *Deam ISI* reſpiciat uti *ſalutiferam*, iſta vero uti *frugiferam*.

Quod vero ad vocem ⲤⲀⲈⲒⲚ, attinet, hanc derivatam ſuſpicor ex ⲞⲨϪⲀⲒ, *ſanitas*, *ſalus* ( *per aphaereſim* articuli ⲞⲨ, ) & ex ⲈⲒⲚ. Fac enim primo, ut Ϫ in ϪⲀⲒ mutes in Ⲥ, ( quod apud Aegyptios, infrequens non eſt ) ⲤⲀⲒ ſtatim habebis; cum ⲤⲀⲒ vero coniunge tu mox per regulam compoſitionum ⲈⲒⲚ, & ecce tibi ſub oculos, ſua veluti ſponte, venit vocabulum ⲤⲀⲈⲒⲚ, *ſalutifer*, ſive *ſanitatis lator*, quo nihil aptius ad *medicum* ſignificandum. Idem omnino fit in Memphitico ⲤⲎⲒⲚⲒ, ex more gentis mutata Ⲁ in Ⲏ & ⲒⲚⲒ retento, ex proprietate dialecti. Quidni & Graeca vox ὑγία, *ſanitas*, originem ſuam duxerit ex Aegyptia ipſa ⲞⲨϪⲀⲒ, *ougiai*, per *apocopen*, aut per *metatheſim* Ⲓ poſtremi? Nam ſi inter Aegyptios erant, qui priſcis temporibus ⲞⲨ contraherent in Ⲩ, quod quidem Thebaeos ſaepiſſime feciſſe novimus; unde eorum ſacerdotes, teſte *Hellanico* apud Plutarch. de *Is. & Oſir.* Ὕσιριν, *Tſirin* pro *Oſiride*, aut *Ouſiride*, appellabant, quid eo facilius quam, ut ex Aegyptiaca ⲞⲨϪⲀⲒ, *ougiai*, alias *ygia*, derivata credatur Graeca vox iſta ὑγία? Hac utebantur Aegyptii in familiarium epiſtolarum clauſulis, ſalutationis, & fauſtae precationis cauſſa. Sic deſinit utraque epiſtola magni Abbatis Antonii, altera ad S. Theodorum, altera ad divinum Archiep. Athanaſium apud Cl. Ab. Mingarell. in fragm. Naniano vett. Ac ſic etiam deſinit epiſtola *Abbatis Sinuthii* ad *Timotheum Archiepiſc.* Alexandr., ( de qua paullo ante dixi, ) in Theb. fragm. ex cod. *Borgiano-Veliterni* Muſei p. τα, 301. τβ, 302. τια, 311. τιβ, 312. En verba, quibus *Sinuthius* p. 301. col. 2. ſuo, aliorumque fratrum ſuorum nomine epiſtolam claudit: ⲞⲨϪⲀⲒ ⲚⲀⲚ ⲠⲈⲚⲘⲈⲢⲒⲦ ⲚⲈⲒⲰⲦ ⲈⲦⲤⲘⲀⲘⲀⲀⲦ ⲈⲔⲈⲒⲢⲈ ⲘⲠⲈⲚⲘⲈ .... ( locus ſordibus foedatus ) ⲚⲚⲈⲔϢⲖⲎⲖ ⲈⲨⲚ ϢⲎⲠ ⲚⲚⲀϨⲢⲈⲘ ⲠⲚⲞⲨⲦⲈ ⲚⲞⲨⲞⲈⲒϢ ⲚⲒⲘ. *Salvus nobis eſto care, & benedicte Pater, & fac ut & preces noſtrae ſint acceptae coram Deo omni tempore*. Pythagoras in epiſtolis ſuis huius clauſulae loco *pentagoni* figuram pingebat: eiuſque ſymboli arcano unum *pentagramma* nomen, quod eſt ὑγία, ſe indicare velle ſignificabat; idem ſcilicet ac Latinorum *vale*. Verum, eccur non etiam in mente ſua ſub hoc aenigmatis tegumento Aegyptiacam vocem ⲞⲨϪⲀⲒ exprimere cogitaſſet Pythagoras, qui, ut teſtatur *Antipho*, apud

veluti ore ſeipſum vir ſanctus, *nomine*, et *arte* quaſi cunctis cognitum, *Coluthum medicum*, abſolute vocat. Vide tamen, ne *medicum* ex eorum ordine credas, qui, utpote κατ' Ἐπίκουρον, *Epicuraei* ſcilicet, aut ἀπὸ τοῦ Περιπάτου *Peripatetici*, aut ἀπὸ ἰατρῶν Στωικῶν *Stoici*, nuncupati, ex Aegyptiorum chriſtianorum diſciplina ab Origene lib. III. contra Celſum n. 74. ſtrenue vindicata, fugiendi erant. Ceterum in locis aliis, ubi S. Coluthum *medicum verum*, *curationum effectorem*, *morborumque & corporis*, *& animi ſanatorem* appellari audivimus, voces ſunt, quae in actis martyrum, in SS. PP. ſcriptis, et in eccleſiaſticae hiſtoriae monumentis, quoties de miraculis ſanationum ad ſanctorum ſepulcra patratis ſermo fiat, καταχρηστικῶς uſurpantur, et *figuratam*, atque *impropriam* ſignificationem fere ſemper habent, medicoſque deſignant non humanis artibus, ſed divina virtute curantes.

(10) **Ⲛⲧⲉ ⲃⲱⲕ ⲉ̀ϩⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ.** La-Crozius in *ſylloge quarumdam vocum dialecti Sahidicae*, ⲛ̀ⲧⲉ pro ⲁⲛⲟⲕ uſurpari ſcribit, in *myſt. litt.* p. 47. l. 8., et p. 52. l. 5., notatque deinde *hanc vocem ſupereſſe in lingua Sinenſium*. De ⲁ̀ⲛⲧⲉ id ego legi, de ⲛ̀ⲧⲉ vero fidem omnem eſſe velim apud eumdem La-Crozium. ⲛ̀ⲧⲉ profecto non in hoc noſtro tantum, ſed et in aliis pluribus *Borgianis* fragmentis, vim habet coniunctionis *&*. Hinc in oratione dominica a S. Macario (a) thebaice recitata legitur: ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲙ̀ⲙϫⲓⲧⲛ̀ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲉⲓⲣⲁⲥⲙⲟⲥ, *& ne nos inducas in tentationem*. **Ⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ** pariter in iiſdem fragmentis pro *ingredi* ſaepiſſime occurrit. Verum id, quod in praeſentia accuratiori obſervatione dignum videtur, eſt poſitio, & ſitus *martyrii* extra moenia Antinoes. Inde enim S. Coluthus iubet homini iam ſanato, ut

apud Diogenem Laertium p. 489 ed. *Amſteled.*, idemque *Malchus in* eius vita confirmat, ἐξέμαθε τὴν φωνὴν αὐτῶν, ipſorum ſcilicet Aegyptiorum ſacerdotum *linguam didicit*? Quot enim ſunt in *pentagono* anguli, tot ſunt, *quinque* nimirum, ſive in ὑγιείᾳ, ſive in ⲟⲩϫⲁⲓ, litterae. Huc me ſenſim perduxit diſquiſitio de ἐτύμῳ τοῦ ⲥⲁⲉⲓⲛ. At ſi paullulum ego de via deceſſi, tu mihi ignoſcito.

(a) Alias *a ſancto Ab. Paneſniv*.

ut *ingrediatur urbem* . Sed , ſi quantum a moeniis diſtaret *martyrium* , fortaſſe quaeris , redi , te quaeſo , ad hiſtoriam , quam paullo ante de virgine Antinoitide ex Palladio dedimus . Inde coniicere licebit , tantam fuiſſe diſtantiam *martyrii* a civitate , quantam metiri potuit longitudo temporis , quod in iter pedibus ab hora *poſt nonam* , poſt prandium ſcilicet , & iteratas patrono ſuo beatiſſimo preces , *ad veſperam uſque circa ſolis occaſum* confectum , virgo ſexagenaria impendit .

(11) **ⲁϫⲓⲥ ⲉ̀ⲣⲟⲟⲩ ϫⲉ ⲁϥϣ ⲡⲉ ⲡⲏⲓ ⲙ̀ ⲙⲁⲣⲓⲁ ⲧⲡⲟⲣⲛⲏ** . Ne quid S. Martyre indignum in his verbis cogites , animo tecum paulliſper revolve quam incomprehenſibilia ſint iudicia Dei , & inveſtigabiles viae eius . Statuerat miſericors Dominus huius miraculi celebritate infamem feminam , Mariam nuncupatam , a perditionis barathro in aeternae ſalutis ſemitam revocare , & ad eximiae ſanctitatis gloriam extollere . Ne tamen ei uni mulieri , ſed & toti civitati , in qua plurimi adhuc gentiles ſupererant , patrati prodigii fama ad publicam utilitatem propagata ſplendeſceret , ſanati hominis miniſterio , eoque inuſitati *excitamenti* genere uti voluit , quo cives ad perſonam ſciſcitantis de *domo mulieris* paullo curioſius agnoſcendam , atque notandam inducerentur ; atque ita & S. Coluthi merita , & ea , quae pro converſione Mariae peccatricis acturus mirifice erat , per univerſam urbem celebrarentur . Haec omnia ſunt , quae Deus per os glorioſi martyris ſanato viro in edito oraculo exſequenda communicavit . Quam in rem , vel invito arroganti , inſanoque Voltairio , uti me poſſe arbitror graviſſimis illis Theodoreti ſententiis , quibus S. Simeonis Stylitae acta in H. Rel. cap. 12. defendit : * *Ego vero* , inquit , *non abſque divino conſilio* ( id fa-

S 2 ctum )

* *Novum hoc Thebaicum fragmentum e Cod. Borgiano de dictis , rebuſque geſtis veter. PP. Aegypti excerptum , ceteris omnibus egregiis monumentis , quae a cl. Bollando de vita S. Symeonis Stylitae ad v. ianuarii diem evulgata ſunt , hac oblata occaſione , opportune adiicere , & adnumerare praeſtat . Id etiam iure*

*ctum ) credo. Quamobrem eos oro, quos reprehendere delectat, ut linguae frenum iniiciant, neque temere ſe ferri ſinant; ſed conſi-de-*

*ac merito ſuo poſtulat nomen longe ſplendidiſſimum* viri ſanctiſſimi, *quem Theodoretus Cyri Epiſcopus, & iunior, pluſque Imperator Theodoſius*, μέγα θαῦμα τῆς οἰκουμένης, *magnum orbis terrarum miraculum appellarunt, quique cum in ceteris omnibus orientis, occidentiſve ſolis regionibus; tum vero maxime in Italia, & Romae in primis*, ἐν Ῥώμῃ τῇ μεγίστῃ, *eodem ipſo Theodoreto teſte, adeo celebris erat, ut maximae huius urbis cives* ἐν ἅπασι τοῖς τῶν ἐργαστηρίων προπύλαιοις εἰκόνας αὐτῷ βραχείας ἀναστῆσαι, φυλακήν τινα σφίσιν αὐτοῖς καὶ ἀσφάλειαν ἐντεῦθεν πορίζοντας, *in omnibus officinarum veſtibulis parvas eius Imagines ſtatuant, quamdam ſibi tutelam, atque praeſidium ex his comparantes. Interea vero ubi Latinae, Graecae, Syriacaeque litterae tam multa, ac magna de B. viri laudibus celebrant, unae vel Aegyptiacae veluti elingues, & in Thebaeis umbris latentes ſilebunt? Haud ita. Iam enim & hae in concentum cum aliis quam cito veniunt, & laetis hiſce modis admirabilem STYLITAM in caelum extollunt.*

P. ⲥⲁⲇ. 284. col. 4. circa fin.

ⲀⲨϪⲞⲞⲤ ⲉ̀ⲧⲃⲉ ⲁⲡⲁ ⲥⲩⲙⲉⲱⲛ ⲡⲥⲩⲣⲟⲥ ϫⲉ ⲁϥⲣ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲥⲉ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲉ (1) ⲉϥⲁ̀ϩⲉⲣⲁ‖

Dicebant de Abbate Symeone Syro, quod manſit annos ſexaginta

(1) Ⲁϥⲣ́ϩⲟⲟⲩ ⲥⲉ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲉ . . . *manſit annos ſexaginta*. Hanc annorum ſummam non ad unam ſtationem *Simeonis* in columna, ſed ad univerſum illius aſceticae, atque ſtupendae vitae tempus, quo ad Deum primo converſus monaſticam profeſſionem amplexus eſt, deinde in brevioribus columnis, mox in ſublimiori degere coepit ad mortem uſque. Hoc poſtremo, tam longo ac maximo annorum intervallo, ipſius abſtinentiae, & ieiuniorum ratio tam admiranda, & imperceptibilis viſa eſt, ut quo pacto ſine ullo humani alimenti cibive ſubſidio tamdiu vivere potuerit, inter ignota mortalium arcana recenſeretur. Itaque verba, quae mox ſequuntur. ⲉ̀ⲁϥⲁϩⲉⲣⲁⲧ́ϥ ϩⲓϫⲉ̀ⲛ ⲟⲩⲥⲧⲩⲗⲗⲟⲥ *ſiſtens ſuper columm-*

*derent Dominum talia perſaepe ad ſegniorum utilitatem inſtituiſſe. Nam & Eſaiam nudum, diſcalceatumque incedere iuſſit . . . & Oſee*

*lumnam*, mea quidem ſententia, idem omnino ſignificant, quod una Graeca vox ὁ ϛυλίτης, ideſt, Suida auctore, ὁ ἐπὶ κίονος ἱϛάμενος, *ſtylita*; deſumta denominatione a potiori illius vitae curſu, quo ſe tantopere celebrem in columna reddidit, & *ſtylitae* cognomentum adeptus eſt.

De ſerie annorum 60., quam noſtrum hocce monumentum ſtatuere videtur, arduum eſt certi quicquam decernere velle. Sed calculus omnium probabilior, ac fere certior, is unus, quem Bollandus, Tillemontius, & cl. denique Praeſul *Ioſeph Simonius Aſſemanus* concordi propemodum ſententia tradunt, videri poteſt. Aſſemanus in primis ex Syro, eoque *Synchrono*, & familiari *Simeonis* ſciptore *Coſma Presbytero*, to. I. Bibl. or. pag. 250. & ſeq. monaſticam eiuſdem *Stylitae* exercitationem ad annos protrahit *quinquaginta ſex*. Hoc idem Aſſemanus confirmat ex *Evagrio*, qui, ut ille proculdubio oſtendit, *Coſmae Syri* ſcripta perlegerat. Bollandus, & Tillemontius, etſi *Syriacam Coſmae* hiſtoriam ignotam haberent, *Evagrii* tamen auctoritate ducti, eumdem omnino annorum numerum religioſae *Simeonis* exercitationi adſignant: ille in commentario actor. praevio §. III. n. 12. & alibi, iſte to. XV. p. 881. ſub fin. adnot. IV. Et *Coſmas* quidem ſic apud Aſſeman. religioſam *Simeonis* vitam in varias epochas diſtribuit. *Novem*, inquit *annos exegit in monaſterio* (*Teledae*) . . . *ſeptem vero*, *& quadraginta annos* in Mandra Telaniſſae: *Decem videlicet in quodam Mandrae angulo... in brevioribus autem columnis ſtetit poſt haec annis ſeptem*, *nimirum in columna* XI. XVII. & XXII. *cubitorum*. *Triginta denique annis in columna cubitorum* XL. Idem ſcribit *Evagrius* l. I. Hiſt. c. 13 Sed Theodoretus annos *decem* in priori monaſterio Simeonem noſtrum vixiſſe ſcribit. Quo poſito, ſumma annorum illius monaſticae vitae, numerum redderet *ſeptem*, *& quinquaginta*. Nec ita tamen fieret, ut ad eam, quam Aegyptii in Fragm. noſtro ſtatuunt, evehi poſſet. Anni enim deſunt omnino *tres*. Hinc ego credo, Aegyptios ſuam hanc ſexaginta annorum collectionem deduxiſſe non tam a monaſticae vitae, quam ad admirabilia illius converſionis epocha. Nam quae *Coſmas* de eo narrat, poſtquam caeleſtem viſionem in SS. Martyrum aede acceperat, & antequam monachi tonſuram a S. Mara Epiſcopo Gaballorum in Teledae monaſterio ſuſciperet, biennii ſaltem intervallum expoſcere videntur. Ut enim cetera omittam, ea tantum, quae ille refert de *ieiunio trium hebdomadarum*, *de Martha quadam propter periurium a ſpiritu nequam exagitata*: *de piſce*, *pane*, *carne*, *& vino*, *quae a S. Simeone multiplicata ingenti pauperum multitudini ſuffecerunt*, haec, inquam, iam in eo ſuborientem miraculorum famam, quae non tam brevi tempore acquiritur, facile demonſtrant. Atque huc fortaſſe ſpectant anni illi *duo*, quos Simeonem egiſſe apud Archimandritam ignoti nominis Antonius in Graeca eius vita cap. I. v. 2. ponit, & Metaphraſtes ſimiliter commemorat cap. I. n. 5. ante ipſius in *Teledae* monaſterium ingreſſum. Quamquam Latinus Antonii interpres Archimandritam illum appellat *S. Timotheum*: qui tamen, ut ex Coſma teſte obſervat cl. Aſſemanus, *Simeonis diſcipulus*, *non praeceptor fuit*, idem nempe ille, *qui in eo Martyrio poſtea ſepultus eſt*, *in quo S. Stylites primam viſionem acceperat*. Quid tandem, ſi Aegyptii annum Simeonis emor-

*Oſee uxorem ſumere fornicariam, & rurſus diligere uxorem pravam & adulteram ... Horum unumquodque fieri iuſſit univerſorum*

ⲧ̀ϥ ϩⲓϫⲛ̀ ⲟⲩⲥⲧⲩⲗⲗⲟⲥ . ⲛ̀ϥⲟⲩ̀ⲙ ⲗⲁⲁⲩ ⲁⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲧⲉⲧⲣⲟⲫⲏ ⲛ̀ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉ (2). ⲟⲩ=

ſiſtens ſuper columnam: quin quidquam de cibo hominum ſumſerit, ſed nec homo quiſquam ſci-

mortualem, quem Praeſul Aſſemanus cum anno 459. coniungit, in ſequentem 460., quod & Tillemontius facit, diſtulerunt? Hunc etiam pone, & nihil tibi difficile erit, annos, qui deerant, *tres* invenire, ut ſummam habeas annorum *ſexaginta*, quam nobis ſpectàndam, offert ἀποσπασμάτιον Thebaicum.

(2) De S. Symeone ea hominum mentes opinio, ac fama per orbem terrarum longe lateque occupaverat, ut perpetuo ille ieiunio addictus nihil prorſus humani alimenti delibaret. Id *Tillemontius* ipſe fatetur, cit. tom. XV. art. IX. p. 265. *la renomée publioit meſme qu'il ne mangeoit point du tout*. Ac certe quidem, ſi ſermo inſtituatur de *ieiunio quadraginta dierum*, nulli dubium ſupereſſe poteſt, quin Symeon tanta religione, tantoque rigore in eo obſervando uſus ſit, ut ne micam quidem panis glutierit, vel aquae guttam illo omni temporis ſpatio ſorbuerit. Huiuſque rei teſtis eſt Theodoretus, qui tom. III. p. 880. Symeonis geſta annis ante ipſius obitum *viginti* circiter deſcribens ait: *Ille igitur ex illo tempore* (quo id genus abſtinentiae primum exercere coepit) *ad hunc uſque diem per annos viginti octo quadragenos dies* ἀσιτος *ſine cibo tranſigit*. Sed quaeſtio eſt de *ſenſu*, quo haec Theodoreti verba intelligi queant. Ea Tillemontius art. VI. p. 358. tom. XV. Venet. edit. ingenue tradit, ſua nos ſponte inducere *à croire que c'eſtoit la pratique ordinaire du ſaint durant toute l'année. Metaphraſte l'a pris en ce ſens, & dit nettement que le meſme iour que le ſaint finiſſoit un jeûne de 40. iours, il en recommençoit un autre d'une auſſi longue durée. Bollandus a cru la meſme choſe*. Nihilo tamen minus, quia Theodoretus ipſe *dit dans la ſuite qu'il mangeoit une fois la ſemaine*, hoc pacto, continuo ſubiungit Tillemontius, *ainſi ce jeûne de 40. iours n'eſtoit pas ſon ordinaire, & il pouvoit, bien ne le faire qu'une fois l'année*. Quid vero, ſi locus, quem heic laudat *Tillemontius* ex Theodoreto, incertae, & ſubiectae fidei haberi debeat? Nam, etſi in codice a Sirmondo Pariſiis 1640. edito ita, ut a Tillemontio, refertur, locus iſte legatur pag 887.: ἅπαξ δὲ ἑβδόμαδος τροφὴν ἡ γαςὴρ ὑποδεχομένη καὶ ταύτην βραχεῖαν, *ſemel autem in hebdomada cibum venter ſuſcipiens, & hunc exiguum*; *in codice* tamen, quem interpretatus eſt *Hervetus* in *Philotheo* Theodoreti Pariſinis formis impreſſo: n. 1555. aliquid praeterea habet, quod in Sirmondiano deſideratur. Sic enim legitur p 440: *Cum venter ſemel in hebdomada alimentum accipiat, idque exiguum*, quantum eſt divinorum Sacramentorum participatio, *dorſo concedit, ut facile inflectatur. Unde colligitur*, ut mox ſubdit Bollandus in notis pag. 283. *eum* (Symeonem) *ſingulis hebdomadis ſolitum Chriſti corpus percipere. Nam ſi de alio cibo ageret Theodoretus, ſecum ipſe pugnaret, qui ante ſcripſerit, eum quadrageſimo ſolum die cibo refici conſueviſſe*. Nec temere conicere licet Symeonem huius tam ſtupendi ieiunii auſteritatem immi-

*rum moderator eos, qui ſermoni non parebant, & prophetiae aures praebere abnuebant, ſpectaculi admirabilitate colligens, & ad au-*

ⲇⲉ ⲟⲛ ⲙⲛ̀ ⲣⲱⲙⲉ ⲥⲟⲟⲩⲛ ϫⲉ ⲉ̀ϥⲟⲛϩ ⲛⲁϣⲛ̀ϩⲉ. ⲛ̀ⲧⲉⲣⲟⲩ ϫⲓⲥⲧⲁϩⲉ (3) ⲇⲉ ⲛ̀ϭⲓⲛⲉ ⲧⲉ̀ⲙⲡⲉϥⲕⲱⲧⲉ ⲁ̀ⲩⲙⲉⲉⲩⲉ̀ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲧⲁϫⲁ ⲟⲩⲡⲛⲁ ⲡⲉ. ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲟⲩ

Ⲥⲱⲟⲩϩ ⲙⲛ̀ⲧ̀ⲥⲛⲟⲟⲩ̀ⲥ ⲛⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲁ̀ⲩϣⲗⲏⲗ ⲉ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲩⲉ̀ⲉⲓⲙⲉⲛⲁⲓ (4).

verit, unde ille viveret.

Qui autem curam rei explorandae ſuſceperant, diligenti perquiſitione circum eum peracta, in hanc de eo conceſſere ſententiam: *certe ſpiritus eſt*.

Quumque Epiſcopi duodecim congregati eſſent, Deum exorarunt, ut hoc negotium ſibi cognitum patefactumque redderet.

minuiſſe reliquis *viginti vitae ſuae* annis, de quibus in alia diſtractus, quum jam finem *Philotheo* ſuo impoſuiſſet, plura ſcribere deſiit Theodoretus. Eamdem vitae rationem ad diem uſque beatae mortis ſuae vir ſanctus integerrime coluit, conſtanterque retinuit. Verum nec *Antonius*, nec *Coſmas* illius diſcipuli, & vitae ſcriptores de hac ſumma divini athletae virtute, & gloria ullum nobis perſpicuum monumentum ad poſterorum memoriam reliquerunt, aut ſi quid hac de re litteris conſignarunt, iamdiu eſt, quum ex eorum ſcriptis, neſcio quo fato, excidit. Nam & id fortaſſe inter cetera eſt, quod *Evagrius* in eorum commentariis omiſſum dolet. Sed iam mentem animumque tuum in Deum mecum verte, & vide, quam praeclaro providentiae ſuae ductu hoc demum tempore ille effecerit, ut ex ultimae Thebaidis umbris in lucem prodiret huius noſtri *fragmenti* λύψανον, quo domeſticorum ſive negligentia, ſi qua fuit, ſive defectus in tam egregio B. Symeonis facinore recenſendo abunde ſuppletur: & magnum illud atque inauditum *ieiunii* miraculum tum ante, tum poſt Theodoreti Philotheum ab immortalis gloriae *Stylita* ſine corporeo quidem & materiali, ſed non ſine euchariſtico, & angelico cibo ad mortem uſque continuatum exponitur.

(3) ϫⲓⲥⲧⲁϩⲉ. Vox compoſita ex Theb. ϫⲓ, *capere*, *ſuſcipere*, & ex Graeca corrupta ἐξίτασις, *inquiſitio*.

(4) De XII. Epiſcoporum ſynodo ad certi aliquid ſtatuendum de inaudito *Symeonis* vivendi genere, quod cunctis quidem e columnae ſuae culmine ſpectatiſſimum erat, ſed in homine mortali captu arduum, & incredibile videbatur, ne mireris. Ea erat Epiſcoporum cura, & vigilantia, ut ſi quid inſoliti, & extraordinarii in chriſtiana, & religioſa orthodoxorum diſciplina accidere, & in ſuſpicionem venire intelligerent, de re tota communi Patrum diſcuſſione atque ſententia cognoſcerent. Sic actum etiam fuerat in cauſſa magni ſanctique Abbatis *Pachomii*, *ſur le don qu'il avoit reçeu du DISCERNEMENT DES ESPRIT, ET SUR SES VISIONS*, ut ſcri-

*audiendas vaticinationes inducens. Quis enim non obſtupuit, cum divinum hominem nudum ambulantem videret? Quis eius rei cauſ-*

Ⲁϣⲟⲡⲉ ϩⲓⲛⲁⲓ ⲉⲩⲛⲏⲥⲧⲉⲩⲉ (5) ⲙ̀ⲡⲉϥⲕⲱⲧⲉ (6). ⲁⲩⲱ ⲁ̀ⲧⲉϣⲗⲏⲗ. ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲡⲁ ⲥⲩⲙⲉⲱⲛ ⲡⲉϥϣⲁϫⲉ ⲛ̀ⲙⲙⲁⲩ ⲡⲉϫⲉ ⲁ̀ⲛⲅ̅ ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ ϩⲱ ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ:

Fuerunt & ii qui eius lateri aſſidui erant. cumque hac de re rogarunt. At *Sanctus* Abbas Symeon cum eis colloquens dixit: *Ego ſum homo ut alius quivis.*

ſcribit Tillemont. tom. VII. pag. 225. *Il fut appellé pour cela à une aſſemblée d'Eveſques & de Moine, qui ſe tenoit dans l'Egliſe de Latople vers le commencement de l'an. 348.... On ne laiſſa pas de l'examiner avec aſſez de ſeverité... Il ſe iuſtifia d'une maniere qui fit admirer ſon humilité et ſa force, ne louant en luy que la SEULE GRACE DE DIEU.* Vide & Bollandum inter acta *S. Pachomii* ad diem XIV. maii.

(5) ⲉⲩⲛⲏⲥⲧⲉⲩⲉ ⲙ̀ⲡⲉϥⲕⲱⲧⲉ. ⲉⲩⲛⲏⲥⲧⲉⲩⲉ ſcilicet participium eſt ductum a graeco *ἑϛηκ*, verbi vel *ἵϛημι*, *ſto*, vel *ἧμαι*, *ſedeo*, cum ⲛ nota pluralis numeri. Hinc nos ſententiam hanc vertimus *per eos, qui circum eum ſtabant*, ſive *lateri eius aſſidere ſolebant*. Neque enim ⲛⲏⲥⲧⲉⲩⲉ quicquam commune habere poteſt cum *νηϛεύω*, *ieiuno*.

(6) ⲟⲩⲁ ⲇⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩⲏⲧⲟⲩ, *&c.* unus nempe *ex his*, qui utpote in aſceticis auſteritatibus diu exercitati, quum probe noſſent, quo uſque humanae vires patientes eſſe poſſint in ieiuniis cuiuſcumque inediae, & algoris, incerti ſemper, an homo, an vero aliquid ſupra hominem *B. Symeon* eſſet quamdiu interminata ieiunia ad tam multos annos ſine alimento protraheret, ei licet de ſe aſſerenti: *homo ſum*, non credebant. Atque *Is* ipſe eſt, qui ſibi curam exhauriendi ex intimo pectore admirandi Stylitae totum illud ſecreti, de quo mortales erant tam anxie ſolliciti. Is columnam aſcendit: ibique dum aequo gradu cum Symeone verſatur, Angelum repente videt, qui caeleſtis cibi genus ſecum deferens in os ſancti viri mirabili auguſtoque ritu immittit. Mox vero ad ſocium ille converſus tibi, inquit, rite caſteque teſtor, tanta eſt divini huius cibi virtus, ut ego ſentiam non poſſe me ullo hominum cibo veſci, donec ſupremum vitae meae diem obire mihi contingat. En factum ex fragmento noſtro Borgiano. Cum hoc alterum eius ſimile, de quo Theodoretus, tu modo coniunge. *Venerat*, ( ſic Cyri Epiſcopus in Philotheo p. 887.) *ἀπὸ Ῥαβαίνης a Rabaena vir quidam bonus, Chriſtique διακονίᾳ famulatu honoratus, Is ad cacumen illud* ( *collis verticem* apud Bolland. *ex Metaphraſte* ) *cum aſcendiſſet, dic mihi, inquit, per ipſam veritatem, quae humanum genus ad ſe convertit*, Homone es, an incorporea natura? *Aegre autem interrogationem ferentibus cunctis, qui aderant*

*cauſſam cognoſcere non deſideravit ? Quis porro ſciſcitatus non eſt , cur tandem cum fornicaria habitare propheta non gravetur ?*

T *Ut*

Ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲑⲟⲟⲩ ⲛⲉⲩⲡⲓⲥⲧⲉⲩ-
ⲉ ⲁⲛ ⲡⲉ ⲉⲩⲙⲟⲩⲕϩ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ
ϩⲛ̀ ⲧⲁⲥⲕⲏⲥⲓⲥ. ⲟⲩⲁ ⲇⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ
(7) ⲛ̀ϩⲏⲧⲟⲩ ⲉ̀ⲩⲁⲧⲧⲱⲗ' ⲉ̀ⲙ-
ⲡⲉϩⲙⲉ ⲡⲉϥⲃⲓⲟⲥ ⲁ̀ϥⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲟϥ
ⲉ̀ⲁⲁⲧⲁϩⲟϥ ⲉ̀ⲣⲁⲧϥ ϩⲁϩⲧⲏ-
ⲛϥ ⲉ̀ϫⲛ̀ ⲧⲕⲉⲫⲁⲗⲓⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲧⲩ-
ⲗⲗⲟⲥ.

Sed illi qui in abſtinentiae , vitaeque aſceticae rigoribus exercitati erant , nullam ei praeſtabant fidem. Verum unus ex his ad percipiendum quid in eius vita eſſet , cum prope contemplatus eſt , ſtetitque coram ipſo in

*rant , ſilere omnes iuſſit , & illum alloquens , cur hoc , ait , ſciſcitatus es ? & cum ille reſpondiſſet : quia iactari ab omnibus video , te nec comedere , nec dormire : hominum autem proprium eſt utrumque . . . . admoveri ſcalam iuſſit , illumque aſcendere praecepit , ac primo quidem manus explorare , deinde ſub pelliceam veſtem manum immittere , & intueri non pedes tantum , ſed ulcus etiam teterrimum . Conſpicatus autem vir ille , admiratuſque ulceris magnitudinem , certiorque ab eo factus ipſum cibo interdum veſci deſcendit illinc , & ad me veniens omnia narravit .*

Utinam ab omni dubitationis ſpecie immunis eſſet vox illa Ῥαβάινης , *Rhabaines* , quae ſub huius narrationis exordium a Theodoreto profertur! Tunc enim multo alacrius , atque fidentius *Ravennam* , quae provinciae meae Aemiliae metropolis eſt , *patriam* cum *Tillemontio* appellarem peregrini illius *Diaconi* , qui ad Simeonem explorandum acceſſit. Sed ubi Latina verſio metaphraſtis c. 12. habet : *Ravenna* , & Bollandus in ſubiectis adnotationibus eam lectionem , ex textu Theodoreti ἀπὸ Ῥαβάινης , confirmat, in editione Pariſienſi legitur ἀπὸ Ῥαβάινης , apud Hervetum *ab Arabena* , in Longi Salentini exemplo *a Rhamene* : tandemque Bollandus ipſe nos mittit ad c. 3. *vitae ſecundae* in adnotatis ſub *lit. b* , quaſi ibi ſint *Arabeni* , *Rhabanitae* , *Arabanitae* Arabes , unde noſtra haec civitas nomen traxerit *Arabenae* . Quid vero, ſi *Rhamene* ſit ex corrupto vocabulo *Herme*, (*Hermopoli* ) alias *Eſmun* ερμανι, vel *Esmun Raman* Kirchero , aut *Iſmun Irromman* Vanslebio, ſive ex *Arment* , vel *Hermonti* Aegyptiorum urbibus ? Neque enim ignoramus celebrem legationem ab Aegyptiorũ monachorum coetu, teſtibus Evagrio , & Suida , ad *Symeonem* iam miſſam . Verum de his , quae noſtra parum referunt , plura non addam .

Illud unum in praeſentia nos ſcire praeſtat , quid ſibi velit vox iſta τροφὴ , *cibus* nempe in recitatae narrationis coronide a Theodoreto *Symeoni* tributus , ut inde intelligamus, quantum haec duo facta, prout alterum in Thebaica tabula, & alterum in Theodoreti Philotheo , enunciantur, inter ſe conveniant. Verba Theodoreti ſunt ; καὶ παρ' αὐτῦ μαθὼν ὡς ἀπολαύει τροφῆς, κατελήλυθεν. Haec in Sirmondiana editione ſic efferuntur : *certior*

*Ut igitur horum unumquodque univerſorum rex fieri iuſſit , ut ignavorum , ac deſidum utilitati conſuleret , ſic & novum iſtud , ad-*

Ⲁⲩⲱ ⲉⲓⲥ ⲟⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲁϥⲉⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ ⲙ̀ⲙⲁⲛϣⲁ. ⲉⲣⲉⲟⲩ ⲧⲣⲟⲫⲏ ⲛ̀ⲧⲟⲟⲧϥ ⲉ̀ⲧⲁⲛⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲧⲉ.

Ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉϥϯ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲥⲩⲙⲉⲱⲛ. ⲁϥϯ ϩⲱⲱϥ ⲟⲛ ⲙ̀ⲕⲉⲟⲩⲁ ⲉⲧⲛ̀ⲙ̀ⲙⲁϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲛ ⲧⲉⲓⲧⲣⲟⲫⲏ ⲛⲟⲩⲱⲧ.

Ⲛ̀ⲧⲟϥ ⲁϥⲣ̀ⲙⲛ̀ⲧⲣⲉ ⲁⲩⲱ ϫⲉ

ſummitate columnae.

Et ecce Angelus ab oriente venit habens in manu cibum, qui ſane angelicus erat.

Quumque eum dediſſet ſancto Abbati Symeoni , dedit alium etiam illi, qui cum eo erat, ex uno eodemque cibo.

Et ille (*Simeon*) teſta-

*tiorque*(diaconus)*ab eo* (Simeone) *factus ipſum interdum veſci , deſcendit* . Sed illud *interdum* , quaſi de vicibus temporum comeſtioni deſtinatis ageretur , unde nunc ſurgit ? Nulla vox eſt in Graeco textu , quae huic adverbio reſpondeat . Ea vero ſic ego reddi poſſe cenſerem : *quumque ab eo didiciſſet , uti cibo frueretur, deſcendit*... Haec *enim* verba ad modum potius mirabilem , & arcanum , quo oblato ſibi cibo Symeon fruebatur , quam ad cibum ipſum ſpectare videntur. Hinc illa eſt Herveti interpretatio : *Et cum ex eo didiciſſet , quomodo ſumat nutrimentum , illinc deſcendit* . Si de *cibo* naturali ageretur, qui fieri poterat , ut non aliunde quam ex ſecretis ipſius Symeonis verbis ſciri liceret ? An aethereum quid erat, aut ex aëreis atomis confectum , & clam in aperta ſummitate columnae comparatum , ut ſub hominum aſpectum tam longo annorum curriculo cadere nequiverit umquam ? Quid , quod nullus ex *Symeonis* diſcipulis tam diuturni temporis ſpatio deprehendi potuerit , qui ei vel tantillum panis aut clam , aut palam ſubminiſtrarit ? Reſtat igitur , ut Theodoreti dicta de uno *Eucharistico cibo* intelligi debeant. Qua de re vide adn. 2. Nam & de immaculata , atque divina carne ſua dixit Chriſtus Ioh. 6. v. 56. *caro mea vere eſt* τροφὴ *cibus* . Quod ſi Theodoretus de *cibo* Simeonis nec plura, nec clariora addidit , fecit id, credo , veritus diſciplinam arcani , quam in dialogo suo II. *de inconfuſo* to.4. p.56. in pſalm.21. v.27. to.1. p.47., & alibi non ſemel commemorat . Ceterum ἀπολαύσιν verbum , quod hoc loci adhibet , uſurpaverat iam de ſacramento corporis Chriſti loquens in comment. ad ep.1. ad Cor. cap.XI. ; & ad v. 27. pſal.21. paullo ante laudati,ubi de *divino cibo* alio *ſpirituali* , alio *myſtico* , & hoc ſolis *initiatis* cognito , ſermonem facit . Atque is ipſe forſan eſt , quem *Angelus* Domini praemonſtraverat *Symeoni* in priori viſione , dum ei,ut narrat Coſmas apud Aſſemanum tom. 1. B. Or. p. 241., *& virgam auream in manus tradidit , & quiddam in os ipſius immiſit NIVE CANDIDIUS , ET MELLE DULCIUS* .

*admirandumque ſpectaculum inſtituit , ut omnes rei novitate ad ſpectandum perduceret , probabilemque adventantibus traditam ſibi ad-*

T 2

ⲟⲩⲛ̀ϭⲟⲙ ⲙ̀ⲙⲟⲓ ⲉⲧⲙ̀ϫⲓ ϯⲡⲉ
ⲛ̀ⲗⲁ̀ⲁⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲛ̀ ⲧⲉⲧⲣⲟⲫⲏ
ⲛ̀ⲛⲣⲱⲙⲉ ϣⲁⲛϯ ⲙⲟⲩ. ⲉⲧⲃⲉ
ⲧϭⲟⲙ ⲛ̀ⲧⲉϩⲣⲉ ⲉⲧⲙ̀ⲙⲁⲩ.

ⲛ̀ⲧⲉⲣⲟⲩ ⲛⲓⲑⲉ ⲇⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ
ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲉⲓⲙⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲟⲩⲣⲱ=
ⲙⲉ ⲡⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ. ⲁⲩⲡⲓⲥ=
ⲧⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟϥ ϩⲓⲧⲛ̀ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ
ϩⲓⲧⲛ̀ ⲧⲉⲥⲙⲏ ⲙ̀ⲡⲙⲛ̀ⲧⲥⲛⲟ=
ⲟⲩⲥ ⲛⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ.

ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲙⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲉⲩ=
ϣⲗⲏⲗ ϩⲁⲧⲙ̀ⲡⲉⲥⲧⲩⲗⲗⲟⲥ
ⲛ̀ⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲛⲓⲙ ϣⲁⲛⲧⲉϥϫⲱⲕ
ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉϥⲙⲛ̀ⲧⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ
ϩⲙ̀ ⲡⲉ ⲭ︦ⲥ︦. ⲁⲩⲱ ⲛⲉϥⲣ̀ⲙⲛ̀
ⲧⲣⲉ ⲛ̀ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ ⲛ̀ⲧⲁⲩⲃⲱⲕ
ϣⲁⲣⲟϥ ⲉⲧⲣⲉⲩⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓ ⲁ=
ⲩⲱ ⲛ̀ⲥⲉⲕⲟⲧⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ϩⲓ=
ⲧⲛ̀ ϩⲉⲛϩ̀ⲃⲏⲩⲉ ⲉ̀ⲛⲁⲛⲟⲩⲟⲩ.

ⲉϥⲛⲁϫⲱⲕ ⲇⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲉ=
ϥⲇⲣⲟⲙⲟⲥ. ⲁⲩⲙⲏϣⲉ ⲛ̀ϣⲡⲏⲣⲉ
ϣⲱⲡⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲙ̀ ⲡⲉϥⲥⲱ=
ⲙⲁ ⲉ̀ⲧⲟⲩⲁⲁⲃ. ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ⲛⲉϩⲟⲟⲩ
ⲉϥⲟⲛϩ ⲛⲉ ⲛⲁϣⲉ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩⲧⲁ=
ⲗϭⲟ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲟⲧϥ ⲙ̀ⲛ
ⲛⲉⲛⲧⲁⲩⲕⲧⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉ̀=

tus ſic eſt *Non eſt mihi poteſtas ſuſcipiendi, guſtandique quicquam de cibo hominum, donec moriar, propter virtutem , & potentiam illius .*

Ubi vero perſuaſum eſt omnibus , iique cognorunt, quod vir dei eſſet, crediderunt ei tum ob univerſalem omnium vocem , tum ob duodecim epiſcoporum oraculum . Et perſeveraverunt in more orandi ante columnam omni tempore , quamdiu martyrium ſuum in Chriſto complevit .

Idque teſtabantur ii omnes, qui, ut reſipiſcerent, & converterentur ad Deum per opera bona , ad eum accedebant .

Ut autem curſum ſuum conſummavit , magna miraculorum multitudo facta eſt per ſanctum illius corpus , quemadmodum & in ipſius vi-

*admonitionem efficeret. Novitas enim ſpectaculi idoneum eſt pignus doctrinae, & qui ad ſpectandum venit divinis imbutus recedit.* Age igitur, & tu ad hunc ordinem divinorum conſiliorum, duce Theodoreto, refer quicquid audis a S. Martyre huic mutilo (a) iam prodigioſe ſanato in viſu dictum, iuſſumque, ut non clam, ſed palam a civibus: *& roget, & ſciat quaenam ſit domus Mariae fornicariae?*

(12) ⲉⲓⲟⲩⲱϣ ⲉ̀ⲣⲧⲉⲩϣⲏ ⲛ̀ⲙⲙⲁⲥ ϯⲁϯⲛⲁⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲃⲉⲕⲉ. *Volo cum ea* ( fornicaria Maria ) *tranſigere noctem: dabo ei mercedem ſuam*. Verba ſunt, quae a ſanato dicta, ſi ſecundum praepropera, & fallacia iudicia hominum expendantur, aliquam, licet incerti mali, ſuſpicionem ingerere poterant; ſed ſecundum arcana iudicia Dei per S. Martyrem revelata, eo ordinata erant, ut cives inducerent ad ſancta hominis geſta in domo Mariae ſtudioſe obſervanda, & ut ſignificarent ſalutaria colloquia, quae ille ad mulieris converſionem ſequenti nocte cum ea habiturus erat. Sic ducti ſpeciali quodam ſupremi Numinis conſilio viri duo cap. II. Ioſue ad terram Canaan explorandam in urbem Hiericunta miſſi, *ingreſſi*, dicuntur, *domum mulieris meretricis Rahab*, ibique quieſcentes *apud eam* innoxie, & caſte. Tam *publica* deinde, tamque inuſitata, & *aperta* declaratio hominis, cuius continentiam cuncti fortaſſe Antinoitani cives compertam habebant, apta per ſe erat ex animis audientium quamcumque mali ſuſpicionem avertere, interea dum eorum attentionem ad inſoliti facti genus exſpectandum provocabat.

Quod

(a) Adde: *ſive Paralytici*.

ⲃⲟⲗϩ̀ⲛ ϩⲉⲑⲛⲟⲥ ⲙⲛ̀ ⲛⲉϩⲣⲁ-ⲓⲧⲓⲕⲟⲥ ⲛⲉⲛⲁϣⲱⲟⲩ ⲉ̀ⲙⲁⲧⲉ. tae diebus: Per ipſum ſanationes magno numero editae ſunt, & converſiones ex gentilibus, & haereticis ad Deum ingenti copia evenerunt.

Quod porro additur de *mercede ſua* danda mulieri, *figurata locutio* eſt, quam ſi quis aut mendacii, aut ſimulationis arguere vellet, is certe, auctore magno Auguſtino tum in lib. cont. mendac. tum in ep. ad Conſentium, tum etiam in lib. II. quaeſt. evang. q. 52., & alibi, ineptiret. Mercedis nomine ſingularis gratiae donum ex explicatiſſima eiuſdem S. Martyris revelatione ſignificatur. Nam & *gratia* Dei, ut ait idem ipſe Hipponenſ. magiſter enar. in pſal. XXXI. *merces noſtra* vocatur.

At praeter ea, quae tum in hac, tum in proxima obſervatione ad rem iſtam expediendam proferimus, vide exempla antiquiſſima ſanctorum PP., unde iudicii formam de hoc noſtro ſumere poſſis. *Magiſtrianus* adoleſcens, ut ex S. Martyre Hippolyto narrat Pallad. H. L. c. 149. inſpirante Deo, *τῷ σχήματι τῆς ἀκολασίας praetextu intemperantiae* accedit ad proſtibulum, *profundo veſpere ingreditur ad eum*, *qui* ( puellas ) *alebat: dat ei V. ſolidos, & dicit ei: concede mihi μεῖναι ταύτην τὴν νύκτα manere hac nocte cum hac puella. In locum ergo occultum cum ea ingreſſus, dicit ei: ſurge, ſerva teipſam, & cum eam ſuis veſtibus induiſſet ... dicit ei: egredere.* Cetera, quae ſequuntur, vide in adnotat. noſtra 18. ad mirac. I. In actis MM. *Alexandri* & *Antoninae* ad diem III. maii apud Bollandianos: *Angelus Domini apparuit uni militum aetate iuveni, nomine Alexandro, & dixit ei: Alexander loquere Praeſidi, & ingredere ad Antoninam, eamque chlamyde tua indue, ut* ( e lupanari ) *egreſſa fugiat impium ...* Acceſſit, & dixit Praeſidi: *iube ut ingrediar ad Antoninam, ſi forte ei perſuadere poſſim*; tandemque ſic fecit, ut Angelus iuſſerat, & ſanctam virginem illibatam ſervavit. Idem, auctore Chriſto Ieſu, praeſtitit *Didymus* cum virgine & martyre *Theodora in meritoriam tradita*. quo ille *omnium prior, utpote ſceleratus, & habitu peregrino indutus* ad eam liberandam ingreſſus dicitur in actis eorumdem SS. MM. apud Ruinartium. Simile quiddam S. Ephraem Syrus de Abrahamo eremita & presbytero ſcripſit in vita *S. Mariae poenitentis*. Ut enim ſenex SS. neptem ſuam e ſordi-

didiſſimae vitae coeno erueret, indutus militaribus veſtibus, & ad lupanar, ubi miſellam verſari intellexerat, profectus, poſtquam dapes a *proſtibuli* adminiſtro parari iuſſerat, quaſi cum ſcorto coenaturus, ſolus ad eam accedere voluit. Iohannes cognomento Κόλοβος *Curtus* miſſus a toto Scetenſium monaſterio ad *Paeſiam* meretricio quaeſtu in fornice victitantem, ut illius ſaluti conſuleret, acceſſit, & vetulae ianitrici neganti ſe eum introducturum: *ſignifica*, inquit, dominae tuae: *magnum enim ipſi apporto emolumentum*. Id & anus, famuli, & puella ipſa iam ornata, & ad procum excipiendum parata pro *mercede iniquitatis* acceperunt; ſed vir ſanctus unum caeleſtis gratiae emolumentum per oblati lucri nomen ſignificare voluit. Haec ex Cotel. tom. I. Mon. E. G. pag. 485. Cetera praetereo, ne nimius ſiam.

Quamquam exemplum alterum, quod omnium fortaſſe pulcherrimum, & rei, qua de agitur, accomodatiſſimum, ſi immemor praetermiſiſſem, vehementer dolerem. Integrum illud exſtat inter laudata *Monum. eccleſ. Gr.* apud eumdem Coteler. tom. I. pag. 685. ubi *de Abbate Serapione* (*), quem *magnum* So-

* *Idem omnino exemplum*, *paucioribus licet verbis*, *in Cod. Thebaico Cardinalis noſtri Borgiae de* dictis, rebusque geſtis veterum Patrum, *narratur*. *En illud ex*

P. laudati cod. ⲥⲛⲁ, 281.

ⲀⲠⲀ ⲥⲁⲣⲁⲡⲓⲱⲛ(1) ⲛⲁⲩ ⲉ-
ⲩⲡⲟⲣⲛⲏ ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ϯⲛⲏⲩ
ϣⲁⲣⲟ ⲙ̀ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲣⲟⲩϩⲉ. ⲉ̀ⲃ-
ⲧⲱⲧⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ.

Abbas Sarapion quamdam meretricem videns dixit ei: *Veniam ad te veſpere*: *para te*.

(1) ⲥⲁⲣⲁⲡⲓⲱⲛ, Σαραπίων nomen proculdubio Aegyptium, ita perpetuo ſcriptum occurrit in *Charta papyracea Muſei Borgiani* a V. Cl. Nicolao Schow accuratiſsime explicata, & mirae eruditionis copia illuſtrata, Romae edita an. 1788. At in Graecis ſcriptoribus, ut apud *Coteleriium*, alioſque, Σεράπιων frequentius legitur.

Digitized by Google

Sozomenus, aliique appellant, iſta narrantur: *Veniens aliquando*, Abbas Serapion, *& pertranſiens per quemdam Aegypti vicum*, *vidit* meretricem *ſtantem in cella ſua*, *& dixit ei*, *ſe-*

Ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉϥ ⲛⲁⲥ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲥ ϫⲉ ϭⲱ ⲉⲣⲟⲓ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ϫⲉ ⲟⲩⲛ̀ⲧⲁⲓ ⲟⲩⲛⲟⲙⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ϣⲁⲛϯϫⲟⲕϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ. ⲛ̀ⲧⲟⲥ ⲇⲉ ⲡⲉϫⲁⲥ ϫⲉ ⲕⲁⲗⲱⲥ ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ·

ⲛ̀ⲧⲟϥ ⲇⲉ ⲁϥⲁⲣⲭⲉⲓ ⲙ̀ⲯⲁⲗⲉⲓ ϫⲓⲛⲡϣⲟⲣⲡ ⲙ̀ⲯⲁⲗⲙⲟⲥ ϣⲁⲛⲧⲉϥ ϫⲟⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡϣⲉⲧⲁⲓⲟⲩ ⲙ̀ⲯⲁⲗⲙⲟⲥ.

Ⲁⲩⲱ ⲕⲁⲧⲁ ⲥⲟⲡ ⲛ̀ⲕⲁⲣⲱϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ. ϣⲁϥⲉⲓⲣⲉ ⲛ̀ϣⲟⲙⲛ̀ⲧ ⲛ̀ⲕⲗ̀ϫⲡⲁⲧ ⲛ̀ⲧⲟⲥ ϩⲱⲱⲥ ⲁ̀ ⲱ ⲉ̀ϣⲗⲏⲗ ϩⲓⲡⲁϩⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϩⲛ̀ ⲟⲩϩⲟⲧⲉ ⲙⲛ ⲟⲩⲥⲧⲱⲧ.

Ⲁϥⲙⲟⲩⲛ ⲇⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲉϥϣⲗⲏⲗ ϩⲁⲣⲟⲥ ⲧⲁⲣⲉⲥ ⲟⲩϫⲁⲓ ⲁⲩⲱ ⲁⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉ̀ⲣⲟϥ·

Ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲇⲉ ⲁ̀ⲥⲡⲁϩⲧⲥ ϩⲁⲣⲁⲧⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲉϥⲟⲩⲉ̀ⲣⲏⲧⲉ ⲉ̀ⲥⲣⲓⲙⲉ ⲉⲥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ. Ϫⲉ ⲁⲣⲓⲧⲁⲅⲁⲡⲏ ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ ⲡⲙⲁ ⲉ̀ⲧⲉⲕⲥⲟⲟⲩⲛ ϫⲉ ϯⲛⲁ ⲟⲩϫⲁⲓ ⲛ̀ϩⲏⲧϥ ϫⲓⲧ ⲉⲙⲁⲩ. ⲛ̀ⲧⲁⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲅⲁⲣ ⲧⲛ̀ⲛⲟⲟⲩⲕ ϣⲁⲣⲟⲓ ⲉ̀ⲛⲁⲓ.

Et quum ad eam ingreſſus eſſet ait illi: *Maneo parumper*, *quia ſtatutum habeo*, *donec illud abſolvam*. Illa vero reſpondit: *Recte*, *mi Pater*.

At ille coepit pſallere exordiens a primo pſalmo donec expleret integrum numerum centum quinquaginta pſalmorum;.

Et quoties inter pſallendum ſilebat, toties ter genua flectebat. Illa quoque orans poſt eum ſtabat cum timore, & tremore.

Erat autem perſeverans in orando pro illa, ut ſalus ei fieret: & Deus eum exaudivit.

Mulier vero procidit ante pedes eius, & lacrimans dixit: *Fac*, *Pater mi*, *caritatem*: *in locum*, *quem tu ſcis*, *ut in eo ſalva fiam*, *me ducito*. *Ob hoc enim te miſit Deus ad me*.

*ſenex*, προσδόκησόν με ὀψὲ. θέλω γάρ ἐλθῶν πρός σε, ϗ ποιῆσαι τὴν νύκτα ταύτην ἔγγιςά σου. Exſpecta me veſpere : volo enim

Ⲁⲩⲱ ⲁϥϫⲓⲧⲥ̀ ⲉⲩϩⲉⲛⲉⲉⲧⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ . ⲡⲉϫⲁϥ ⲇⲉ ⲛ//ⲧ̀ⲙⲁⲁⲩ ⲛⲑⲉⲛⲉⲧⲉ. Ϫⲉ ϫⲓ ⲛ̀//ⲧⲉⲓⲥⲱⲛⲉ . ⲁⲩⲱ ⲙⲡⲣ̀ⲧⲁⲗⲥ̀ ⲛⲁϩ̀ⲃ ⲉ̀ϫⲱⲥ . ⲏ ⲉ̀ⲛⲧⲟⲗⲏ : ⲁⲗⲗⲁ ⲛ̀ⲑⲉ ⲉ̀ⲧⲉⲥⲟⲩⲁϣⲥ̀ ⲙⲁ//ⲣⲉⲥⲁⲁⲥ ⲕⲁⲁⲥ ϩ̀ⲙ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ.

Et eam duxit ad Parthenonem. Ad Matrem vero illius Monaſterii dixit : *ſuſcipe ſororem hanc, & ne illi iugum, aut praeceptum ullum imponas : ſed ſine in Domino, ut quicquid illa velit, faciat.*

Ⲁⲩⲱ ⲙⲛⲛⲥⲁ ϩⲛ̀ⲕⲟⲩⲓ ⲛ̀//ϩⲟⲟⲩ ⲡⲉϫⲁⲥ ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ ⲟⲩⲣⲉ//ϥⲣⲛⲟⲃⲉ ⲉⲓⲟⲩⲱϣ ⲉ̀ⲟⲩⲙⲙ (2) ⲛⲟⲩⲥⲟⲡ ⲙ̀ⲙⲏⲛⲉ.

Porro paucis poſt diebus dixit ad Matrem, *volo ſemel in die comedere.*

Ⲙⲛ̀ⲛⲥⲁ ⲕⲉⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲟⲛ ⲡⲉ//ϫⲁⲥ ϫⲉ ⲉⲓⲟⲩⲱ'ϣ ⲉ̀ⲟⲩⲱⲙ ⲛ̀ⲟ//ⲩⲥⲟⲡ ⲕⲁⲧⲁ ⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ (3).

Et iterum paullo poſt dixit : *volo comedere ſemel in ſabbato.*

Ⲙⲛ̀ⲛⲥⲱⲥ ⲟⲛ ⲡⲉϫⲁⲥ ϫⲉ ⲉ̀//ⲡⲓⲇⲏ ⲁⲓ̀ⲣϩⲁϩ ϩ̀ⲛⲛⲟⲃⲉ. ⲟⲡⲧ ⲉ̀ϩⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲣⲓ ⲁⲩⲱ ⲡⲉⲧ̀ⲛⲁ ⲟⲩ//ⲟⲙϥ ⲧⲁⲁϥ ⲛⲁⲓ ϩⲛ̀ ⲟⲩϣⲟⲩ//ϣⲧ ⲙ̀ⲛ ⲡⲁϩⲱⲃ ⲛ̀ϭⲓϫ. ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲉⲓⲣⲉ ϩⲓ ⲛⲁⲓ. ⲁⲩⲱ ⲁⲥⲣⲁⲛ//ⲁϥ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲁⲥⲉⲛⲕⲟⲧⲕ ϩ̀ⲙ ⲡⲙⲁ ⲉ̀ⲧ̀ⲙⲙⲁⲩ ϩ̀ⲙ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ.

Poſtmodum rurſus dixit : *quoniam ego multa peccata commiſi, clau. de me in cella : & quid, quod comedam, & manibus operer, da mihi per feneſtram* : & haec facta ſunt ei : atque ita Deo placens eodem in loco obdormivit in Domino.

(2) ⲉⲟⲩⲙⲙ : Rectius fortaſſe: ⲉ̀ⲟⲩⲟⲙ. aut ⲉⲟⲩⲱⲙ : vel ⲉ̀ⲟⲩⲉⲙ.

(3) ⲛ̀ⲟⲩⲥⲟⲡ ⲕⲁⲧⲁ ⲥⲁ//ⲃⲃⲁⲧⲟⲛ: ideſt, *ſemel in hebdomada*; niſi forte tibi magis arrideat : *ſemel in quolibet die ſabbati*; quod is eſſet in eo Aegypti monaſterio *dies liturgicus*, quo poſt *divinorum myſteriorum participationem* ſolverent ieiunium.

enim venire ad te, atque hanc noctem iuxta te tranſigere. *Illa vero reſponſum reddidit: bene eſt, Abba. Paravit ergo ſe, ſtravitque lectum. Veſpere autem facto acceſſit ſenex: atque ingreſſus in cellam ait: Praeparaſtine lectum? Illa, etiam, inquit, Abba. Itaque clauſit ianuam, & inſit: exſpecta parumper, quandoquidem conſuetudinem habemus, donec ſecundum eam fecerim. Tum incboavit ſenex officium ſuum, ac incipiens librum pſalterii ad ſingulos pſalmos orationem dicebat, Deum pro illa precans, ut poenitentiam ageret, & conſequeretur ſalutem. Porro exaudivit eum Deus. Nam mulier ſtetit tremens oranſque prope ſenem. Utque totum pſalterium ſenex complevit, cecidit mulier in terram. Senex vero inchoans Apoſtolum, multum ex ipſo recitavit, atque ſic finem impoſuit precibus ſuis. Compuncta igitur mulier, atque intelligens non propter peccatum veniſſe ad eam, ſed ut ipſius animam ſalvaret, procidit ei, ſicque locuta eſt: caritatem fac, Abba, in locum me ducito, in quo poſſim Deo placentia facere. Tunc ſenex deduxit illam in monaſterium virginum, & tradidit matri*: Eaque ibi tamquam ſoror recepta, & rigidioris poenitentiae exercitationibus mire addicta, g'ata *& accepta fuit Deo ad reliquum vitae tempus*. Erat & hoc tam praeclarum, & admirabile exemplum ſuperioribus adiiciendum. Nam & hoc ipſo, quaſi novo quodam, ampliorique auctoritatis genere admonemur, in ea omni locutionis formula ad. τρόπον directa: *exſpecta me ..... tecum eſſe hac nocte volo*, qua uſi ſemel fuerint viri ſanctiſſimi, ut aditum ſibi patefacerent ad perditarum mulierum animos Deo acquirendos, mentem alloquentium puram, & beatae converſionis finem, certo, divinoque lumine ab iis cognitum, inſpici oportere. In uno enim verborum ſono, quum de hominibus innocentiſſimis agitur, inhaerere velle, proprium eſt maligni, vitioſi & inquinati interpretis, de quo diceret Nazianzenus: μῶμος φείδεται ὐδ᾽ ὁσίων, *Momus ne ſanctis quidem parcit*.

(13) **Ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̀ϩⲙⲟⲧ ⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ⲉⲩⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲟⲧⲕ̀.** Ecce *magnae gratiae* donum, quod, audito miraculo per *miniſterium* mutilati (a) in pri-

 ſti-

(a) Sive: *Paralytici*.

ſtinae ſanitatis ſtatum feliciter reſtituti, erat Deus, vade & ſponſore S. Colutho, fornicariae Mariae certiſſime collaturus. Inde famoſa peccatrix inſignis poenitentiae exemplum ad chriſtianae fidei incrementa in tota Antinoes urbe futura erat. Neque enim dubitare licet, quin glorioſi martyris oraculum fuerit integre perfectque completum. Ac ſi in faſtis eccleſiae inter poenitentes ſanctiſſimas geminae celebrantur *Mariae*, altera, quae neptis erat S. Abrahami, altera, quae vulgo *Aegyptiaca* nuncupatur: ſi & Moſchus in Pr. ſpir. c. 31. tertiam commemorat *Mariam* e diſſolutae vitae erroribus revocatam, quartam modo ſimilis & nominis, & exempli in urbe Thebaidis Antinoe haberemus. Sed, quod iterum vehementer doleo, ea potior hiſtoriae pars, quae nobis triumphatricis gratiae prodigia in huius noſtrae Mariae converſione a Chriſto peracta ſingillatim proculdubio narraſſet, inter Thebana rudera omnino diſperiit. Sed hac de re v. pag. 24.

(14) Verba ſunt, quae mutilus, ſive *paralyticus* S. Coluthi ope ſanatus, atque ab eo miſſus, tamquam ex ore Dei accepta, peccatricis Mariae auribus in familiari colloquio altius demum inſinuare ſtudet, ut eam ad infamis vitae mutationem commoveat.

** Heic tamen praemittere neceſſario debuit hiſtoriam morbi, & prodigioſae ſanationis ſuae, ut ita apud hanc ipſam fortunatam feminam fidem omnem mirabili illi conciliaret oraculo, quo ſibi praeſentis legationis munus divinitus fuerat a S. Martyre commendatum. Et quod ad morbum attinet, nullus dubito, quin eam commemorarit acerbiſſimae *paralyſeos* vim, qua pedum manuumque officio carens, quoties movere ſe vellet, non greſſum attollere poterat, ſed corpus veluti rependo trahere cogebatur. Eamque miſeram hominis conditionem Thebaeus ſcriptor verbis hiſce depinxit: ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲁϥⲥⲱϭ ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲉϥⲥⲱϣⲉ ⲙ̀ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ϩⲙ̀ ⲕⲁϩ. Quae ſic ego primum interpretatus ſum: *non equidem greſſum extulit, ſed incedebat corpus trahendo per humum*, nuper vero paullo aliter: *adeo ut non greſſum extolleret*;

*ret ; ſed incederet* corpus *trabendo per humum*. Meam hanc interpretationem turbare & convellere nititur cl. Abbas Mingarellius pag. CVIII. adnot. 3. in Fragm. VI. Nanianum. Ibi inſit: *In actis S. Coluthi* pag. 91. *legitur* ⲥⲱϣ, & ⲥⲱϣⲉ. *Sed quid ibi ſignificent haec verba, neſcio. Perdifficilis ſane ad explicandum eſt ille locus, niſi librarli, aut typothetae mendum ibidem latere ſuſpicemur. En illum.* ⲉⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲁϥⲥⲱϣ ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲉϥⲥⲱϣⲉ ⲙ̀ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ϩⲓ̀ ⲕⲁϩ: *ſi pro* ⲛⲉϥⲥⲱϣⲉ *ſcriptum eſſet* ⲛⲉϥϣⲱϣⲧⲉ, *aut* ⲛⲉϥⲥⲱⲕ, *verti poſſet*: ſed corpus ſuum *per terram* ( humi ) trahebat. *Sed illud* ⲛⲉϥⲥⲱϣⲉ *quomodo vertendum eſt* ? ⲥⲱϣⲉ *ſunt agri*. Age iam, Mingarelli mi eruditiſſime! Quidni tantillum fidei meae illi miſerae interpretationi adhibuiſti ? Inde coniicere poteras leve illud mendum ex *typothetae* incuria natum, non in *ſecundo* ⲥⲱϣⲉ, ſed in uno *priori verbo* ⲥⲱϣ latere. Ego enim ſecutus ſum *autographi* lectionem, quae eſt ⲥⲓϭ, non ⲥⲱϣ. ⲥⲱϭ vero Thebaicum factum eſt ex Memphitico ⲥⲓⲥⲓ *attollere* apud La Crozium in Lex., ſive *extollere*, verſo ⲥ altero in ϭ, & per *apocopen*, ex more gentis ſublato τῶ, ⲓ poſtremo. En unde eſt meum illud ⲉⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲥⲓϭ, *non extollit*, vel *ut non extolleret*. At de te maxime miror, quod, quum in Aegyptiacis rudimentis Antiſtitis Tukii te verſatiſſimum prodas, hanc unam in iis vocem ⲥⲱϣⲉ ignores. Adiſis pag. 591. Inde habebis locum verſ. *Theb.* ex cap. 3. Iſaiae v. 16. de vanis elatiſque filiabus Sion, quas S. Proph. pingit *excelſo collo*, *in nutibus oculorum ambulantes*, ⲁⲩⲱ ⲉⲩⲥⲱϣⲉ ( ⲉⲩ ϣⲱϣϯ memphitice ) ⲙ̀ⲡⲉⲩϣⲧⲏⲛ ϩⲛ̀ ⲧⲉϩⲓⲏ ⲙ̀ⲡⲉⲩⲟⲩⲉⲣⲏⲧⲉ ϩⲓⲟⲩⲥⲟⲛ, καὶ τῇ πορείᾳ τῶν ποδῶν ἅμα σύρουσαι τοὺς χιτῶνας, *trahentes* nempe *ſimul inceſſu pedum tunicas*. An adhuc tu dicere perges de illo ⲛⲉϥⲥⲱϣⲉ, *quomodo vertendum eſt* ? ⲥⲱϣⲉ *ſunt agri* ? Non credam. Nam ⲥⲱϣⲉ heic eſt graece σύρειν, memphit. ϣⲱϣϯ *trahere*, ut iam a me fuit rectiſſime expoſitum. Neque de errato Tukii in hac voce exprimenda, niſi iniuria, ſuſpica-

ſpicari cuiquam licet. Nam germanam Tukiani exempli lectionem ⲥⲱϣⲉ Fragmenti noſtri egregie demonſtrat. Unde fit, ut hae ambae lectiones ſe mutuo tueantur atque ſuſtentent.

Illud tandem intelligas velim, in ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲥⲱϭ, quatenus coniungitur cum *adverſativa* ⲁⲗⲗⲁ, tacito ſaltem, negantem particulam ⲁⲛ, *non*, ſubaudiri debere. Neſcio praeterea, an tu Latinam ipſam verſionem in elocutione mea emendare volueris, ubi, quod ego dixi: *ſed incedebat corpus trahendo per humum*, tu eius loco ponis: *ſed corpus ſuum PER TERRAM (HUMI) trahebat*. Nam ſi quid ſimile, dum haec ſcriberes, in mente gerebas, cogitare prius debebas de illa *Nizolii* ſententia: *Barbari dicunt: per terram ire: PER HUMUM* vero *repere*, tu non ignoras locutionem eſſe ab aureo Latini ſermonis magiſtro *Horatio* adhibitam lib. 2. *epiſt.* 1.

Haec quidem extra locum. Nam e ſtatuta eorum ſede oblivione captus, fortuita aberratione receſſi; ſed ad rem natam ſatis, ni fallor, apte.

(15) Locus eſt Thebaicae verſionis reſpondens v. 33. cap. XI. epiſtolae S. Paulli Apoſtoli ad Hebraeos: idemque ipſe novum veluti teſtimonium eſt, quo Thebaidenſis Eccleſia epiſtolam hanc tamquam genuinum magni illius Apoſtoli fetum iam inde uſque a priſcis evangelii temporibus ſe recepiſſe demonſtrat. Rahab heic ⲧ̄ⲡⲟⲣⲛⲏ a Thebaeo noſtro, ut ab Apoſtolis duobus a Paullo, ſcilicet c. 11. v. 31. eiuſd. ep. ad Hebr. & a Iacobo c. 2. v. 25. ἡ πόρνη, *meretrix* dicitur, ubi & in Memph. verſione ϯⲡⲟⲣⲛⲏ eodem prorſus nomine inſignitur. In lib tamen Ioſue c. 2. 1. זונה hebraice nuncupatur; quam vocem LXX. interpretes omnium antiquiſſimi πόρνην *fornicariam*, & meretricem exponunt. Et revera זונה in ſacris Haebreorum ſcripturis *ſcortum & proſtitutam* perpetuo conſtanterque deſignat. Sunt tamen inter Hebraeos *Onkelos*, *Ioſephus* lib. 4. de bel. Iud. c. 27. ex noſtratibus vero Lyranus, Vatablus, & Montanus, qui *hoſpitam* & *cauponam* interpretantur. Unde Montanus ipſe in Bibliis Hebraicis Aureliae Allobrogum an. 1619. editis, ubi Xantes Pagninus זונה verterat *meritoriam*, ad marginem *cauponam* expreſſit.

ſit. Ne his tamen accenſeas velim S. Ioh. Chryſoſt., quaſi & is ipſe to. 2. oper. Pariſ. ed. hom. 7. de poenitent. p. 333., *Raab* dixerit πανδοχέυτριαν. Ibi enim τῇ πανδοχευτρίᾳ, *hoſpitae*, ob ſuſceptos domi ſuae exploratores, *ſimilem* tantummodo, non vero *exercitatione*, & *officio hoſpitam* vocat. Eam enim perpetuo πόρνην, *meretricem*, eiuſque domum non *cauponam*, ſed πορνεῖον, *lupanar* appellat. Idemque praeſtat hom. de laudib. S. Paulli Apoſt. Cetera in hanc ſententiam vide in to. IV. operis inſcripti = *La ſainte Bible tome quatrieme premiere partie contenant le livre de Ioſue* pag. 7. *A la Haye* 1748.

(16) In eo autem, quod verſio noſtra legit ⲙⲛ̀ ⲛ̀ⲧⲁⲧⲛ ⲣ̀ⲁⲧⲛⲁϩⲧⲉ, *cum incredulis*, differt a Graeco vulg. τοῖς ἀπειθήσασι, & a Memphitico ⲙⲉⲛ ⲛⲏⲉⲧⲁⲩⲉⲣⲁⲧⲥⲱⲧⲉⲙ, *cum inobedientibus*; quamquam ἀπειθήσασι a Montfauconio in laudata Chryſoſtomi homilia ſumatur pro ἀπίςοις, *incredulis*.

(17) Sed undenam in Thebaicam verſionem vox illa ⲛ̀ⲛ̀ⲇⲩⲛⲁⲧⲟⲥ ſubiit? Graeci enim codices legunt ad unum omnes κατασκόπους, *exploratores*, ut Memphitica verſio: ⲛ̀ⲓϫⲏⲣ? Non aliunde, ut puto, niſi vel ex interpretis, vel ex eruditulі librarii licentia; qui, quum legiſſent in locis *Parallelis* v. 2. 3. 4. 5. 7. cap. II. libri Ioſue ſecundum Graecam edit. LXX. ἄνδρες, & non κατάσκοποι, in hunc etiam Paulli locum vocem ⲛ̀ⲛ̀ⲇⲩⲛⲁⲧⲟⲥ paris ſignificationis cum τῷ ἄνδρες inducendam putarint. Nam ἄνδρα, ut, obſervantibus Kuſtero, & Alberto, notat Scholiaſtes in Homeri Odyſſ. A ver. 1. *interdum ſignificat* ἀνδρεῖον, ideſt *fortem* ἰσχὺν, adeoque & δύνατον *potentem*; quum apud Heſychium & in ἀνδρέας nomine δύναμις contineatur, & ἰσχὺς idem ſit ac δύναμις *vis*, atque *potentia*. Eaque forſan de cauſſa Thebaei interpretes ⲛ̀ⲛⲇⲩⲛⲁⲧⲟⲥ appellarunt duos illos exploratores, quos Hebraicus textus c. 6. Ioſue v. 23. הנערים & LXX. c. 1. v. 1. & c. 6. 23. δύο νεανίσκους pueros, ſive *iuvenes* duos a virili *robore* nuncupaverant. Sic & δυνατοὺς ἄνδρας habes apud Ierem. c. 43. 6. edit. τῶν, ō. Nec mirum. Nam S. Iacobus Apoſtol. ep. ſua catholica c. 2. 25. ἀγγέλους nuntios eos nominat,

ut

ut Hebr. & Latinus ad c.6. Ioſue v. 17., etſi Memphitica verſio ⲛⲓϫⲏⲣ *exploratores* & heic habeat; quos tamen Wilkinſius in *nuntios* convertit.

(18) Partem huius verſiculi priorem ex Evang. Matth. c. 14. 29. cl. *Tukius* inter grammatica exempla *Rudimentor. ling. Coptae* pag. 502. ſic refert ⲙⲏ ϫⲁϫ ⲥⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲁⲉⲧⲩ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲁⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲁ ⲟⲩϩⲣⲃⲟⲗⲟⲥ; iiſdem ſcilicet verbis, quae in Theb. Fragm. noſtro leguntur. Nec ea a Memphitica verſione, niſi in una voce τεβι, differt; quae tamen eadem eſt ac ϩⲣⲃⲟⲗⲟⲥ. Ἀσσάριον in Gr. textu S. Matth. legitur. At ἀσσάριον Gloſſae veteres apud Du-Cangium *aſſem* exponunt, & ὄβολον, cui verſio noſtra reſpondet. ⲧⲉⲃⲓ, *quadrantem* interpretantur Wilkinſius, & La-Crozius. Sed, ſi teſte S. Cyrillo Aegyptiacarum rerum peritiſſimo, ex *Catena in Matthaeum*: ὁ κοδράντης ... *ſecundum Hebraicam linguam ſunt* δύο ὄβολοι oboli duo, *quod S. Lucas aperte declarans*, λεπτὸν ὠνόμασεν, *minutum appellavit*, *ſemiſſem potius quadrantis*: *obolum* nempe *unum*, τεβι Memphiticum verterem; et ita vox iſta recte cum ϩⲣⲃⲟⲗⲟ *obolo* Thebaico conveniret. Vide tu tamen doctiſſimi *Iohannis Alberti* adnotationes in Heſychium ad voces: Ἀσάριον, κοδράντης, ut ad hanc rem aſſequendam lumina maiora accipias.

(19) Altera vero verſiculi pars Graeco textui, & vulg. noſtrae accurate reſpondet ad illa uſque verba: ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, *ſine Patre veſtro*. His enim addit ⲉⲧϩⲛ̀ ⲙ̀ⲡⲏⲩⲉ, *qui eſt in caelis* cum codd. pluribus Graecis, & Latinis a Wetſtenio laudatis, ſed praeſertim cum Coptica, ſive Memphitica verſione, cumque Chryſoſtomo, & Aegyptiis Patribus Origene, Athanaſio, & Cyrillo: ex quo apparet lectionem hanc fuiſſe in Aegypto communem. Praeterea interpres Thebaeus ſimpliciter legit ⲁϫⲙ̀ ⲡⲉⲧⲛ̀ⲉⲓⲱⲧ *ſine Patre veſtro*, ubi Memphiticus habet ⲁⲧϭⲛⲉ ⲡⲉⲧⲉϩⲛⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲧⲉⲛⲓⲱⲧ, *ſine voluntate Patris veſtri*, uti, eodem adnotante Wetſtenio, legitur etiam in Goth. verſ., in Tertulliano, & in quibuſ-

buſdam Latinis codd. Unde & illud colligere licet, Thebaidenſium Eccleſias propriam, qua uterentur, habuiſſe ſcripturarum verſionem, nec eam ab orthodoxis fratribus inferioris Aegypti accepiſſe.

(20) Heic certe nemini non mirum videri debet, quod ſimplex laicus, nullo inſigni titulo in Antinoitana Eccleſia decoratus, tanta polleret divinarum ſcripturarum peritia, ut tam multa ex his loca in promptu haberet, quae de memoriae penu tam ſcite, fideliter, & opportune ad peccatricis Mariae animum illuſtrandum, commovendumque proferre ex tempore quiverit. Hoc tamen exemplum in Thebaide praeſertim et in Aegypto ſec. vertente eccl. IV. ſingulare non eſt. Multi enim inſignes ſanctique viri, & aſcetae inter Aegyptios eo aevo commemorantur, qui divinas ſcripturas memoriter retinere, & paſſim recitare ſolerent. De magno Abbate Antonio teſtis eſt Auguſtinus in Prologo libror. IV. de doct. chriſt. n. 4. De aliis vero, immo & de integris Monachorum gregibus Palladius in H. Lauſ., & Apophtegmata PP. apud Coteler. in Monum. Eccl. Gr. teſtantur.

Huc etiam ſpectat illuſtre exemplum, quod ex p. ⲥⲡⲏ. 288., & ⲥⲡⲑ. 289. Borg. Cod de Vit.PP. depromtum ita ſe habet:

Ⲁⲕⲉⲟⲩⲁ ⲇⲉ ⲟⲛ ϣⲱⲡⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲓⲙⲁⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ⲉ̀ⲡⲉϥ-
ⲣⲁⲛ ⲡⲉ ⲇⲁⲛⲓⲏⲗ ⲉ̀ⲩⲡⲣⲁⲕⲧⲓⲕⲟⲥ ⲉ̀ⲙⲁⲧⲉ ⲡⲉ ⲛ̀ⲇⲓⲁ-
ⲕⲣⲓⲧⲓⲕⲟⲥ · ⲉ̀ⲁϥϫⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲅⲣⲁⲫⲏ ⲧⲏⲣⲥ ⲛⲁⲡⲟⲥⲧ-
ⲏⲑⲟⲥ · ⲧⲅⲉⲛⲏ ⲙⲛ̀ ⲧⲡⲁⲗⲉⲁ̀ ⲙⲛ̀ ⲛ̀ⲕⲁⲛⲱⲛⲓⲕⲟⲛ
ⲧⲏⲣⲟⲩ . . . ⲁⲩⲱ ϩⲛ̀ⲥⲩⲛⲧⲁⲅⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉⲡⲓⲥⲕⲟ-
ⲡⲟⲥ . ⲁⲩⲙⲛ̀ⲧⲣⲉ ⲟⲛ ⲉⲧⲃⲏⲏⲧϥ ϫⲉ ⲁϥⲉⲓ
ⲉ̀ϥⲙⲉⲗⲉⲧⲁ ϩⲙ̀ ⲓⲉⲣⲏⲙⲓⲁⲥ ⲡⲉ ⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ·
ⲁϥϫⲓ ϯϩⲙ̀ ⲟⲩⲗⲉⲝⲓⲥ ⲁϥϭⲱ ⲉϥⲙⲟⲕϩ ⲛ̀-
ϩⲏⲧ ⲉϥⲟⲩⲱϣ ⲉⲉⲓⲙⲉ ⲉⲣⲟⲥ · ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲥⲁⲁⲩⲥ ⲛ̀ⲟⲛ-
ⲧⲉϣ ⲛ̀ⲧⲁⲩⲟⲥ · ⲛ̀ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ ⲁⲡⲉⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲣ̀ⲟⲩⲱ
ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲓ ϫⲟⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ. ⲁⲩⲣⲙⲛ̀ⲧⲣⲉ ⲟⲛ ⲉ̀ⲧ-
ⲃⲏ-

ϧⲏⲛⲧϥ ϫⲉ ϥⲧⲁⲩⲟ ⲛⲟⲩⲧⲃⲁ ⲛ̀ⲥⲧⲓⲭⲟⲥ ⲕⲁⲧⲁ-ⲟⲥⲧⲏⲑⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲏⲛⲉ : ideſt ; *Alter etiam in congregatione fuit opere, & diſcretione iudicii valde excellens, cuius nomen DANIEL. Is memoriae mandarat ſcripturam omnem tum novi, tum veteris teſtamenti, decreta canonum, & commentaria epiſcoporum .... De eo pariter teſtabantur, quo eius diligentia, & ſtudium proceſſerit in Ieremiam Prophetam: apprehendit quicquid eſt in dictione, & perſtitit laborans in interiori ſenſu, volens eum percipere. Hinc ſi quis legens in pronunciando deficeret, ſic eum ſtatim interpellabat:* Propheta hoc modo dicit. *Quin etiam de eodem ipſo teſtabantur, quod mille verſus* ( ex ſacris Bibliis ) *ſingulis diebus memoriter recitaret.*

(21) ⲛⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ ϫⲓⲛⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲙ̀ⲙⲁⲩ : *nobili ex die illa ſe genere natam*. Vulgaris eſt Thebaeorum locutio ad *nobilitatem* indicandam *antiqui*, ſed *ignoti*, & *indefiniti temporis*.

(22) ϩⲁⲑⲏ ⲙ̀ⲡⲟⲟⲩ, *ad hanc uſque diem*; Eam ſcilicet interpretationem Thebaica verba expoſcere putavimus ; quemadmodum & Graeca illa ſive *Demoſthenis* Philip. 1. μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας, ſive *Iſocratis*: μέχρι ταύτης τῆς ἡμέρας, parem, iudice Henr. Stephano, ſignificationem habent cum iis, quae *Platonis* ſunt: εἰς ταυτηνὶ ἡμέραν. Nam ϩⲁⲑⲏ ⲙ̀ⲡⲟⲟⲩ locutio eſt eius ſimilis, quae legitur Gen. 18. v. 10. tum in Gr. textu LXX. κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, tum in Memph. verſione ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲁⲓⲥⲏⲟⲩ, tum denique c. 9. v. 9. ep. S. Paulli ad Rom. *ſecundum hoc tempus*. At haec eodem cap. Gen. v. 14. ſub his verbis mox redit: εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον, ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲥⲏⲟⲩ, *in tempus*, vel *tempore*, *hoc*. Si ergo loco τοῦ, ⲡⲁⲓⲥⲏⲟⲩ collocaveris Thebaicum ⲙ̀ⲡⲟⲟⲩ, facile intelliges ϩⲁⲑⲏ ⲙ̀ⲡⲟⲟⲩ idem heic eſſe ac Graecum illud: εἰς ταυτηνὶ ἡμέραν, *ad hodiernum uſque diem*, quo nempe auctor, tamquam coaetaneus & oculatus teſtis, hanc ipſam hiſtoriam de Maria poenitente, & ad *S. Coluthi M.* aedem adhuc inter vivos agente, ſcribebat.

RE-

# RELIQUIAE ACTORUM

*S. MARTYRIS,*

DIACONI, ET ABBATIS

# P A N E S N I V

EX THEBAICO FRAGMENTO

IN VELITERNO MUSEO

STEPHANI CARDINALIS BORGIAE

ASSERVATO

Digitized by Google

# ΠΑΛΙΝΩΔΙΑ

## DE S. CHRISTI MARTYRE

# ABBATE PANESNIV

*Sub ementito Macarii nomine in editis fragmentis perperam alicubi indicato*

## *AD LECTOREM*

NIhil ita me angit atque conturbat, ut improvidi inopinatique erroris infortunium, quo me in Thebaicis Fragmentis hactenus editis miſere captum, & irretitum demiror. Virum ſanctiſſimum, cuius actorum Λείψανα hodierna luce damus, MACARIUM hucuſque perpetuo appellavi, quem tamen PANESNIV, germano nomine, nuncupare oportebat. Quid aliud heic ego dicam, niſi ſolemne illud, Erravi? Non equidem volens, ſed certe imprudens, oblitus ſapientis illius moniti: *Praeceps agas nil* (a). Neque enim me illorum ſcriptor Thebaeus, ut olim Ulyſſes Cyclopa Polyphemum, decepit (b), ſed egomet mihi auctor fui, ut in hunc errorem praeceps omnino, incautuſque prolaberer. Nam, ut, quod res eſt ingenue fatear, quum de his actis Latina interpretatione donandis antea numquam cogitaſſem, ſed obiter tan-



(a) Effatum eſt magni Gregorii Nazianz. in Tetraſtich. n. 12. Μὴ θερμὸν ἆττειν.

(b) *Ulyſſes* apud Homer. Odyſ. 1. ſic *Polyphemo* nomen eius quaerenti reſpondet

v. 366. Οὖτις ἔμοι γ' ὄνυμ' ἐςˊ
ὄυτιν δέ με κικλήσκουσι

v. 413. .... ἐμὸν δ' ἐγέλασσε φίλον κῆρ
Ὡς ὄνομα ἐξαπάτησεν ἐμὸν....

*Outis mihi nomen eſt. Outin me vocant*

.... *meum autem riſit carum cor*
*Quod* ( eum ) *nomen decepiſſet meum* ....

tantum ac perfunctorie, inanis cuiuſdam voluptatis cauſſa; legiſſem, tametſi pauca quaedam, quae uſui meo aliquando futura praeſenſeram, ſepoſuerim, cetera tamen veluti per nebulam curſim viſa, ac vix levi cogitatione attacta, & confuſe adumbrata, quaſi volitans negligenter praeterii.

In hoc vero poſtremo genere rerum, quas me incurioſe nimis legiſſe memineram, & iſthaec, priſcae licet caligini immixta, mihi diſcernere videbar, quorum alia *unum* Μακάριον in his actis loquentem, alia Μακάριον cum ⲁⲡⲁ ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ coniunctum, repraeſentarent. Tum ego ſic mecum ex abrupto reputare coepi: De ABBATE PANESNIV nulla uſquam ſive in *Memphiticis*, ſive in *Thebaicis* monumentis commemoratio occurrit In ſacris Aegyptiorum tabulis novum eſt, & inauditum *ſancti Paneſniv* nomen: at plures ſunt, qui *Macarii* nomine, & ſanctitatis fama percelebres ſaeculo eccleſiae IV. in eorum *Hagiologiis* commemorantur, interque ceteros *duo*, alter ſcilicet *Aegyptius*, alter vero Alexandrinus: ſi aetas deinde, ſi res geſtae utrique & *Paneſniv* & *Macario*, praeſertim Aegyptio, aequales eſſe poſſint, cur non magis putem, Aegyptium *Macarium* ipſum eſſe, quem acta haec noſtra deſcribunt? Bone Deus, in quas tricas non meditata, ſed feſtina nimis, & perfunctoria lectio me tandem coniecit! Quodque gravius eſt, in hoc omni fluctuantium cogitationum aeſtu numquam animadverti fraudis, & erroris inſidias, quas mea mihi imaginatio ſub his tam inanibus argutiolis inſtruebat. Nam & ea demum me alucinationis illecebra pertrahi, & abduci permiſi, ut Μακάριον crederem nomen eſſe *proprium*, quo indicari fortaſſe potuerit *Macarius* Aegyptius a diaconatu ad presbyteratus ordinem inter Monachos aliquando evectus; ⲁⲡⲁ vero Ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ nomen eſſe *appellativum*; quod, quum ex vulgari Thebaidis dialecto *Patrem Fratrum* deſignet, eidem ipſi *Macario* ab aſſeclis, atque diſcipulis ſuis in Scheteuſium deſerto tribui conſueverat.

En cauſſas, ſive, ut verius loquar, alucinationes omnes habes, quae me in huius erroris *phantaſmate* confirma-

marunt ad eum uſque diem, quo de hac *ſecunda editione* miraculorum *S. Coluthi Martyris* Romanis typis cudenda deliberatum eſt. Tunc enim dumtaxat de mantiſſa actorum S. Abbatis *Paneſniv* ei addenda mecum ipſe conſtitui. Id vero perfici nullo modo poterat, niſi ea prius e Thebaica in Latinam linguam vertere ſategiſſem. At ubi provinciam hanc ornare ſuſcepi, & ad Thebaicas tabulas reviſendas acceſſi, nova mihi veluti maris facies ſub oculos venit, quam non, ut ante e littore, caelo ſereno, unius voluptatis ergo ſpectarem, ſed quam ventis, remiſque impulſa carina metiri, & explorare deberem. Arduum ſane opus, quod longe difficilius reddebant & opacae nubes, & obtectae ſyrtes, & ſcopuli, quos ego metuebam, ignoti. Tam varia ſcilicet errandi pericula, quae me ante latebant, in hisce tabulis iterum atque tertio revolvendis, anxius ſollicituſque incurri. Quid ego tum ? Non ſolum omnia & ſingula earum verba atque ſententias diligenter meditari curavi, ſed & ſummi in primis, divinique numinis pietatem, ut mihi in hac rerum inquiſitione ad SANCTI SUI gloriam, & dux & magiſter eſſe dignaretur, exorare non deſtiti. Et ecce, non iam fallax ille *Iupiter Pater*, ſed unus ipſe veri luminis auctor Deus opem mihi benigne tuliſſe viſus eſt, quum

> Ἀυτίκα δ' ἠέρα μὲν σκέδασεν, καὶ ἀπῶσεν ὁμίχλην (a)
> Ἠέλιος δ' ἐπέλαμψε, μάχη δ' ἐπὶ πᾶσα φαάνθη,

ſtatim, nempe, caliginem diſſipavit, nebulamque amovit: ſol vero affulſit, & campus totus patuit luce perfuſus. O propitiae, & admirandae lucis vis, qua factum mox eſt, ut quicquid in his tabulis male intelligendo peccaram, fortunate demum viderim, & continuo emendarim!

Huius lucis ope longe clarius quam ad ſolis radios, notas omnes & nominis & temporis, & dignitatis, & gloriae, quibus non ab unis modo hucuſque cognitis *Macariis*, verum etiam ab aliis quibuslibet chriſtianae fidei in tota Aegypto heroibus facile di-

(a) Homer. Iliad. P. vv. 649. 650.

Digitized by Google

diſtinguitur, perſpicue comprehendere mihi licuit. Idemque licebit & tibi, & alii cuiquam, qui mecum Thebaicum hocce Fragmentum attente inſpicere, & perſcrutari voluerit.

Vir is ſanctus saec. III. vertente natus proculdubio eſt in *Vico* Thebaidis *ſecundae*, eo nimirum, qui, uti ego coniicio, *vicus Apollinis* dicebatur; unde & ſancta virgo ac martyr *Thecla*, eiuſque germanus frater *Abbas Paeſe*, uno propemodum eodemque tempore originem duxerant (a). Ibi *Paneſniv* nomen a prima infantia obtinuit, ibique adultus, atque aſceticae, & in Chriſto abſconditae vitae generi addictus, ſacro diaconatus ordine initiatus eſt. Saeviente in Chriſtianos perſecutione a Diocletiano principe excitata apud Ducem Thebaidis inſimulatur tamquam incendiarius ſimulacri *Apollinis*. A S. Michaele Archangelo animatus anno circiter CCCVI. ſtat coram immani Praeſide, ac Duce *Culciano*: Irridet intrepidus iuſſa, minas, & ſupplicia quaevis ſibi ab inſano tyranno indicta: mox vero irati iudicis imperio funibus, & catenis nudus totum corpus conſtringitur; perque univerſam urbem a tortoribus tanta cum immanitate raptatur, ut ad venas uſque lacerata cute, ſanguine ſuo viarum ſaxa madefacta relinquat. Poſt id in carcerem coniicitur, ibique gratiarum actionibus, & editis hymnis Deum celebrat, atque etiam perfecti martyrii coronam exſpectans maiora ſibi pro Chriſto tormenta exoptat: dulces dein ſermones, Deique laudes una cum Chriſti confeſſoribus *Papnutlo* diacono, & *Silbone* milite, aliiſque vinctis miſcet: eorum ſortem, quod iam cruciatus pro fide Chriſtiana ſubiiſſent, & beatam praedicat, & parem ſibi precatur, & avet: ac tandem mirabili ſanationum gratia, vel inter ipſas carcerum umbras adeo celebris, & illuſtris inclaruit, ut per omnium civium ora volitans eorum aegrotos variis morbis affectos ad ſe veluti ad publicae ſalutis fontem attrahat, mirumque in modum alliciat. Hu-

(a) *De vico Apollinis* vide quae diximus in adnot. ad Acta *S. Virg. & Martyris Theclae* p. XCVII. *Praef. noſtrae generalis* praemiſſae *Fragm.* Greco-Copto Theb. *Evang. S. Ioh.* Is etiam *parva S. Apollinis civitas* appellatus eſt: ſituſque erat in *Arabico latere Nili* infra *Latopolim* iuxta poſitionem a *Danvillio* traditam in tab. chorographica veteris Aegypti.

Hucuſque acta, quae nobis hodieque ſuperſunt, quaeque longe pulchriora de invicti athletae gloria, deque illius *conſummati martyrii palma* nobis fuiſſe denunciant in ea maxime potiori hiſtoriae parte, quam, iniquo ſive hominum, ſive temporum fato, proh dolor! amiſſam lugemus.

Interea vero, dum haec, quae antea inobſervata reliqui, nunc ut probe cognita diligenter intueor, incredibili pudore ſuffundor; quod me, ambiguitate unius voculae Μακαρίου, transferri continuo ſiverim ad cogitandum de *Macario Aegyptio*; quaſi qui ⲁⲡⲁ ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ *Pater Fratrum* & ipſe diceretur a ſuis, idem fortaſſe eſſe potuerit ac noſter iſte ⲁⲡⲁ ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ *Abbas Paneſniv Thebaeus*, *diaconus*, *Chriſti confeſſor*, *&* *martyr*. Quo enim tempore is apud Ducem *Culcianum* in Thebaide pro Chriſti Salvatoris fide, religioneque certabat, *Macarius Aegyptius* vel necdum ex utero matris in hanc lucem prodierat, vel adhuc infantulus inter crepundia ludebat. ⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ igitur, perinde ac ϩⲁⲅⲓⲟⲥ, non *proprium* eſt viri *nomen*, ut ego errando in prima editione Miraculorum S. Coluthi M., & rurſus in mea Praefat. ad Fragment. Theb. atque in praevia admonitione ad IV. Liturg. Fragm. ſemel iterumque dixi, ſed *honorificae* tantum *appellationis titulus eſt*, cum ceteris ſanctis hominibus, tum vero maxime in his actis noſtris Thebaicis inclyto martyri Abbati *Paneſniv* frequenter tributus.

Quid iam? Admiſſum errorem, ut vides, revocavi, & palinodiam, ut fas erat, non ſine ſenſu pudoris, hactenus cecini. Age & tu, eam ad te pudibunda fronte accedentem, veniamque σφάλματι implorantem, ſuo, propitio vultu, φίλτατε lector, benigne excipe; erratum locis ſuis (a) indicatum mecum patienter emenda: & diu tandem, quod a Deo O. M. flagrantibus votis precor, vehementerque exopto, fauſte feliciterque vale, ac ſacris hiſce Thebaicis, quas colimus, Muſis alacri piaque mente fave, & obſecunda.

II.

(a) Loca editionis *primae* miraculorum S. Coluthi, in quae error iſte irrepſerat, in hac ſecunda exacte iam emendata habes. *Tria* tamen adhuc emendanda ſuperſunt. 1. in *praefatione* ad Fragment. Graeco-Copto-Thebaicum evang. S. Ioh. p. CLXXVIII. lin. 2. *Duo* vero in Append. *Liturgicor. Fragment.* p. 414. lin. 2. & lin. 30., ubi pro *Macario* legas velim *PANESNIV*.

## I L.

### *Conditio codicis complectentis acta S. Martyris Ab. Paneſniv.*

Mutilus miſer eſt capite, ut aiunt, & pedibus. At corpus veluti medium, quod ſupereſt, conſtat membranis tantummodo *quatuor* Sed omnium prior, quae paginas numerabat *duas* A, B, ab initio deſideratur. Reliquae proinde a ⲅ̄ ad ⲓ integrae adhuc manent, praeter ⲅ̄, & ⲇ, *tertiam* nempe & *quartam*, quae, poſt partem mediam ad finem verſus, grandem hiatum ex barbarae manus ſciſſione in ſiniſtro latere paſſae ſunt. Et quoniam ſingulae paginae ſcriptae cernuntur per *columnas duas*, totum fragmentum ſummam exhibet, *columnarum ſexdecim* Totidem et nos tabulas, quot hae columnae ſunt, typis noſtris impreſſas dabimus, ut ſingulae ſingulis pari numero reſpondeant.

Litterae *numerales* ad ordinem paginarum indicandum in uno ſummo, eoque dextro margine averſae membranae conſpiciuntur. Unde fit, ut qui numerus paginae fuerit in antica, ex eo, qui eſt in *averſa*, colligi debeat. Verum ex his *numeralibus*, aliae temporis iniuria deletae, aliae ſimul cum margine corroſae perierunt. Duae tantum antiquae formae veſtigia ſervant: ⲇ, et ⲏ; illa atramenti colore pene diluto, et evaneſcenti, iſta ſatis adhuc vivido. Tertia, quae *ſextam* paginam indicat, *vivida* et ipſa hodieque cernitur; ſed formae eſt inuſitatae, et mihi prorſus ignotae. Illius enim figura, niſi mei me oculi fallunt, ſic pingitur: ⲇⲏ: ⲇ tamen quiddam habet inſoliti. Angulum enim ſiniſtrum repraeſentat exporrectum, eumque deſinentem in morem *ocelli*, quem latera duo inter ſe circumplicata quaſi circellum efformant. Si prior ſola eſſet, ſine comite ⲏ, dici poſſet, eam repraeſentare notam fortaſſe τῦ ⲋ, quae etiam apud veteres poſita pro numero ⲋ, *ſex*, reperitur. At coniuncta cum ⲏ, quid, quaeſo, indicabit? An eſt nota *diminutiva*, quae forſan ſigni-

gnificet numerum ⲏ, *octo* ſcilicet, diminutum *binario*, ut ita ⲋ, *ſex bino* minorem *octo*, deſignet? An vero potius tam inſolitae notae forma tribuenda eſt, ſive inſcitiae, ſive licentiae ſcriptoris Thebaei, qui numeralium litterarum uſum, qualis erat apud Graecos, atque Memphitas, necdum cognitum, compertumque haberet? At nihil eſt, cur plura dicam de re, quae ſphingem ſimulare videtur ei ſimilem, quam alias ante offendimus ad Fragm. II. p.350. in *Append. Fragm. Liturgicor.* (a)

Y Spe-

(a) Eſt illa nota numerica ad ſummum membranae marginem in hanc formam effictis ⲛⲕⲍ: quae ſic deinceps uſque ad ⲛⲙⲃ ſeriem paginarum in codice deſignat. Vnam, alteramve de ea divinationem ibi expoſui. Sed quum ad me ſub exitum ſuperioris menſis maii pro ſumma ſua erga me benevolentia acceſſiſſet *eximius* Abbas Mingarellius, qui paullo ante ob urgentia quaedam ordinis ſui negotia Romam venerat, inter cetera de Aegyptiacis rebus colloquia, hanc ipſam numericam notam, quam ego *ſphingem* appellaram, in memoriam mihi urbaniſſime revocavit: & *nonne*, inquit, *obſervare poteras, in ea* arithmetica ſerie, *litteram* ⲛ *indicem eſſe pluralis numeri, adeoque* ⲛⲕⲍ, *indicare paginas* 27., *aliaſque ex ordine ſequentes ad* ⲛⲙⲃ, 42. *uſque*? Cui ego: *Recte atque ſapienter, vir eruditiſſime. Id mihi quoque in mentem venerat. Sed ab ea cogitatione, neſcio, quo pacto plura me abducere potuerunt. Audi quae? Proprium dialecti Thebaicae non eſt, numerum rerum per ſigla initialium litterarum, ut Graeci, & Memphitae ſolent, exprimere. Eos enim integris vocibus in omnibus ubique ſcriptis Thebaei expandunt. Fateor ego tamen in unis tantummodo ſummis membranarum marginibus morem numerandi paginas per ſigla, ſive per numerales litteras, Thebaeos a Memphitis accepiſſe. At vero nullum prorſus exemplum eſt, quo oſtendi poſſit, Memphitas in ſuperioribus codicum ſuorum ſpatiis pluralem litterarum harum numerum per notam* ⲛⲓ *eis praefixam vel ſemel indicaſſe. Quanto itaque minus id genus exempli exſpectandum eſt a Thebaeis? Ac ii certe, ſi hunc unum locum, de quo ego dubito, excipias, in ceteris omnino omnibus*, ſimplicem in chartis *paginiſque ſupputandi, numerandi rationem, ut Graeci, & Memphitae, per ſolas numerales* litteras *ſine praefixo additamento τȣ̃* ⲛ, *perpetuo retinuerunt. Vix itaque credibile ſit, ſcriptorem Thebaeum, praeter univerſalem gentis ſuae morem arithmeticis litteris*, quales ipſae *ſunt* ⲕⲍ: ⲕⲑ: aliaeque ⲗ: ⲗⲁ: ⲙⲁ: ⲙⲃ: *plurali numero* ſignificandas, *tam peregrinam, & inuſitatam notam τȣ̃* ⲛⲓ, *vel* ⲛⲉⲓ, *ſine ulla neceſſitate, ſed arbitratu ſuo addere voluiſſe*. At quoniam additionem hanc ſapientiſſimi collocutoris ingenio *pulchre arridere cognovi: Ne dubita, amice dulciſſime* (illi ego continuo ſubdidi) *ſicubi in promptu erit occaſio, de hoc tuo benigno, & familiari*

Specimen characterum iam habes tab. III. praemiſſa *Fragm. Copto-Theb. Evang. S.Iohan.* ſub num. paginae ibi indi-

ca-

*liari monito lectores meos certiores facere non omittam*. Et ecce iam morem geſſi, & fidem liberavi meam. Tu narratis, iure tuo, utere. Nam ego ad alia. **

** *Quod iam lam obſervabam de more Thebaeorum in numeris ſcribendis ab eo, quem Memphitae tenent, plane diverſo, ex divinae Apocalypſeos locis in ſequenti Fragmento adducendis, & cum Memphitica verſione comparandis, facile deprehendere poteris. Singulare illud eſt, unica membrana contentum; nec ullas habet lineolas, immo nec alios quoslibet Copticae orthographiae apices ſuperne depictos, praeter geminum punctum, vel lineolam curvam ſuper* ı.

Pag. ⲧⲉⲩϣⲏ ⲉⲩⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ (1)
ⲕⲑ. ⲉⲩϫⲱ ⲙⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲕⲟⲩⲁⲁⲃ
29. ⲕⲟⲩⲁⲁⲃ ⲕⲟⲩⲁⲁⲃ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
col. 1. ⲥⲁⲃⲁⲱⲑ ⲧⲡⲉ ⲙⲛ ⲡⲕⲁϩ
ⲙⲉϩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ ⲡⲉⲕⲉⲟⲟⲩ ⲉⲧ//
ⲟⲩⲁⲁⲃ (2) ⲡⲉⲧϣⲟⲟⲡ ⲡⲉⲧⲉ//
ⲛⲉϥϣⲟⲟⲡ ⲡⲉⲧⲛⲏⲩ ÷ (3) ϩⲛ//

(Die ac) *nocte clamantia, & dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth: caelum & terra plena eſt gloria tua: Qui es, qui eras, qui venturus es.*

(1) Cap. IV. v. 8. Apocalyp. deeſt in Graeco T. & in Memphit. verſion. vox iſta ⲉⲩⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ, *clamantia*.

(2) eod. v. 8. κύριος θεὸς ὁ παντοκράτωρ *Dominus Deus omnipotens*. Sic in G.T. & in Memph. verſione. Sed deeſt in hac noſtra: ὁ θεὸς, ubi etiam pro παντοκράτωρ legitur, σαβαώθ. Ad ſummam, in hac divina *doxologia*, uti ea refertur in *Thebaica* iſta verſione v. 8. Apocalypſis, quaſcumque legeris voces *a Graeco textu*, & *a Memphitica verſione* variantes, ea convenire intelliges cum c. VI. v. 3. Iſaiae. Quamquam ⲧⲡⲉ *caelum*, . . . uti & ⲉⲑⲟⲩ//ⲁⲁⲃ *ſancta*, iuxta Hebraicum T., & Graecam *ſeptuaginta viralem* interpretationem in eo Iſaiae loco minime reperiuntur. Ita tamen, ut in hac noſtra Thebaica verſione exaratum eſt, in Liturgia tum Graeca tum Coptica *Divi Marci* ad *Praefationem*, divinum hoc *triſagium* legitur apud Renaud. tom. I. Liturg. Or. pag. 154 & pag. 46. eiuſdem Liturg. ſub nomine *S. Cyrilli*, aeque ac lib. 8. conſtitut. Apoſtol. c. 12.

(3) v. 9.

(4) eod. v. 9. ⲡⲉϥⲧⲟⲟⲩⲛ ϩ//ⲱⲟⲛ. Memphitica verſio apud Wilkinſ. & in pervetuſto, quo ego utor, cod. ⲡⲓ̄ⲇ̄ ⲛ̀ⲍⲱⲟⲛ IV. *animalia*. Graecus, tacito numero, ſimpliciter habet, τὰ ζῶα. Horum ſanctorum IV. animalium diem feſtum agunt Copti-

tae

catae 415. Quamquam hi aliquantum pulchriores in autographo videantur. Lineolae litterarum deficientium indices,

Y 2 mo-

ⲟⲧⲁⲛ ⲉⲣϣⲁⲛ ⲛⲉϥⲧⲟⲟⲩⲛ
ⲍⲱⲟⲛ (4) ϯⲙⲡⲉⲟⲟⲩ ⲙⲛ ⲡ//
ⲧⲁⲉⲓⲟ ⲙⲛ ⲧⲉⲩⲭⲁⲣⲓⲥⲧⲓⲁ
ⲙⲡⲉⲧϩⲙⲟⲟⲥ ϩⲓ ⲡⲉⲑⲣⲟⲛⲟⲥ
ⲉⲧⲟⲛϩ ϣⲁ ⲛⲉⲓⲉⲛⲉϩ, ϣⲁⲩ//
ⲡⲁϩⲧⲟⲩ ⲛϭⲓⲡϫⲟⲩⲧⲁϥⲧⲉ (5)
ⲙⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲛⲥⲉⲟⲩⲱϣⲧ
ⲙⲡⲉ̀ⲧⲟⲛϩ ϣⲁ ⲛⲓⲉⲛⲉϩ.

*Quum darent quatuor animalia gloriam, honorem, & gratiarum actionem ſedenti ſuper thronum, viventi in saecula.*

*Proſternebant ſe viginti quatuor presbyteri adorantes viventem in ſaecula.*

ⲁⲩⲱ ⲛⲥⲉⲛⲟⲩϫⲉ ⲛⲛⲉⲩⲕ//
ⲗⲟⲙ ⲙⲡⲙⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲡⲉⲧ//
ϩⲙⲟⲟⲥ ϩⲓ ⲡⲉⲑⲣⲟⲛⲟⲥ ⲉⲩϫⲱ
ⲙⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲕⲙⲡϣⲁ ⲛϫⲓ

*Et deponebant coronas ſuas coram ſedente ſuper thronum dicentes: Dignus es accipere gloriam, & honorem, & poteſtatem: Quia*

tae VIII. die hator, vel hatyr, *quarta novembris* noſtri. Ita & *Aethiopes* in ſuo ipſorum Kalendario; de quibus tamen miratur Ludolphus *commentar. in hiſt. Aethiop.* pag. 397. quod *quatuor animalia Angelica*, deſcripta *in Apocalypſi*, c. 4. 6. *proprie & ſimpliciter, non myſtice, quaſi thronum Dei in caelo geſtarent*, accipiant.. Atqui nihil eſt, quod ille miretur. Hunc enim ritum & quaecumque de his quatuor ſanctis animalibus *incorporeis* in liturgicis *laudibus* praedicant, ſi unum illud, quod eſt audax Aethiopis poëtae de *Cherubicis equis* figmentum, excipias, mutuati ſunt ab Aegyptiis. Hi enim ex antiquiſſima eccleſiae ſuae traditione non modo ſacras aedes in eorum honorem dedicarunt, ſed ipſos etiam Angelicos ſpiritus ſub nomine ſanctorum IV. animalium incorporeorum uni ſummoque Deo perpetuo miniſtrantium in divinae liturgiae precibus pie caſteque invocant, & honorant. Vide Renaudot. tom. 1. Liturg. Or. p. 300. & liturgicos codices, Miſſale, Euchologium, & Theotocia typis S. C. de P. F. Praeſule Tukio curante, & ſacro Cardinalium ſenatu approbante, impreſſa Romae. Quibus adde Fragm. aliud *Borgianum*, alibi edendum, de laudib. *SS. IV. animalium incorporeorum, & XXIV. ſeniorum*.

Ibid. ϣⲁ ⲛⲉⲓⲉⲛⲉϩ, *in ſaecula* Graecus: εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων: *in ſaecula ſaeculorum*.

(5) v. 10. ⲛϭⲓⲡϫⲟⲩⲧⲁϥⲧⲉ, Memphit. verſio: ⲡⲓⲕ̅ⲇ̅ XXIV. Horum quoque XXIV. ſeniorum diem feſtum celebrant Aegyptii. Encomia, & preces, quibus eos colunt, vide tum in Euchologio apud Renaud. T. 1. Liturg. p. 300. tum in aliis codd. paullo ante in adnot. 4. laudatis.

Ibid. ϣⲁ ⲛⲓⲉⲛⲉϩ: Gr. εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

modo longiores, modo breviores apparent; ni brevitas in iis tribuenda ſit apicibus decoloratis, et temporis edacitate detri-

ⲙⲡⲉⲟⲟⲩ ⲙⲛ ⲧⲁⲉⲓⲟ ⲙⲛ ⲧ//
col. 2 ϭⲟⲙ ϫⲉ ⲛⲧⲟⲕ ⲁⲕⲧⲁⲙⲓ (6)
ⲉⲛⲕⲁ ⲛⲓⲙ ⲁⲩⲱ ⲛⲧⲁ ⲩϣⲱ//
ⲡⲉ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲕⲟⲩⲱϣ . ⲁⲕ//
ⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲙⲡⲉⲓϣⲱϥⲧ ϫⲉ ⲁⲓ//
ϫⲟⲟⲥ ⲉⲧⲃⲉ ⲛⲉϥⲧⲟⲟⲩ ⲛⲍ//
ⲱⲟ÷ ϫⲉ ⲛⲧⲟⲟⲩⲛ ⲉⲧϩⲱⲥ
ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲥⲙⲟⲩ ⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡ//
ⲇⲩⲙⲓⲟⲩⲣⲅⲟⲥ ⲛϣⲟⲣⲡ ⲉⲛϫⲟ//
ⲩⲧⲁϥⲧⲉ ⲙⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ .
ⲛⲑⲉ ⲧⲉⲛⲟⲩ ϩⲓϫⲙ ⲡⲕⲁϩ ⲁ//
ⲛⲟⲛ ⲛⲟⲩⲏⲏⲃ ⲉϣⲁⲛ ⲁⲣⲭⲉⲓ
ⲉⲧⲉⲩⲭⲏ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲉⲛϫⲱ ⲙ//
ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲙⲁⲣⲛ ϣⲡϩⲙⲟⲧ ⲛ//
ⲧⲙⲡϫⲟⲉⲓⲥ ϣⲁⲣⲉ ⲡⲗⲁⲟⲥ ⲟ//
ⲩⲱϣⲃ ⲛϥϫⲟⲟⲥ ϫⲉ ϥⲙⲡϣⲁ
ⲁⲩⲱ ⲟⲩⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲛ ⲡⲉ ⲛⲑⲉ
ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲛⲓⲍⲱⲟⲛ ϯ ⲛⲧⲉⲩ//
ⲭⲁⲣⲓⲥⲧⲓⲁ ⲙⲛ ⲡⲉⲟⲟⲩ ⲙⲛ
ⲡⲧⲁⲉⲓⲟ ⲙⲛ ⲧϭⲟⲙ ⲉⲣⲉ ⲛⲉ//
Pag. ⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲓⲣⲟⲥ ϩⲱⲟⲩ ⲟⲩⲱ//
λ. ϣⲃ ⲛⲥⲱⲟⲩ ϫⲉ ⲕⲙⲡϣⲁ ⲡ//
30. ϫⲟⲉⲓⲥ ⲉϫⲓ ⲙⲡⲉⲟⲟⲩ ⲙⲛ ⲡ//
col. 1. ⲧⲁⲉⲓⲟ ⲙⲛ ⲧϭⲟⲙ

*tu creaſti omnia, & quaecumque ſunt per voluntatem tuam.*

Viden'ut non fruſtra, neque temere ego dixi de quatuor animalibus, quod ea prima ſunt, quae praecinunt hymnos, & laudibus celebrant Deum creatorem, deinde vigintiquatuor presbyteri ? Sicut nunc ſuper terram nos *ſacerdotes*, quum initium ſacris precationibus daturi ſumus, dicimus; *gratias agamus Domino*; & populus reſpondet: *Dignum & iuſtum eſt*; ita & quatuor illa animalia dant *gratiarum actionem, gloriam, honorem, & poteſtatem*: presbyteri vero illis reſpondent: *Tu dignus es Domine accipere gloriam, & honorem, & poteſtatem.*

(6) v. 11. ⲁⲕⲧⲁⲙⲓ forſan pro ⲓⲟ, *creaſti*. ⲁⲕⲧⲁⲙⲉⲓ vel ⲁⲕⲧⲁⲙⲉ//

Ibid. καὶ ἐκτίσθησαν, in Graeco T.

tritis. Non raro pro lineola ſimplex punctum ſuperpingitur litteris hiſce ⲙ, et ⲛ, ubi pronunciari debent tamquam ⲉⲙ, et

Ⲉⲕϣⲁⲛ ϫⲟⲟⲥ ⲱ ⲡⲉϣⲃⲏⲣ
ϫⲉ ⲡϣⲟⲣⲡ ⲛ̄ϩⲱⲟⲛ ⲉϥⲉⲓⲛⲉ
ⲛⲟⲩⲙⲟⲩⲓ ⲡⲙⲉϩ ⲥⲛⲁⲩ ⲉϥⲉⲓⲛⲉ
ⲛⲟⲩⲙⲁⲥⲉ ⲡⲙⲉϩ ϣⲟⲙⲛ̄ⲧ ⲛ̄ϩ-
ⲱⲟⲛ ⲉϥⲟ ⲛ̄ϩⲟ ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ ⲡⲙⲉϩ
ϥ̄ⲧⲟⲟⲩ ⲛ̄ϩⲱⲟⲛ ⲉϥⲉⲓⲛⲉ ⲛⲟⲩⲁ-
ⲉⲧⲟⲥ ⲙⲛ ⲡⲙⲟⲟⲩⲓ ⲙⲛ ⲡⲙ-
ⲁⲥⲉ ⲟⲛ ⲛⲟ · ⲡⲁⲣⲁ ⲡ̇ⲣⲱⲙⲉ
ⲉⲡⲉⲓⲛⲉ ⲡⲉ ⲁⲩⲱ ⲑⲓⲕⲟ÷ ⲙ-
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ. ⲕⲁⲓⲡⲉⲣ ϥϫⲱ ⲙ-
ⲙⲟⲥ ⲛ̄ϭⲓⲡⲉⲛⲧⲁϥⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲡ-
ϣⲟⲣⲡ ⲟⲩⲙⲟⲩⲓ ⲡⲉ ⲡⲙⲉϩ ⲥ-
ⲛⲁⲩ ⲉϥⲉⲓⲛⲉ ⲛⲟⲩϩⲟ ⲙⲙⲁⲥⲉ.
ⲉⲧⲃⲉⲟⲩ ⲡⲉϫⲁⲕ ⲉⲧⲃⲉ ϫⲉ ⲛ̄-
ⲧⲟϥ ⲡⲉ ⲡ̄ⲧⲏⲣϥ ⲉϥϩⲙ ⲡ̄ⲧ-
col. 2. ⲏⲣϥ ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲡⲉ ⲡⲉⲓⲛⲉ ⲙⲡⲙ-
ⲟⲩⲓ ⲙⲛ ⲡⲙⲁⲥⲉ. ⲛ̇ⲧⲟϥ ⲡⲉ
ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲡⲉ ⲡⲁⲉⲧⲟⲥ
ϩⲓⲟⲩⲥⲟⲡ. ⲛⲁϣ ⲛ̄ϩⲉ ⲡⲉϫⲁⲕ
ⲁⲛⲟⲕ ϯⲛⲁⲇⲓⲅⲛⲉⲩⲉ ⲙⲙⲟⲥ
ⲛⲁⲕ ⲙⲟⲛⲟⲛ ϯϩⲧⲏⲕ ⲕⲁⲗⲱⲥ.
Ⲁϥⲣⲓⲙⲉ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̄ϭⲓⲡⲉ-
ⲛ̄ⲧⲁϥⲛⲁⲩ ⲉⲩⲁⲡⲟⲕⲁⲗⲩⲙ-
ⲯⲓⲥ ϫⲉ ⲙⲛⲟⲩϩⲉ ⲉⲗⲁⲁⲩ
ⲉⲧⲣⲉϥ ⲟⲩⲱⲛ ⲙⲡϫⲱⲱⲙⲉ ⲙⲛ

Si tu ſubdideris, o amice: *primum* animal ſimile eſt *leoni*: *ſecundum* ſimile *vitulo*: *tertium* animal ſimile eſt vultui *hominis*: *quartum* ſimile *aquilae*; *an Leo, ut & vitulus etiam, ſpectata magna, quam cum homine habet comparatione, ſimilis ei eſt, & imago Dei ? quamquam is, qui revelationem vidit*, dicat: *primum eſt leo, ſecundum ſimile eſt faciei vituli ? Propterea ne hoc dixiſti, quia ille eſt omnia in omnibus, ideoque ille eſt ſimilis leoni, & vitulo, ille eſt homo, ille aquila ſimul ? quomodo* haec a te dicta ſunt ?

Ego tibi rem exponam, ſi tantum aures mihi attentas praebueris

*Flebat, ait ille qui Apocalypſin vidit, quod*

ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲥⲱⲛⲧ in verſ. Memphit., & *creata ſunt* in vulg. noſtra, non habet nec verſio iſta Theb., nec cod. Graecus A apud Wetſtenium.

et ⲉⲛ . ⲓ. punctum geminum ſupra ſe ſcriptum plerumque repraeſentat, interdum lineolam, aut circumflexam, aut fere

ⲧⲉϥⲥⲁϣϥ ⲉⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲥ ⲡⲉϫⲉ ⲟⲩⲁ ⲛⲁⲓ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ ⲛⲉⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ϫⲉ ⲙⲡⲣⲣⲓⲙⲉ ⲉⲓⲥ ϩⲏⲏⲧⲉ ⲁϥϫⲣⲟ ⲛϭⲓⲡⲙⲟⲩⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ ⲧⲉⲫⲩⲗⲏ ⲛⲓⲟⲩⲇⲁ ⲧⲛⲟⲩⲛⲉ ⲛⲇⲁⲩⲉⲓⲇ ⲁⲕⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲛⲧⲟϥ ⲡⲉ ⲡⲙⲟⲩⲓ ⲕⲟⲩⲉϣ ⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟϥ ⲟⲛ ⲉϥⲉⲓⲛⲉ ⲛⲟⲩⲙⲁⲥⲉ ⲁⲛⲉⲓ ⲗⲟⲩⲕⲁⲥ ⲡⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲥⲧⲏⲥ ⲛⲁⲓ ⲉⲛⲓ... (7)

*nemo inveniretur, qui aperiret librum, & ſeptem eius ſigilla. Dixit ei unus ex presbyteris: Ne fleveris; ecce vicit leo de tribu Iuda; radix David. Videſne? Ille eſt leo. Vis ne tu modo illum videre ſimilem vitulo? Adeamus Evangeliſtam Lucam haec....*

(7) Cui auctori totum hoc Fragmentum tribuam, invenire hucuſque non potui. Sed nec ex miſera iſta lacinia quicquam certi mihi colligere licuit de exitu rei, quam ille in explicando ſacro aenigmate de quatuor caeleſtibus & & incorporeis animalibus ab Apocalyſta viſis, ſe facile expediturum, amico, ſeu ſodali ſuo ſpopondit.

Quaedam tamen in eo veſtigia ſunt, quae mihi ſtilum, & ingenium *Dionyſii Areopagitae* indicare queant. Licet enim magna inter eruditos lis ſit, iure ne, an iniuria, opera, quae ſub eius nomine feruntur, tribui reipſa debeant celeberrimo illi Apoſtoli Paulli diſcipulo *Atheninenſi Dionyſio*; & *Guillelmus Cave*, ac *Pearſonius* cenſeant aut *circa* eiuſdem ſaec. *finem*, *vel initio quinti*, uti placuit doctiſſimo *Cardinali Bonae* l.1. Rer. Liturgic. c. 8. n. 5., negari tamen nullo modo poteſt, quin ea in oriente primum, necdum fortaſſe e vivis erepto Caeſarienſi Euſebio, ſaec. IV., aut certe V. innoteſcere coeperint. Io. Laurentius Bertius egregius mei ordinis ſcriptor, cuius immortalem memoriam quamdiu vivam colere non deſinam, t. II. H. Eccl. qua diſſertationes in tria priora ſaecula complectitur, de operibus *Dionyſii* nihil certi decernens pag. 118. & ſeqq. rem in utramque partem agit. Audiendus heic tamen eſt vir ſummi ingenii, & iudicii gravitate mirifice pollens, *Nanius Tillemontius* tom. II. *Memor. hiſt. eccl.* pag. mihi 527. adnot. IV. *Nous diſons qu'ils ſont demeurez, inconnus dourant quatre ou cinq cents ans, parcequ'on ne les trouve marquez nulle-part dans tous les écrits qui nous reſtent avant la conference tenuë vers l'an 532. a Conſtantinople, où ils furent cites par les heretiques Severiens, & rejetrez par les catholiques comme des écrits dont on ignore l'auteur...* pag. 530. *il y en a qui croient qu'il eſtoit* (auctor pſeudo-Dionyſianor. oper.) *du nombre de ceux qui s'obſtinoient contre l'autorité du concile de Chalcedonie, à ne voleir point dire qu'il y euſt deux natures en J. C. de peur qu'on ne inferant, qu'il y avoit deux perſonnes ..* p. 531. *Le P. Morin croit que le pretendu S. Denyr peut avoir écrit au commencement du V. ſiecle ou au plus tard entre l'ereſie de Neſtorius & celle d'Eutyche...* p. 533. *Des perſonnes habiles iugent que ce pouvoit*

re rectam. In ⲚϪⲞⲈⲒⲤ aliiſque ſimilibus nominibus puncta duo ſuper, ɪ, omiſſa occurrunt. *Initiales* et notae etiam com-

*voit eſtre quelque* MOINE EGYPTIEN (ex Bolland.tom.1. maii in Ephemerid. Graec. Moſchor. p.XLV. *nourri dans la philoſophie Platonique ... & Il pouvoit meſme l'avoir enſegnée publiquement dans l'ecole d'Alexandrie, dit le Cardinal Boua*. Saeculo denique VI. in toto oriente celeberrima erant huius auctoris ſcripta ſub nomine *Dionyſii Areopagitae*. Hinc Renaudot. comment. in Liturg. Copt. S. Baſilii pag. 298. *De Angelis*, inquit, *monendum, legi apud orientales theologos circa eorum numerum, naturam & ordinem omnia, quae in libris de caeleſti hierarchia continentur, quod opus Dionyſio Areopagitae Paulli Apoſtoli diſcipulo tribuunt, quem icciroo Pauluſi, hoc eſt Paulinum appellant*. Idemque ego dixerim de Aegyptiis, & Thebaeis, apud quos, ut ex aliis *Borgianis* fragmentis intelligo, pervulgata erant apocrypha quaedam de tranſitu Deiparae Virginis magnam cum Dionyſii ſcriptis coniunctionem habentia. Nec mirum, ſi eorum ſcriptor Monachus fuiſſet Aegyptius.

At vero Dionyſius ſub finem cap. VIII. *de caeleſti hierarchia*, librum, quem de *divinis hymnis* ſcripſerat, diſerte commemorat. De primo enim hierarchiae ordine, qui *Thronos*, *Cherubim*, & *Seraphim* complectitur, ſermonem inſtituens, ait, *plurimas quoque res divinas eminenti quadam ratione cognoſcit, divinae ſcientiae cognitioniſque, quantum fas eſt, particeps effectus*; διὸ καὶ ὕμνους αὐτῆς ἡ θεολογία τοῖς ἐπὶ γῆς παραδέδωκεν, *quamobrem etiam terrigenis laudes eius theologia tradidit .... Nonnulli ſiquidem ex illo ordine, ad ſenſum accommodate loquendo, quaſi vox, & fremitus aquarum multarum clamant*: Benedicta gloria Domini de loco ſuo: (Ezechiel. 3. 12.) *alii vero* τὴν πολυύμνητον ἐκείνην καὶ σεβασμιωτάτην ἀνακράζουσι θεολογίαν, Ἅγιος, Ἅγιος, Ἅγιος κύριος σαβαώθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ, *celeberrimum illud & veneratione pleniſſimum divinae laudis canticum exclamant*, SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS DOMINUS SABAOTH, PLENA EST OMNIS TERRA GLORIA EIUS. *Has autem ſublimiſſimas caeleſtium intelligentiarum* hymnologias, *ſive laudum celebrationes*, ἤδη μὲν ἐν τοῖς ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΥΜΝΩΝ ὡς ἐφικτὸν ἀνεπτύξαμεν, καὶ εἴρηται ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΕΝ ΕΚΕΙΝΟΙΣ ὡς καθ' ἡμᾶς ἱκανῶς: *iam pridem in iis quae* DE DIVINIS HYMNIS *conſcripſimus, pro facultate noſtra explanavimus, ibidemque* DE ILLIS *ſatis ſuperque pro modulo noſtro dictum eſt*. Hactenus Dionyſius.

Ex his aperte conſtat, auctorem noſtrum librum DE DIVINIS HYMNIS diu antequam de *caeleſti hierarchia* ſcriberet, edidiſſe. Inter hos autem principem locum, ut idem ipſe *Dionyſius* aperte tradit, obtinebat *hymnus* celeberrimus in unius trinique Dei laudem. Sed is Dionyſii liber iamdudum deperditus eſt. Vide tu nunc, an illius veſtigia hodieque ſuperſint in hoc noſtro *Thebaico fragmento*. Nam mihi certe tam manifeſta apparent, ut, ſi ea conferam cum recitatis Dionyſii verbis, eumdem plane Dionyſium, & *graece* olim de *divino* illo *triſagio*, nunc vero, mutato tantum verborum pallio, *thebaice* loquentem mihi enunciare videantur. I. Dionyſius laudato c.7. *de cael. hierarch.* verba divini triſagii, quibus Throni, Cherubim, & Seraphim *exclamant*: ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, κύριος σαβαώθ. πλήρης ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ, ipſiſſima pene refert in verſiculo 8. cap. IV Apocalypſis, quemadmodum ſupra vidimus in tabula huius noſtri Thebaici Fragmenti. Quis ergo alius, niſi *Dionyſius*, eſt, qui in hac do-

compendiariae in vocibus ιc̄ , χρc̄ , πν̄α , immo et *interpunctiones* , *rubro* ſuperinducto colore diſtinguuntur omnes.

Co-

*doxologia* recitanda ſibi ſemper ſimilis, uti eam extulerat in libro *περὶ τῶν θείων ὕμνῶν de divinis hymnis* , ita deinde & ipſam retulit in citato caeleſtis hierarchiae loco ? Adde , quod , ut eam in laudato Apocalypſis teſtimonio ſolide retineret , diſceſſit a fide omnium ſaltem , quae novimus , Graecorum exemplarium . Vide adnot. 1. & 2. An heic etiam quodammodo emicat ingenium *pſeudo-Dionyſii* , de quo Tillemontius p.533. ait : *cet auteur cite quelque fois l'Ecriture , non pour etablir ce qu'il dit* , ( *& il ſerroit difficile d'y ſonder une grande partie de ce qu'il dit* ) *mais pour l'accomoder à ſa doctrine?* II. Quid praeterea illud eſt quod ait Dionyſius indicato loco caeleſt. hierarch. *de theologia* Thronorum , Cherubinorum , & Seraphinorum , quae *ὕμνυς αὐτῆς hymnos ipſius divinitatis terrarum incolis tradidit* ? Nonne hoc idem tibi occinit auctor Thebaici Fragmenti , ubi loquitur de *quatuor animalibus* , quae prima ſunt in praecinendo divino cantico : *ἅγιος, ἅγιος , ἅγιος* &c. quibus deinde reſpondent *viginti quatuor ſeniores* : *Dignus es . . .* ? Ex hoc etiam caeleſtis chori ordine illuſtre documentum in eccleſiam , quae modo in terra militat , manaſſe ſignificat , ut ſacerdos in magno ad liturgiam ingreſſu omnium princeps ſub ipſum praefationis exordium clamet : *Gratias agamus Domino Deo noſtro* , & populus deinde reſpondeat : *Dignum , & iuſtum eſt* . III. Vide praeterea , num quae auctor Thebaici ſcripti in ore ponit amici , ſeu ſodalis ſecum colloquentis, ubi eum inducit quaerentem de *leone* ac *de vitulo , an ſimilis* uterque ſit *homini , & imago* Dei ? an vero, quia *ille* ( nempe Deus ) *eſt omnia in omnibus* , ideoque & ille ſit ſimilis *leoni*, & *vitulo* , *ille homo , ille aquila ſimul* ? vide , inquam , num haec conſona iis ſint, quae tradit Dionyſius cap. xv. de cael. hierarch. Ibi enim poſtquam de theologia , quae *non ſolum rotas igneas format* , *verum etiam* ignita *ζῶα animalia* , *ἄνδρας viros fulgureos* in divinis revelationibus , viſiſque repraeſentat , plura diſſeruit , concludit, huiuſmodi formas eſſe *quaſi ſeuſiles θεαρχικῆς ἐνεργείας* , *divinae* , ut Corderius interpretatur, *efficaciatis imagines* . Mox ſimilia de *forma* tum *hominis* , tum *leonis* , tum *bovis* , *& aquilae* , quemadmodum in Apocalyp. & Ezechiele refertur , ita docet , ut per eam intelligamus , quomodo caeleſtes Angelorum virtutes *divinam in ſe ſimilitudinem* gerant , & *Deiformes* dicantur , Deoque *ſimiles* . Unde & cap.1. de divinis nominibus , *ſic igitur* , inquit , *ei qui omnium rerum cauſſa eſt* , *& ſupra omnia . congruit carere nomine* , *CONGRUUNT rurſus OMNIA RERUM OMNIUM NOMINA* , *ut . . . . ipſa ſit*, ſecundum divinae ſcripturae eloquium ( 1. Cor. 15. 28. ) *τὰ πάντα ἐν πᾶσι* , *omnia in omnibus* . Neque haec tantum , ſed & ea quoque nomina , quae *ex divinis* ſacrorum Myſtarum , & Prophetarum , Iſaiae , Ezechielis , & Apocalyſtae viſis deſumpta ſunt , *& formas*,( leonis,bovis,aquilae ) *& figuras humanas* , *aut igneas* , *aut electri* inducunt , a theologis rite celebrari teſtatur . Tam arcte ſcilicet huius noſtri fragmenti dicta coniuncta ſunt cum doctrina , quam *de divinis hymnis* ſe olim tradidiſſe in cit. c. 7. cael hierarch. Dionyſius commemorat . Alia , quae a me dici poſſent , praetereo. Satis enim , ni fallor , hactenus expoſui , quid me moverit , ut ſuſpicarer , codicem Borgianum , ex quo noſtrum iſtud fragmentum excerptum eſt, Graecum fuiſſe *ſyntagma περὶ θείων ὕμνων* ,

Dio-

Digitized by Google

Codicem non tibi pro *ἀυτογράφῳ* venditavero; ſed certe *exemplum* eſt probae notae, antiquiſſimum, et eorum omnium quae ex *archetypo* exſcripta fuerint, facile princeps. Scriptor ſatis diligens, et emendatus eſt. Id tamen non facit, quin alicubi fortaſſe peccarit.

## I I I.

### *Actorum ſinceritas*.

Fragmentum hoc noſtrum locum ſibi iure poſtulat inter *acta ſincera Martyrum* a V.Cl. Maurinor. Benedictinor. Monacho Theodorico Ruinartio edita. Illius ſcriptor, licet anonymus, tam acurate res geſtas S. Martyris noſtri *Paneſniv* narrat, ut ſingula fere, quae ſcribit, ſuis ſe oculis et auribus, quaſi omnibus praeſens, uſurpaſſe demonſtret. Nihil iis, quod aut paradoxi, aut ficti, aut improbabilis, et fabuloſi ſpeciem ſapiat, immiſcet. Stili ſimplicitas, et ſincera fides Thebaei auctoris ubique nitet, et ſplendet.

Nec ego dubito, quin boni, et aequi rerum aeſtimatores, poſtquam haec veluti actorum primordia ex tabulis mox edendis perpenderint, idem nobiſcum laturi ſint de ſcriptoris noſtri integritate iudicium.

Dionyſio Areopagitae tributum, ſubinde vero Thebaeorum civitate donatum: niſi quis ſit, qui, me licet invito, eouſque progredi velit, ut putet *autographum* eſſe a Thebaeo Monacho primo compoſitum, ſed Alexandriae ab alio quodam graecae linguae cultore novo cuiuſdam turgidi ſtili Genere exornatum. Sed tu tandem ſine, ut in medium prodeant iam ante promiſſae TABULAE ACTORUM S. MARTYRIS NOSRI PANESNIV.

Pag. ⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ ⲁϥⲧⲁⲁϥ
r. ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲣⲟϥ. (1)
col. 1. ⲡⲉϫⲉ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲛⲁϥ.
ϫⲉ ⲁⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲙ
ⲡⲉⲓⲙⲁ ⲱ̀ ⲡⲥⲱ//
ⲧⲡ ⲛ̀ⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲟⲥ (2)
ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲉⲓⲣⲉ ⲙ̀//
ⲡⲟⲩⲱϣ ⲙ̀ⲡⲉϥ//
ϫⲟⲉⲓⲥ · ⲛ̄ⲅ ⲃⲱ̀ⲕ
ⲉ̀ϩⲟⲩⲛ · ⲛ̄ⲅ ⲟⲩⲟⲛ//
ϩ̀ⲕ ⲉ̀ⲕⲟⲩⲗⲕⲓⲁ//
ⲛⲟⲥ ⲡϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ. (3)
Ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ
ⲡⲁⲣⲭⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ
ⲛ̀ⲧⲁⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲅⲁⲣ
ⲧⲟⲩⲱϣⲧ. ⲉ̀ⲧⲣⲁϭⲱ//
(ⲧ)ⲓ ⲇⲓⲁⲕⲟⲛ... (4)
. . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . ⲡ
. . . . . . . . . . ϣ
. . . . . . . . . ⲟⲡⲟⲥ
. . . . . . . . . ⲁⲕⲱ
. . . . . . . ⲡⲛ̄ⲙⲁ ⲛ̀//
. . . . . . ⲉⲓ ⲭⲁⲣⲓⲍⲉ
. . . . . . . ⲛⲓⲙ ⲉⲧ//
ⲛⲏⲩ ⲉⲣⲁⲧϥ ⲛ̀//
ϩⲉⲛϩⲙⲟⲧ ⲛ̀ⲧⲁⲗ
ϭⲟ (5)
Ⲁϣⲱⲡ ⲇⲉ ⲙⲛ̀//

e paradiſo ſe ei praeſentem obtulit.

Dixit ei *Michael*: *Veni ex hoc loco, o electe diacone, dominicae voluntatis effector: & ingredere, palamque te ſiſte coram Culciano Praeſide.*

*Ego ſum Michael Archangelus. Dominus namque me deſtinavit, ut ſalvem diaconum.* . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . .
. . . . . . . . .
. . . . . . . . .
. . . . . . . . .
. . . . . . . . .
. . . . . . . . .

. . . *eique in beneficium eorum omnium, qui ad eum venturi erunt, gratias confer et ſanationum.*

Poſt autem diem tertium

col. 2.

ⲛ̀ⲥⲁⲡϣⲟ̀ⲙⲛϯ
ⲛ̀ϩⲟⲟⲩ ⲡⲉϫⲉ
ⲡϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛ̀-
ⲛⲁϯⲁⲁⲝⲓⲥ. ϫⲉ
ⲁϯⲉⲧⲛ̀ ⲉⲓⲙⲉ (6) ϫⲉ
ⲟⲩⲛⲟⲩϯ ⲉϥⲟ̀ⲛϩ
ⲡⲉ ⲡⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ
ⲁϥⲧⲱⲱⲃⲉ ⲙ̀-
ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ. (7)
ⲁⲩⲱ ⲁϥⲣⲟⲕϩϥ
ϩⲛ̀ ⲟⲩⲕⲱϩⲧ. (8)
ⲧⲱⲟⲩⲛ ⲙⲁⲣⲟⲛ
ⲉϯⲥⲓⲟⲟⲩⲛ. (9) ϯⲉⲛ-
ϫⲱⲕⲙ̀ ϩⲛ̀ ⲙ̀-
ⲙⲟⲟⲩ (10) ⲙⲡⲉⲓ ⲁⲛ-
ϩⲟⲥⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲅⲟⲥ.
ⲛ̀ⲭⲣⲓⲥϯⲁⲛⲟⲥ. (11)

tium dixit Praeſes cohorti militum ſuorum: *Vos ſcitis, quod Deus vivens Apollo, beneficus fuit munerator PANESNIV; & is eum igne combuſſit. Surgite, eamus in concilium, & abluamus* (aquis ferventibus) *magum hunc ſacrilegum Chriſtianorum.*

Ⲁϥⲧⲱⲟⲩⲛ ⲇⲉ ⲛ̀-
ϭⲓⲕⲟⲩⲗⲕⲓⲁⲛⲟⲥ
ⲡϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ.
ⲁϥⲉⲓ ⲉⲧⲥⲓⲟⲟⲩⲛ
ϫⲉ ⲉϥⲛⲁϫⲱⲕⲙ̀.
Ⲁⲓⲧⲉⲓ ⲇⲉ ⲉϥⲕⲱ
ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲕⲁϩⲏⲩ
ⲛ̀ⲛⲉϥϩⲟⲓⲧⲉ. (12) ⲁⲙ̀ⲓ-
ⲭⲁⲏⲗ ⲡⲁⲣⲭⲁⲅ-
ⲅⲉⲗⲟⲥ ⲟⲩⲱϭⲡ
ⲛⲟⲩⲡⲗⲁⲝ ϩⲛ̀
ⲧⲥⲓⲟⲟⲩⲛ. (13) ⲁϥⲧⲁ-

Surgens autem *Culcianus* Praeſes venit in *concilium*, ut eum in aquas immergeret. Iudicat mox, ut, detractis veſtibus, nudus in medio ſiſtat.

Tum Archangelus Michael, vigil tabularii in concilio, ſuſtulit ſuper lucidas alas ſanctum Abbatem



Digitized by Google

Pag. ⲁ. col. 1.

ⲗⲟ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁ-
ⲡⲁ ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ.
ϩⲓϫⲛ̀ ⲛⲉϥⲧⲛ̀ϩ,
ⲛ̀ⲟⲩⲟⲉⲓⲛ (14) ⲁϥⲛⲟ-
ϫϥ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲙ̀ ⲡⲉ-
ⲑⲏⲗⲟⲥ ⲛ̀ϯⲥⲓⲟ-
ⲟⲩⲛ (15) ⲙ̀ⲡⲙ̀ⲧⲟ ⲉ̀-
ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡϩⲏⲅⲉ-
ⲙⲱⲛ.

tem *Paneſniv*, eumque reclinavit iuxta columnam aulae iudiciariae coram Praeſide.

Ⲡⲉϫⲉ ⲡⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ (16)
ⲙ̀ⲡϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ.
ϫⲉ ⲛⲅ ϣⲓⲡⲉ ⲁⲛ
ⲉⲕϫⲱ ⲛ̀ⲛⲉⲓϣⲁ-
ϫⲉ ⲙ̀ⲙⲛ̀ⲧⲁⲑⲏⲧ.
ⲱ̀ ⲡⲁⲛⲟⲙⲟⲥ ⲛⲁⲧ-
ⲛⲟⲩⲧⲉ (17)

Dixit beatus ad Praeſidem: *Et non te pudet haec tam fatua, & inſana verba effutire, o impie athee?*

ϩⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉ ⲅⲁⲣ ⲕⲁ-
ⲧⲁⲑⲉ ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲡⲉⲕ
ϩⲁⲡ ϩⲟϭϥ ⲧⲁⲓⲧⲉ
ⲑⲉ ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲛⲉⲕ ⲕⲉ
ⲃⲁⲥⲁⲛⲟⲥ ⲟⲛ ⲁⲧ-
ϭⲟⲙ.

*Re enim vera ſicuti iudicium tuum ſtultum eſt, ſic & tormenta tua vana ſunt, & impotentia.*

Ⲁⲩⲱ ⲉⲛⲧⲛ̀ⲧⲁⲕ ⲧⲁ-
ⲙⲟⲓ. (18) ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲕ-
ϩⲉ ⲉϭⲗⲙ̀ (19) ⲏ̀ ϣⲉ
ⲉⲧⲣⲉⲕⲧⲱⲕ ⲉ-
ϫⲱⲓ ⲕⲁⲗⲱⲥ. (20)
ⲧⲓⲛⲁϫⲟⲟⲩ ⲡⲉ

*Uti & quaecumque mihi enuncias. Stipulam ne, quam certe ad te arbitratu tuo convertas, me inveniſti? Egregie! Dicam haec*

do-

col. 2. ⲉⲡⲁⲏⲓ . ⲟⲩⲟⲓ ⲉⲧⲏ//
ⲣ̇ⲥ̇ ⲛⲉ ⲛⲁϯⲙⲉ. (21)
ⲛ̇ⲥⲉⲧ̇ⲛ̇ⲛⲟⲟⲩ.
ⲛ̇ⲁⲕ ⲛⲟⲩϣⲏⲙ
ⲛ̇ⲧⲁϣ ϩⲓⲥⲟⲩ,
ϩⲓ ϣⲉⲛⲁϩⲱⲛ (22)
ⲛ̇ⲧ̇ ϯⲉϩⲟ ⲙ̇ⲛ//
ⲙⲁ ⲛ̇ⲧⲱⲕ ⲛ̇//
ⲧⲥⲓⲟⲟⲩⲛ. (23) ⲕⲁⲗⲱⲥ.
ⲛ̇ⲥⲉϩⲙⲟⲙ ⲛ̇ ⲃⲓ//
ⲛⲉⲥⲙⲟⲟⲩ . ϫⲉ//
ⲕⲁⲥ ⲉⲕⲉϫⲱⲕ ⲙ̇
ⲕⲁⲗⲱⲥ ⲙⲛ̇ ⲛⲉⲕ//
ⲙⲁⲧⲟⲓ
Ⲁϥⲉⲓⲙⲉ ⲇⲉ ⲛ̇ϭⲓⲕⲟⲩ//
ⲗⲕⲓⲁⲛⲟⲥ ϩⲏⲅⲉ
. . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . .
. . . . (24) . . . .
ⲁ . . . . . . . . . .
ϩⲛ̇ . . . . . . . . .
ϯⲛⲛ . . . . . . . .
ⲱⲱϥ . . . . . . .
ⲙ̇ⲛⲉϥ ϫ . . . . . .
ⲙ̇ⲛⲉϩⲟⲟⲩ . . . . .
ⲙⲁⲩ ⲉⲧⲃⲉ ⲛ ⲱ//
ⲛ̇ⲧ (25)
Ⲁⲩⲱ ⲁϥⲕⲉⲗⲉⲩⲉ ⲉ//
ⲙⲟⲩⲣ ⲙ̇ⲡⲙⲁⲕⲁ//

*domui meae ; & vico meo omni . Hi profecto mei & domeſtici , & vicani videantur tibi neceſſe eſt ceu exiguae leveſque paleae mercatus, aut certe qui abiecti, indigni ſint, ceu quiſquiliae combuſtibiles loci concilii tui ! Pulchre ! Efferveſcant , ebulliantque aquae , ut in eas tu me immergas ! Eugepe & tibi, & militibus tuis !*

Cognovit autem Culcianus Praeſes

. . . . . . . . .
. . . . . . . . .
. . . . . . . . .
. . . . . . . . .
. . . . . . . . .
. . . . . . . . .
. . . . . . . . .
. . . . . . . . .
. . . . . . . . .
. . . *hodie* . . .
. . . *propter iram*

Et ligari iuſſit beatum Abbatem PANESNIV

Pag. ⲉ. col. 1.

ⲣⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲡⲁⲛⲉⲥ=
ⲛⲏⲩ ⲛ̀ⲥⲁⲛⲥⲁⲩ
ⲛⲟⲩϩⲩⲟ (26)
Ⲉⲣⲉ ⲟⲩϩⲁⲗⲏⲥⲓⲥ
ⲡⲉⲛⲓⲡⲉ ⲙⲟⲗϩ ⲉ=
ϩⲟⲩⲛ(27)ϩⲛ̀ ⲛⲉⲥϥ ϯⲃ́ⲥ
ⲉϥⲁϣⲉ ⲛⲥⲁϫⲱϥ.
ⲛ̀ⲥⲉⲛⲧ́ϥ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀
ⲧⲁⲅⲟ̀ⲣⲁ ⲧⲏⲣ́ⲥ ⲛ̀=
ⲧⲡ̀ⲟⲗⲓⲥ. ϫⲓⲛ ⲧ=
ⲡⲩⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲉⲙ=
ϩⲓⲧ ϣⲁ ⲧⲡⲩ=
ⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲏⲥ. ⲉⲩ=
ⲥⲏⲣⲁ ⲙ̀ⲙⲟϥ (28) ⲉ=
ϫⲛ̀ ⲛⲱⲛⲉ (29) ⲛ̀ⲧⲉ=
ⲡⲗⲁⲧⲩⲁ. ϣⲁⲛ=
ⲧⲉ ⲡⲉϥⲥⲛⲟϥ ⲗⲱ=
ϫⲕ (30) ⲛ̀ϩⲛ
. . . . . . . . . (31)

SNIV contortis funibus & ferream catenam calcaneis eius compingi, quae retorta totum deinde ipſius dorſum corpuſque conſtringeret, & eductum per omnia fora civitatis a porta ſemptemtrionis ad portam uſque auſtralem ſuper lapides & ſaxa plateae tamdiu raptari, quamdiu cruore ſuo ſaxa ipſa allueret.

Ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲣⲉ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ
ϣⲗⲏⲗ ϩ́ⲙ ⲡⲉϥ=
ϩⲏⲧ ⲉϥϫⲱⲙ=
ⲙⲟⲥ ϫⲉ
„ Ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛⲉⲕⲃⲁⲗ
„ ⲛⲁⲩ ⲉϩⲱⲃ ⲛⲓⲙ
„ ⲉⲧⲟⲩⲉⲓⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲟ=
„ ⲟⲩ ⲛⲁⲓ̈ ⲉϫⲙ̀ ⲡⲉⲕ=
„ ⲣⲁⲛ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ (32)

At vir ſanctus orans in corde ſuo dicebat: *Deus viderunt oculi tui quae in me faciunt propter nomen ſanctum tuum.*

Poſt

col. 2. ⲙⲛ̀ⲛ̀ⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲉⲩⲣⲉⲩ=
ⲛⲟϫϥ ⲉⲡⲉϥϣⲧⲉ=
ⲕⲟ ϣⲁⲡⲉϥⲣⲁⲥ=
ⲧⲉ ⲛ̀ϥⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟϥ.
Ⲡⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲛⲉϥ=
ⲑⲉⲱⲣⲉⲓ ⲛ̀ⲛⲉⲥⲛⲟϥ
ⲉⲩⲛⲏⲩ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ ⲡⲉϥⲥⲱ=
ⲙⲁ ⲉⲧⲃⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
Ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ⲛⲉϥⲯⲁⲗ=
ⲗⲉⲓ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ϫⲉ ⲛ̀ⲑⲉ ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲡ=
ⲣⲱⲙⲉ ⲉⲧϩⲓⲃⲟⲗ
ⲧⲁⲕⲟ ⲧⲁⲓ ⲧⲉⲑⲉ
ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲡⲉⲧϩⲓϩⲟⲩⲛ
ⲉⲣⲃ̀ⲣⲣⲉ (33)
Ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉϥⲃⲱⲕ
ⲉ̀ϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲉϥϣⲧⲉ=
ⲕⲟ. ⲁϥⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟϥ
ⲛ̀ϭⲓ ⲁⲡⲁ ⲡⲁⲡⲛⲟⲩ=
ⲧⲉ (34) ⲡⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲟⲥ
ⲙ̀ⲡⲃⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲛ
ⲥⲓⲗⲃⲟⲛⲉ. ⲡⲙⲁ=
ⲧⲟⲓ ⲙ̀ⲡⲃⲟⲟⲩ (35) ⲁⲩ=
ⲃⲟϭⲟⲩ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲣⲟϥ
ⲁⲩⲁⲥⲡⲁⲍⲉ ⲙⲙⲟϥ
ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲃⲱⲧⲉ ⲛ̀=
ⲡⲉϥⲥⲛⲟϥ. ⲉⲩϩⲁ=

Poſt haec coniectus eſt in carcerem ad diem uſque ſequentem, quo ad audientiam vocandus erat.

Beatus autem ſanguinem cernens e corpore ſuo effluentem pro Domino, adeoque pſallens, dicebat *ſicut homo exterior corrumpitur, ita renovatur interior.*

Et quum in carcerem ingreſſus eſſet, eum vidit Abbas *Papnutius* diaconus Boou, & *Silbone* miles pariter *Boou*. Et hi ambo ad eum convenientes ipſum ſalutarunt; & exhorruerunt ſanguinem ex eius corporis membris manantem; atque dicebant;

Pag. ⲇⲏ. col. 1.

ⲧⲉ ⲉⲛⲉⲥⲏⲧ ϩⲙ̀ⲡⲉϥ=
ⲥⲱⲙⲁ.
Ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲩϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ϫⲉ ⲕⲁⲗⲱⲥ ⲁⲕⲉⲓ
ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ⲡⲇⲓ=
ⲁⲕⲟⲛⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲭ︦ⲥ︦.
ⲁⲩⲛⲟϭ ⲛ̀ϩⲙⲟⲧ
ⲧⲁϩⲟⲛ ⲙⲡⲟⲟⲩ. ϫⲉ
ⲁⲛⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟⲕ. ⲉⲛⲉ
ⲁⲩⲟⲩⲱ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ.
ⲉⲩⲃⲁⲥⲁⲛⲓⲍⲉ ⲙⲙⲟ=
ⲟⲩ ϩⲱⲟⲩ.

bant : *Fauſte veniſti diacone Chriſti PANESNIV* !

*Magnam gratiam hodie adepti ſumus, quia te vidimus ; ſiquidem & nos quoque tormenta iam paſſi ſumus.*

Ⲡⲉϫⲉ ⲡⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ
ⲛⲁⲩ. ϫⲉ ⲛⲁⲓⲁⲧ
ϯⲏⲩⲧⲛ̀. ⲛⲁⲥ=
ⲛⲏⲩ. ϫⲉ ⲁⲧⲉⲧⲛ̀=
ϣⲉⲡ ϩⲁϩ ⲛ̀ϩⲓⲥⲉ.
ⲉϫⲙ̀ ⲡⲣⲁⲛ ⲙⲡⲉ=
ⲭ︦ⲥ︦. ⲁⲛⲟⲕ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ=
ⲧⲉⲣ ⲭⲣⲓⲁ ⲙ̀ⲡⲉⲧⲛ̀
ϩⲙⲟⲧ. (36)

Dixit illis beatus : *O vos felices ac fortunati fratres ! qui pro nomine Chriſti plura ſuſtinuiſtis ſupplicia, atque cruciatus. Ego enim hac veſtra gratia indigeo.*

Ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲩ ϩⲙ̀ ⲡⲉ=
ϣⲧⲉⲕⲟ ⲛ̀ϭⲓⲛⲉⲧⲟⲩ=
ⲁⲁⲃ ⲉⲩϣⲗⲏⲗ ⲉϩ=
ⲣⲁⲓ ⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲉⲩϫⲱ=
ⲙ̀ⲙⲟⲥ. ϫⲉ
„ Ⲉⲩⲡⲉⲧⲛⲁⲛⲟⲩϥ
„ ⲏ ⲟⲩⲡⲉⲧⲛⲟⲧⲙ
„ ⲛ̀ⲥⲁ ϩⲛ̀ ⲥⲛⲏⲩ ϩⲛ̀
„ ⲟⲩⲙⲁ ⲛⲟⲩⲱⲧ. ⲉⲩ=

Et ſancti qui erant in carcere orationes ad Dominum fundentes dicebant : *Quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in unum. Sicut unguentum,*

col. 2. ,, ⲛⲁⲉⲣⲑⲉ ⲙ̀ⲡⲥⲟϭⲛ
,, ⲙ̀ⲙⲉ. ⲉⲧϩⲓϫⲛ̀ ⲧⲁ//
,, ⲡⲉ ⲛⲁⲁⲣⲱⲛ. ⲉϥ//
,, ⲛⲏⲩ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉϫⲛ̀
,, ⲧⲉϥⲙⲟⲣⲧ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ
,, ⲉϫⲛ̀ ⲛⲉⲥⲟⲃⲉ ⲛ̀ⲛⲉϥ//
,, ϩⲟⲓⲧⲉ. ⲉⲩⲛⲁⲉⲣⲑⲉ
,, ⲛ̄ϯⲱⲧⲉ ⲛ̀ⲁⲉⲣ//
,, ⲙⲱⲛ. ⲉⲧⲁⲓ ⲉⲧ//
,, ϩⲓϫⲙ̀ ⲡⲧⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲥⲓ//
,, ⲱⲛ. (37)

Ⲁⲥϣⲱⲡⲉ ⲇⲉ ⲛ̀//
ⲧⲉⲣⲟⲩⲱ ⲉⲩⲯⲁⲗ//
ⲗⲉⲓ ⲛ̀ϭⲓⲛⲉⲧⲟⲩ//
ⲁⲁⲃ. ⲁϥϯ ⲙ̀//
ⲡⲉϥⲟⲩⲟⲓ ⲉⲡϩⲁⲅⲓ//
ⲟⲥ ⲁⲡⲁⲡⲁⲛⲉⲥ//
ⲛⲏⲩ ⲛ̀ϭⲓⲃⲏⲥⲁ//
ⲙⲱⲛ ⲡⲉⲧϩⲓϫⲙ̀
ⲡⲉϥϣⲧⲉⲕⲟ. (38) ⲁⲩⲱ
ⲁϥⲡⲁϩⲧϥ ϩⲁⲣⲁ//
ⲧϥ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀//
ⲙⲟⲥ ϫⲉ
ϯⲥⲟⲡⲥ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲡⲁ//
ϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉⲓⲱⲧ.
ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲉⲕⲛⲁ ⲧⲁ//
ϩⲟⲓ. ϫⲉ ⲉⲓⲥ ⲟⲩⲛⲟϭ
ⲛ̀ⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲟⲩⲉⲛ ⲟⲩ//
ⲛⲟϭ ⲛ̀ϯⲧⲕⲁⲥ ϩⲓ//

*tum, quod eſt in capite Aaron, deſcendit in barbam eius & in fimbrias veſtimentorum ipſius, ſic fiat mons Ermon, qui eſt ſuper montem Sion.*

Factum eſt autem, quum iam ſancti pſalmum recitaſſent, acceſſit ad ſanctum Abbatem PANESNIV *Beſamon*, praefectus carceris, & ſe ante eum proſtravit dicens: *Oro te, Domine mi pater noſter, miſericordia tua apprehendat me. Longum tempus eſt, quum magno dolore in pedibus crucior. Ad multos confugi medi-*

Pag. ζ col. I.

ϫⲓⲛ ⲛⲁⲟⲩⲉⲣⲏⲧⲉ ⲁⲓⲃⲱⲕ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ⲛ̀ϩⲁϩ ⲛ̀ⲥⲁⲉⲓⲛ. ⲙ̀ⲡⲟⲩⲉϣϫⲉⲙ̀ϭⲟⲙ ⲉⲑⲉⲣⲁⲡⲉⲩⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲓ.

*cos, qui me curare non valuerunt.*

ϣⲉ ⲡⲉⲕⲟⲩϫⲁⲓ. ⲱ̀ ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ⲉⲕϣⲁⲛ ⲉⲣ ⲡⲛⲁ ⲛⲉ̀ⲙⲙⲁⲓ. ⲛ̀ⲅ ⲧⲁⲗϭⲟⲓ. ⲉϣⲱⲡⲉ ⲕⲟⲩⲱϣ ϯⲛⲁⲕⲁⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲅ ⲃⲱⲕ ⲉⲡⲉⲕⲏⲓ. ⲁⲩⲱ ϣⲁϣⲟⲙⲧⲉ ⲛ̀ⲗⲓⲧⲣⲁ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲃ ϯⲛⲁⲧⲁⲁⲩ ⲉϫⲱⲕ ⲉⲣϣⲁⲛ ⲡϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ϣⲓⲛⲉ ⲛ̀ⲥⲱⲕ.

*Veni ad ſalutem tuam, o beate Abbas PANESNIV, ut facias mecum miſericordiam, et me ſanes: Si tu velis, per te a morbo abſolvar, & liber etiam domum meam adibo; atque tres libras auri ad te adferam, ut Praeſes te viſitet.*

Ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̀ ⲛ̀ϭⲓ ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ: ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̀ⲃⲏⲥⲁⲙⲱⲛ. ϫⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲧⲱⲛⲟⲩ ⲱ̀ ⲡⲁϣⲏⲣⲉ:

Ⲡⲗⲏⲛ ⲙⲁⲣⲟⲩⲉⲓⲛⲉ ⲛⲁⲓ. ⲛⲟⲩϣⲏⲙ

Reſpondit beatus Abbas *Paneſniv*, & dixit *Beſamoni*; *ſurge o fili. Verumtamen adfer mihi paullulum olei, & videbis glo-*

col. 2.

ⲛ̀ⲛⲉϩ: ⲁⲩⲱ ⲕⲛⲁⲛⲁⲩ ⲉⲡⲉⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅.

*gloriam Chriſti.*

Ⲁⲩⲱ ⲟⲛ ⲡⲉⲓϣⲁϫⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲕϫⲟⲟϥ. ⲛ̀ⲛⲉϥϣⲱⲡⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲓ. ⲉⲧⲣⲁⲡⲱⲧ ⲛ̀ⲧⲟⲟⲧ̀ⲥ ⲛ̀ⲧⲟⲓⲕⲟⲛⲟⲙⲓⲁ ⲙ̀ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅: ϣⲁⲛⲧⲁϫⲟⲕ̀ⲥ ⲉⲃⲟⲗ· ⲧⲁϫⲓ ̀ⲙⲡⲉⲕⲗⲟⲙ ⲛ̀ⲧⲟⲟⲧ̀ϥ ̀ⲙⲡⲁⲣⲣⲟ ⲛⲁⲧⲙⲟⲩ ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ (39) ⲁⲩⲟ ⲁⲩⲕⲉⲗⲉⲩⲉ ⲛ̀ ⲓⲃⲏⲥⲁⲙⲱⲛ. ⲁⲩⲉⲓⲛⲉ ⲛⲁϥ ⲙ̀ⲡϣⲏⲙ ⲛ̀ⲛⲉϩ.

*Et ille etiam ſermo tuus, quem tu enunciaſti mihi, ne ſit mecum habitus, ut totus confugiam ad auxilium diſpenſationis Chriſti, donec conſumer, & accipiam coronam ab immortali rege meo Chriſto*; ac demum iuſſit *Beſamomoni*, ut paullulum olei ſibi adferret.

Ⲁϥⲧⲱⲟⲩⲛ ⲇⲉ ⲛ̀ϭⲓⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ. ⲡⲉϫⲁϥ. ϫⲉ ⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟⲓ ⲛⲁⲉⲓⲟⲧⲉ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ.. ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉϩⲙⲟⲧ ϣⲱⲡⲉ. (40)

Surgens autem ſanctus Abbas *Paneſniv* dixit: *Benedicite mihi patres ſancti, ut gratia fiat.*

Ⲁϥⲡⲱⲣϣ ⲛ̀ⲛⲉϥϭⲓϫ ⲉⲃⲟⲗ ⲁϥϣⲗⲏⲗ

Et manus ſuas mox extendens, oravit di-

Pag. H. col. 1.

ⲉ̀ϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ (41)
Ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ ⲉⲧϩ̀ⲛ ⲙ̀-
ⲡⲏⲩⲉ. ⲙⲁⲣⲉⲡⲉⲕ-
ⲣⲁⲛ ⲟⲩⲟⲡ. ⲧⲉⲕ-
ⲙⲛ̀ⲧⲉⲣⲟ ⲙⲁⲣⲉⲥ-
ⲉⲓ. ⲡⲉⲕⲟⲩⲱϣ
ⲙⲁⲣⲉϥϣⲱⲡⲉ.
ⲛ̀ⲑⲉ ⲉⲧⲉϥ ϩ̀ⲛ ⲧⲡⲉ
ⲛ̀ϥϣⲱⲡⲉ ⲟⲛ
ϩⲓϫⲙ̀ ⲡⲕⲁϩ. ⲡⲉⲓⲟ-
ⲉⲓⲕ ⲉⲧⲛⲏⲩ ϯⲙ̀-
ⲙⲟϥ ⲛⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲟⲟⲩ.
ⲕⲱ ⲛⲁⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗ
ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉⲣⲟⲛ. ⲛ̀-
ⲑⲉ ϩⲱⲱⲛ ⲉⲧⲉⲛ-
ⲕⲱ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲟⲩⲟⲛ
ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲉⲟⲩⲛ̀ⲧⲁⲛ
ⲉⲣⲟⲟⲩ. ⲛ̀ⲅ̅ ⲧⲙ̀-
ϫⲓⲧⲛ̀ ⲉ̀ϩⲟⲩⲛ ⲉ̀-
ⲡⲉⲓⲣⲁⲥⲙⲟⲥ. ⲁⲗⲗⲁ
ⲛⲁϩⲙⲉⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗ
ϩⲓⲧⲙ̀ ⲡⲡⲟⲛⲏ-
ⲣⲟⲥ. ϫⲉ ⲧⲱⲕ
ⲧⲉ ⲧϭⲟⲙ ⲙⲛ̀ ⲡⲉ-
ⲟⲟⲩ. ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲛⲉ-
ⲛⲉϩ ⲁⲙⲏⲛ.

Ⲁϣⲱⲡⲉ ⲇⲉ ⲛ̀-
ⲧⲉⲣⲉϥϯ ⲙ̀ⲡϩⲁ-

cens : *Pater noſter, qui es in caelis : ſit nomen tuum ſanctificatum: regnum tuum adveniat : voluntas tua fiat ſicut in caelo, fiat etiam in terra : panem noſtrum venturum da nobis hodie : dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris : et ne nos inducas in tentationem : ſed libera nos a malo : quoniam tua eſt potentia, & gloria in ſaecula ſaeculorum. Amen.*

Ubi vero pronunciatum eſt *amen*, factum

col. 2.

ⲙⲏⲛ ⲛ̀ϭⲓⲛϩⲁ//
ⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲡⲁ//
ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ. ⲁϥⲧⲱ//
ϩ̀ⲥ ⲙ̀ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀//
Ⲃⲏⲥⲁⲙⲱⲛ ⲛ̀//
ⲛⲉϩ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ-
ϫⲉ ϩ̀ⲙ ⲡⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲓ//
ⲱⲧ ⲙⲛ ⲡϣⲏⲣⲉ
ⲙ̀ⲛ ⲡⲉⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲧ//
ⲟⲩⲁⲁⲃ. (42) ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲩ
ⲛⲟⲩ ⲁⲡϯⲧⲕⲁⲥ ⲥⲁ//
ϩⲱⲱϥ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀//
ⲙⲟϥ. ⲁⲡⲉϥⲥⲱ//
ⲙⲁ ⲧⲏⲣϥ ⲟⲩⲣⲟⲧ
ⲉⲣⲟϥ. ϩⲱⲥ ⲇⲉ
ⲙ̀ⲡⲉϥϯ ⲧⲕⲁⲥ
ⲉⲛⲧⲏⲣϥ. ⲁⲩⲱ
ⲁϥⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ. ⲁϥⲥⲱⲣ//
ⲙ̀ ⲡⲥⲟⲉⲓⲧ. (43) ⲙ̀ⲡ//
ⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ϩⲛ
ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲧⲏⲣⲥ
ⲱⲥ ⲇⲉ ⲣⲱⲙⲉ ⲛⲓⲙ
ⲉⲧϣⲟⲟⲡ ϩⲛ ⲧⲡⲟ//
ⲗⲓⲥ. ⲉⲩϣⲟⲟⲡ ϩⲛ
ϣⲱⲛⲉ ⲛⲓⲙ. ⲛ//
ⲥⲉ ⲉⲛⲧⲟⲩ ϣⲁⲣⲟϥ
ⲉⲡⲉϥϣⲧⲉⲕⲟ ϣⲁϥ//
ⲉⲣⲡⲁϩⲣⲉ ⲉⲣⲟⲟⲩ ⲧⲏ//
ⲣⲟⲩ.

ctum eſt, ut ſanctus Abbas *Paneſniv* ungeret corpus *Beſamonis* oleo, dicens: *IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI*: Et ſtatim dolor ex eo evanuit, ac totum illius corpus voluptatis ſenſu perfuſum, recreatumque eſt. Ut autem ille nihil omnino doloris ſibi amplius ſuperfuiſſe ſenſit, & foras exivit, fama viri ſancti per totam urbem manavit, adeo ut quotquot erant in civitate homines, qui cuiuſcumque generis aegrotos haberent, eos ad illum in carcerem adducebant, ut omnes ſanaret.

IU-

Pag. θ. col. 1.

Ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲡⲃⲟⲏ=
ⲑⲟⲥ ⲡⲕⲟⲙⲏ ⲛ̀=
ⲧⲁⲛⲏⲥⲓⲟⲥ ⲡⲣⲙ̀=
ⲕⲃⲁϩ̀ⲥ.(44)ⲛⲉⲣⲉ ⲡⲉⲥ=
ⲡⲓⲣ ⲛ̀ⲇⲓⲟⲛⲏ=
ⲥⲓⲟⲥ. ⲡⲉϥⲥⲟⲛ ϯ=
ⲧⲕⲁⲥ ⲉⲣⲟϥ. ⲁⲩⲱ
ⲁϥⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ
ⲉⲡⲉϣⲧⲉⲕⲟ. ⲁϥ=
ⲡⲁϩⲧϥ ⲙ̀ⲡϩⲁ=
ⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲡⲁ=
ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ. ⲁϥ=
ⲡⲁⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ ⲙ̀=
ⲙⲟϥ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀=
ⲙⲟⲥ. ϫⲉ
Ⲛⲁϫⲟⲉⲓⲥ ⲛⲉⲓⲱⲧ
ⲁⲣⲓ ⲡⲛⲁ ⲙⲛ̀ ⲡⲁ=
ⲥⲟⲛ. ϫⲉ ϥϣⲟ=
ⲟⲡ ϩ̀ⲛ ⲟⲩⲛⲟϭ
ⲛ̀ϩⲓⲥⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲩ=
ϣⲏ ⲙⲛ̀ ⲡⲉϩⲟ=
ⲟⲩ. ⲉⲣⲉⲟⲩⲛⲟϭ
ⲛ̀ϯⲧⲕⲁⲥ. ϩⲓ=
ϫⲙ̀ ⲡⲉϥⲥⲡⲓⲣ
ⲁⲓϫⲓⲧ̀ϥ ⲅⲁⲣ ⲉⲣⲁ=
ⲧ̀ϥ ⲛⲟⲩⲙⲏⲏ=
ϣⲉ ⲛ̀ⲥⲁⲉⲓⲛ. ⲙ̀=

IULIUS vero ADIUTOR VICI TANESII, civis *Kbahenſis*, *Dionyſium* germanum fratrem habebat lateris dolore, vehementer affectum; Ingreſſus & is in carcerem, procidit coram ſancto Abbate *Paneſniv*, eumque exoravit dicens; *Domine mi pater noſter, fac miſericordiam cum Fratre meo; quoniam in magno cruciatu noctu, diuque verſatur, acerrimo lateris dolore afflictus. Ad plurimos namque medicos eum de-*

col. 2. ⲡⲟⲩⲉϣϭⲙϭⲟⲙ ⲉⲑⲉⲣⲁⲡⲉⲩⲉ ̀ⲙⲙⲟϥ.

*tuli, nec illum ii ſanare potuerunt.*

Ⲁⲓϭⲱⲧⲙ· ⲇⲉ ⲉⲧⲃⲏⲏⲧ̀ⲕ ϫⲉ ⲡⲉϩⲙⲟⲧ ⲙⲡⲉ Ⲭⲥ̄ ϣⲟⲟⲡ ⲛ̀ⲙⲙⲁⲕ. (45) ⲁⲓⲉⲓ ϣⲁⲣⲟⲕ ⲁⲓⲡⲁⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ϫⲉ ⲉⲣⲉ ⲡⲉⲕϩⲙⲟⲧ ⲛⲁⲧⲁϩⲟⲓ. ⲛϥⲧⲁⲗϭⲟ ϩⲓⲧⲟⲟⲧ̀ⲕ ⲱ̀ ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ.

*Audio autem de te, quod gratia Chriſti tecum ſit. Ad te proinde veni, teque exoro, ut gratia tua me apprehendat, & ille ſantus per te fiat: O PATER SANCTE.*

Ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ ̀ⲛϭⲓ ⲡⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲡⲉϫⲁϥ· ϫⲉ ⲱ̀ ⲡⲁⲥⲟⲛ ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ. ⲁⲛⲟⲕ ⲅⲁⲣ ϩⲱⲱⲧ· ⲁⲛ̀ⲅ ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ ̀ⲛⲣⲉϥⲣⲛⲟⲃⲉ ⲡⲗⲏⲛ ⲁⲩⲉⲓⲛⲉ ⲛⲉⲕⲥⲟⲛ ⲛⲁⲓ ⲉⲡⲉⲓⲙⲁ.

Ad haec reſpondens vir ſanctus dixit: *O frater mi, Iuli. Sum enim vero & ego homo peccator. Attamen huc tu fratrem tuum ad me adducito.*

Ⲁϥϫⲟⲟⲩ ⲇⲉ ⲁϥ̀ⲛⲧϥ. ⲉϥϫⲟⲗⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲛⲟϭ

Miſit proinde (Iulius), qui (fratrem) adducerent, eumque

in-

Pag. ⲛ̀ϯ ⲧⲕⲁⲥ ⲉⲩⲟⲩ//
1. ⲱⲙ (46) ⲛ̀ⲥⲱϥ.
col. 1. ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲡⲁⲡⲁ//
ⲡⲉⲥⲛⲏⲩ. ⲁϥϫⲓ
ⲛ̀ⲟⲩϣⲏⲙ ⲛ̀ⲛⲉϩ.
ⲁϥϣⲗⲏⲗ ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉϫⲱϥ ⲉϥϫⲱⲙ̀//
ⲙⲟⲥ.
Ⲡⲁϫⲟⲉⲓⲥ ⲓ̅ⲥ̅ ⲡⲉ ⲭ̅ⲥ̅
ⲡⲙⲟⲛⲟⲅⲉⲛⲏⲥ
ⲙ̀ⲡⲉⲓⲱⲧ. ⲛ̀ⲧⲟⲕ
ⲅⲁⲣ ⲁⲕϫⲟⲟⲥ: ϩⲛ̀
ⲧⲧⲁⲡⲣⲟ ⲙ̀ⲡⲉⲕ//
ϩ̀ⲙϩⲁⲗ ⲓⲁⲕⲱ//
ⲃⲟⲥ ⲡⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ:
ϫⲉ ⲡⲉⲧϣⲱⲛⲉ
ⲛ̀ϩⲏⲧ ⲧⲏⲩⲧⲛ̀
ⲙⲁⲣⲟⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲛⲉ//
ⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲛ̀//
ⲧⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ. ⲛ̀//
ⲥⲉϣⲗⲏⲗ ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉϫⲱⲟⲩ. ⲉⲁⲩ//
ⲧⲁϩⲥ̀ϥ ⲛ̀ⲟⲩⲛⲉϩ ϩⲙ̀
ⲡⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡϫⲟⲉⲓⲥ.
ⲁⲩⲱ ⲡⲉϣⲗⲏⲗ
ⲙⲛ̀ ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ
ⲛⲁⲧⲟⲩϫⲟ ⲙ̀//
ⲡⲉⲧϣⲱⲛⲉ
ⲁⲩⲱ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛⲁ//
ⲧⲟⲩⲛⲟⲥ̀ϥ. ⲕⲁⲛ

inclinatum; & curvum, qualis ob magnam mordaciſſimi doloris acerbitatem erat, intulerunt. Sanctus autem Abbas PANESNIV ſumſit paullulum olei, & ſuper eum orans dixit:

*Domine mi, Chriſte Ieſu unigenite Patris, tu enim ex ore tuo dixiſti ſervo tuo IACOBO APOSTOLO: Si quis inter vos infirmatur advocet PRESBYTEROS eccleſiae, qui orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine DOMINI; & oratio cum fide ſanabit infirmum; & Dominus alleviabit eum, & ſi*

etiam

ⲉϥϣⲁⲛⲉ ⲁϥⲣ̀ϩⲉⲛ-
ⲕⲉⲛⲟⲃⲉ . ⲥⲉⲛⲁⲕⲁ-
ⲁⲩ ⲛⲁϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ . (47)
Ⲉϣϫⲉ ⲡⲁϫⲟⲉⲓⲥ ⲛ̅ϯ-
ⲡⲏϩ ⲁⲛ ⲉϯⲧⲁⲝⲓⲥ
ⲛ̀ⲧⲙⲛ̀ⲧⲡⲣⲉⲥ-
ⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ . (48) ⲁⲗⲗⲁ
ⲁⲕϫⲟⲟⲥ ⲟⲛ ⲡⲁ-
ϫⲟⲉⲓⲥ : ϫⲉ ⲡⲙⲁ
ⲁⲛⲟⲕ ⲉϯ ⲙ̀ⲙⲟϥ
ⲡⲁⲕⲉⲇⲓⲁⲕⲟ-
ⲛⲟⲥ ⲛⲁϥϣⲱⲡⲉ
ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲛ̀ⲙⲙⲁⲓ . (49)
Ⲕⲁⲧⲁⲝⲓⲟⲩ ⲡⲁϫⲟ-
ⲉⲓⲥ . ⲛ̀ⲅ ⲭⲁⲣⲓⲍⲉ
ⲙ̀ⲡⲧⲁⲗϭⲟ ⲛ̀-
ⲇⲓⲟⲛⲏⲥⲓⲟⲥ ⲡ̀-
ⲥⲟⲛ ⲛ̀ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ
ⲡⲉⲕϩ̀ⲙϩⲁⲗ .
ⲡⲁⲓ ⲉϯⲉⲓⲣⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲓ-
ⲛⲟϭ ⲛ̀ⲇⲓⲁⲕⲟ-
ⲛⲓⲁ ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲕ-
ϩ̀ⲙϩⲁⲗ ⲙ̀ⲙⲁⲣ-
ⲧⲩⲣⲟⲥ . (50)
Ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉϥ-
ϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀-
ⲡⲉϥϣⲗⲏⲗ . ⲁϥ-
ⲧⲱϩ̀ⲥ ⲙⲡⲉⲥⲡⲓⲣ
ⲛ̀ⲇⲓⲟⲛⲏⲥⲓⲟⲥ ϩⲙ̀ (51).

*etiam peccata fecerit, dimittentur ei.*

*Et ſi ego, Domine mi, non ſim inſignitus ordine presbyteratus, tu tamen etiam dixiſti, Domine mi: ubi ſum ego, ibi & miniſter (* diaconus *) meus erit mecum. Dignare, Domine mi, & gratiae tuae dono ſanitatem largire, DIONYSIO FRATRI GERMANO IULII SERVI TUI, qui magna facit in miniſterio cum ſervis tuis martyribus.*

Et quum orandi finem feciſſet, unxit latus Dionyſii in. . . .

## *ADNOTATIONES.*

(1) **Ⲁⲩⲧⲁⲁⲩ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲣⲟϥ : ⲡⲉϫⲉ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ :** Archangelus nempe *Michael* is eſt, qui miſſus a deo deſcendit de caelo, ſeſeque praeſentem obtulit S. Diacono, & Abbati *Paneſniv* alicubi, uti par eſt intelligere, ob metum perſecutionis, iuxta chriſtianae diſciplinae monita, deliteſcenti, ut inde egreſſus ſe ſiſteret coram praeſide Thebaidis, atque ita alacri expeditoque animo ad glorioſi certaminis ſtadium pro Chriſti nomine ingrederetur.

Non heic propoſitum mihi eſt longae contentionis funem ducere cum *Iacobo Ode*, aliiſque eiuſdem ſectae, quamlibet eruditis, hominibus, qui *S. Michaelem*, non Angelum creatum, ſed ipſum Dei Filium eo nomine nuncupatum mentiuntur. Id enim adeo uſque inſolens, ac monſtroſum paradoxum eſt, ut creatorem cum creatura, regem cum legato, mittentem cum miſſo, ſupremum dominum cum ſubiecto adminiſtro, iudicem cum praecone, Deum cum Angelo mirum in modum confundere videatur.

Tricas, quibus tam portentoſae miſcellae artifices abutuntur facile expediet, quiſquis vel unius magni Auguſtini lib. II. contra *Maximinum Arrianum* c. 25. n. 1. ad 14. uſque, itemque II. & III. de Trin. legerit. Nam ſi unum excipias nomen. *magni conſilii Angelus* (a) & *Angelus teſtamenti* (b), quo unicus & naturalis Dei Patris Filius, quatenus per incarnationis ſuae myſterium homo factus divinarum rerum interpres, & nuncius tum Patris, tum ſui ipſius a Chriſtianis omnibus, teſte Auguſtino, intelligitur, aliud non eſt in ſcripturis *Angeli* nomen, quod proprie Dei Filio tribuere poſſis. In omnibus namque apparitionibus, qualeſcumque figurae eſſent, ſub quibus vel tota Trinitas unus Deus, vel

(a) Iſaiae IX. v. 6. hebr. legitur. אל יועץ *Deus conſiliarius*. At graece LXX. Μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος.

(b) Malach. c. 3. v. 1.

vel unaquaelibet eius perſona ſeſe aſpectabilem redderet, eae, Auguſtino ipſo iudice in II. lib. *cont. Maximio* c. XXVI. n. 9. *per ſubiectam Deo creaturam, & maxime per Angelorum miniſterium, mortalium exhibebantur aſpectibus: Dei quidem agente potentia, ſed tamen latente natura ſive Patris, ſive Filii, ſive Spiritus ſancti*. Sicque fit, ut quandocumque divina perſona ſub Angeli aſpectu apparet, non ipſa ſit Angelus, ſed exteriori dumtaxat utatur miniſterio Angeli, per quem illa aut *loquitur, aut repraeſentatur*.

Si Ode, aliique eius indolis novatores dicere vellent, *Filium Dei Iehova* ita aliquando apparuiſſe ſub aſpectu S. Michaelis Archangeli, ut tamen non idem eſſet ac Michael, rem dicerent ſatis arduam, & probatu difficilem. Nam provocati fortaſſe, ut cauſſas adferrent, cur unum Dei Filium & non potius aut Deum unitrinum, aut Patrem, aut Spiritum ſanctum ſub huius Archangeli aſpectu apparuiſſe velint, ad incitas, ſic ego auguror, redacti vel obmuteſcere, vel inania tantum, ac futilia loqui cogerentur. Nunc vero eo novatorum audacia pervenit, ut non iam Dei Filium ſub Michaelis ſpecie apparuiſſe contendant, ſed eumdem prorſus Michaelem fuiſſe comminiſcantur: eoque ſatis impuro conſilio ducti, alii Michaelis nomen non amplius: *Quis ſicut Deus*? Sed: *aequalis Deo*, interpretantur, alii, ut *Ode* pag. 1054. מיכאל *Michael* quidem, retenta *interrogatione*, exponit: *Quis ſicut hic Deus fortis*? Sed ita intelligit, ut eo nomine *Dei Filius ſe Michaelem parem Deo probaverit*. Quo nihil imbecille magis, magiſque infirmum? Neque enim ex quo Angelus aut clamet, aut interroget: *Quis ſicut Deus*? inde ſequitur, ut vel ſe, vel alium quemlibet ſibi ſimilem *Deo parem faciat*: immo id aperte negat: & ne tam indignum ſimulacrum uſquam gentium ſive in caelo, ſive in terra credatur, Michael acerrime pugnat.

Nec putes gravia, & luculenta eſſe argumenta, quibus innixi adverſarii noſtri hanc nobis novitatem perſuadere nitantur. Ut enim ex uno cetera omnia diſcas, audi quid magni adferat *Ode* pag. 1056. *Cap.* 12. 5. 7. (inſit) *Daniel vi-*



Digitized by Google

*dit duos Angelos, alterum in hac, alterum in illa ripa rivi, inſtar miniſtrorum adſtantes viro illi veſtibus lineis induto, qui erat ſupra aquas ipſius rivi, atque audivit eum, dextra & ſiniſtra verſus caelum ſublata iuraſſe per viventem in ſaeculum &c. ex quo intelligimus, virum, qui eodem habitu apparuit Danieli c.* 10. 5.... *reipſa fuiſſe Michaelem. Hunc autem eſſe Filium Dei... ex eo liquet quod ſimili modo Iohannes viderit Chriſtum exſtantem ſuper mare, & terram eumque ſublata manu ad caelum iuraſſe per eum, qui vivit in ſaecula ſaeculorum, Apocalypſis* 10. 1. 5. 6. Quid vero? Totam hanc molem uno digitulo repente ſternit, evertitque *Theodoretus*, qui quaſi os obſtructurus *Oleo*, ſic cum propemodum affari videtur. Falleris tu quiſquis es, qui tam male *Danielem*, & *Iohannem* interpretaris. Non quod tu vis, ſed *hinc plane didicimus*, ὅτι ὁ διαλογούμενος ὀυκ αὐτὸς ὁ δεσπότης *eum, qui tunc loquebatur non ipſum fuiſſe Dominum. Dominus enim, quoniam neminem habuit alium per quem iuraret maiorem, ſicut ait divus Apoſtolus, per ſemetipſum iuravit dicens: vivo ego dicit Dominus. Beatus item Moyſes ipſum haec dicentem oſtendit*: Levabo in caelum manum meam & iurabo dextera mea, & dicam: Vivo ego in aeternum. *Hic autem unus cum eſſet ex eis, qui ei ſubiecti ſunt & benevolo animo erga illum affectus, extendit in caelum ambas manus, & iuravit per viventem in aeternum.*

Quam leve, bone Deus, & quam ſubdolum deinde eſt totum illud artificii genus, quo nititur *Ode* dignitatem Michaelis, (qui Daniel. x. 13. אחד השרים הראשנים vocatur *unus principum primariorum*, vel ut in Gr. ἓις τῶν ἀρχόντων τῶν πρώτων, *unus de principibus primis*): cum dignitate omnium maxima altiſſimi Dei, quem Daniel c. VIII. n. 13. שר־שרים appellat: ἄρχοντα ἀρχόντων *principem principum*, regem regum, ut ita ex Michaele Deum Deique Filium erect! Titulos vero omnes, quibus tum apud Danielem, tum apud Iohannem in Apocalypſi Michael inſignitur, tanta vi attollere, amplificare, & contorquere conatur, ut miſerum in modum deformati, & contorti velint nolint ipſum tandem Dei Filium ementiri cogantur. Quid his artibus opus eſt? Haec tantum

de

de Michaele praedicat Propheta Daniel cap. x. verſ. 13. *Michael unus de principibus primis venit in adiutorium meum*; cap. XII. v. 1. *In tempore illo*, ideſt in conſumatione ſaeculi, *conſurget* Michael *princeps magnus*, *qui ſtat pro filiis populi ſui*, Iſraelis ſcilicet; & Iohan. in Apocalypſi *cap.*XII. *Michael & Angeli eius praeliabantur cum dracone*. At haec, ſi bona fide intelligas, nonne tibi oſtendunt Michaelem non interiorem, ſed exteriorem dumtaxat adiutorem Gabrielis: non principem principum, ſed unum de principibus primis ſummo illi regi regum ſubiectum: non principem ſummum, omniumque populorum dominum, ſed principem quantumvis magnum unius tamen Iſraelitici populi apud Deum tutorem, interceſſoremque. Michaelem denique ſimplicem ducem belli contra draconem, & pugnantem quidem non pro ſuo, ſed pro Chriſti regno, eiuſque poteſtate, & gloria; vincentem vero non propter vires ſuas, ſed *propter ſanguinem agni*; *& propter verbum teſtimonii eius*?

Hiſce tamen aliiſque eiuſdemodi argutiis Ode commotus ſibi finxit Michaelem eſſe *Angelum increatum*, & eamdem ipſam Filii Dei perſonam. Sic in epiſt. Iudae v. 9. ubi Michael Archangelus inducitur altercans cum diabolo de Moyſis corpore eique dicens: *Imperet tibi*: vel, ut in Graeco legitur: ἐπιτιμήσαι σοι κύριος, *Increpet te Dominus*, ibi ſtatim Angelum increatum, Deique Filium Michaelem interterpretatur, quia Zach. III. v. 2. *eadem verba ab Angelo Iehovae*, *qui & ipſe erat Iehova*, *& a Iehova*, *Deo Patre diſtinguitur* ... *pronunciata fuerant*. Dicta teneo. At quid haec probant? Ad rem certe noſtram omnino nihil. Eccur diverſus non ſit Michael Archangelus apud Iudam laudatus, ab eo Angelo, cuius meminit Zacharias Propheta, etſi uterque ſimilia verba protulerint? Non unus ergo Michael, ſed plures erunt Angeli *increati*. Quod conſectarium quam fatale ſit divinae fidei, quam in SS. Triadis myſterium profitemur, nemo non videt. Perge deinde, & quaere ab Ode, cauſſam, quamobrem putet Angelum Zachariae fuiſſe increatum? Aliud nihil ab eo audies, quam hoc unum; quia dicitur

An-

*Angelus Iehovae*, *qui & ipſe erat Iehova* . Quid , ſi ego negem hunc Angelum *ipſum* fuiſſe Iehova ? Nam ecce Zachariae locus cap. II. v. 1. *Et oſtendit mihi Iehoſuah ſacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Iehovae* , *& Satan ſtans ſuper dexteram eius ad adverſandum ei* . v. 2. *Et dixit Iehova ad Satan*. *Increpet Iehova in te Satan*, *& increpet Iehova in te*, *eligens Ieruſalem*... Haec ex Hebraico textu . At vero is, qui in verſ. 1. *Angelus Iehovae* nuncupatur non idem eſt, qui Iehova verſ. 2. appellatur. Non enim ſcriptum eſt ; *Et dixit* Angelus *Iehova*, ſed ſimpliciter tantum : *Et dixit Iehova*. Ob hanc cauſſam interpretes ſunt qui velint, Dominum Deum, praeripuiſſe verba Angelo , & ipſum per ſe formidandam in diabolum exſecrationis ſententiam, uti Zachariae vati oſtenſum eſt, emiſiſſe. II. Ecquid deinde eſt, quod me vetet de hoc Angelo arbitrari, ideo eum fuiſſe ex oraculo *verſiculi ſecundi* excluſum, quia, quum ille, qualis apparebat, *creatus*, locum ibi habere non poterat, ubi purum nomen *increati*, omniumque rerum conditoris *Iehovae* ter repetitum legitur? Nam *Marchius* ipſe inſignis XII. Prophetarum interpres , & cum Ode ipſo in certando pro ſuo iſto *increato Angelo* arctiſſime coniunctus, mihi concedit, dum ita malim, ut *heic* intelligere queam *vel Deum triunum eſſentialiter ſpectatum* , *vel in prima propoſitione Patrem*, *& in repetitione Spiritum S.*, *ut hic uterque cum Filio loquente ſic concurrat in communi operatione ad extra*.

Etſi ergo Angelus, de quo loquitur Zacharias Propheta, idem fortaſſe eſſet cum Michaele Archangelo, quem Apoſtolus Iudas commemorat, perperam tamen inde colligeret *Ode* S. Michaelem Angelum eſſe *increatum* , & *naturalem ipſum Dei Patris Filium* . Sed Marchius in cap. II. v. 2. Zachariae diſerte fatetur multo ſibi probabilius videri, *ad aliud factum ex traditione conſtans ſpectare* ( Apoſtolum Iudam , ) *in primis quod diſceptatio heic non legatur Angeli cum Satana* , *ſed Satanae potius cum Ioſuah*, *quam ſententia ſua finit Angelus* ; non tamen , ut verius ego ſentio, *Angelus increatus*, ſed vel Deus ipſe unus & trinus Iehova, vel *Angelus creatus* vices gerens *ipſius*

*Ipſius Dei*, vel etiam *unius Dei Filii*; *quia*, ut Auguſtinus ſtatuit l. 3. cont. Maximin. cap. II. *cum verba iudicis praeco* ( qualis eſt Angelus ) *pronunciat*, *non ſcribitur in geſtis ille praeco dixit*, *ſed ille iudex dixit*.

Illud vero argumenti genus, quod adfert *Ode* ex 1. ad Theſſalon. c. 4. v. 16. ut ex eo probet, *Michaelem Archangelum* ipſum eſſe naturalem *Dei Filium*, quam novum, boni ſuperi, & lepidum eſt! En locus. *Quum Dominus in iuſſu* (ἐν κελεύσματι) *in voce Archangeli*, *&* *in tuba Dei deſcendet de caelo*. Sic Apoſtolus Paullus, cuius verba, ut opinioni ſuae *Ode* accommodet, paullo aliter quam ſignificent, refert. Sed haec miſſa facio. Ad rem veniamus. *Si*, mox ille ſubdit, *vox Archangeli ſit vox ipſius Domini Chriſti*, *ſponte ſequitur*, *Filium Dei eſſe illum qui apud Iudam vocatur Michael Archangelus*, *adeoque ipſum Michaelem*. *Nec facile*, addit, *crediderim eſſe plures Archangelos ... multoque minus eſſe quatuor*. *Illum vero* τοῦ Ἀρχαγγέλου *titulum ... tribui poſſe ac ſoli debere Filio Dei*. Satis quidem ſubtiliter *Ode*, ſed longe ſubtilius hoc Apoſtoli loco abutebantur Ariani. Iuſſum cum voce Archangeli & ipſi confundebant, ſed ita ut ex hac confuſione vaferrime colligerent Filium Dei ſecundum divinitatem eſſe minorem Patre, cuius *voluntate*, *&* *praecepto iudicaturus eſſet totum mundum*. Hinc Auguſtinus magnus ille catholicae fidei vindex ſingulari libro *contra ſermonem Arianorum* cap. 13. *eorum dicta* ſic eſſe refutanda docet. *Ubi illi minorem videri volunt Filii poteſtatem*, *quia* IN IUSSU *dictus eſt deſcenſurus*. *Sed quaerendum eſt ab eis*, *iuſſu cuius*. *Si* PATRIS, *interrogandi ſunt iterum*, *quibus temporalibus verbis iubeat Pater aeterno ſuo Verbo*, *ut deſcendat de caelo*. *Siquidem ipſa Dei iuſſio quae fiet in tempore ſuo*, *iam erat ante omnia tempora in ipſo Dei Verbo*. *Quod ſi Filius Dei per hoc quod Filius hominis eſt*, *deſcendet de caelo*; *ergo per hoc quod Verbum eſt*, *per ipſum iubetur*, *ut deſcendat de caelo*. *Nam ſi non per ipſum Pater iubet*, *non ergo Pater per ſuum verbum iubet*, *aut aliud erit verbum per quod iubeatur*. *Et miror ſi iam illud unicum erit*, *ſi* *&* *aliud erit* ..... *ſed numquid*, *cum iubebitur ut deſcendat de caelo*, *tali-*

*talibus ſonis & vocibus opus erit, quibus Filius paternam noverit voluntatem? Abſit hoc credere. Quidquid ergo illud erit quod fieri oportebit ad Filium, non faciet Pater, niſi per eumdem Filium. Ad ipſum ſcilicet, quia Filius hominis eſt, & factus eſt inter omnia. Per ipſum autem, quia Filius Dei eſt, & per illum fiunt a Patre omnia.*

*Si autem quod dictum eſt*: IN IUSSU, IN VOCE ARCHANGELI; *ipſius* ARCHANGELI iuſſum *volunt intelligi, ſicut verba ipſa videntur ſonare: quid eis reſtat, niſi ut Angelis etiam minorem dicant unigenitum Filium, quorum iuſſis obedire perhibetur, ſi iubente minor eſt cui iubetur? Quamvis quod dictum eſt*, in iuſſu, in voce Archangeli, *poſſit etiam ſic intelligi, ut ipſa vox Archangeli* IUSSU DEI *fieri accipiatur, ideſt ut Angelus, qui tuba Dei eſſe intelligendus eſt, a Domino Deo iubeatur emittere vocem ſuam, quod inferiori creaturae neceſſarium erit audire, cum Filius Dei deſcendet de caelo. Ipſa eſt enim tuba de qua dicit alio loco* ( Apoſtolus 1. Cor. 15. 52. ) *canet tuba, & mortui reſurgent incorrupti.*

Nihil tam aptum erat Arianis ad erroris & impietatis ſuae fraudem, monſtrumque tegendum, quam novum hocce commentum de *Angelo increato*. Sub hoc enim ancipiti nomine introductus Angelus in conſortium *Patris*, & *Spiritus ſancti*, qualis eſt etiam *Filius* unius triniqne Dei a quibuſdam novatoribus & olim & nuper hoc aevo noſtro excogitatus, mirum quantum, & quam facile turbare, & confundere valeat eam fidei noſtrae puritatem, quam eccleſia catholica in profitenda numerica unitate divinae naturae in tribus perſonis Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, ſemper & ubique conſervavit intactam. Et tamen de hoc *increato Angelo*, aut *Archangelo Michaele* in trium divinarum perſonarum numerum ſimul cum Dei Filio invehendo Ariani ne ſemel quidem cogitaſſe videntur. Multo vero magis a ſimili figmento alieni fuerunt catholici. Iam horum ſententiam ab Auguſtino accepimus. Utrique igitur & Ariani & orthodoxi in eo conveniebant, ut *vox Archangeli*, in qua, teſte Apoſtolo, Chriſtus iudex de caelo

caelo deſcendet, non ſit vox *Angeli increati*, ſed omnino *creati*. Reliqua eſt lis de *iuſſu*, cuius ſit, an Dei Patris, qui iubeat Filio, ut deſcendat, & iudicet humanum genus, an vero Archangeli? ſi iuſſus eſt Dei Patris (catholici per os Auguſtini reſpondent) idem omnino iuſſus erit & Filii; per quem tamquam per verbum ſuum omnia facit Pater. Sin autem, ut Arianorum verba praeſeferunt, iuſſus eſt Archangeli, ſummum erit eorum impietatis culmen, quo vel ipſis creatis Angelis minor ſit unigenitus Dei Filius. Ne ergo tam infandae blaſphemiae portentum audiatur, ſic locum Apoſtoli intelligendum proponit, ut *iuſſus* ſit ipſius *Domini Dei*, & unigeniti Filii, qui ad iudicium deſcenſurus iubeat Archangelo tamquam praeconi, & adminiſtro *vocem ſuam* ab omni omnino inferiori creatura neceſſario audiendam emittere.

Veniat nunc *Ode*, & dicat: *ſi ideoque vox Archangeli ſit vox ipſius Domini Chriſti*, *ſponte ſequitur*, *Filium Dei eſſe illum*, *qui apud Iudam vocatur* Michael Archangelus, *adeoque ipſum Michaelem*. Tam ne confidenter, & lepide argutatur *Ode*? Atqui, inquam ego, falſum eſt, quod *vox Archangeli*, de qua loquitur Apoſtolus, *ſit vox ipſius Domini Chriſti*. Eſt vox *Archangeli* tubicinis, & praeconis, Dei nutui ſubiecti, non ipſius Domini iubentis, & imperantis. In Apoſtoli Paulli teſtimonio tam perſpicue ſunt notae omnes *charactériſticae*, quibus ſupremus *Dominus* ab Archangelo diſtinguitur, ut quiſquis eas non videat, utriſque & frontis, & mentis oculis orbatus dici merito debeat. Luderene fortaſſe volet in una illa Graeca vocula *κελεύσματι*, quam adhibet Apoſtolus eo loci, ubi ſcribit: *Quia ipſe Dominus ἐν κελεύσματι .... deſcendet*? Non me latent variae, quae de huius vocis ſignificatione feruntur recentium interpretum ſententiae (a). Sed

 om-

(a) Vide inter ceteros cl. v. *Paullum Baudri* in not. ad Lactant. ubi ad lin. 6. pag. 186. tom. II. commotus difficultate, quam ſibi in animo excitabant verba illa Lactantii *initium Chriſti ſanctum*, *& ſempiternum*, multa de vario *κελευμάτων* genere commentatur. Sed *Apoſtolum Paullum* in priore ep. ad Theſſal. c. 4. c. 16 *ſine dubio alluſiſſe putat ad genus illud* celeuſmatum, *quod* militare *vocare eſt*, *quodque a victricibus quondam copiis canta-*

omnium antiquior, & primigenia eſt, ut pro *Iuſſu* & *Imperio Domini* accipiatur, quaſi κελεύσμα verbale ſit ductum ab imperativo κελεύσον, quod eſt apud Heſychium πρόσταξον, *praecipe*, *ordina*, *manda*. Noſti vel ex ipſo Henr. Stephano illud Euripidis: θεοῦ κελέυσμα, *Dei iuſſum*; idemque ſonat, ac *vox* κελευσμοσυών *mandatum*. Et reapſe Latina noſtra editio ab Arianis ipſis, ut ante vidimus, recepta: *in iuſſu* legit. Ita & Syra aequalis antiquitatis verſio: ܒܦܘܩܕܢܐ : atque etiam Memphitica ϧⲉⲛ ⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ, *in mandato*. Beauſobrius ipſe eiuſque ſymmyita *Lenfantius* hunc Apoſtoli locum ſic vertunt: *Le Seigneur deſcendra lui meme de ciel, & appellera les hommes par la voix de l'Arcange*. Et in ſubiecta adnot. *appellera*, inquiunt, *Gr. en commandament, ou en cri d'exhortation*: quam unam poſteriorem interpretationem *Ode* adoptat; adduntque deinde: *Pleſieurs prennent ce mot pour celui de ſegnal*, *& traduiſent le Seigneur donnera le ſignal*. At certe ei adhaerent ſententiae, qua *Iuſſus Domini* per τὸ κελεύσμα exprimitur. Nam in adnot. ad v. 14. adducunt hunc noſtrum v. 16. *où S. Paul dit, que Ieſus commandera aux morts, & les reſſuſcitera*. Qui vero in edit. Gallica typis impreſſa *a Mons* an. 1668. pro κελεύσματι *nutum*, *ſignum*, aut *claſſicum*, inter imperatoria inſignia ſolemne, vertunt, ii tam perſpicue *vocem Archangeli* a praeſentia Domini ſeiungunt, ut illam praeire, hanc vero ſubſequi repraeſentent: *car auſſi-tot que le ſignal aura eſt donnée par la voix de l'Archange & par le ſon de la trompette de Dieu, le Seigneur lui-même deſcendra de ciel*. At *Ode*, & quicumque cum eo ſentiunt, mirabili quodam ταυτολογίας ludo, ex uno duos faciunt Chriſtos, Deique Filios, alterum qui ſit *vox increati Archangeli*, alterum, qui vivorum mortuorumque iudex de caelo deſcendat.

Ut vero *Ode* oſtendat, *clamorem*, & vocem *Archangeli* eam eſſe, quae vere proprieque *formabitur ab ipſo Domino Chri-*

*tabatur*. Hinc in eo Lactantii loco pro *initium* legendum ſuſpicatur *epinicium ſanctum & ſempiternum* in Chriſti victoris laudem decantandum, *quum ille deſcendere caeperit*, *Archangeli voce*, *& tuba ultima* inſonante. Ubique tamen Chriſtum ab Archangelo aperte diſiungit.

*Chriſto Ieſu*, & tubam Dei eam, *quae inſtabitur ab Angelis ſecundum Matth.* 24.31., *id fiet*, inquit, *ſimili modo*, *quo ſonus tubae vehemens admodum olim in monte Sinai ab Angelis fuit factus*, & *vox*, *qua lex ad populum ferebatur*, *ab ipſo* DEI FILIO *formata*. *Vide Exod.* XIX. 16. At huic ſcriptori non iam ſanctae communionis noſtrae interpretes, ſed *Anglos* ipſos viros doctos, auctoreſque commentariorum in Bibl. vet. teſtam. tom.II. ad cap. XX. v. 1. Exod. pag. 191. opponere mihi liceat. Sic enim hi conceptis verbis loquuntur: *D'habiles interpretes ont cru.... que Dieu prononça les paroles de la loi par la bouche de l'Ange de l'alliance*, DE L'ANGE INCREE *en un mot* DE CHRIST. *Mai cette gloſe eſt inſoutenable*, *parce que l'oppoſition*, *que S. Paul fait ſi evidemment entre la loi donnée par les Anges*, & *la parole donnée par Chriſt*, *ſeroit en ce cas illuſoire*, & *fauſſe*. *D'aillieurs il ne pa probable*, *que les auteurs ſacrés du nouveau teſtament n'euſſent rien dit d'un fait*, *ſi propre a relever la gloire du Chriſt*, & *qu'ils euſſent toûjours parlé des Anges en pluriel*, *ſi le decalogue avoit effectivement éte publié par la bouche de l'Ange de l'alliance.... Nous croions donc que ce fut en effect Dieu qui publia la loi ſour Sinai*: *nous croions qu'un ſimple Ange n'auroit iammaies osé ſe donner à ſoi-même le* NOM INCOMMUNICABLE DE IEHOVA: *mais nous croions à même tems que l'Etre éternel environné des miniſtres de ſa puiſſance*, *ſe ſervit du miniſtere de l'un dentre eux pour former les ordres ſovuerains*, *d'une maniere intelligible a tutte l'aſſemblée d'Iſrael*: & *que en ce ſens il eſt vrai de dire que la loi a èté donnée*: *ou publié par les Anges....* *Et quant aux* PERES DE L'EGLISE, *tout ce qu'il eut d'habiles interpretes parmi eux*, *enſegnerent que la loi à été donnée par le miniſtere des Anges*.

Et ita revera eſt. Unanimis *Patrum*, & interpretum omnium traditio iam inde ab exordio SS. Religionis noſtrae ad hanc uſque diem traducta hoc ſemper docuit: *vocem*, qua lex in Sinai dictata eſt Moyſi, non fuiſſe ipſius *Iehovae*, aut *Angeli increati*, ſed *Angeli creati*, per quem uti praeconem, & adminiſtrum loquebatur Dominus. Idque *Marchius*

*ckius* ipſe diſerte fatetur in c.III. Zacch. B. III. pag. 917. *ubi* ( pro *Angelo ſuo increato* acerrime certans ) *non debet* , inquit , *cum* PATRIBUS *cogitari nuncius* ( Angelus ) *creatus* , *corporeus vel incorporeus* , *qui ipſius Dei locum tenuerit* , *ſed omnino Chriſtus ipſe* , *Angelus ille Iebovae magnus* , *& increatus* , *olim typice & tandem corporaliter a Patre in mundum miſſus* . Quod ſi tamen facimus , continuo ille nos tamquam *Papiſtas* carpit , & exagitat . Sed de hoc nomine iure nos tamdiu gloriabimur , quamdiu una gloria noſtra haec erit , antiquam , ſemperque veram , & ubique fulgentem PATRUM NOSTRORUM doctrinam , & traditionem cum *Papiſmo* coniungere .

Abeat igitur hoc omne novatorum agmen : abeant *Coccei* , *Cloppenburgii* , & *Wagelſangii* , & *Lampii* , & *Marckii* , & *Odei* , & quotquot de eorum grege ſunt humanae eruditionis fama praeſtantes : nec nobis fruſtra perſuadere nitantur , ipſum *per ſe* Dei Filium toto veteris teſtamenti tempore τυπικῶς , & *non per Angelum creatum* apparuiſſe : ipſum fuiſſe *Angelum increatum* , qui ſua , non aliena Angeli adminiſtri voce , decalogum in Sinai monte dictaverit Moyſi , qui apud Zacchariam prophetam ſe *Iebova* appellarit , qui *Archangelus* ipſe ſit , idemque ac *Michael* Dei Filius in vaticinio Danielis , in Apocalypſi Iohannis , in epiſtola Iudae Apoſtoli deſcriptus , & is , qui tandem , utpote *Archangelus* , in conſummatione ſaeculi venturus eſt ad vivos mortuoſque homines iudicandos .

Commenta haec ſunt inviſa *Patribus*, nec aliunde fortaſſe deducta , quam ex officina illa ſuſpecta *Euſebii aſſerentis* , ut ſcribit Petav. l. II. de *Angelis* c. 8. n. 7. *unigenitum Filium Angelum eſſe illum* , *qui Hebraeorum populo praefuerit* . *cui affinis recentiorum quorumdam eſt opinio* , *praeſertim haereticorum* , *qui Michaelem rati ſunt eſſe Chriſtum Dominum* : *eum quidem Hebraeorum praefectum* MICHAELEM *fuiſſe Dionyſius* , *& cum eo plerique omnes arbitrantur* . *Sed hunc minime eſſe Chriſtum recte Dionyſius idem* ( quiſquis ille ſit ) *ſignificat* , *& ſu-*

Digitized by Google

*& fuſe probat Serarius in commentariis ad Ioſue*. Hunc vide, ut & alios, qui de hoc argumento conſulto tractarunt.

Ceterum non me longe a vero aberrare crediderim, ſi dixero, adverſarios noſtros eo praeſertim conſilio ad hoc inventum excogitandum fuiſſe adductos, ut qualemcumque cultus ſpeciem erga ſanctos eoſque creatos Angelos, ſi fieri poſſet, abrogarent. Nam, ſi qualiſcumque religioſi honoris officium uni *creato Angelorum principi Michaeli* ſubtrahatur, tota repente Angelorum omnium, quae illi ſubeſt, multitudo, huius honoris participatione privata vibeſcet. En verba *Marckii in Analyſi exegetica Zachariae* pag. 892. *Iterum dicimus*, inquit, *illa de* MICHAELE ( quod nempe ut *olim ſynagogae Iudaeorum fuit cuſtos*, ſic *nunc eſt eccleſiae Chriſtianorum Daniel.* X. & XII. ) *tanquam* CREATO ANGELO *non convenire ſcripturis ſic Chriſtum pingentibus*; *& notamus iſta ducere perperam ad hypotheſim idololatricam de Angelorum interceſſione*, *& invocatione*.

At audi quid ludicris hiſce ſpectris, inconditiſque clamoribus omnium inſtar orthodoxorum *Serarius* quaeſt. 44. in c. V. Ioſue reſpondeat: *Cum... Chriſtiani omnes*, *Patres*, *& eccleſia orientalis*, *& occidentalis univerſa*, *ipſaque ſcriptura non modo non annuat*, *ſed abnuat etiam ac reclamet* ( adverſus huius figmenti buccinatores ) *faceſſat novitia de S. Michaelis divinitate vaniſſima deliratio*.

Ac mihi quidem, ſi quid de vetuſtiſſima, eaque perpetua, atque ſolemni Aegyptiacae eccleſiae ſententia addere liceat, plura memoriae occurrunt monumenta, quibus cultus ab ea Chriſtiana gente *Michaeli* a primis uſque ſaeculis conſtanter exhibitus non iam tamquam *Dei Filio*, aut *Archangelo increato*, ſed uti creato Angelorum principi ſub rege regum, & domino dominantium Chriſto, pie caſteque tributus, meridiana luce clarius pateſcit.

Ut enim in oriente *frequentia*, teſte Theodoreto, exſtabant templa, ſaec. IV. & V. incunte, in honorem *S. Michaelis Archangeli* erecta: interque cetera *duo* iam, quae magni Conſtantini pietate aedificata, *Byſantii* veluti in nova Roma celeber-

leberrima erant; ita & *Alexandriae*, in ipſa nempe totius Aegypti metropoli, eccleſiam, quae *Caeſarea* vocata eſt, in honorem eiuſdem S. Archangeli *Michaelis*, *Alexandrum* Epiſcopum magni Athanaſii deceſſorem conſecraſſe *Eutychius*, *Elmacinus*, & *Makrizius* commemorant; etſi cavendum heic tibi eſt, ne hanc hiſtoriam accipias, quemadmodum in depravatis quibuſdam orthodoxi Eutychii exemplaribus fertur; ubi ſermo fit de hac aede, eiuſque idolo *Saturno* quaſi hoc ipſum antiquitus dictum fuerit *Michael*; nam *Makrizius* ipſe, licet *Mahumedanus* ſcriptor, & hac in re Eutychii pediſſequa, *quod* (Saturnus) *Michaelis* nomen *habuerit*, ut doctiſſimus *Renaudotius* in H. Patriarch. Alex. p. 81. rectiſſime obſervat, *non commemorat*; *nempe quia fieri vix ac ne vix quidem poteſt*, *ut ita Eutychius ſcripſerit*. *Quid enim Michaeli cum Saturno*, *cuius etiam cultus Aegyptiis non proprius*, *ſed a Graecis acceptus*? *At* MICHAELIS, *& Angelorum cultus in eccleſia antiquiſſimus multaeque in Aegypto eccleſiae ſub eorum invocatione conſecratae reperiuntur*. Nam & poſt Dioſcori tempora ſaec. VI. & ſeq. de templis aliis ſub nomine S. Michaelis Archang. erectis mentionem facit Renaud. in ſua illa H. Patr. pag. 151. 242., & alibi.

Saepe etiam in *liturgicis* Aegyptiorum officiis poſt Auguſtum *Deiparae* Virginis nomen, eiuſque patrocinium, interceſſio imploratur SS. Archangelorum, *Michaelis* in primis tamquam aliorum omnium Angelorum principis; nec uſquam nomen Archangeli uni Chriſto Dei Filio tributum invenies.

Plura praeterea ſacro-thebaica fragmenta, quae in cimeliarchio Borgiano habemus, quibus *Michael* quidem tamquam princeps caeleſtis militiae praedicatur, ſed qui Deo, eiuſque Filio ſummo, omnium imperatori Chriſto ſubſit, illique uni miniſterii ſui opus, gloriamque deferat.

De S. Michaele Archangelo in Kalendario Aethiopico *Ludolfi*, quod & Aegyptiacum eſt, ſolemnis commemoratio fit die quavis *duodecima* uniuſcuiuſque menſis per annum, ſed ea omnium ſolemnior eſt, quae fit die XII. hatyr, VIII. novembris noſtri Iuliani; eaque exacte reſpondet diei

ſacro

ſacro dedicationis inſignis templi Alexandriae, ut paullo ante Renaudot. adnotabat, in honorem eiuſdem Archangeli primum erecti.

Sed audi ex *Theotochiis* Memphiticis pag. ⲥⲍ. 207. quibus ſelectis encomiis, canticiſque ſacris ſalutare ſoleant Aegyptii magnum Archangelum Michaelem.

Ⲭⲉⲣⲉ, inquiunt, Ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲡⲓⲁⲣⲭⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲡⲓⲕⲏⲣⲩⲝ ⲙ̀ⲙⲏⲓ ⲛ̀ⲟⲩϫⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲁⲛⲁⲥⲧⲁⲥⲓⲥ

Ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲡⲉ ⲉ̀ⲧⲁⲕⲓ ⲉ̀ⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲧ̀ⲫⲉ ϧⲉⲛ ⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲱⲟⲩ: ⲉϥⲟⲓ ⲛ̀ⲗⲁⲙⲡⲣⲟⲥ

Ⲁⲥⲕⲉⲣⲕⲉⲣ ⲙ̀ⲡⲓⲱⲛⲓ ⲉⲃⲟⲗϩⲓ ⲣⲱϥ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲙϩⲁⲩ ⲁⲕϩⲉⲙⲥⲓ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱϥ .......

Ⲁⲕⲥⲁϫⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓϩⲓⲟⲙⲓ......:

Ⲁⲕⲥⲟⲗⲥⲉⲗ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ: ⲁⲕϯⲛⲟⲙϯ ⲛ̀ⲱⲟⲩ: ϫⲉ ⲓ̄ⲏ̄ⲥ ⲡⲓⲛⲁⲍⲱⲣⲉⲟⲥ: Ⲁϥⲧⲱⲛϥ ϥⲭⲏ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲙⲁ ⲁⲛ

*Salve Michael Archangele, praeco verax ſalutis, quae erit in reſurrectione.*

*Tu deſcendiſti de caelo magna cum gloria ſplendoris fulgore nitens.*

*Revolviſti lapidem ab oſtio monumenti: ſediſti ſuper eum....*

*Locutus es cum mulieribus: eas conſolatione repleſti, & exhilaraſti dicens: Ieſus Nazarenus ſurrexit. Non eſt heic.* Iterum eum ſalutant tamquam reſurrectionis tubicinem, orantque etiam ut in extremo iudicii die una cum Deipara Virgine ſecum ipſis eſſe dignetur, ac efficere demum velit, ut digni fiant audire a benigniſſimo Domino dulce illud. *venite benedicti Patris mei*...... Tandem concludunt: ϯⲉⲣⲙⲏⲛⲉⲓⲁ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲓⲡⲓⲥⲧⲟⲥ: ϫⲉ Ⲫ̀ϯ ⲙ̀Ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ: ⲁⲣⲓⲃⲟⲏⲑⲉⲓⲛ ⲉ̀ⲣⲟⲛ

Ϩⲓⲧⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲣⲭⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲡⲁⲣⲭⲱⲛ ⲛ̀ⲛⲁⲫⲏⲟⲩⲓ:

*In-*

*Interpretatio nominis tui in ore fidelium: o Deus Michaelis: adiuva nos per Archangelum Michaelem principem caeleſtium*. Satis ex his. Alia id genus plura omittimus.

De Thebaeorum cantico in S. Michaelis laudem vide quae dedimus ad fragm. Copto-Thebaicum evang. S. Iohannis p. 203.

Quid tandem? Hoc certe noſtrum *ἀποσπασμάτιον* actorum S. Abbatis & MART. PANESNIV praeclare oſtendit quam immenſo intervallo *Michael Archangelus* diſtet ab aeterno Dei Patris Filio.

Ille de caelo deſcendens ſe *in viſu* aſpectabilem S. Viro praebet: ut e latebris in publicum prodeat coram Praeſide *Culciano* hortatur: ſe ad illius tutelam & ſalutem a Deo miſſum ac deſtinatum revelat, eumque ſanationum gratia, auctore Deo, clarum mirabilemque futurum praedicit, aliaque praenunciat, quae nobis barbara manus, codice lacerato, ſurripuit.

(2) ⲱ̀ ⲡⲥⲱⲧⲡ ⲛ̀ⲇⲓⲁⲕⲱⲛⲟⲥ: *O electe diacone*. Sat eſt ad ſummum laudis culmen, inſignis *electi diaconi* nuncupatio, qua ſanctum *virum Paneſniv* Michael Archangelus ſalutavit. ⲡⲥⲱⲧⲡ, *electum* enim ea ratione heic ego accipi ab Angelo intelligo, qua a *Domino* dictum fuerat Ananiae de Apoſtolo Paullo Actor. IX. v. 15. ⲟⲩⲥⲕⲉⲩⲟⲥ ⲉϥⲥⲱⲧⲡ *vas electum*. Quo vero aetatis anno fuerit *Paneſniv* ordinatus *diaconus*, nihil certi ex his miſeris actorum reliquiis ſciri poteſt. Illud unum mihi exploratum propemodum eſt, iis *Paneſniv* vixiſſe temporibus, quibus poſt magnum Alexandrinae eccleſiae Pontificem Dionyſium rigidior, & ſanctior in diaconis creandis diſciplina vigebat. Quum enim perſecutionum metus eccleſiarum praeſides perpetuo ſollicitos anxioſque teneret, magna eis opus erat cura, & vigilantia, ut ad hunc ordinem, qui tantam cum ſingulis quibuſque chriſtianorum hominum familiis conſuetudinem communionemque habebat, nonniſi probos, continentes, ſobrios, prudentes, & maturi iudicii, integraeque vitae viros promoverent; memores illius Apo-

Apoſtolici moniti 1. *ad Timoth.* III. v. 10. οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, εἶτα διακονείτωσαν, ἀνέγκλητοι ὄντες : *Hi autem probentur primum, deinde miniſtrent, nullum crimen habentes.* Hiſce de cauſſis Renaudotius in vita S. Theonae Patriarchae Alexandr. XVI. tamquam ſubleſtae fidei narratiunculas reiiciendas cenſuit eas omnes hiſtoriolas, quas *Severus*, aliique orientales ſcriptores de S. *Petro* Mart. & Ep. Alexandr. referunt, ubi eum *ſeptimo aetatis anno* a S. Patriarcha Theona *Lectorem*, *duodecimo Diaconum*, *& decimoſeptimo completo Sacerdotem fuiſſe ordinatum*, commemorant. Nam, ut idem Renaudotius continuo ſubdit, *non videtur fieri potuiſſe, ut contra canonum auctoritatem ordinatio eiuſmodi facta fuerit. Verum coniectura ſatis veriſimilis eſt, eos qui primi, quam retulimus, hiſtoriam conſarcinaverunt ſeu Graeci, ſeu Latini, ſeu Arabes, cum eum ſub Theona natum eſſe ſtatuerint, ut ſolam miraculorum ſeriem uno filo pertexerent, addidiſſe eum in ipſa pueritia, & adoleſcentia ordinatum; quod vix patitur temporum ratio. Et ſane, Petrum maiorem natu fuiſſe, quam ut ſub Theona natus ſit, videtur certiſſimum.* Hinc intelligimus, quam recte ſanctequе non unius tantum *Romanae eccleſiae*, ſed *& Aegypti*, atque *orientalis dioeceſis inſtituta*, teſte S. Hieronymo in lib. cont. Vigilantium c. 6., ferrent, ut Epiſcopi ab iis, qui vel *Diaconi*, vel *Presbyteri* ordinandi eſſent, caſtitatis profeſſionem exigerent. Huic temporum diſciplinae ſatis apte congrueret annus aetatis *vigeſimus quintus* ad diaconatus ordinem in Trullana ſynodo requiſitus. Utrum id aetatis gereret PANESNIV, in tanta monumentorum inopia, quis definiat? At certe non a puero neque in infantia hunc ordinem ſuſcepit. Id enim non patitur rigor, & ſanctitas diſciplinae, quae ſaeculo chriſtiani nominis *tertio* in Aegyptiaca eccleſia vigebat. Unde meus *Chriſtianus Lupus* de eo Trullano canone agens tom. III. in ſcholiis, et notis, *eſt*, inquit, *revera ille antiquus Patrum canon*: eique, mox ſubdit, *tam de Diacono quam Presbytero, adſtipulantur ſynodus Neocaeſarienſis, tertia Carthaginienſis, & quarta Toletana dure increpans quoſdam Epiſcopos, qui paſſim etiam pueros, atque infantes contra canones, ac divinam legem in Dia-*

*conos provehebant*. Atque adeo tam laxi moris exempla apud orientales ſynodos relinquenda ſunt ſequioris aevi temporibus, apud Aegyptios vero ſaeculo, quod huic noſtro praeceſſit, XVII. Qua de re vid. immortalis Pont. Bened. XIV. conſtitutionem CXXIX. editam die IV. maii *an.* MDCCXLV. §. 17. & 18.

(3) ⲛ̀ⲧ̄ ⲟⲩⲟⲛϩⲕ ⲉⲕⲟⲩⲗⲕⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ: *Et appare tu*: (ſive ut nos vertimus) *palamque te ſiſte coram Culciano Praeſide*. Haec omni procul dubio intelligenda ſunt de *Culciano*; quo tempore *Praeſidis* munus in *Thebalde* gerebat. Nam notae omnes, quae in hac S. Diaconi *Paneſniv* hiſtoria ſplendeſcunt, illius glorioſi certaminis theatrum Thebaidem fuiſſe ubique denuntiant. Si nomen civitatis, in qua athleta Chriſti paſſionem ſuſtinuit, indicatum alicubi eſſet, ipſa quoque provincia, an prima, an vero ſecunda Thebais fuerit ſtatim innoteſceret: ſed urbis nomen ex codicis noſtri laciniis, ſi divinare, certo tamen ſcire non poſſumus. Ego equidem vel *Antinoopolim* in *prima*, vel *Latopolim* in *ſecunda Thebaide* crederem. Verum ſive hanc, ſive illam fuiſſe ponas, certe non falleris ubi Thebaidis Praeſidem tibi dabo *Culcianum*. Is, ſub initium Meletiani ſchiſmatis, quo tempore *Hierocles* tamquam Auguſtalis Alexandriae praefectus inferiori Aegypto imperabat, Thebaidis adminiſtrationem guberniumque tenebat. Sic ex S. Epiphanio haeres. 68. *Valeſius* in not. ad Euſebium, et *Tillemontius* tom. V. pag. 456. At Hierocles Alexandriae in S. Martyrem *Edeſium* mortis ſententiam tulit, ut idem vir ſummus obſervat, an. 306. Eodem ergo anno Thebaidis Praeſes erat *Culcianus*. Quamquam epocha regiminis ab eo ſuſcepti retrahenda ſit ad annum praecedentem 305. poſt beatam mortem *S. Arriani*, qui quum antea Thebaidis provincias gubernaret ex immaniſſimo chriſtianorum perſecutore ad Deum repente converſus, Martyr una cum Diacono Apollonio, aliiſque ſociis pro Chriſto glorioſe occubuit die *octava phamenoth*, ideſt 4. martii eiuſdem anni, ut idem Tillemonr. not. 5. in eius acta obſervat. Tum enim Arriano tamquam iam Duci

Duci, & Praeſidi Thebaidis dari potuit uti ſucceſſor *Culcianus*. Hic longe omnium crudelior & truculentior tamdiu in chriſtianos Thebaidis incolas ſaevire quotidie magis perrexit, quamdiu, *Maximini* imperio, ad Auguſtalem Aegypti praefecturam translatus eſt. De eo enim ſcribit Euſeb. lib. IX. H. E. cap. XI.: *Culcianus omnibus ſimiliter magiſtratibus* (Maximino auctore) *perfunctus, qui & ipſe innumeris chriſtianorum caedibus apud Aegyptum inclaruit*, ſed hic tandem Licinii iuſſu capite obtruncatus eſt an. 313.

Quo tamen anno Alexandriam ad novam Praefecti dignitatem capeſſendam acceſſerit, obſcurum ambiguumque eſt. Quod in dubium verti nequit, id unum eſt, Culcianum Praeſidem Auguſtalem Alexandriae fuiſſe, quo tempore extremo ſupplicio S. Martyrem & Epiſcopum Thmuitarum *Phileam* damnandum indixit. Nam doctiſſimus Henricus Valeſius, qui antea acta *SS. Phileae*, & *Philoromi* ſub Culciano *Praeſide Thebaidis* conſtituerat, tandem, ut Ruinartius accuratiſſime animadvertit, priori revocata ſententia, ea retulit ad poſteriora tempora, quibus Culcianus praefecturam Alexandrinam gerebat. Et iam Tillemontius, qui eorumdem MM. geſta in an. 310. probabili coniectura coniicit, cum eo etiam anno coniungat neceſſe eſt Auguſtalem illam adminiſtrationem Culciani. Atque ob eam etiam cauſſam *Ruinartius Phileae* martyrium poſt an. 306. collocat, utpote qui incertus ſit de anno, quo Culcianus renunciatus fuerit Alexandriae Auguſtalis Aegypti. Simile quiddam & ego faciam. Acta S. Martyris *Paneſniv* intra illud annorum ſpatium, quod ab anno 306. ad 310. circiter interceſſit, concludi oportere ſentiam. Neque enim perſuaſum mihi eſt, Culcianum ante hunc annum 310. vel, ut ego verius exiſtimo, 311. e Thebaide Alexandriam ad eam Aegypti praefecturam acceſſiſſe.

Verum ad has chronologicas ambages explicandas paullo fortaſſe maiora lumina mihi ſuppeditabit Borgiani Muſei codex, ex quo, ecce, quod tibi ante oculos pono, nimis certe mutilum & breve, ſed ad rem noſtram ſatis opportunum



Digitized by Google

(4) Ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲡⲁⲣⲭⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲁⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲅⲁⲣ ⲟⲩⲱϣⲧ ⲉⲧⲣⲁϭⲱ(ϯ)ⲓ ⲇⲓⲁⲕⲟⲛ: Proſequitur actorum auctor narrare integrum colloquium, quod S. Michael Archangelus habuit cum ſancto Diacono *Paneſniv*. Sed infelix membrana hoc loci praeſertim miſerandum in modum exciſa, & lacerata vix unam alteramve particulam, unde Angeli dicta colligi queant, nobis illaeſam intactamque reliquit. Prior eſt, qua Angelus ſe *Michae-*

## FRAGMENTUM

| | |
|---|---|
| ⲧⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁ// ⲅⲓⲁⲥ ⲑⲉⲟⲛⲏ (1) ϩⲛ̀ ⲟⲩⲉ// ⲓⲣⲏⲛⲏ ϩⲁⲙⲏⲛ. | Martyrium Sanctae Theone In pace. Amen. |
| Ⲁϥϣⲱⲡⲉ ⲇⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲟⲩⲟ// ⲟⲉⲓϣ ⲛ̀ⲛⲉⲭⲣⲓⲥϯⲁⲛⲟⲥ ϩⲛ̀ ⲧⲙⲛ̀ⲧⲉⲣⲣⲟ ⲛ̀ⲇⲓⲟⲕⲗⲏϯⲁ// | Factum eſt chriſtianorum tempore ſub imperio *Diocletiani* & |

(1) ϩⲁⲅⲓⲁⲥ ⲑⲉⲟⲛⲏ: *Sanctae Theone*. De hac virgine, & martyre *Theone* Alexandrina, poſt ſatis longam acremque inquiſitionem, nihil uſquam, neque in ſacris Memphitarum monumentis, neque in Graecorum Menaeis, neque in Latinorum Martyrologiis, ſed neque in magnis Bollandianorum ſcriptorum collectaneis invenire potui. Unicum eſt Thebaici huius fragmenti titulus, in quo de puella iſta martyrii gloria coronata ſimplex mentio fiat. Nam acta, vix nomine, & tenellula ipſius aetate commemoratis, immani ſtatim fato abſciſſa conticeſcunt. Attamen ſub huius ſcriptae membranae finem *Theonoe* nuncupatur eadem ipſa Martyr puella, quae in inſcripto titulo ⲑⲉⲟⲛⲏ *Theone* dicitur. Sed mihi germanum *Theone* nomen videtur. Ut enim Θεωνᾶς *Theonas* maribus, ſic *feminis* apud Aegyptios Θεωνὴ *Theone* nomen tributum fuiſſe coniicitur. Mendum proinde eſt amanuenſis, qui ο poſt ον perperam repetito, ⲑⲉⲟⲛⲟⲏ *Theonae*, vel *Theonoi* pro ⲑⲉⲟⲛⲏ *Theone*, ſive *Theoni* ſcripſit.

*chaelem* eſſe aperte dicit, conſilium deinde, & finem, propter

ⲛⲟⲥ (2) ⲙⲛ̀ ⲗⲟⲩⲅⲓⲁⲛⲟⲥ (3) *Lycinii* , & *Maximini*

(2) ϩⲛ̀ ⲧⲙⲛ̀ⲧⲉⲣⲣⲟ ⲛ̀ⲇⲓⲟⲕⲗⲏϯⲁⲛⲟⲥ. Ab *imperio* ſcilicet *Diocletiani* , quo tempore omnium ſaevior & diuturnior perſecutio in *chriſtianos* excitata eſt, exordium narrationis acta noſtra ſumunt. Ea coepit an. CCCIII. *Coſs. Imp. Diocletiano*, VIII. *et Maximiano Hercul.* VII.; ex edicto ipſius Diocletiani propoſito *primum Nicomediae, velut in urbe regia* VII. *kal. martias, deinde miſſo ad ceteras imperii civitates . menſe quidem martio* promulgato *in eo loco ubi tum Euſebius* (Caeſarienſis) *habitabat in Palaeſtina menſe apr. Alexandriae vel alibi ipſo die Paſchae*; ut veraciſſime tradit Cl. V. Baluzius in not. ad Lactant. *de Mort. perſecutor.* pag. mihi 293. Eaque in epocha figenda conſentientes habet Scaligerum, Valeſium, Noriſium, & Tillemontium, quem vide tom. V. *Memor. eccl. de perſec. Dioclet.* art. VIII. Totum vero perſecutionis tempus annos complectitur omnino *decem*, *menſes tres*, *dies novemdecim*; quos iuſto calculo ex Lactantio idem Baluzius numerat ab VII. *kal. martias anni* CCCIII. *ad diem idnum iuniarum anni* CCCXIII. quo *Nicomediae* propoſitum eſt edictum Conſtantini & Licinii pro chriſtianis, & *pax data eſt eccleſiae*. In adnot. ſubiecta pag. 246. Lactantii huius tam dirae perſecutionis anni numerantur decem, *menſes tres, dies tredecim*. Sed illius auctor exordium ſupputandi ſumit a kal. ſive a die I. martii a. 303. quo primum propoſitum ponit Nicomediae perſecutionis edictum. Qua in re an cum Lactantio, num vero magis cum Euſebio conveniat, non ego pluribus quaeram. De hac ſupputatione expeditiora ſunt ea Lactantii verba: *Ab everſa eccleſia* (Nicomediae) uſque *ad reſtitutam fuerunt anni* (perſecutionis) *decem*, *menſes plus minus quatuor*.

(3) ⲙⲛ̀ ⲗⲟⲩⲅⲓⲁⲛⲟⲥ. Poſt *Diocletianum* fragmentum noſtrum haud dubie *Licinium* Imperatorem commemorat. Sed id facit tam mirabili veri nominis corruptione, ut niſi *Licinius* aliunde cognitus eſſet, cum *Lougiano*, vel *Lonciano*, aut alio quovis ſimilis nuncupationis nomine confundi facillime poſſet. Sic nempe Aegyptii, atque Thebaei Latina, & Graeca vocabula vitiare plerumque conſueverunt. De anno, quo *Licinius* creatus eſt *Auguſtus*, diſputant eruditi. Sunt enim, qui diem illius imperii natalem ſtatuunt an. aer. Chriſt. 307., alii qui 308., & alii demum qui biennio poſt, nempe 311. conſtituunt. Baluzius tom. II. in not. ad Lactant. etſi in eam propendere videatur ſententiam, quae epocham *Liciniani* imperii coniungit cum anno CCCVII. non ita tamen eam firme conſtanterque tuetur, ut contrariam, quae pugnat pro anno CCCVIII., viribus ſuis omnino deſtitutam putet. At certe neminem fore auguror, qui in hac epocha figenda a Cardinalis mei Noriſii placitis diſcedere velit. Ut enim cetera ſileam, hoc unum accipe Purpurati ſcriptoris argumentum a nummis iuſſu Licinii in honorem Maximini *Sciſciae* in Pannonia percuſſis: *Hi nummi*, inquit, in diſſert. de numiſmate Liciniani Licinii Aug.; *Occoni viro diligentiſſimo laudantur*. IMP. MAXIMINVS P. F. AVG; *In postica parte ſignati*, GENIVS AVGVSTI A. *alius*, B. *alius*, Γ. *alius*, Δ. *alius*, E. *alius*, ϛ, *omnes* SIS. In aliis eiuſdem nummis legitur, IO-

pter quem a Deo miſſus fuerit enunciat : *Dominus enim* , in-

IOVI CONSERVATORI . A. *alius* , B. *alius* , Γ. *alius* , Δ. *alius* , ϛ , *omnes* SIS. *Hi nummi percuſſi ſunt Siſciae . . . At certum eſt apud antiquarios Graecis illis litteris* A. B, Γ. Δ. E. ϛ. *ſex imperii annos ſignificari . . . Ex his patet Maximinum per ſexennium Auguſti titulo decoratum . . . Cum vero exeunte anno* 313. *bellum civile inter Licinium , & Maximinum eruperit , ut cap.* 2. *ex ipſius Maximini edictis oſtendam , conſequens fit, ut Licinius in honorem Maximini Auguſti circa initia anni* 308. SCISCIAE *quae erat Pannoniae urbs , ubi apud Sirmium idem Licinius imperii ſedem poſuerat , Galerio Auguſto apud Sardicam commorante , nummos cudendos iuſſerit , ut pleno fere ſexennio Maximini nummi cum Auguſti titulo Siſciae obſignati dicantur . His quae plane evidentia ſunt , ſtabilitie , Licinii imperium inchoatum fuit* III. *idus novembris an.* 307.

Is tamen numquam chriſtianae religioni nomen dedit , nec umquam ei fuit ex animo addictus . *Licinius* , ait idem Noriſius diſſ. II. *de illius numiſmate* c. v. *una cum Conſtantino* an. 313. *publico edicto chriſtiani cultus exercendi facultatem fecerat , non quod ſanctiſſimae religionis myſteria , ſed ut Conſtantino collegae Auguſto , chriſtianis ſacris addicto , rem gratam faceret , ac provincialium benevolentiam ſibi conciliaret , dum ſuperſtitioſos gentilium ritus obſervans , chriſtianis vero liberam proprii cultus poteſtatem faciens utroſque ex aequo in officio & obſequio futuros ſperabat* . Hoc edictum licet maxime ſalutare, et gratum eccleſiae , quemadmodum & alia , quae , victo Maximino , Antiochiae geſſit an. 313. adverſus ſacerdotes *IOVIS PHILII*, eoſque omnes, qui contra chriſtianam religionem debacchati fuerant , in eam alucinationem noſtrorum plures induxere , ut *Licinium* chriſtianae religioni ingenue ſavere arbitrarentur ; quippe qui ſibi ſuaſerint , eum iam , eiurato daemonum ritu , & vetuſti erroris impietate reiecta, unum verum Deum colere , & Chriſtum eius filium credere ac profiteri. Omnium inſtar ſit Paullinus Tyriorum Epiſcopus , qui oratione habita in dedicatione templi an. 314. , huiuſmodi laudum , & honoris genere *Conſtantinum* aeque ac *Licinium* exornat . *Euſebius* in eadem alucinatione aliquamdiu perſtitit , Idem accidit *Lactantio* , idem & *Sozomeno* . *Sed Licinium ethnicorum erroribus & quidem ſemper adhaeſiſſe* , recte ſcribit , & probat cit. loco Noriſius ex nummis tum *Sciſciae* ab an. 308. uſque ad 313. tum *Nicomediae* ab an. 314. , *quo Aſiam obtinuit* , ad an. uſque 315. 316. 317. *Iovis effigie ſculptis cum epigraphe* : *IOVI CONSERVATORI* . Non deeſt , qui ſcribat , in uno Licinianorum numiſmatum *Crucis* ſignum inſculptum ſpectari. Sed is apud antiquariae rei peritos non omnem omnium fidem ſibi facile conciliaverit . Ut enim Tillemontius de ſe teſtatur : *Je ne la trouve dans aucune de cellés que donna M. de Cange* , Byz. fam. p. 23. 25. Verum ad id evincendum una ſat eſt exſecrabilis illa, & horrenda oratio, quam ad milites ſuos habuit Licinius, ut eorum animos ad bellum contra Conſtantinum mox ſuſcipiendum acriter incenderet, & inflammaret . In ſacro luco coram magna Deorum turba , quibus & cereos accenderat , & ſolemnia ſacrificia litarat, ſelectum protectorum , & honoratiorum amicorum ex toto exercitu coetum ſic alloquitur : *Viri amici , & commilitones ; ſiquidem quos colimus , & quos ab ultimis uſque maioribus colendos accepimus , Dii ſunt patrii* : *Iſte vero* , ( nempe Conſtantinus ) *qui adverſarum nobis partium copiam ducit, moribus inſti-*

Digitized by Google

inquit , *deſtinavit me* , *ut Diacon. &c.* [illegible] enim ex Mem-

*ſtitutiſque maiorum violatis ad impiam nullos credentium Deos opinionem deſcivit, PEREGRINUM quemdam* (Chriſtum ſcilicet ) *neſcio unde quaeſitum temere amplectens Deum . Quin etiam turpiſſimo eius* Σημείῳ *SIGNO*(nimirum S.Crucis ) *exercitum ſuum dehoneſtat* . Quid his clarius ex ore ſuo impius Licinius, ut ſe oſtenderet ſemper fuiſſe alienum a religione Chriſti , nec umquam Deorum cultum a maioribus acceptum ad diem uſque mortis ſuae deſeruiſſe ?

Haec acciderunt , ut ſtatuit Tillemont. ſub finem art. XLVIII. de v. Imp. Conſtantini , in bello apud Hadrianopolim die 3. iulii anno 323. At die 18. ſeptemb. poſtquam tertio , quartoque , & *terra* iuxta *Chryſopolim* , & *Chalcedonem* , mari vero in Helleſponto debellatus fuerat , *Nicomediam* fugiens , ibique obſeſſus ſeipſum , & urbem dedidit Conſtantino , qui , orante Conſtantia ſua ſimul ſorore & uxore Licinii , veniam ei largiter indulſit; Sed mox exſul miſſus eſt Theſſalonicam; ubi novis, quas adhuc in imperium moliri ſuſcepit, inſidiis detectis aliquot, poſt menſibus, ante maium an. 324. fractis laqueo faucibus e vivis eripi iuſſus eſt. Ecquem alium, niſi miſerrimum hunc, & funeſtiſſimum vitae finem ominari licebat tam impio ac perfido homini , qui quum ab initio ſuſcepti imperii ad an. uſq. 311. Galerio magiſtro ac duci ſuo obſecundans chriſtianum nomen inſectatus eſſet pluroſque martyres in Pannonia , in Norrico , & apud Rhaetos interfeciſſet , an. iterum 319. vel certe 320. ſaevam diramque perſecutionem in orientalis eccleſiae Epiſcopos , in milites ipſos fidei noſtrae myſteriis imbutos , & in omne demum chriſtianorum genus excitatam exercuit . Vide eumdem Tillemontium t.v. M.H.E. pag 502. & ſeqq. *Perſecution de l'egliſe d' orient ſous l'empereur Licinius* , ubi Noriſii Cardinalis ſententiam *de Licinio ſemper ethnico* , *& idolorum cultore* , *nec umquam chriſtiano* praeclare confirmat .

Sed quoniam ſolemnem chriſtianae fidei profeſſionem , quaſi in ipſo ſacri baptiſmi ritu explicatam , nemo tam aperte , & expreſſe quam Iohannes presbyter Nicomedienſis , & ſcriptor , uti fertur , αὐτόπτης actorum S. Baſilei Amaſiae Epiſcopi , *Licinio* tribuerat , Tillemontius eodem tom. v. p. mihi 785. in adnot. *ſur S. Baſilée* , Noriſium iterum laudat , quod plura in his actis a veritate aliena deprehenderit , eaque inter cetera quae illorum auctor de chriſtiana fide Licinii , deque eo a Conſtantino in Gallias relegato tam aperte confidenterque ſcribit . Teſtimoniis namque omnium ſcriptorum , qui exſulem ipſum in Theſſalonicam miſſum adfirmant , falſitatis convincitur . Atque haec quidem Noriſius . Nam cetera Bollandianis patribus , qui de vitis Sanctorum menſis aprilis commentaria ſua edituri deinceps erant , diſcutienda reliquit . Quod utrum fecerint , ex eodem Tillemontio diſcere poteris . Quin & Noriſium eo etiam nomine vir ſummus commendare non praetermiſit , quod martyrium celeberrimi Epiſcopi *Baſilei* ſub *Licinio* tyranno teipſa contigiſſe adverſus cl. Valeſii adn. in l. I. Euſ de V. Conſt. c. 1. ſtatuerit. Addit tamen, Valeſium ipſum in poſteriori opere ſuam illam revocaſſe ſententiam , ubi diſerte faſſus eſt , *qu'il ſuivoit avec plaiſir Conſtantin Porphyrogenite & tous les autres* , *qui malgré Philoſtorge conviennent que S Baſilée a esté martyrizé dans la perſecution de Licinius*. Sub eo XL. martyres milites Sebaſteni paſſi ſunt , aliique plurimi . Eaque eſt Euſebii l 2. de V. Conſtant. c. 1. ſententia ; *Licinius . . . perſecutio-*

Memphitico ϣⲱϣ verſa ex dialecti mora aſpirata ⲑ in tenuem

*tionem chriſtianorum , quaſi flammam quamdam iam ſopitam , denuo excitavit , et multo gravius quam priores* ( Dioclet. Maximianus uterque , & Maximinus ) *impietatis conſlavit incendium . . . Ex* ( Epiſcopis ) *probatiſſimum quemque compoſitis per provinciarum rectores calumniis interfecit . Porro caedis illorum modus novus , nec umquam antea cognitus fuit . Certe quae apud Amaſiam geſta ſunt , omnem crudelitatis modum tranſcendunt . Amaſiae* addit Euſebius l.x. H.E. c.8. *reliquas Ponti urbes* , & quicquid ibi ſcribit de generali perſecutione iam in omnes chriſtianos parata , ac certe ad exitum perducenda , niſi *Deus in brachio excelſo ad has partes Conſtantinum quaſi manu apprehenſum celerrime perduxiſſet* .

Tripartitam Licinii perſecutionem nobis exhibet Amidenſis Epiſcopus , & Vaticanae bibl. Praefectus longe eruditiſſimus , Stephanus Evodius Aſſemanus P. II. actor. martyr. occidental. in admonit. ad martyrium S.Theodotae meretricis pag. 214. ex cod. *Chaldaico* Nitrienſi I. eiusdem bibl. ſaec. v. *Nam primum quidem*, ait, ( perſecutio ) *nullis artibus tecta ſub Galerio deſaeviit , deinde vero quum ſolus Conſtantinus Licinii collega eſſet , partim metu , partim imperii foedere occulta fuit , & chriſtianos per vices ſubinde exagitavit ; denique diſſociato foedere , & inter utrumque Imperatorem bello erumpente , propriis Licinii edictis commota eſt* . Hanc vero poſtremam , eamque *apertam* ſcriptor praeſtantiſſimus incidiſſe putat in an. Chriſti 318. a menſe ſeptembri . Aera enim praeſcripta actis S. Martyris *Theodotae* eſt an. 642. *a morte Alexandri , & ab initio Philippi Aridaei* . Hanc vero , ducto calculo, concurrere oſtendit cum ann. aer. chriſtianae 318. Quumque ea Licinii perſecutio *menſe* etiam *ſeptembris feria ſexta* excitata dicatur *in urbe Philippi*, ubi martyrium fecit *Theodota* , Aſſemanus noſter annum auſpicatur a die 24. ſeptembr. lit. dominicali E. , adeoque a feria *quarta* , ut ita *feria ſexta* in actis commemorata , & perſecutionis exordium cum die 26. eiuſdem menſis convenerit . Urbem vero *Philippi Eumolpida veterem*, & in *Thracia*, ſub Licinii imperio poſitam , interpretatur . Quod ſi Licinianae perſecutionis *Sulpitius Severus* non meminit , id ex eo Praeſul noſter factum putat , quod illam Sulpitius uti appendicem , ſeu continuationem Diocletianeae habuerit . Quamquam paullo aliter rem hanc Tillemontius ex Socrate l. 1. c. 3. exponat tom. v. M. H. E. pag. mihi 507. ed. Ven. *La perſecution eſtoit* , inquit , *ainſi en meſme tempt manifeſte , et cachée : Elle eſtoit publique et viſible par ſes effectes, & neammoins ſecrete et diſſimulée dans les paroles : parce qu' on ne publioit pas encore d'edicts qui obligeaſſent tous les chrétiens a ſacrifier . C'eſt sans doute pour ce ſujet , que S. Sulpice Severe dit ; que on ne le conte pas entre les perſecutions . . . ce qui ne peut nullement ſignifier qu'elle n'ait pas eſtè juſqu'à faire des martyrs , puiſqu' Euſebe nous aſſure qu'elle en a fait un aſſez grand nombre . . . Peut eſtre auſſi* ( ut putat Card. Baronius ) *que S. Sulpice faiſſoit moins d'attention a ce què s'eſtois passé bien loin de luy dans l' orient* .

Eamdem perſecutionem Noriſius , & Pagius in annum conferunt 319. , ſed actis SS. Baſileii , & Theodori Ducis , quae vix ullam , iudice Tillemontio , mereantur fidem , innixi . Idem vero Tillemontius cum S. Hieronymo , & Euſebii chronico in an. protrahit 320.

Apud Bollandum ad diem 22. maii ex mſſ. bibl. Florent. , acta re-

Digitized by Google

nuem ⲧ & ex affixo pronomine primae perſonae ⲧ the-
E e bai-

ⲙⲛ̀ ⲙⲁⲝⲓⲙⲓⲛⲓⲁⲛⲟⲥ (4) ⲛ̀ⲛ-
ⲉⲣⲣⲱⲟⲩ

Ⲁϣⲱⲡⲉ ⲇⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲟⲩⲟⲓ-
ⲉⲓϣ ⲉⲧⲉ̀ⲙⲙⲁⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉ ⲡ̀ⲣⲣⲟ
ⲇⲓⲟⲕⲗⲏⲧⲓⲁⲛⲟⲥ. ⲧⲱⲱϭⲉ ⲉⲛ-

Imperatoribus, factum, inquam, eſt tempore illo, quo Diocletianus Auguſtus principabatur, ut is edictum in eosdem (chriſtianos) ſtatue-

referuntur SS. MM. *Donati* Epiſcopi, *Macarii* Presbyteri, & *Theodori* Diaconi. In his *Donatus*, ut & ci. *Le Quienius* ſcribit, ſucceſſiſſe *traditur* S. Mart. & Ep. *Phileae* in ſede epiſcopali *Thmueos* Aegypti. Eorum corpora, iubente *Licinio*, (qui, iuxta Henſchenii, & Papebrochii placita an. 316. ſuſcitata perſecutione, *διατάγματα τυραννικὰ, edicta tyranno digna* (ediderat) *in fruſta conciſa proiecta fuere in pelagus*. Sed, iudice Tiilem. eodem tom. v. p. 504. huiuſmodi acta, *ils ſont trop pleins des fautes pour avoir aucune autorite. Je ne trouve point que ceux dont ils parlent, ſoient honorez par les Grecs, ni par les Latins*. Immo vero, nec ſi ullum de iis apud Aegyptios monumentum ſuperſit, mihi dicere licet. Facile tamen fuit, ut *Licinius* in iis quoque regionibus, quae illius imperio parebant, Epiſcopos cum maxime, alioſque chriſtianae fidei pugiles, liberius fortaſſe quam alibi affligere, & inſectari perrexerit.

(4) ⲙⲛ̀ ⲙⲁⲝⲓⲙⲓⲛⲓⲁⲛⲟⲥ.

Non alius certe is eſt, quam *Maximinus* Imperator, *Maximinianus* corrupte nuncupatus. Nec mirum. Ut enim obſervat Stephanus Baluzius in not. ad tom. II. Lactantii p. 305. *In veteri cod... fere ſemper legitur* Maximianus pro *Maximino, ſueto Graecis Latiniſque librariis errore, ut Maximiani, & Maximini nomina perſaepe confundant*. Toinardus vero p. 413. in c. XXVII. de mort. perſecut. *a Lactantio*, inquit, *Daza indiſcriminatim* Maximinus, *&* Maximianus *fuit appellatus*. Verum hanc nominum ambiguitatem, cur non magis librariorum incuriae, quam *Lactantio* ipſi tribueris? Non ita, inquit, Toinardus p. 411. ad c. XVIII. eiuſdem Lact. Quum enim Baluzius agnoſcat, *hic & fere ſemper alibi legi in veteri cod.* Maximianum, *ſuſpicio* (inquit) *mihi ineſt Dazam a Gal. Maximiano de pleno ipſius nomine vocatum fuiſſe Maximianum, non* Maximinum. *Etenim in duabus thermarum Diocletiani inſcriptionibus apud Gruter. poſt Conſtantium, & Maximianum Augg. ac Severum Caeſarem recenſetur Maximianus Caeſar, qui alius eſſe nequit a Daza*. Adde apud Graecos *ſcriptores eumdem promiſcue appellari* Maximianum. *Exiſtimaverim itaque, quoniam duo erant Maximiani* (Herculius, & Galerius) *apud vulgum obtinuiſſe, ut diſcriminis ergo, Daza* non Maximianus, *ſed* Maximinus *diceretur, ſicut in Graecis, Latiniſque nummis inſcribitur*; quae tamen ſolemnis in nummis inſcriptio magnopere favet Baluzio.

Iam vero Liciniane *inaugurationis nuncio in orientem delato*, MAXIMINUS ut meus Noriſius ſcribit, *moleſte ferens novum hominem* (Licinium) *ſibi & Caeſari, & nepoti a Galerio praelatum, ſe pariter ſine collegarum conſenſu, propria auctoritate, invidia ſtimulante, nun-*

baice factum arbitror; ⲧⲱϣ vero ut ⲑⲱϣ *διάτασσειν, ὁρίζειν*,

*nuncupavit. Galerius quo civilium bellorum cauſſam averteret, factum probavit; quod etiam Licinius non modo ratum habuit, verum etiam, ut Maximini amicitiam demereretur, nummos eiuſdem effigie cum* AUGUSTI *titulo obſignatos in Pannonia, ubi imperabat, cudi iuſſit*. Maximinus itaque creatus a Galerio *Caeſar* an. 305., Auguſtum ſe fecit, ſub initium an. 308. factum approbantibus Galerio ipſo, Licinio, immo & *Conſtantino*, atque Maxentio, quemadmodum ex duobus nummis, quorum alterum Treveris ille, iſte Romae in Maximini honorem percuti iuſſit, laudatus Noriſius oſtendit.

Sed ad fragmentum noſtrum probe intelligendum, operae pretium eſt ſecernere tempora, quibus *Diocletianus* primum, deinde *Maximinus* in Syria & Aegypto imperium obtinuit. Diocletianus ad annum uſque 305., quo kal. maias prope Nicomediam abdicata imperiali dignitate, *Salonam* in Dalmatia ad penates ſuos recta diſceſſit, *orientem*, quem ſibi, ex quadripartita illa, eaque percelebri totius orbis terrae diviſione, ſervaverat, ſemper rexit. In oriente vero tota in primis *Aegyptus*, & *Syria* una cum provinciis ſuis continebantur. Ipſe proinde Diocletianus perſecutionis edicta, *tria* nempe illa, quae anno 303. Nicomediae, & *quartum*, quod ad *Urbanum* Palaeſtinae Praeſidem miſit ſub initium anni 304., adeoque & in univerſa Syria, & Aegypto, per ſe promulgari mandavit. Atque hoc *quartum* edictum eſt, quod uti hereditariae ſucceſſionis inſigne ei, cui principatus obtigiſſet, ab imperio diſcedens an. III. perſecutionis exſequendum reliquit. Et quoniam eodem & die & menſe & anno, ut Lactantius c. 19. de mortib. perſecutor. ſcribit, MAXIMINUS *Daza ſublatus nuper a pecoribus, & ſilvis, ſtatim ſcutarius, continuo protector, mox tribunus, poſtridie*, ideſt kal. ipſis maii an. 305., *Caeſar* a Diocletiano renunciatus eſt, *accepit orientem*, non iam regendum, ſed *calcandum, & conterendum; quippe qui neque militiam, neque rempublicam ſciret, iam non pecorum, ſed militum paſtor*.

Antea quidem, ut idem Lactantius laudato lib. c. 16. tradit, *vexabatur univerſa terra; & praeter Gallias*, (ubi Conſtantius magni Conſtantini genitor imperium gerebat) *ab oriente uſque ad occaſum tres acerbiſſimae beſtiae* (Diocletianus, Maximianus Herculeus, & Maximianus Galerius) *ſaeviebant*.

*Non mihi ſi linguae centum ſint,*
*oraque centum,*
*Ferrea vox, omnes ſcelerum comprehendere formas*
*Omnia poenarum percurrere nomina poſſim,*

*quas iudices per provincias iuſtis, atque innocentibus* (chriſtianis) *intulerunt*.

At nemo atrocius, neque efferatius in chriſtianae fidei cultores debacchatus eſt, quam *Maximinus*. Vix an. 305. kal. maii creatus *Caeſar*, & ſucceſſor Diocletiano in *orientis* regimine datus, *quaſi qui* τῆς ἐμφύτου θεοεχθρίας αὐτοῦ καὶ δυσσεβείας τὰ σύμβολα τοῖς πᾶσιν ἐνδεικνύμενος, *innati in Deum odii, & impietatis inſignia omnibus oſtentare vellet, violentius, quam ſuperiores principes, perſecutioni noſtrorum incubuit. Tum omnes graviter perturbati hac illac diſpergebantur, & periculum effugere unuſquiſque omni ope quaerebat, maximuſque tumultus cunctas provincias occuparat... Maximinus ſecundum adverſus noſtros bellum* excitavit *anno tertio* (ideſt an. 305.) *perſecutionis Diocletiani: & per omnes provincias tyrannus edicta miſit, quibus Rectores provinciarum iubebantur*

ζειν , διαςέλλειν, *ordinare , mandare* , *ſtatuere* , *ſeligere* , & alia id

Ee 2 ge-

*tur operam dare , us omnes omnium urbium incolae Diis publice ſacrificarent* . Haec Euſeb. cap. 4. de Martyribus Palaeſtinae . Similia eodem tempore edicta a Maximiano Galerio contra chriſtianos edita Tillemont. tom. v. hiſt. perſecutionis Dioclet. art. xxx. ſub an. Ch. 305. commemorat . Huc ſpectant tot illa immania , & cruenta edicta , quae uno veluti temporis momento per univerſum orientem quaque verſum diſperſa omne hominum genus ad chriſtianos deliteſcentes publice denunciandos ſeveriſſime obſtringebant , nullis omnino exceptis nec coniugibus, nec genitoribus , nec parvulis filiis , nec fratribus , nec amicis ; adeo ut natura in ſuimetipſius odium verſa , & familiis omnibus in mutuam domeſticorum ſuorum internecionem conſpirantibus , omnia eſſent confuſione , metu , luctu , & angoribus plena . Qua de re conſule , ut te monet loco iam laudato Tillemontius , S.Io. Chryſoſt. tom. I. orat. 51.

Verum haec omnia imperantium tyrannorum ſcripta nova tantum ſive monita , ſive mandata erant , quibus provinciarum Rectores ad quaevis vexationum , & ſuppliciorum genera tentanda incitabantur , ut princeps illud , & univerſale Diocletianeae perſecutionis edictum ſaevioribus modis exſequerentur . Heic ego miſſam faciam crudeliſſimae carnificinae ſpectacula , quae ſub Maximiano Galerio in totius Illyrici provinciis ad chriſtiani nominis interitum,longo multorum annorum ſpatio & fere quotidie , caelo terraque exhorreſcente,& viſa & audita ſunt. Nam ſat mihi eſt de iis agere , quae omnium truculentiora ſub Maximino in univerſa Aegypto acciderunt . Iam audi quid Euſebius c. IX. l. VIII. H. E. tamquam teſtis oculatus , referat de iis , qui vel in una Thebaide paſſi ſunt . *Omnem* , inquit , *dicendi copiam ſuperant cruciatus illi , ac dolores , quos apud Thebaidem Martyres pertulerunt* , ὀςράκοις ἀντὶ ὀνύχων *acutis teſtis vice ungularum adhibitis toto corpore ad mortem uſque lacerati . Mulieres vero altero pede religatae ſublimes capite deorſum vergente , machinis quibuſdam in altum ſublatae, nudiſque , ac prorſus intectis corporibus , foediſſimum ſimul , atque inhumaniſſimum ſpectaculum cunctis intuentibus praebuerunt . Alii rurſus ad arbores , & ramos alligati interiere . Nam cum robuſtiſſimos ramos inflexos machinamentis quibuſdam in unum coire feciſſent , martyrum cruribus utrimque ad eos religatis ramos , in proprium ac naturalem ſitum reverti ſinebant , ut membra eorum , adverſus quos haec excogitaverant , uno ſimul impetu diſcerperentur . Atque haec omnia non paucis diebus , nec exiguo temporis ſpatio , ſed prolixo aliquot annorum curriculo continue perpetrata ſunt : cum nunc deni , interdum viceni , & amplius , nonnumquam ad triginta uſque , & ſexaginta ; quandoque , & centeni viri ſimul , ac mulieres cum parvulis uno die interficerentur variis , ac per vices alternatis ſuppliciis addicti . Nos quoque* ἐπὶ τῶν τόπων γινόμενοι *cum in illis partibus degeremus , quamplurimos acervatim uno die , alios quidem capite truncatos , alios vero flammis traditos vidimus . Adeout gladii ipſi hebetarentur , & caedere amplius non valentes frangerentur ; ipſique carnifices viribus fatiſcentes , ſibi invicem ſuccederent . Quo quidem tempore mirabilem imprimit animi ardorem , vereque divinam virtutem , & alacritatem eorum , qui in Chriſtum Dei crediderant* , OCULIS NOSTRIS *conſpeximus . Etenim vix dum adverſus primos lata erat ſententia , cum alii aliunde ad tribunal iudicis proſilierant chriſtianos ſeſe confeſſi.*

*Et*

Digitized by Google

genus ſignificat . Nos vertimus *deſtinavit* : & quidem , ut
e go

*Et pericula quidem , cunctaque multiformium tormentorum genera parvi ducebant : ſupremi vero omnium Numinis cultum libera voce abſque ullo metu profitebantur & cum gaudio , atque hilaritate , ridentes capitalem ſententiam excipiebant : adeout in laudem conditoris omnium Dei pſalmos hymnoſque & gratiarum actiones ad extremum uſque ſpiritum concinnerent .*

Euſebius vero tam dira ſpectacula in Thebaide videre non potuit niſi eo annorum intervallo, quod effluxit inter annos 306. , & 311. , quo tempore Praeſidis munere ibi fungebatur *Culcianus* . Nam hoc idem conieciſſe videtur cl. Valeſius in notis huic Euſebii loco ſubiectis .

De Aegyptiis , qui in Palaeſtina ; & apud Tyrum urbem Phoenices tam magna , ac multa ſuppliciorum genera pro Chriſti nomine ingenti prorſus cum animi alacritate , & invicta conſtantia pertulerunt,idem Euſebius videndus eſt, qui citato lib. VIII. c. 6. eorum laudes , & martyria celebrat . Sed & iis adde quos ille commemorat ad an. *ſextum perſecutionis* in lib.de Martyribus Palaeſtinae c. 8. ubi *ex confeſſoribus* , inquir, *divinae religionis innumerabilis multitudo iam pridem apud Thebaidem verſabatur in loco . qui Porphyrites vocatur ex nomine marmoris , quod ibidem effoditur , centum fere viri , tribus demtis , una cum mulieribus , & parvulis admodum liberis ad Praeſidem Palaeſtinae tranſmiſſi ſunt.Quibus omnibus, cum univerſorum opificem Deum, Chriſtumque confeſſi eſſent , Firmilianus Praeſes , qui Urbano ſucceſſerat , ſiniſtri pedis* τάς ἀγκύλας *curvaturas ſimul cum ipſis nervis* καυτῆρσιν ἀποτμηθῆναι *candente ferro exſcindi , ac mox etiam dextros oculos primum quidem mucronibus confodi ſimul cum membranis , & pupillis ; deinde ad ipſas uſque radices cauteriis peruri , tamquam ex Imperatoris* ( Maximini ) *mandato praecepit . Poſthaec ad metalla provinciae Palaeſtinae laboribus , & aerumnis conficiendos tranſmittit . . . . . . Non longo poſt tempore rurſus ex Aegypto centum ac triginta athletae , chriſtianae fidei confeſſione nobiles , eaſdem , quas ſuperiores illi , oculorum ac pedum mutilationes iam antea in Aegypto perpeſſi , iuſſu Imperatoris Maximini pars ad Palaeſtinae , pars ad Ciliciae provinciae metalla damnati ac deducti ſunt* . Et c. x. *Rurſus quidam Aegyptii , qui ad miniſteria confeſſoribus in Cilicia conſtitutis exhibenda ex patria profecti erant , comprehenſi ab iis,qui ad portas urbis appoſiti cunctos tranſeuntes ſcrutabantur ; pars eadem poena , qua illi , quibus miniſtraturi venerant , damnati ſunt , oculorum iuxta ac pedum uſu eis ademto . Tres vero ex ipſis* ( Ares , Probus , Elias ) *in urbe Aſcalone , in qua vincti tenebantur , cum admirabilem animi fortitudinem oſtendiſſent , diverſo martyrii exitu occubuere* . Nec ab iis ſeiungendi ſunt aut Epiſcopi *duo Aegyptiorum Peleus , ac Nilus* ; eorumque *tertius Presbyter quidam* ( ex Menaeis Graecorum die 17. ſeptemb. *Helias* dictus ) *& quartus Patermuthius flammis*, ob Chriſti religionem combuſti,aut Aegyptii illi *complures*,numero *unde quadraginta* , qui cum *Silvano* Gazae quidem Epiſcopo , ſed eorum ſacrorum Praeſide in ſeceſſu , ubi a metallis diſſiti , & *ob ſenectutem , aut membrorum debilitatem , aut propter varios corporis morbos ab opere faciundo immunes , orationibus , ieiuniis , aliiſque divinis exercitationibus addicti degebant , iuſſu ſceleratiſſimi Maximini uno eodemque die capite truncati ſunt* in Palaeſtina ; interque ceteros *Iohannes quidam* , qui licet utroque lumine orbatus tantopere memoriae vi , & praeſtantia valuit , ut

*totos*

ego credo, non inepte. Sed quae ſequuntur in textu, et ver-

*totos divinae ſcripturae libros non in tabulis lapideis, quemadmodum ait divinus Apoſtolus, nec in membranis animalium, aut chartis ... verum in carneis cordis tabulis, in anima ſcilicet candida, & in puriſſimo mentis lumine perſcriptos habuerit. Adeo ut quoties vellet, interdum legis Moſaicae, interdum Prophetarum libros, nonnumquam ſacrae hiſtoriae loca, alias Evangelica, & Apoſtolorum ſcripta memoriter velut ex litterario quodam penu proferret*. Et huic tamen, multiplici confeſſionum, & certaminum gloria praeclaro, *alter pedum perinde ac ceteri caudente ferro debilitatus eſt, & oculi quoque licet lumine orbati, cauterio peruſti ſunt, crudelitate ſcilicet, & inhumanitate carnificum* ( Maximino iubente ) *ad id uſque feritatis, & diritatis progreſſa*. Sic Euſebius ipſe c. 13. de martyribus Palaeſtinae, deque Aegyptiis in aliena provincia glorioſa morte pro Chriſto perfunctis.

Longe vero maiori, ac infinito propemodum numero ſunt *Aegyptii, qui*, teſte eodem Euſebio l. VIII. H. E. c. 8. *domi martyrium perpeſſi ſunt. Illic enim viri prope innumerabiles cum uxoribus, & liberis pro Servatoris noſtri doctrina temporalem hanc vitam aſpernati, varia mortis genera ſuſtinuerunt: alii quidem μετὰ ξέσμους, καὶ στρεβλώσεις poſt ungulas, & fidiculas, poſt crudeliſſima verbera, & varios ipſo etiam dictu horrendos cruciatus flammis abſumti: alii vero πελάγει καταβρεχισθέντες in mare demerſi. Alii carnificibus capita ſua amputanda alacri animo praebuerunt. Nonnulli tormentis ipſis immortui; quidam fame conſumti. Alii denique in crucem acti; pars eo modo, quo malefici vulgo ſuffigi ſolent: pars atrocius capite deorſum verſo, clavis confixi, & vivi, eo uſque ſervati, quoad in ipſis patibulis fame interiiſſent*.

Huius tam variae, ac tam horrendae immanitatis ſpectacula altero, tertioque perſecutionis anno Diocletianus in Thebaide & Aegypto adverſus chriſtianos dederat; ſed poſt id temporis ad an. uſque octavum longe tetrius & horribilius, quam Diocletianus, in eos *Maximinus* deſaevlit. Nec mirum. *Quippe*, ut ait Euſebius c. 14. l. VIII. H. E., *impoſtorum & magorum principes ſummi honoris apicem apud eum obtinebant: cum ipſe ſupra modum meticuloſus eſſet, ac ſuperſtitioſus, & ſimulacrorum, ac daemonum vanitati imprimis deditus. Nihil certe aggredi nihil μέχρις ὄνυχος, ὡς εἰπεῖν ſummo, quod aiunt, digito commovere ſine vaticiniis, & oraculis audebat. Quam ob cauſſam acerbius, ac vehementius, quam οἱ πρόσθεν* SUPERIORES PRINCIPES, *perſequi noſtros inſtituit*. Tu cetera vide, quae narrat de templis deorum in univerſis urbibus partim erectis, partim vero reſtitutis, de *ſummis ſacerdotibus* in ſingulis provinciis multiplici, ut interpretatur Valeſius, honorum faſtu, pompaque exornatis, de *flaminibus* in oppidis, & municipiis ubique inſtitutis, de *hariolis* provinciarum adminiſtrationi *praefectis*, iiſque magnis privilegiorum largitionibus honeſtatis, de provinciis omnibus intolerandis pecuniarum exactionibus, iniquiſque condemnationibus vexatis atque oppreſſis, de immenſis opibus, nummorumque acervis in aſſentatores profuſis, ex paternis avitiſque bonis, quibus ingenuos quoſque locupleteſque viros, qua vi, qua fraude ſpoliaverat, de illius temulentiae foeditate, deque ipſius ebrietatis furoribus, de luxu ac deliciarum ſtudio, in quo ſe omnis nequitiae magiſtrum Rectoribus, ſub-

Digitized by Google

verſione iam edita pag. 178. lin. 16. & 17. errata ſunt . Quum

ſubditiſque ſuis praebuerat , de petulantis laſciviae habenis relaxatis militibus , de Praeſidum ac Ducum tyrannide , qua eos omni rapacitate , & avaritia in provinciales graſſari iuſſit ; nam ego , quae apud Euſebium ſequuntur , referre pergam . *Quid* , mox ille ſubdit , *quid dicam de foediſſima hominis libidine? Quid de innumerabilibus adulteriis ? Neque enim per ullam urbem iter umquam fecit , quin mulierum ſtupra , & virginum raptus in ea perpetraret . Atque haec ex voto ipſi ſucceſſeruut adverſus cunctos* , SOLIS EXCEPTIS CHRISTIANIS , QUI CALCATO MORTIS METU , TAM VIOLENTAM HOMINIS TYRANNIDEM DESPEXERUNT . *Nam & viri iguem ac ferrum , clavorum ſuffixioues , beſtias , profundos maris gurgites , membrorum abſciſsiones , ac peruſtiones , confixiones , ac effoſſiones oculorum , totius denique corporis mutilatlones , ad haec , famem , metalla , ac vincula perpeſſi , in his omnibus maluerunt pro vera pietate tolerantiae ſuae ſpecimeu edere , quam reiecto Dei cultu ſimulacra venerari . Et* MULIERES DOCTRINA VERAE FIDEI,NON MINUS QUAM VIRI ROBORATAE , ALIAE EADEM , QUAE VIRI CERTAMINA SUBIERUNT , ET AEQUALIA VIRTUTIS ADEPTAE SUNT PRAEMIA . ALIAE CUM RAPERENTUR AD STUPRUM , VITAM CITIUS , QUAM PUDOREM CORPORIS SUI PRODERE SUSTINUERUNT . *Certe unica mulier chriſtiana , Alexandrinarum omnium nobiliſſima , atque opulentiſſima , cum ceterae* ( quae ethnicae , ſcilicet & a ſancta religione noſtra alienae erant ) *a tyranno violatae fuiſſent , effuſam atque effrenatam Maximini libidinem virili quadam animi celſitudine devicit . Mulier tum ob ſplendorem generis , ac divitias , tum* OB SINGULAREM DOCTRINAM CELEBERRIMA ; *ſed quae modeſtiam , & pudicitiam his omnibus praeferebat . Quam cum tyrannus impius ſaepius interpellaſſet de ſtupro , κτεῖναι μὲν ἑτοίμως θνήσκειν ἔχουσαν obtruncare quidem illam , mori utique paratam , non ſuſtinuit , eo quod crudelitate ſuperior eſſet cupiditas . Ceterum bonis omnibus ſpoliatam exſilio damnavit* . Hanc *Dorotheam* appellat Rufinus , eamque uti *virginem Deo ſacratam* celebrat . Sunt qui admirabilem virginem , & mart. *Catharinam* eamdem cum Dorothea , quaſi binominem , fuiſſe putent , interque ceteros venerab. annalium parens Baronius ad an. 307. Aliter opinantur Bollandus ad diem 6. febr. Pagius , aliique . Conſule de his tum *Tillemont.* tom. v. M. Eccl. p. 447. & 761. adn. 6. tum etiam *Ruinartium* , cuius ſententia ad A. MM. sinc. p. 516. haec eſt . *Lis iſta abſque antiquis monumeutis dirimi non poteſt* . Utinam ea nobis inter Aegyptiaca fragmenta invenire ( quod vix tamen ſperare licet ) aliquando daretur ! Nunc id unum monemus , in liturgico libro *Theotochiar.* typis Sacr. Congr. de P. F. Romae edito 1764. p. 45. Aegyptios ex pervetuſto maiorum ſuorum ritu nomina invocare *ſanctarum virginum* CATERINE , *et* RIPSIME ; ſed tacito *Martyrum titulo* : ϯⲱⲃϩ ϣⲛⲓⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲕⲁⲧⲉⲣⲓⲛⲏ: ⲛⲉⲙ ϯⲁⲅⲓⲁ̀ ⲣⲓⲯⲓⲙⲏ. Hiſque accurate reſpondet Arabica interpretatio e regione poſita. Sed iam e diverticulo in viam.

Lactantius de mortibus perſecutor. c. 28. verba ſibi deeſſe teſtatur , quibus tam *caecam & effrenatam Maximini libidinem* exprimere queat . *Vincit* , inquit , *officium linguae ſceleris magnitudo* . Ceterum quae heic, & in ſequentibus de hoc publicae turpitudinis monſtro ſubiungit Lactantius , Euſebii dictis iam iam recitatis conſona omnino ſunt , & ubique paria .

Cave tu tamen , ne impia , & tyrannica quaedam Maximini geſta , de qui-

Quum enim totus in eo eſſem, ut in verbo ϭⲱ ⲓ litteram mediam e membrana avulſam ſupplerem, ⲥⲱϯ,
Mem-

quibus ſcribit Lactantius c. XXXVI. laudati libri, ad *Syriae*, & *Aegypti provincias* referas. Ea enim ſunt: *novo more* (Maximinus) SACERDOTES MAXIMOS *per ſingulas civitates ſingulos ex primoribus fecit, qui & ſacrificia per omnes Deos ſuos* (ideſt per omnium deorum ſuorum templa) *quotidie facerent, & veterum ſacerdotum miniſterio ſubnixe darent operam. Chriſtiani neque fabricarent, neque publice aut privatim colerent, ſed comprehenſos ſuo iure ad ſacrificia cogerent, vel indicibus offerrent. Parumque fuit, niſi etiam provinciis, & altiore dignitatis gradu ſingulos quaſi* PONTIFICES *ſuperponeret: & eos utroſque candidis chlamydibus ornatos iuſſit incedere.* Nam haec Lactantius Maximinum feciſſe narrat, non in Syria, & Aegypto, ſed in *novis Aſiae provinciis*, in quas poſt *Maximiani* mortem an. 311. quaſi heres ſucceſſerat. Hinc Tillemont. tom. 5. p. 108. in fine, *cet eſt vray pur l'Aſie. Car pour la Syrie, & l'Egypte, Euſebe ſemble les faire plus anciens de quelques annees.* Unde nec Valeſii adnotatio in hunc Euſebii locum, ubi Pontifices iſtos antiquiores ſcit, pugnat cum Lactantio, ut ut V.C. Lowth opinetur in criticis obſervationibus operi Euſebiano adiectis. Rem hanc apertius declarant Lactantii verba, quae mox ſequuntur: *Facere iam parabat* (Maximinus), *quae iamdudum in orientis partibus fecerat. Nam cum clementiam ſpecie tenus profiteretur occidi ſervos Dei vetuit, debilitari iuſſit. Itaque confeſſoribus effodiebantur oculi, amputabantur manus, pedes detruncabantur, nares vel auriculae ſecabantur.* Annon hinc liquido conſtat, Lactantium agere de indignis trucibuſque modis, quibus Maximinus tyrannus Aſiaticae eccleſiae fideles nuper affligere coepit, ſicut antea afflixerat Aegyptios, & Syros?

Ne vero quis cum Dodwello hoc loco abutatur ad numerum martyrum imminuendum, animadvertas velim, ideo Lactantium de ſolis mutilatis mentionem facere, quia Maximinus, ex quo illis *latronum* more vitam condonaſſet, *cuiuſdam clementiae* ſpeciem ſe in eos adhibuiſſe iactabat. Lactantius igitur, ut id *clementiae* genus in eo irrideat, reliquis tacitis illius immanitatis flagitiis, hoc unum, quod eſt de Aſiaticis Chriſtifidelibus tam turpi ac opprobrioſa mutilatione deformatis, commemorat. Ceterum ſi Maximinus, ut idem Lactant. ſub initium eiuſdem c. 36. diſerte ſcribit, *poſt foedus* in freto Chalcedonico cum Licinio an. 311. initum in novae acquiſitionis provinciis imperio ſuo nuper ſubactis, *fit qualis inSyria, & in Aegypto fuit*, quis umquam dubitare poterit, quin, praeter quorumdam mutilationem, ingentem quoque chriſtianorum numerum extremo ſupplicio, varioque mortis genere affecerit? Mirum enim eſt, teſte Euſebio, quam immenſam ſanctarum harum victimarum ſtragem horrendum monſtrum in Syria, & maxime in Thebaide, atque Aegypto ediderit?

Quid aliud parere poterat tanta, ac tam exſecrabilis impii huius tyranni ſuperſtitio, qua dapes ipſas quotidianas in regiis aedibus daemonibus conſecrari, & cuncta, quae in foro ad publicum populi alimentum venalia erant, impuris ſacrificiorum libationibus inſpergi praeceperat, ne quis chriſtianae gentis ab idolothytorum contaminatione immunis eſſet? Aut enim fame pereundum erat, aut diis litandum. Rem narrat Euſebius cap. IX. de MM. Palaeſt.

Hactenus infames Maximini mores ad annum uſque *octavum* perſecutionis vidimus. At annis *duobus* poſtremis internecivi belli ab ipſo ad noſtrorum exterminium redintegrati multo eum iniquioris, acerbioriſque ingenii fuiſſe paullo poſt intuebimur.

Memphiticum in mentem mihi venit, & hanc vocem ſic ⲥⲱ(ϯ)ⲓ, quaſi ⲥⲱⲧⲓ eſſet pro ⲥⲱⲧⲉ, deſcriptam prelo im-

ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲇⲓⲁⲇⲁⲅⲙⲁ (5) ⲉⲧⲁ//
ⲃⲏⲛⲧⲟⲩ : ⲭⲉⲕⲁⲥ ⲉⲩⲉⲁⲛⲁ//
ⲅⲕⲁⲍⲉ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲉϯⲡⲉⲩⲑⲩ//

ret, quo illi cogerentur ſacrificare Diis Imperatorum, & cultum tribuere idolis, quae ſunt

(5) ⲙ̀ⲡⲇⲓⲁⲇⲁⲅⲙⲁ : Edictum ſcilicet generalis perſecutionis in chriſtianos a Diocletiano editum enunciatur. Infra bis & tertio recte ſcribitur Διάταγμα; at heic corrupte, verſo T in Δ, διάδαγμα. *Edictum Regis* iuxta vulgatam noſtram ſignificat in ep. Paulli ad Hebr. cap. XI. v. 23. τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως, ܦܘܩܕܢܐ ܕܡܠܟܐ *praeceptum, mandatum Regis* in Syriaca verſione. In actis quoque Chaldaicis *S. Theodotae m.* apud doctiſſimum Praeſulem Evod. Aſſeman. P. II. p. 221. ſic legitur: *Theodota, dicebant delatores* (ad Praeſidem Agrippam) ܦܘܩܕܢܟ *edictum tuum parvi pendens Apollini litare detrectat*. Praeſes vero p. 224. ad Theodotam ait: ܠܢܡܘܣܐ *Legi imperatorum obtempera, et Apollini ſacrifica*. Attamen utraque *Chaldaica vox* et prior, et poſterior idem, quod ܦܘܩܕܢܐ Syriacum deſignare aptiſſime poteſt.

Hac voce διάταγμα frequentiſſime utitur Euſebius, ut lib. 8. capp. 16. προγράμμασι, καὶ διατάγμασι, & 17. βασιλικὰ διατάγματα, *imperialia edicta*: Itemque c. 9. de Martyrib. Palaeſtinae προγράμμασι, καὶ ἐπιστολαῖς, καὶ δημοσίοις διατάγμασι, & l. 9. c. 9. διατάγματι, c. 10. διαταγμάτων. Adde ex l. 1. de vita Conſtantini c. 59. νόμοις καὶ διατάγμασι βασιλικοῖς, atque etiam ex l. 2. c. 48. Κωνσταντίνου διάταγμα *de falſo cultu multorum deorum ad provinciales*. Quamquam ubi etiam aut, ὅρον aut πρόσταγμα, aut προγράμματα, aut γράμματα nominat, ibi Valeſius *edictum*, & *edicta* interpretetur, ſenſum, credo, magis, quam vim vocis in mente gerens.

Cl. *Pagius* epiſtolas Imperatorum ab eorum edictis nihil differre putavit. Sed longe aliter ſentiendum cenſuit Paullus Baudri in not. ad Lactantium de mortib. perſecutor. pag. 748. 754. adducto etiam exemplo Plinii ex l. 10. ep. 97. ad Traianum, ubi Plinius *edictum ſuum* de vetitis chriſtianorum *hetaeriis*, & *mandata* principis, ex quibus illud erat compoſitum, *mandata Traiani* appellat. Multis vir eruditiſſimus oſtendit, edicta Auguſtorum propria, & veluti peculiari nota diſcerni ex prolato *programmate*, ſive Praefecti praetorio, ſive ducis militiae, ſive praeſidis provinciae, quibus iuſſa principum *edicto* publicare commiſſum fuiſſet. Inde enim certi reddebantur populi de legitimis edictis *Imperatorum*, ut obſervat doctiſſimus Gisbertus Cuperus in eiſdem notis ad Lactant. p. 506. Nec unus Lactantius *programmatis* huius meminit; nam & Euſebius in recitatis locis, ut iam audivimus, eodem, ni fallor, conſilio, προγράμμασι cum διατάγμασι, ad publica edicta rigide ſignificanda, ſemel iterumque coniungit. Epiſtolae vero principum, ut idem *Baudri* ſcribit, unam veluti materiem, ex qua lau-

mendam dedi ; adeoque ⲉⲧⲣⲁⲥⲱ(†)ⲓ ⲇⲓⲁⲕⲟⲛ..
F f lati-

laudati iudices, & provinciarum Rectores edicta componerent, ſuppeditabant.

At non id ſemper factitatum arbitror. Nam audi quid Valeſius obſervet in illa verba epiſtolae *Maximini* ad *Sabinum Praefectum praetorio orientis* apud Euſeb. l. 9. cap. 9. *Porro ut hoc praeceptum Maieſtatis noſtrae univerſis provincialibus noſtris innoteſcat*, διατάγματι ὑπὸ σοῦ προτεθέντι τὸ κελευσμένον ὀφείλεις δηλῶσαι, *EDICTO abs te propoſito iuſſionem noſtram publicari curabis*. *Moris erat*, idem mox ſubdit Valeſius, *ut Praefecti praetorio, ſimul atque legem Imperatoris acceperant, edicto ſuo propoſito eam provincialibus publicarent. Et interdum quidem ipſam Imperatoris legem edicto ſuo praeponebant, ut notavit Iacobus Sirmondus in libro 2. propemtici c. 2. Interdum vero legis mentione facta, edictum ſuum proponebant. Sic certe Sabinus Praefectus praetorio feciſſe dicitur in cap.* 10. *huius libri*, ( ubi in edit. Auguſtae Taurinor., qua utor, legendum eſt, c. 1., nihil enim in c. illo 10. de Sabino legitur. ) Ac certe exemplum quod Valeſius contra Rufini interpretationem commemorat, eſt edictum Maximiani Galerii ſub vitae ſuae finem pro chriſtianis editum an. 311. De illo, ait in adnot. ad cap. 1. l. IX. *partim igitur pudore*, & *verecundia*, *partim prae indignatione*, *Maximinus eam* ( Galerii ) *conſtitutionem ſuppreſſit*. *Sabinus vero in epiſtola ſua ad praeſides provinciarum, levem dumtaxat mentionem fecit eius* conſtitutionis, ut *Maximino morem gereret*. Sed redeamus ad ante laudatum Valeſii locum, ubi & haec mox ſubiicere pergit: *Porro fatendum eſt, leges Imperatorum, ut plurimum ante latas fuiſſe edictis Praefectorum praetorio. Cuius rei illuſtre exemplum habemus in collatione Carthaginenſi, ubi poſt recitatam epiſtolam Imperatorum ad Marcellinum tribunum & notarium, iubetur recitari EDICTUM Marcellini .... Idem etiam de epiſtolis Imperatorum ſentiendum eſt, quas magiſtratus ſemper ſuis iuſſionibus praeponebant. Sic Himerius rationalis Aegypti in epiſtola ad praepoſitum Mareotae, quam refert Athanaſius in Apologia* .... De *epiſtola* vero a Maximino ad Sabinum ſcripta anno 312. deque poſtremo illius *edicto* pro chriſtiana religione an. 313. ſub vitae ſuae finem ſermonem Valeſius ipſe inſtituens adnot. 3. in *exemplum* eiuſdem edicti ab Euſebio c. 10. l. IX. producti; *Porro*, inquit, *inter epiſtolas & edicta Imperatorum hoc praecipuum diſcrimen eſt, quod EPISTOLAE quidem nomen eorum, ad quos miſſae ſunt, adſcriptum habent; cum edicta omnes generaliter alloquantur. Et edicta quidem publice proponuntur: epiſtolae vero offeruntur eis ad quos miſſae ſunt, ut legitur in geſtis purgationis Caeciliani: nec proponi ſolent, niſi nominatim additum ſit in fine epiſtolae: PROPONATUR*. Huius additionis exempla retulerat Valeſius tum ad c. 13. l. 4. H.E. Euſebii ex verbis illis adiectis epiſtolae *Antonini* Imp. *pro religione* noſtra: προτεθῇ ἐν Ἐφέσῳ ἐν τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας, *Propoſita Epheſi in publico conventu*, perinde atque ex legibus aliquot cod. Theodoſiani, quibus *additur* P.P. *Romae*, *aut Carthagine*, nota ſcilicet indicans *illam Imperatoris legem propoſitam eſſe in ea civitate*; tum *ex Novellis aliquot Valentiniani*, & *Maioriani*, tum denique ex epiſtola 51. Iuliani, *in cuius calce ſcriptum eſt*: προτεθήτω τοῖς ἡμετέροις πολίταις Ἀλεξανδρεῦσι, poſtquam emendatum ſimul dederat errorem Euſebii, qui eam epiſtolam ad commune Aſiae a *Marco Aurelio* ſcriptam tribuit *Antonino Pio*;

etſi

latine reddidi : *ut ſalvem Diaconum* . Nunc vero actorum arche-

etſi huius etiam reſcripti meminerit in ſua illa epiſtola *Marcus* . *Denique in epiſtolis nomen dumtaxat* Imperatoria cum pauciſſimis titulis *praefigitur* : *In* edictis *vero omnes tituli nullo omiſſo* , *diligenter* , *& ambitioſe ponuntur* . At ſive epiſtolae , ſive etiam edicta ipſa eſſent , quae ad Praef. praetorio , vel ad Praeſides ab Imperatoribus mittebantur , numquam ſine proprio illorum *programmate* in provinciis publicabantur .

Edictum vero de quo loquitur fragmentum noſtrum Thebaicum, *quartum* eſt a Diocletiano editum ſub initium , ut iam non ſemel innuimus , an. 304. Nam ex *tribus* , quae an ſuperiori 303. *inſtigante Galerio* , contra chriſtianam religionem *Nicomediae* ediderat , I. erat de diruendis ad ſolum uſque eccleſiis , deque ſacris tradendis cremandiſque *ſcripturis* : II. de Antiſtibus eccleſiarum una cum Presbyteris , Diaconis , Lectoribus , & Exorciſtis ubicumque in vincula coniiciendis : III. quo praecipiebatur , Teſte Euſeb. l. 8. H. E. c. 6. ut carceribus incluſi , ſiquidem diis ſacrificaſſent , liberi abire ſinerentur ; erant enim carceres ſacris ipſis eccleſiarum adminiſtris adeo pleni , ut illis , qui *ob crimina* damnati eſſent , nullus amplius ſupereſſet locus ; ſi vero ſacrificare renuerent , tormentis graviſſimis ad necem uſque excruciarentur . At nullum hactenus hoſtile claſſicum adverſus totum chriſtianum orbem, cunctoſque divinae religionis noſtrae cultores intonuerat. Hoc unum deerat *generalis perſecutionis* edictum , quod tandem Diocletianus , incredibili aſtu , atque perfidia , maiorem in modum urgente Galerio , primis Ianuarii diebus , ante epiphaniam exorientis anni 304. , in Thracia emiſit , & ad ultimos uſque totius Romani imperii fines promulgari iuſſit . Hanc epocham dat Tillemont. not. xx. in hiſtor. huius perſecutionis , ubi Euſebium, qui eam cap. 2. de martyribus Palaeſt. poſt aprilem huius an. 304. paullo tardius ſtatuere videtur , interpretatur de aeſtu maiori , quo perſecutio , eo anno ſecundo , uberiori pabulo ex hoc edicto accepto, vehementius exarſit . Hoc autem , *καθολικῷ προστάγματι* , *univerſali praecepto* , ut ibidem ait Euſeb. , *iubebatur*, *ut omnes ubique locorum* , *ac gentium publice IDOLIS ſacrificia* , *ac libationes offerrent* , ut ita non uni modo aut Epiſcopi, aut Presbyteri , aut Diaconi, aut alii quivis clericali munere inſigniti, ſed laici ipſi , qui Chriſti Dei nomen , & fidem profiterentur , ſive mares , ſive feminae cuiuſcumque aetatis, ordinis , & conditionis eſſent , domini , ſervi , milites , & ſacrae inprimis virgines , aſcetaeque viri , ad unum omnes aut diis ſacrificare , aut exquiſitis ſuppliciis excruciari, & mortem denique ipſam ſubire cogerentur . Totum proinde Romanum imperium ab ortu ad occaſum, Diocletiani, ac duorum Maximianorum Herculii , & Galerii furoribus, eo funeſto edicto, obiectum eſt . Nam etſi edictum illud eſſet *communi* , uti ſcribit Lactantius de mort. perſ., *titulo*, praefixo ſcilicet *quatuor* omnium *Imperatorum* nomine , uno tamen excepto Conſtantio Chloro , qui in Galliis , mitis ſemper & clemens , quantum ei licuit , chriſtianae religioni favit , ceteri *tres* , tamquam ferociſſimae belluae, Africam, Hiſpaniam , Italiam , Romam , Illyricum , Aſiam , Syriam, Aegyptum , & orientem omnem tum per ſe ipſi, tum immanium adminiſtrorum opera , totis viribus certatim dilaniare aggreſſi ſunt : Sicque univerſus pene terrarum orbis Martyrum ſanguine ubique perfuſus eſt .

De hoc praeſertim Diocletiani edicto ,

Digitized by Google

chetypo accuratius recognito, video me duplici errore captum



ⲥⲓⲁϩⲉ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛ̀ⲛⲣⲣⲱⲟⲩ (6) ⲁⲩⲱ ⲟⲛ ⲉϣⲁⲉϣⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲓϫⲱⲗⲟⲛ ⲉⲧϩⲙ̀ ⲕⲁϩ ⲛ̀ⲕⲏⲙⲉ ⲛⲉⲧϩⲛ̀

in terra Aegypti, & in univerſo regno, perinde atque in Syria.

ſto, quo fatale exterminium toti omnino chriſtianiae genti indicebatur, intelligit Tillemontius illa *magni Conſtantini* verba apud Euſeb. lib. 2. de ipſius vita cap. 51.: *Ille, qui inter Imperatores potiorem locum tunc tenebat . . . . . . . gladios ad punienda crimina paratos, adverſus ſanctitatem omni reprehenſione vacuam diſtrinxit. Statim igitur* διατάγματα λύθρων μιαιφόνοις ὡς ἐιπῖν ἀκωκαῖς συνέταττε, *ſanguinolenta edicta, cruentis, ut ita dixerim, mucronibus ſcripſit: & iudicibus praecepit, ut ingenii ſolertiam ſibi a natura inſitam, ad acerbiora ſupplicia exeogitanda intenderent.* Iſtud eſt, quod Diocletianus ipſe in *univerſa Aegypto*, & in *Syria publicari* iuſſit. Atque hoc unum, tamquam funeſtae *perſecutionis* generale incendium, ceteris praetermiſſis, Thebaeus ſcriptor, iiſdem fere verbis, quibus Lactantius, & Euſebius, nobis ſpectandum exhibet.

(6) ⲛ̀ⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛ̀ⲛⲣⲟⲟⲩ.

De *diis Imperatorum*, quibus in ſuo illo edicto gentes omnes ſacrificia offerre coegerit Diocletianus, nec Lactantius, nec Euſebius meminit. Quoties enim aut hi, aut alii ſcriptores regium hoc Diocletiani praeceptum commemorant, hoc tantum affirmant, iuſſum ab eo fuiſſe, ut *omnes diis*, ſive *idolis* publice ſacrificarent. Unus eſt Thebaici huius fragmenti ſcriptor, qui peculiarem hanc locutionem de *diis Imperatorum* in Diocletiani edicto expreſſe retulerit. Nec dubito, quin ita lectum fuerit in eo edicti exemplo, quod in Aegypto publicatum fuerat. Iam ſi huius rei cauſſam paulliſper quaerere ſuſcipiam, non aliam ea probabiliorem, quam quae ex avitis Romani imperii moribus, & inſtitutis manarit, inveniri a me poſſe intelligo. Ac ethnici quidem Romanorum Imperatores vixdum exterarum gentium provincias ſive bello, ſive deditione in poteſtatem ſuam redegerant, non ſolum leges, & iura civilia, immo et domeſticae linguae praecepta ſubiugatis populis dabant, ſed etiam deorum ſuorum cultum, ac religionem imperabant. Si quos tamen patrios, propriosque haberent, hos illis tantummodo permittebant, nec inter legitimos recenſebant, niſi eſſent Romani Senatus auctoritate recepti. *Vetus erat decretum, ne quis Deus ab Imperatore conſecraretur, niſi a Senatu probatus. Scit M. Aemilius de Deo ſuo Alburno*, ait Tertullianus in Apologetico ab Euſebio laudatus l. 1. H. E. cap. 2. Hinc idololatriam ab Imperatoribus, aliiſque Romanis ducibus in Africam invectam SS. Parens Auguſtinus tom. v. ſerm. 24. *Romanam* appellat. *Quomodo Roma, ſic & Carthago . . . Advertite in libris ipſis gentium . . . & videte, quia illi* (Romani), *& iſti* (Carthaginenſes) *dii Romani vocantur, Et quando chriſtiani cogebantur, frementi impetu paganorum, ut eos adorarent, & recuſantes, eorum ſaevitiam uſque ad ſanguinis effuſionem ſuſtinebant, ea videbatur tota culpa Martyrum, quorum fundebatur ſanguis,*

quia

ptum peccaſſe. Litteram enim 6, incogitanter verti in c, & ter-

*quia DEOS ROMANOS adorare nolebant, quia caerimonias erga DEOS Romanos reſpuebant, quia Romauis Diis nou ſupplicabant; & totus impetus, tota invidia non fiebat, niſi de nomine Deorum Romanorum . . . Dii Romani, Dii Romaui, Dii Romaui.*

Aegyptii Deos ſuos *maiores*, quos colerent, habebant. Hi primi fuerunt, qui, teſte Herodoto l. 11. 4. *cognomina* XII. *Deorum*, quae *Graeci ab illis mutuati ſunt*, adhibere coeperunt. Romani quoque Deos maiores XII. numerarunt. Eos *Ennius* hoc diſticho complexus eſt:

*Iuno, Veſta, Minerva, Ceres,*
*Diana, Venus, Mars*
*Mercurius, Iovis, Neptunus,*
*Vulcanus, Apollo.*

Hos etiam Deos *conſentes*, & ſummi Iovis *conſiliarios* appellant, quos & *ſervatores* vocat *Martiauus Capella* de nuptiis philologiae lib. 1.

Mitto quae de triplici Deorum Aegyptiorum ordine ab Herodoto primum tradito, ſed a *Diodoro* Siculo, & *Manethone*, aliiſque dein in nominibus ipſis Deorum turbato vel ex inſcitia interpretum Graecorum, quos *Pſammeticus*, in Aegypto inſtituit, vel ex eorum etiam Graecorum placitis, qui poſt Alexandrum magnum ſcripſerunt, Iablonskius in prologomen. ad Pantheon a §. 28. ad §. uſque 32. diſſerit. Ibi tu ea vide.

Ex hiſce vero antiquiſſimis Aegyptiorum Diis non dubito, quin Romani maiores Deos ſuos acceperint, quos tamen novis in dies fabularum commentis mirifice involutos magna ex parte in alios, ut Graeci, transformarint. Nam & hi totidem numerabant in *primo ordine* maiores Deos, quot in *ſecundo ordine* habebant Aegyptii. Sed illis ſubinde alios *octo* adſcititios, qui pari numero *octo primi ordinis* Aegyptiorum Diis reſpondebant, addiderunt. Verum apud Herodotum *Pan* & *Latona* ſunt ex primoribus *octo* Aegyptiorum Diis: *Hercules ex iis, qui ſecundi, numero duodecim: Bacchus* (Διονύσιος ſive *Oſiris*) *ex iis, qui tertii, dicuntur, qui facti ſunt ex illis duodecim*; etſi quod hele de Oſiride dicitur *non de dignitate, & bonore, quo apud Aegyptios* princeps ſemper *fuit*, ſed de *ordine temporis, quo placuit ſacerdotibus novum aliquod ſymbolum ſolis, ſub nomine* Oſiridis *conſecrare*, intelligi debere, Iablonskius contendit in laud. prolegom. §. XXXI. Quin & *Neptunum* Aegyptii, ut Herodotus ipſe teſtatur, penitus ignorabant. Nihilo tamen minus qualeſcumque hi eſſent Aegyptiorum Dii tamquam exteri, & peregrini a Romanis cenſebantur, quamdiu non eſſent auctoritate Senatus recepti, & adprobati.

Verum eo inſaniae pervenit impietas Aegyptiorum, ut & *beſtias* tamquam vivas Deorum imagines adorarint. Haec illa eſt idololatria, qua, teſte Auguſtino lib. de baptiſmo contra Petilian. c. 4. nulla *ignominioſior* cogitari poteſt. Nec his contenti, earumdem beſtiarum animaliumque ſimulacra effinxerunt. Unde idem ipſe magnus Epiſcopus ſer. 197. de kal. ianuarii, *non eſt maior*, inquit, *& ſuperſtitioſior idololatria Aegyptiorum. Nam Aegyptus perfundit mundum figmentis talibus . . . Numquid enim, fratres, in aliis templis vidiſtis ſimulacrum capite canino, vel taurino, ceterorumque animalium figmenta?* Quodque heic appellat ſimulacrum *canino* capite effictum, teſte S. Athanaſio Or. cont. Gentes idem eſt ac Κυνοκέφαλος Ανȣβις, *Cynocephalus Anubis*, aut *Mercurius* Aegyptiorum Deus, individuus comes

Digitized by Google

& tertiam deficientem in ϭⲱ ⲓ ſupplevi per (ϯ), quod ta-

comes Iſidis, & Oſiridis. Hunc enim SS. Doctor iure exprobrat Romanis l. 2. de C. D. c. 14. quod tandem eum inter Deos ſuos colendum receperint. Idque etiam doluit Tertullianus in Aelogetico, ubi ſic Romanos alloquitur: *Serapidem, & Iſidem, & Harpocratem cum ſuo Cynocephalo Capitolio prohibitos inferre, ideſt, curia Deorum pulſos, Piſo, & Gabinius Coſſ. abdicaverunt. His vos reſtitutis ſupremam maieſtatem deorum contuliſtis*. Sacra haec Aegyptiorum, quae Tullii Cic. aetate reiecta fuerant, tandem recepta ſunt Romae Imperatore *Commodo*, qui teſte Aelio Lampridio in eius vita c. 9., *ſacra Iſidis coluit, ut & caput* (more Aegyptiorum ſacerdotum) *raderet & Anubim* (in Iſiacis pompis) *portaret*. Unde & *Lucanus* cecinit:

*Nos in templa tuam Romana accepimus Iſim,*
*Semicaneſque Deos, & ſiſtra moventia luctum.*

Imperaror vero Diocletianus, ne eam ſaltem tam monſtroſae, ignominioſaeque ſuperſtitionis partem, quae animalia, ac beſtias ipſas viventes tamquam numina coli apud Aegyptios praecipiebat, ſua quoque auctoritate approbaſſe videretur, in edicto perſecutionis ad eos miſſo, conſulto, ut ego quidem opinor, exprimere voluit:

ⲛ̀ⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛ̀ⲛⲣⲟⲟⲩ *Deos* nempe *Imperatorum*, ut eos ſacrificiorum honore ſe afficere neceſſario debere ſcirent.

At vero dum Imperatores in impiis eorum edictis iubebant chriſtianis, ut *Deos ſuos* adorarent, eos praeſertim, mea quidem ſententia, deſignabant, qui tamquam Romani imperii fundatores habebantur, illiuſque putabantur ſalutis, & felicitatis conſervatores. Sic eorum mentem exponit, *Aemilianus Praefectus* Auguſtalis in colloquio habito cum ſancto *Dionyſio* Epiſcopo Alexandr. apud Euſeb. l. 7. H. E. c. 11. *Aemilianus dixit. Non ſolum ſcripto, ſed etiam viva voce vobiſcum diſſerui de humanitate principum noſtrorum, qua illi erga vos utuntur*; (non unum enim Dionyſium, ſed & ſocios qui cum eo plures erant, alloquitur;) *Vobis poteſtatem fecerunt ſalutis veſtrae retinendae, dummodo .... DEOS IMPERII ILLORUM CUSTODES adorare velitis .... Dionyſius reſpondit. Non omnes ab omnibus coluntur Dii: ſed eos ſinguli colunt, quos arbitrantur Deos*; (id quod in Aegypto paſſim contingere norat Dionyſius in delectu deorum beſtiarum;) *Nos quidem unum Deum omnium rerum opificem qui Valeriano, & Gallieno* θεοφιλεστάτοις *ſacratiſſimis* (ut vertit Valeſius) *Imperatoribus imperium tradidit, colimus, & adoramus. Huic continuas preces offerimus pro imperio illorum ... Aemilianus Praefectus iterum dixit. Quis vero vos prohibet, quo minus et hunc, ſiquidem Deus eſt, cum iis, qui* κατὰ φύσιν *natura Dii ſunt, adoretis? Deos enim colere iuſſi eſtis: eoſque, quos cuncti norunt Deos. Dionyſius reſpondit: Nos alium non adoramus*. Hanc eamdem fuiſſe Imperatorum mentem in *Deorum* cultu praecipiendo, Sabinus Praefectus praetorio orientis in ſuo illo edicto, Maximini inſtigatione, ad praeſides provinciarum miſſo an. 311. haud obſcure ſignificat. Edicti verba accipe ex c. 1. l. IX. Euſebii, ubi perinde atque c. 3. hiſtoriam habebis, tum de *ſimulacro Iovis Philii* ab infami, & exſecrabili ſycophanta *Theothecno* magicis ritibus in urbe Antiochia nuper erecto, & conſecrato, tum de falſis oraculis recenti huic Deo tributis; quibus eum *iuſſiſſe* fingit, & bardo Maximino facile perſuadet, *ut chriſtiani, quippe qui hoſtes ſui eſſent, urbe, omnique territorio pellerentur*.

Quid

Digitized by Google

tamen, ut Thebaicum ⲥⲟⲩⲧⲉ eſſet,ſuppleri debebat per ⲧⲉ.

Ita-

Quid multa ? Maximinus ipſe in Latina epiſtola, qua reſpondit decretis civitatum adverſus chriſtianos, in *tabula aenea Tyri* propoſita, & ab eodem Euſebio c. VII. l. IX. in Graecum ſermonem tranſlata, quinam hi eſſent *Dii immortales*, quibus integer cultus, & ſacrificiorum religio deberetur, aperte declarat. *Ubi primum*, Tyros alloquens inter cetera inquit, ( *civitas veſtra* ) *ſenſit, homines deteſtandae vanitatis* ( ideſt, chriſtianos ) *iterum ſerpere coepiſſe*, ( poſt edictum a Maximiano Galerio pro eis paullo ante editum ).... *confeſtim ad noſtram tamquam ad totius religionis metropolim confugit, remedium aliquod, & ſubſidium efflagitans. Quod quidem ſalubre conſilium, vobis ob fidem pietatis veſtrae a Diis immortalibus ſuggeſtum eſſe, non dubium eſt. Scilicet ALTISSIMUS ILLE, ET MAXIMUS IUPITER, qui clariſſimae civitati veſtrae praeſidet, qui patrios veſtros Deos, qui uxores, & liberos, qui penates, & demos ab omhi peſte, atque exitio ſervat incolumes, veſtris mentibus hanc ſalutarem iniecit cogitationem ... Laetentur inpoſterum cuncti, quod veſtram pietatem, & ſacrificia, & cultum deorum, numen fortiſſimi, & potentiſſimi MARTIS placatum eſt ... Quod ſi qui* ( chriſtianorum ſcilicet ) *in deteſtando vanitatis ſuae errore adhuc perſtant, ii quam longiſſime a veſtra urbe & territorio ſecluſi, ſicut petiſtis* ( ex ipſius nempe tyranni ſuggeſtione Tyriis ipſis per improbos homines clam ante inſinuata) *abigantur: ut hoc pacto civitas veſtra ... pro inſito ſibi affectu cum debita veneratione Deorum immortalium ἱεροῖς ſacrificiis inſerviat*. Hae vero *Maximini* litterae non in una tantum urbe Tyro, ſed *in omnibus provinciis adverſus nos*, ut idem mox addit Euſebius, *propoſitae* ſunt.

Nec alios certe Deos *Diocletianum & Maximianum* Galerium in edictis, quae in perſecutionis exordio protulerant, intellexiſſe, Maximinus ipſe diſſerte teſtatur apud Euſeb. eodem lib. IX. cap. 9. Is enim, poſtquam *legem ſecundam pro chriſtianis* a Conſtantino & Licinio an. 313. *Mediolani* latam acceperat, quum eam *metu potentiorum, qui iuſſerant, ſupprimere non auderet, epiſtolam* & ipſe pro chriſtianis *veluti ſuopte motu, & ex propria auctoritate conſcriptam ad praeſides imperii ſui, neceſſitate adactus, direxit; ea, quae numquam antea feciſſet, ipſe contra ſe ſimulate confingens*. Hanc epiſtolam ad Sabinum P. Pr. datam ſic exorditur: *& gravitati tuae, & cunctis mortalibus notum eſſe arbitror, qualiter Domini ac parentes noſtri DIOCLETIANUS, ET MAXIMIANUS, cum cunctos fere homines relicto Deorum immortalium cultu ad chriſtianorum ſectam ſe applicuiſſe cernerent, recte, atque ordine conſtituerunt, ut quicumque A DEORUM SUORUM RELIGIONE deſciviſſent, publica animadverſione, & ſupplicio ad eorumdem cultum revocarentur* ... Et pluribus, quae ad petitionem *Nicomediae*, aliarumque civitatum de chriſtianis expellendis ſpectant, interiectis: *Quando*, ſubiungit, *ita obſervatum fuiſſet a cunctis retro Imperatoribus; Diis quoque immortalibus per quos genus humanum, & reipublicae permanet ſtatus, placuiſſet, me quoque huiuſmodi petitionem de cultu DEORUM ſuorum ad me attuliſſent, confirmaturum*. En denique *Iupiter*, *Mars*, aliique Dii Romani imperii ſtatores, quos Diocletianus ut *ſuos* appellabat, ſic etiam *Deos Imperatorum* dici iuſſit in edicto perſecutionis apud Aegyptios publicato. Quin & eodem nomine, ut mox intelliges, ⲁⲛⲇⲁ

ⲁⲧⲉ

Itaque mendoſam vocem ⲥⲱ(ϯ)ⲓ mecum corrige, & lege: ϭⲱⲙⲓ,

ⲧⲉⲣⲙⲛ̀ ⲧⲧⲉⲣⲟ (7) ⲧⲏⲣⲥ ⲙⲛ̀

ⲧⲧⲉ ⲛ̀ⲛ̀ⲣⲟⲟⲩ, *Dii Imperatorum* vocantur in eo etiam edicto, quod *Culcianus* tamquam Praefectus Auguſtalis ad perſecutionem inſtaurandam Maximini iuſſu Alexandriae propoſuit.

(7) ⲁⲩⲱ ⲟⲛ ⲉϥϣⲙ̀ϣⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲓⲇⲱⲗⲟⲛ ⲉⲧϩⲙ̀ ⲡⲕⲁϩ ⲛ̀ⲕⲏⲙⲉ ⲛⲉⲧϩⲛ̀ ⲧⲉϥ ⲙⲛ̀ⲧⲉⲣⲟ ⲧⲏⲣⲥ : *Et ut etiam cultum deferrent idolis quae ſunt in terra Aegypti, & in regno eius univerſo*. Praeter ſacrificia Diis Imperatorum offerenda, *cultum etiam idolorum*, quaſi quid a ſacrificiis diſtinctum, Diocletianus in ſuo illo perſecutionis edicto apud Aegyptios propoſito iuſſiſſe videtur. Id enim eſt, quod Thebaicum verbum ϣⲙ̀ϣⲉ deſignat. Nam etſi paſſim *miniſtrare* ſignificet, heic tamen idem ſonat ac Memphiticum ϣⲉⲙ̀ϣⲓ Exod. III. 12., & Danielis III. 12. 14. 17. 18. λατρεύειν, *colere*, *adorare*, *ſervire*. Ac profecto *Euſebius* ipſe de Martyribus Palaeſtinae c. 3. In *generali* illo Diocletiani edicto praeceptum de ſacris τοῖς εἰδώλοις faciundis explicate commemorat. Haec vero *Idola* non erant ſimulacra *viva beſtiarum*, quas gentilium Aegyptiorum populi pro ſuo quique *delectu* colebant. Has enim in templis, adytiſque ſacris ſacerdotes nutriebant; eaſque in elegantibus ornatiſque loculis aureis velaminibus tectas ſervabant; adeout, quoties earum oſtenſio accedentibus adoratoribus fieri deberet, ſacerdotes ipſi recitata prius Aegyptiaca lingua cantione, deinde velo parumper reducto, eas viventes, ut erant, in conſpectum populi darent. Rem narrat, αὐτόπτης ſcriptor Clemens Alexandrinus; ubi ſacram *crocodili*, *ſerpentis*, *feliſque* oſtenſionem eo ritu factam lepide irridendo deſcribit.

Accipe, dum tibi volupe ſit, verba Clementis ex lib. III. Paedagogi cap. 2. *Templa* ( Aegyptiorum ) *eorumque porticus., veſtibula, ac luci magnifice inſtructi, eorumque atria multis columnis cincta ſunt : parietes autem lapidibus externis, & artificioſe depictis reſplendent, ita ut nihil deſit : aedes autem, auro, argento, & electro collucent, & ex India ac Aethiopia variis fulgent lapillis* : τὰ δὲ ἄδυτα *adyta vero inſertis auro obumbrantur peplis. Sed ſi penetralia ſepti ſubieris, & ad eius, quod eſt praeſtantius, ſpectaculum properans, imaginem, quae templum habitat, quaeſieris*, παστοφόρος *ſacerdos quiſpiam ex iis, qui in templo ſacrificant*, σεμνὸν δεδορκὼς, παιᾶνα τῇ αἰγυπτίων ᾄδων γλώσσῃ. *gravi vultu aſpiciens, & Aegyptiorum lingua Paeanem* ( hymnumve in deum ) *concinens, cum veli aliquantum contraxerit tamquam Deum oſtenſurus, magnam ſuppeditat occaſionem irridendi numinis. Neque enim intus invenitur Deus, qui quaerebatur, ad quem feſtinabamus, ſed* αἴλουρος δὲ, ἢ κροκόδειλος, ἢ αὐτόχθων ὄφις, *felis. vel crocodilus, vel ſerpens indigena, vel aliqua eiuſmodi bellua, quae templo quidem eſt indigna, ſed antro, ſpelunca, aut coeno digniſſima. Apparet Deus Aegyptiorum, bellua quae ſuper ſtragulam purpuream volutatur.*

Si

ϭⲱⲧⲓ, ubi in prototypo eſt mutilata ϭⲱ ⲓ; licet pars tantum ſuperior τῦ ι gemino puncto diſtincta ſuperſit. Sed ϭⲱⲧⲓ undenam erit? Ex verbo, inquam ego Theb. ϭⲱ, ma-

## ⲛ̄ⲉϣⲟⲟⲛ ϩⲛ̄ ⲧⲥⲩⲣⲓⲁ: (8)

Similia tradidit Diodorus Sic Bib.l.1.,ut iam ad eumdem Clementis locum obſervavit egregius adnotator Io.Potterus. *Templa quidem pulcherrima, ſi vero intus Deum quaeſiveris, aut ſimia eſt, aut ibis, aut hircus, aut felis.* Idem & Origenes lib. 6. cont. Celſum, ubi haec ſcribit: *Aegyptiis quoque, quamvis ſuperius contra errorem taxaverit Celſus, quod intra ornatiſſimos templorum ſuorum* περιβόλυς *ambitus nihil ſacrorum aſſervent praeter ſimias, crocodilos, capras, aſpidas, ſimileſque beſtias.*

Idola ergo in Diocletiani edicto indicata alia non erant, quam imagines, & ſimulacra muta Romanorum Deorum, quae iamdiu ante, ac nuper etiam fuerant ab Imperatoribus, eorumque adminiſtris publico nationis cultui in tota Aegypto expoſita. Et quoniam ⲕⲏⲙⲉ nomine vulgo intelligi conſueverat una *inferior* Aegyptus, quae toto Δ *delta*, a finibus Mempheos ad mare uſque continebatur, in edicto generica nuncupatione *Aegyptus* dicitur, ut & *inferior*, & *ſuperior* inſinuetur. Quae quidem Aegypti diviſio tametſi adeo antiqua ſit, ut & illius mentio fiat cap. 8. v. 3. *Tobiae*: εἰς τὰ ἀνώτατα Αἰγύπτυ, *in partes ſuperioris Aegypti*: in Romana tamen eaque vetere inſcriptione, quam adfert interpres, & adnotator Valeſius ad caput 9. lib. IX. H. E. Euſebii, *Aegyptus* comiti orientis ab initio ſubiecta, deinde inter ipſius orientis provincias connumerata, abſolute ſumitur pro toto ambitu regionum, quas Nilus alluit ab ipſo fui in eas meridionali ingreſſu ad exitum uſque ſeptemtrionalem in mare. Eoque pacto intelligenda eſt ea Diocletianei edicti locutio, de colendis *idolis in terra Aegypti, & in toto illius regno* poſitis, ut ita & *Thebais*, & *Libya* ſub uno Aegypti regni nomine comprehendatur. Hinc Euſebius c. 13. de Mart. Palaeſt. *Huiuſmodi*, inquit, *noſtri temporis perſecutio fuit; quae cum ab everſione eccleſiarum ſumſiſſet initium, poſtmodum ſubſecutis vario tempore rectorum infeſtationibus, longe ulterius progreſſa eſt. In quibus varia omnis generis certamina eorum, qui pro pietate fortiter pugnaverunt, INNUMERABILES IN SINGULIS PROVINCIIS MARTYRES praeſtiterunt; IN LIBYA SCILICET, ET PER UNIVERSAM AEGYPTUM; ac Syriam*; ubi *per univerſam Aegyptum* ipſa quoque *Thebais*, ſic monente Tillem. tom.v. Mem.Eccl. p.mihi 781. intelligenda eſt. Ob eam vero cauſſam non tantum Euſebius, verum etiam Lactantius, & hoc noſtrum Thebaicum fragmentum *Syriam* in hac perſecutione cum *Aegypto* coniungunt, quod par fuerit in chriſtianos utriuſque provinciae incolas furentium principum impetus, par, inquam, & Diocletiani, & Maximini inprimis ſcelerata crudelitas.

(8) ⲙⲛ̄ ⲛⲉϣⲟⲟⲛ ϩⲛ̄ ⲧⲥⲩⲣⲓⲁ *&* (idolis) *quae ſunt in Syria*. Sat non fuit Diocletiano Aegyptios cogere ad honorem ſacrificiorum his tantum *idolis*, quae in eorum aut urbibus,

*manere*, et affixo pronomine ⲉⲓ me ϭⲱ tamen cognatum etiam

Gg

Ⲁϥⲧ̀ⲛⲛⲟⲟⲩ ⲛⲟⲩϩⲩⲅⲉ=ⲙⲱⲛ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲣⲁⲕⲟϯ ⲉⲡⲉϥ=ⲣⲁⲛ ⲡⲉ ⲕⲟⲩⲗⲕⲓⲁⲛⲟⲥ : (9) ⲛ̀=ⲧⲉⲣⲉϥⲓ ⲇⲉ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲣⲁⲕⲟⲧⲉ ⲁϥⲧⲱⲱϭⲉ ⲙ̀ⲡⲇⲓⲁⲧⲁⲅⲙⲁ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲧⲃⲏⲏⲧⲟⲩ

Ⲧⲟⲧⲉ ⲁϥⲥⲱⲟⲩϩ ⲛ̀ϭⲓⲡ=ⲙⲏⲏϣⲉ ⲧⲏⲣ̀ϥ ⲛ̀ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙⲛ̀

Miſſus eſt Alexandriam Praeſes, cuius nomen CULCIANUS. Quum autem ingreſſus is eſſet Alexandriam, edictum in eos promulgavit.

Tunc congregati ſunt populus omnis civitatis, & magiſtratus (aut primo

bus, aut oppidis erant, tribuendum, voluit praeterea, ut illa quoque Deorum ſuorum ſimulacra, quae in *Syria exſtabant*, colerent, & adorarent. Cuius acerbae iuſſionis cauſſas plures fuiſſe arbitror. Primo commercium Aegyptiorum cum finitimis Syriae populis. Secundo mos inhumanus Imperatoris, & praeſidum, quo, perſecutionis tempore, chriſtianorum greges variis corporis partibus mutilatos ex regionariis marmorum fodinis ad *metalla* durioris operis ſub inſalubri, & morboſo caelo exſules in *Syriam* mittere conſueverant. Tertio pietatis ſtudium, quo bonorum Aegyptiorum pectora erga fratres pro Chriſti religione extorres impenſe ferri, tyrannidis auctores praeſenſerant. Hi enim probe noverant, futurum, ut eorum plures ad fidei conſortes, ubicumque exſules eſſent, ſublevandos, aut adirent *Syriam* aut ea ſaltem, vel in *Ciliciam* ituri, peragrarent. Quid igitur? Eo impietas perſecutoris pervenit, ut Aegyptiis ipſis legem iniungeret de idolis etiam in Syria poſitis adorandis. O mirabilis ſummi utrique Dei noſtri providentia, quae tam iniquo ſatul hominis conſilio uſa eſt, ut inde uberiori Martyrum numero, maiorique gloria eccleſiam ſuam locupletaret! Rem probavit eventes. Vide quam multos ex Aegyptiis numeret Euſebius capp. 11. 13. de MM. Pal.; qui ſive exſules, ſive advenae, & peregrini, ne idola ſibi in *Syria* propoſita adorarent, vitam ipſam, & ſanguinem glorioſe profuderunt pro Chriſto.

(9) Ⲁϥⲧ̀ⲛⲛⲟⲟⲩ ⲛⲟⲩ=ϩⲩⲅⲉⲙⲱⲛ ( pro ⲛⲟⲩ=ϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ) ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲣ=ⲁⲕⲟⲧⲉ ⲉⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲕⲟⲩ-ⲗⲕⲓⲁⲛⲟⲥ : *Miſſus eſt* ſcilicet *Alexandriam Praeſes cui nomen erat Culcianus* &c. De *Culciano* duo nobis iam cognita ſunt, & extra aleam dubitationis poſita, eum ſcilicet primum fuiſſe *Ducem*, ac *Praeſidem Thebaidis*, deinde *Praefectum Auguſtalem Alexandriae* in Aegypto. Atque illud quidem aperte teſtatur S. Epiphanius haer 68. de Meletianis; cuius teſtimonium, etſi in rebus hiſtoricis, Tillemontii iudicio, ſuſpectum eſſe poſſit, acta tamen S. M. & Diaconi *Paneſniv*, quae in fragmento noſtro Thebaico ſub *Culciano* Praeſide repraeſentan-

etiam habet ſignificationem verbi *adeſſe*; quod *ſiſtere* praeterea,

tantur, de eo nos dubitare non ſinunt. Quod vero e Thebaide ab Imp. Maximino miſſus deinde fuerit Alexandriam ibique Praefecti Auguſtalis munus, dignitatemque geſſerit, acta S. Epiſcopi Thmueos, & martyris *Phileae*, fatentibus viris ſummis Ruinartio, Bollando, Tillemontio, ipſoque demum Valeſio, perſpicue demonſtrant. Sed ſi cetera deeſſent, hoc unum fragmentum, quod modo ex Thebaeis umbris in lucem proferimus ad ſcrupulum omnem hac de re evellendum ſat eſſe poſſet.

Tota, quae nunc ſupereſt, difficultas, ſita eſt in *epocha temporis*, quo *Culcianus*, dimiſſa adminiſtratione Thebaidis, ad praefecturam Aegypti Alexandriam acceſſerit. Hac enim rite poſita, ordo rerum geſtarum, qui tum in *duobus poſtremis* Diocletianeae perſecutionis *annis*, tum in actis quorumdam SS. Martyrum obſcurus, parumque accuratus videtur, facile reſtituitur.

Iam vero *Culcianus*, teſte Epiphanio loco cit., Praeſes erat Thebaidis, quo tempore *Hierocles* Praefectus erat Alexandriae: Κυλκιανὸς μὲν ἦν, ἔπαρχης θηβαΐδος. Ἀλεξανδρείας δὲ ἱεροκλῆς. Atqui an. 306. *tertio* perſecutionis, *Hierocles* innumeris chriſtianorum caedibus inſignis, tamquam Aegypti Praefectus, Alexandriae verſabatur, ut liquet ex hiſtoria de martyrio S *Aedeſii*, quod Euſebius c. v. de MM. Pal. in ea urbe contigiſſe narrat, & quidem ſub Praeſide *Hierocle*; quemadmodum Graeca Menaea, obſervante Valeſio, & Tillemontio conſentiente, ferunt. *Culcianus* ergo eodem an. 306., *tertio* perſecutionis Dux erat & Praeſes Thebaidis: quippe qui in ea provincia adminiſtranda, ſive, ut verius loquar, in horribiliori Thebaidenſium chriſtianorum carnificina exercenda ſucceſſerit *Arriano*, qui ſtupendo divinae gratiae prodigio ad chriſti fidem converſus an. ſuperiori 305. e martyrum tortore martyr ipſe glorioſus occubuit.

Sed quamdiu Culcianus Thebaidem rexerit, quove anno ad praefecturam Aegypti capeſſendam Alexandriam adierit, aut quid in eam urbem ingreſſus adverſus chriſtianam gentem ſtatim moliri coeperit, inter veteres ſcriptores neminem, qui horum quicquam commemoret, invenire eſt. Lactantius L. de mort. perſecutor. nil de Culciano ſcribit. Euſeb. l. 9. H. E. c. xi. id tantum de eo narrat; *Culcianus*, (Licinii iuſſu, perinde atque *Picentius* Maximino cariſſimus an. 313. capite obtruncatus) *omnibus ſimiliter magiſtratibus, & provinciarum adminiſtrationibus perfunctus, qui & ipſe innumeris chriſtianorum caedibus apud Aegyptum inclaruerat*. Quibus ex verbis Tillemontius, aliique clariſſimi viri colligunt quidem, ſed non certo demonſtrant, fuiſſe *Culcianum* etiam Aegypti praefectura a Maximino ornatum: praeſertim qnum hunc Enſebii locnm mire turbarint Ruffinus, & Nicephorus, quorum ille, obſervante Valeſio, pro Culciano *Quintianum* vertit, hic vero λυκιανὸν, *Lucianum*, ex *Lycinii* fortaſſe nomine alicubi lecto in titulo edicti a Culciano editi, ſcripſit.

Mirum proinde non eſt, ſi ignorata epocha praefecturae Aegyptiacae Culciani, alii retraxerint acta paſſionis SS. Phileae, & Philoromi ad initia perſecutionis Diocletiani, alii ad anuum circiter 306., alii vero ante edictum pro chriſtianis a Maximiano conditum an. 311., (ea de cauſa, quod Euſeb. huius martyrii hiſtoriam recitet lib. 8. H. E.;) ſtatui poſſe coniiciant. Vide Tillemont. to. v. M. H. Eccl. p. 780. adn. v. de tempore, & loco martyrii S. Phileae. Tanta opinionum varietas ex hac epocha obſcuris tenebris hucuſque obſita, exorta eſt. Ve-

Digitized by Google

rea, et *ſuſtinere* σω deſignat Marc.14. 34. apud Tuk. p.402.

Gg 2 gr.

Verum ad has tenebras diſſipandas nunc tandem, propitio Deo, ex Thebaeis oris lux exoptata emicuit. En fragmentum noſtrum Borgianum, quo epocha praefecturae Culciani apud Aegyptum in aperto ponitur.

Ea eſt: Culcianus a Maximino Imperatore ex Thebaide Alexandriam tamquam Praefectus Auguſtalis mittitur, urbemque ingreditur poſt edictum Maximiani Galerii pro chriſtianis, anno 311.; *nono* perſecutionis Diocletianeae, *menſe* vel iam deſinente *octobri*, vel *ineunte novembri*: ibique mox novum proponit edictum, quo, iuſſu Imperatoris, ſedatam perſecutionem contra chriſtianos in tota Aegypto inſtaurat.

Ac ſane ex hoc noſtro fragmento eo tempore miſſus apparet *Culcianus* ad adminiſtrationem Alexandriae, & Aegypti, quo iam princeps auctor Diocletianeae perſecutionis Maximianus Galerius, horribili tabe confectus, ſupremum diem obierat. Nam ſi inter vivos fuiſſet, qui fieri poterat, ut illius nomen nec in fragmento noſtro, immo nec in fronte edicti a Culciano propoſiti, ceteris non anteponeretur? Norat fragmenti ſcriptor, norat vero maxime Culcianus, quantopere Maximianus carus eſſet Maximino, qui ut-pote illius ſororis filius eum uti parentem, ac omnis amplitudinis, atque caeſareae dignitatis ſuae auctorem, quodque magis eſt, eum tamquam praecipuum immanium morum ſuorum in bello adverſus chriſtianos gerendo magiſtrum ſemper coluerat. Et tamen nulla nominis eius heic mentio fit. Quid igitur aliud colligere inde licet, niſi fuiſſe iam Maximianum vita functum, quo tempore Culcianus e Thebaide Alexandriam perexit, ibique renovandae perſecutionis edictum publicavit?

Quod ſi nec Conſtantini Imperatoris nomen in hoc ſive fragmento ſive edicto legitur, cauſſae ſunt plures, cur id factum fuerit. I. Poſtquam Romanum imperium diviſum eſt inter Conſtantium Chlorum, & Galerium, ut Eutropius lib. 10. & Oroſius l. 7. narrant, Conſtantinus Auguſtus patri Conſtantio in occidente ſucceſſit. De occidentali vero Imperatore Culcianus, qui edictum compoſuit, parum, immo nihil ſollicitus fuit. II. Neque id tantum, ſed & cognito implacabili odio, quo Maximinus ferebatur in Conſtantinum, ea res Culcianum maxime impellere debuit, ut ne quidem de auctoritate Conſtantiniani nominis ſibi arceſſenda cogitarit. Nam inter cetera eum certe latere non potuit indignum foedus a Maximino, *in partibus orientis*, ut ait Euſebius c.14. l.8. *Tyranno initum cum Maxentio*, qui eodem an. 311. ſub ſpecie ulciſcendae mortis Herculii patris, bellum Conſtantino indixerat. III. Spectaculum riſu dignum dediſſet Culcianus, ſi nomen illius Imperatoris, quem totus terrarum orbis tamquam tutorem & vindicem chriſtianorum agnoverat, & praedicabat, praefixiſſet impio, & infami edicto de perſecutione in eos iterum excitanda.

At Licinius in altera Romani imperii parte ad orientem ſolem, an. 307. die 11. novembris a Galerio creatus Auguſtus, totus ab eo pendebat; a quo & Rhetiam, & Pannoniam regendam ſuſcepit. Unde Tillemontius art.34. de perſec. Diocl. *Il y a*, inquit, *toute apparence que ſuvivant les ſentimens de celui dont il avoit receu cette dignité il perſecuta d'abord la foy chrétienne: & il ſeroit difficile de placer en un autre tems* (quam ſub Licinio) *le martyre de S Hermyle & S. Stratonique. S. Quirin ſouffrit auſſi en 309. à Sabaria dans la Pannonie*; ne quid dicam de atroci perſecutione quam vafris

gr. *μένατε* ϭⲱ ⲕⲏⲧⲏ̀, *ſtate* vos, *ſuſtinete* ( heic ), ut in vulg. legi-

ſris artibus clam primum poſt cladem a Conſtantino, in Cibalenſi bello an. 314. acceptam, deinde palam adverſus noſtros ab an. circiter 318. aut ſequenti ad an. uſque 324. excitata. Numquam enim chriſtianus, ſed totus gentilis, & ſacrilego multorum deorum cultui ſemper addictus, numquam ex animo in ſanctiſſimae religionis noſtrae ſacra propenſus eſſe potuit. Quibus vero germanae amicitiae officiis ſibi Maximinum obſtringere ſtuduerit ad annum uſque 312.; nummi oſtendunt, quos ille Sciſſiae, ut ex Noriſio vidimus, in huius honorem percuſſit. Culcianus itaque perſuaſione ductus huius mutuae amicitiae, quam inter utrumque Imperatorem intercedere vidit, non dubitavit in fronte edicti ſui ſub finem anni 311. Licinium cum Maximino coniungere. Sed id eum, Licinio ipſo inconſulto, feciſſe puto: & ideo fortaſſe Licinius, poſtquam Culciani audaciam detexit, ne & Conſtantino anſam de ſe male ſuſpicandi praeberet, & chriſtianorum multitudini, quam amicam in bellis abs ſe meditatis optabat, nomen ſuum inviſum redderet, eum an. 313. Alexandriae capite plecti iuſſit.

Verum enim vero admiratio, ac ſtupor, qui, audito Culciani edicto, populum omnem Alexandrinum repente invaſit, certo mihi argumento eſt, illius publicationem accidiſſe, non alio tempore, quam *an. 311. ſexto nondum expleto menſe ab edicto*, ſeu *palinodia Galerii*, qua finis imponebatur perſecutioni a Diocletiano contra chriſtianos inductae. *Quid eſt hoc*, clamarunt ad unum omnes Alexandrini: *Quid eſt hoc, quod fecit Imperator?* Non ergo vetus, ſed nova, & inexſpectata eſſe debuit haec Maxlmini perſecutio, per Culciani edictum reſtituta, ut communem hunc admirationis, & clamoris ſenſum in animis, atque linguis Alexandrini populi excitaret.

Sed ut certas habeas huius temporis *uotas*, & res omnes interim geſtas agnoſcas, audi ſis Euſebium c. 1. lib. IX. H. E. Ad calcem namque c. 17. l. VIII. ſe in *nono ſequenti* de iis, quae Maximiani *palinodiam* pro chriſtianis *ſubſecuta ſunt* ( ut & Valeſius, & Tillemontius iam adnotarunt ) ſcripturum promittit. Itaque poſtquam in exordio cit. cap. 1. l. IX. *Sabini P. Pr.* litteras iuſſu *Maximini ad ſingularum provinciarum praeſides* ſcriptas recitaverat, iiſque levi mentione facta *Maximiani edicti*, ex praecepto Principis ſignificaverat, *ut ſi quis forte chriſtianorum gentis ſuae religionem obſervare deprehenſus fuiſſet, eum omni moleſtia ac diſcrimine* ( Praeſides ) *liberarent, neque ob hanc cauſſam ulla poena afficiendum cenſerent*; tandemque haec etiam retulerat Sabini monita unicuique praeſidum data: *ut ſcriberent ad curatores, & magiſtratus, & praepoſitos pagi ſingularum civitatum*, eiſque notum facerent, *huius negotii amplius curam non agere licere*, hiſtoriam ſuam Euſebius ipſe proſecutus eſt in hunc modum: *Poſthaec ſingularum provinciarum Praeſides rati hanc revera eſſe Principis mentem, quae litteris Sabini expromeretur, continuo curatores, & magiſtratus, & praepoſiti pagorum per litteras de Imperatoris voluntate certiores faciunt. Nec vero ſcriptis dumtaxat, verum etiam factis multo magis inſtabant, utpote qui principis iuſſa exſecutioni mandarent. Quotquot igitur ob confeſſionem divini nominis vinctos in cuſtodia habebant, productos in medium dimiſerunt, iis etiam qui ad metalla damnati fuerant, pari libertate conceſſa. Id enim revera placere Principi arbitrabantur, cum tamen aliter ſe ret haberet. Ceterum his* ad

Digitized by Google

legitur. Adde et *exſpectare* apud eumdem Tuk. p. 532. ex Iſaiae 59.11. ⲧⲉⲛⲛⲁϭⲱ, memph. ⲁⲛϫⲟⲩϣⲧ ⲉⲃⲟⲗ

*ex-*

*ad hunc modum confectis, repente inſtar caeleſtis cuiuſdam lucis, quae poſt denſiſſimas noctis tenebras exoritur, eccleſias in ſingulis civitatibus congregatas, & frequentiſſimos chriſtianorum concurſus, et collectas ibidem ex more fieri ſolitas cernere licebat. Ex quo infidelium populos ingens pervaſerat ſtupor, cum tantam, tamque inſperatam rerum converſionem admirarentur. Exclamabantque ſolum, magnum, & verum DEUM eſſe, qui a chriſtianis coleretur. Ex noſtris vero quotquot in perſecutionis diſcrimine fideliter, ac fortiter decertaverant, magna apud omnes fiducia, ac libertate potiebantur... Poſthaec etiam generoſi illi ſacrae religionis pugiles, metallorum aerumnis liberati in ſuam ſinguli patriam reverti coeperunt: perque urbes pervias, atque alacres incedebant, & inexplicabili fiducia repleti. Sic igitur numeroſa noſtrorum agmina per vias publicas, & per fora DEUM hymnis, & canticis celebrando, iter ſuum peregerunt. Et qui paullo ante cum ſumma acerbitate VINCTI, et ex patria fuerant expulſi, eos tunc laeto, atque hilari vultu ſua domicilia poſtliminio recuperantes vidiſſes: adeo ut illi ipſi, qui prius nobis caedem et excidium minabantur, tam inſperatae rei miraculo attoniti, nobis gratularentur.* Sed poſt tam exuberantis laetitiae ſpectacula, vide quid mox ſcribere pergat Euſebius: *Verum*, inquit, *ille honeſtatis, et bonorum omnium inimicus Tyrannus, qui .... in orientis partibus imperium gerebat* (*MAXIMINUS* ſcilicet) *cum hunc rerum ſtatum diutius ferre non poſſet, NE SEX quidem INTEGRIS MENSIBUS PASSUS EST eum permanere*; tam multa ſtatim, qua clam, qua palam iniquus, & perfidus tyrannus *ad ſubruendam pacem* in Syria, in Palaeſtina, in Aſia, & in Bithynia molitus eſt.

Iam vero ſi Aegyptus erat ſub imperio Maximini, ſi litterae Sabini ad omnes provinciarum praeſides, adeoque & ad *Praefectum* Alexandrinum pervenerant, fieri non potuit, quin iucundae, ac laetae pacis dies poſt gratum, & acceptum Maximiani Galerii pro ſancta religione noſtra edictum Alexandrinis chriſtianis, fauſte beateque illuxerint. Sed, pro dolor! eos iterum ut alibi, ſic & in eadem urbe turbari & in luctum, horridaſque tenebras denuo revolvi neceſſe fuit quo die, *Culciani edicto*, promulgato in chriſtianos homines perſecutionem redintegrari, quum menſis *ſextus* a reſtituta pace per Maximianum, nondum elapſus eſſet, auditum eſt. Quid igitur aliud reſtat, niſi, ut numeratis *ſex hiſce non integris menſibus* ab edicto Maximiani Nicomediae propoſito *an.* 311. *die* 30. *aprilis*, mecum fatearis, ingreſſum Culciani in urbem Alexandriam, eiuſque edictum de inſtauranda, ex Maximini nutu, perſecutione, incidiſſe vel in dies poſtremos deſinentis octobris, vel ſub initium novembris eiuſdem anni 311.

Quam immanis, & atrox haec renovata perſecutio ſub *Culciano* Alexandriae fuerit, diſcas velim ex epiſtola S. Martyris et Epiſcopi *Phileae* ad ſuos Thmuitas e carcere ſcripta. Hanc refert Euſebius cap. 10. lib. 8. H. E.; loco tamen non ſuo. Inde tibi intueri licebit horrendae crudelitatis exempla in ingenti athletarum numero pro Chriſti fide certantium exhibita, aut paria, aut longe etiam iis, quae Euſebius eodem lib. c. 9. in Thebaide viderat, horribiliora.

Hac

*exſpectavimus* . De ⲉⲓ vero affixo pronomine *me* , vide quae di-

ⲛⲁⲣⲭⲱⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ (10) ⲉⲩϣⲓⲛⲉ
ⲛ̀ⲥⲁⲥⲱⲧⲉⲙ̀ ⲉⲡⲇⲓⲁⲧⲁⲅⲙⲁ
ⲙ̀ⲡⲣ̀ⲣⲟ: ϥⲥⲏϧ ⲅⲁⲣ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ:
„ ϫⲉ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲟⲩⲱϣ
„ ⲉⲥⲱⲧⲉⲙ̀ ⲉⲡⲇⲓⲁⲧⲁⲅⲙⲁ

res ) principes , audire quaerentes edictum Imperatoris. Scriptum enim erat hoc modo: Quiſquis obedire volens edicto Imperatoris ſacrificabit

Hac poſita & temporum & rerum geſtarum , de quibus loquimur , ſerie, redigere cogimur ad duos poſtremos Diocletianeae perſecutionis annos a *Maximino* adiectos , *martyria Epiſcoporum Petri* , & *Phileae* , adeo ut ſi S. Petrus celeberrimus Alexandrinae eccleſiae Epiſcopus martyrium ſubiit poſt S. Phileam , ut illius acta apud Combefiſium narrant ( licet ea , vix ulla fide digna a Tillemontio habeantur ) tunc nonniſi in diem 25. novembris an. 312. illius paſſionem conſignare oportebit ; ſin autem ante Phileam certamen ſuum glorioſe conſummavit, illius beata mors ad eamdem ſane diem , ſed in an. 311. quemadmodum ex Euſebio colligi poſſe videtur , revocanda erit . Si autem Phileae mors accidit aut 4. februarii iuxta Martyrologiorum fidem, aut 23. *pachon* , ideſt 28. maii , quae etiam dies in actis a cl. Combefiſio editis notatur , non ante an. 312. ſtatui poterit : ſed eadem Combefiſii acta S. Phileae paſſionem in diem 25. decembris referunt . Quae res incertum reddit annum illius martyrii : Id enim evenire peraeque potuit tam anno 311. quam 312.

Ex his etiam facile colligere licebit , adventum magni Abbatis *Antonii* in urbem Alexandrinam , ut , ſi , Deo placeret , vel ipſe martyrii gloriam conſequeretur , vel ſaltem ſanctorum confeſſorum agmina ad alacriter pro Chriſto certandum ſollicite atque aſſidue animaret , ſub id temporis , quo iam clamores de Culciani edicto ad illius aures pervenerant , menſe videlicet ipſo novembri , aut paullo ante contigiſſe . De rebus admiratione & ſcitu dignis , quas Antouius in hoc tam magno diſcrimine geſſit , vide in eius vita S. Athanaſium . t. II. p. 331. n. 46.

Reliquum tandem eſt , ut te moneam , Culciani edictum eſſe initio , et fronte mutilum ; ſed quo ad *iuſſionem* Maximini principis , ut nova perſecutio in chriſtianos inſtituatur , integerrimum eſt , et conceptis verbis expreſſum : nihilque illi deest eorum , quae ad populos coercendos vim legis habent .

De eo nullam mentionem fecit Euſebius , qui vix obiter aliquid attigit de perſecutione *a Maximino* in Aegypto inſtaurata c. v. lib. 9. , ubi quaſi curſim S. Petrum Alexandrinum , alioſque *complures Epiſcopos martyrio* affectos ſub eo tyranno commemorat . Dignum proinde , ac fortaſſe etiam neceſſarium hoc *noſtrum fragmentum* eſſet , ut ſaltem aduotationis loco , eidem Euſebianae hiſtoriae libro adiungeretur :

(10) ⲛ̀ϭⲓⲛⲁⲣⲭⲱⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ: *Magiſtratus omnes* . Nam et ἄρχοντας in Euſebio Valeſius *magiſtratus* non ſemel vertit . Ac profecto admodum credibile fit , ipſum quoque Senatorum urbis collegium ad audiendum Praefecti Auguſtalis edictum fuiſſe a Cul-

diximus p. 27. in adnot. 18. ad cap. VI. Theb. fragm. Evang. S. Ioh.

,, ⲙ̀ⲡ́ⲣⲣⲟ ⲛϥⲑⲟⲩⲥⲓⲁⲍⲉ ⲛ̀ⲛ//
,, ⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛ̀ⲛ̀ⲣⲣⲱⲟⲩ : ⲉϥⲛ//
,, ⲁϫⲓ ⲛⲟⲩⲧⲁⲓⲟ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓ//
,, ⲧⲟⲟⲧϥ ⲙ̀ⲡ́ⲣⲣⲟ: ⲁⲩⲱ ⲛ̀//
,, ϥϣⲱⲡⲉ ⲛⲁⲧⲏⲗⲟⲥ ϩⲛ̀ ⲧ//
,, ⲉϥⲭⲱⲣⲁ ⲙⲛ̀ ⲡⲉϥϯⲙⲉ:(11)

Diis Imperatorum honores ab ipſo Imperatore recipiet; & erit tamquam clarus, & nativus incola in regione & vico ſuo.

a Culciano vocatum. Nec, ſi idem ipſe Valeſius στρατηγοὺς *magiſtratus municipales*, *decurioneſque* in cap. XI. lib. VIII. Euſebii, duce magno Athanaſio, docuit, idcirco fit, ut vox ἄρχοντες idem ſignificare nequeat. In codic. Memphitico Daniel. cap. 3. v. 2. bis legitur vox ⲛⲓⲥⲁⲧⲏⲅⲟⲩ Haec reſpondet tum Graecae στρατηγοὺς, et στρατηγοὶ, tum Latinae vulg. noſtrae *magiſtratus*. Quo eam nomine nuncupem, an mendoſam ex librariorum incuria, an vero magis ex origine ſua, et vitio ipſius Copticae linguae proprio, depravatam, ego prorſus ignoro. Nulli enim ſunt antiqui codices, quibuſcum eam conſerre valeam. At integra ibidem eſt vox altera ἄρχων. ⲛⲓⲁⲣⲭⲱⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲭⲱⲣⲁ: *Principes omnium regionum.* Ἀρχὴ vero, et ἄρχοντες *magiſtratum*, et eos, qui huius muneris *dignitatem* gerunt, uti ex Platonis, Iſocratis, aliorumque Graecorum exemplis novimus, paſſim deſignant. Unde Luc. 23. 13. et actor. 4. 5. 8. ἄρχοντες iidem ſunt ac *magiſtratus*, aut, ut alii volunt, *principes magni ſynedrii*; qui et *primates* in republica adminiſtranda appellari conſueverunt. Quod ſi ⲛⲓⲁⲣⲭⲱⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲁⲩⲱ ⲙⲏⲏϣⲉ interpretari malueris: *primates omnes*, vel *primores omnes*, *et populus* urbis Alexandrinae; ſic age. Nihil enim erit, in quo tecum pugnem.

(11) ⲛⲁⲧⲏⲗⲟⲥ Nomen hoc a Thebaeo ſcriptore pro Graeco forſitan ἀνάτειλος, omiſſo α initiali ante ν, & verſo ει in η, corrupte poſitum puto, Ἀνάτειλος vero idem, mea quidem ſententia eſt, ac *germen* in ſolo natali, et ingenua origine natum, et eſfloreſcens ex ἀνατέιλω, *geminare*, *oriri*, et *eſfloreſcere*. Atque heic ſane pro viro ſumitur, cui princeps in obedientiae praemium eam honoris praerogativam ſpondet, ut, ſi diis ſacrificaverit, tamquam clarus indigena, et liber incola ex origine, in regione et patria ſua perpetuo habeatur, ne inde tamquam ſpurius, atque inſamis ac vilis ſervus, ex ea depelli queat. Nam ex Diocletiani, et Maximiani decretis apud Euſebium ſtatutum erat, ut ſi chriſtiani nominis confeſſores in propoſito perſiſterent, et diis litare renuerent, *honorati quidem infamia notarentur*, *plebeii vero*, ſive privatae conditionis homines, ruſtici ſcilicet, aliiſque intimae fortunae viri, *libertate ſpoliarentur*:

S. Ioh. Conſule et Tobiae locum ex cap. 12. v. 3. Theb. verſ. a Tu-

,, Ⲡⲣⲱⲙⲉ ϩⲱⲱϥ ⲉⲧⲛⲁϣ-
,, ⲱⲡⲉ ⲉϥⲟⲓ ⲛⲁⲧⲥⲱⲧⲙ ⲛ̀ⲥⲁ
,, ⲛⲉⲥϩⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲣ́ⲣⲟ ⲡⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ-
,, ⲙⲙⲓⲛⲉ ⲉϥⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲉϥϭⲏⲡ
,, ⲉⲡⲙⲟⲩ ⲁⲩⲱ ⲧⲉϥⲥϩⲓⲙⲉ
,, ⲙⲛ̀ ⲛⲉϥϣⲏⲣⲉ ⲥⲉⲛⲁⲉⲝⲱⲣ-
,, ⲓⲍⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ. ⲉⲩⲭⲱⲣⲁ ⲉ-
,, ⲥⲟⲩⲏⲟⲩ : (12) ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲕⲁ
,, ⲛⲓⲙ ⲉⲧϣⲟⲟⲡ ⲛⲁϥ (13)
,, ⲥⲉⲛⲁⲱⲗⲟⲩ ⲉⲡⲧⲁⲙⲓⲟⲛ :

Homo quoque quivis, qui fuerit inobediens litteris, atque praecepto Imperatoris, hic erit continuo morti ſubiectus; & illius uxor, & filii exſilio in longinquas regiones mulctabuntur; & bona eius omnia in aerarium fiſci inferentur.

*tur*: et qualeſcumque demum chriſtiani ex civitatibus, earumque territoriis, adeoque etiam ex patrio ſolo quam longiſſime eicerentur. Contrarium heic pollicetur *Culciani* edictum in eorum chriſtianorum gratiam, qui Diis ſacrificarent. Hinc ἀνάτηλος a me vertitur: *clarus et nativus incola in regione et vico ſuo*.

(12) ⲉⲥⲟⲩⲏⲟⲩ: idem quod Memphiticum apud La-Croz. in Lex. ⲥⲉ ⲟⲩⲏⲟⲩ: Pſa. xxi. 1. *longe abſunt*. Sed heic ⲉⲥⲟⲩⲏⲟⲩ poſitum cum articulo praefixo feminei generis, in regiones *longinquas* eodem ſenſu nos vertimus.

(13) ⲉ̀ⲡⲧⲁⲙⲓⲟⲛ: *in fiſcum*. Et quidem ταμεῖον Graeca vox eſt *Euſebii* aevo ad *fiſcum* ſignificandum uſitatiſſima. Nam l. ii. de V. Conſtantini c. xxi. ubi de legibus, quas magnus Imperator pro *martyribus*, et *eccleſiarum praediis* tulit, ſermonem inſtituit, ſic Euſeb. ipſe ſcribit: *Bona item* τά ἐκ ταμείου, *quae ex fiſco vel per venditionem, vel per donationem ad alios translata fuerant, aut quae penes fiſcum remanſerant, dominis reſtitui debere indulgentiae imperialis epiſtola praecipiebat*. Cap. xxxiv. De viris *nobilibus*, qui perſecutionis tempore facti fuerant οἰκέται τοῦ ταμείου *ſervi fiſci*, ſive famuli praediorum fiſcalium, hos et *bonorum, quibus antea fruebantur*, et *libertatis praerogativa gaudere iuſſit*. Lib. ix. in Conſt. Conſtantini et Licinii pro chriſtianis: παρά τοῦ ταμείου τοῦ ἡμετέρου, *a fiſco noſtro*. Cap. viii. de Martyrib. Palaeſt. ἐκ τοῦ βασιλικοῦ ταμείου, ex principis aerario. Idem alibi. Sic etiam S. Gregorius Nazianzenus ἐν ταμίαις dixit pro aedibus *Cimeliarchi*, & *theſauri* Eccleſiae Conſtantinopolitanae in carmine de vita ſua. At ταμεῖον, Memphitae, et Thebaei ⲧⲁⲙⲓⲟⲛ enunciant: eique ut et Graeci ταμείῳ, variam ſignificationem tribuunt. En exempla. Gen. 43. 30. ⲉ̀ⲡⲉϥⲧⲁⲙⲓⲟⲛ, graece εἰς τό ταμεῖον αὐτοῦ, *in cubiculum*

a Tukio noſtro adductum, ubi ſcriptum ſic eſt: ⲁⲩⲱ ⲁ-

Hh ϥⲛ̀-

Ⲁⲥϣⲱⲡⲉ ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲟⲩⲥⲱⲧⲙ̀ ⲛ̀ϭⲓⲛⲁⲣⲭⲱⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲙⲛ̀ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ ⲉⲩⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲛⲉⲓϣⲁϫⲉ ⲁⲩⲡⲱϣ̀ⲥ ⲉⲩϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ⲟⲩⲡⲉ ⲡⲉⲓϩⲱⲃ ⲛ̀ⲧⲁϥϣⲱⲡⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲙ̀ⲡ̀ⲣ̀ⲣⲟ : ⲁⲩⲱ ⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉϥⲧⲱⲟⲩⲛ ⲁϥⲟⲩⲉϩⲥⲁϩⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲕⲏⲣⲩⲝ ⲉⲱϣ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲁⲧⲉϥϩⲏ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲙ̀ⲙⲏⲏϣⲉ : Ϫⲉ ⲁⲙⲟⲓⲧⲛ̀ ⲉϩⲧⲟⲟⲩⲉ ⲉⲑⲉⲱⲣⲉⲓ ⲛ̀ⲛⲉⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ : ϩⲧⲟⲟⲩⲉ ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉϥϣⲱⲡⲉ ⲛⲉⲣⲉ ⲕⲟⲩⲗⲕⲓⲁⲛⲟⲥ ⲡϩⲩⲅⲉⲙⲱⲛ : ⲙⲁⲥⲧⲓⲅⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲉⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲉⲧⲣⲉⲩⲑⲩⲥⲓⲁⲍⲉ ⲁⲩⲱ ⲉⲣⲉ ⲡⲙⲏⲏϣⲉ ⲧⲏⲣϥ ⲑⲉⲱⲣⲉⲓ : ⲛⲉⲟⲩⲛⲟⲩⲛⲟϭ ⲇⲉ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉ ϩⲛ̀ ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲣⲙ̀ⲙⲁⲟ ⲉⲙⲁⲧⲉ ⲡⲉ :

Quum autem verba haec audiſſent Principes omnes, & quotquot ex auditoribus erant, diſceſſere dicentes : *Ecquidnam hoc rei eſt, quod a Caeſare factum eſt?* Et quum etiam inſurrexiſſent, mandavit (*Culcianus*) praeconi, ut ante ſe clamaret dicens ad populi turbas ; *venite mane ad videndos chriſtianos.*

Ubi autem factum eſt mane, Culcianus erat Chriſtianos flagellans, & caedens, ut ſacrificarent Diis ; & turba omnis ſpectatrix erat. Iam enim magna hominum multitudo, maxime vero divitum atque

*lum ſuum*. Exodi 8. 3. ⲉϧⲟⲩⲛ ⲛ̀ⲧⲁⲙⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲡⲣⲏⲥ, ⲉ̀ⲛⲓⲧⲁⲙⲓⲟⲛ, *εἰς τὰ ταμεῖα*, *in cameras*, ex Wilkins. Verſione. Deuter. 32. 25. ⲟⲩϩⲟϯ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛ̀ⲛⲓⲧⲁⲙⲓⲟⲛ, *ἐκ τῶν ταμιείων φόβος*, *timor ex conclavibus*; vulg. noſtra, *intus pavor*. Iob. c. 9. 9. ex cod. Theb. Borgiano, *ταμίαν* (*ταμιεῖα*, vel *ταμεῖα*) *νότου*, vulg. *interiora* (idem quod *penetralia*) *auſtri*. Omnes tamen hae voces eo ſpectant, ut ſignificent locum, aut vas, quod aliquid reconditi in ſe aſſervatum contineat. Et ob hanc plane cauſſam locus, quo publicus theſaurus Principis aſſervatur, & cuſtoditur *ταμεῖον*, *aerarium*, ſeu *fiſcus* appellatur.

ϥⲛ̀ⲑⲛⲁⲕ ⲉⲓⲟⲩⲁϫ. De mendo ſuſpicor in ⲟⲩⲁϫ, ut legi debeat ⲟⲩϫⲁⲓ. At ⲉⲓ quomodo recte exponam, niſi *me*? Sic enim habet graecus; *ὅτι με ἀγήοχε σοι ὑγιῆ*, *quoniam*

ⲉⲩⲛ̀ⲧ̀ϥ ⲟⲩϣⲉⲉⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲙ̀ⲙⲟⲛⲟⲅⲉⲛⲏⲥ ⲉⲥ ϩⲛ̀ ⲁϣⲙⲟⲩⲛⲉ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲉ : ⲁⲥϣⲁϫⲉ ⲙⲛ̀ ⲧⲉⲥⲙⲁⲁⲩ ⲉⲥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ⲱ ⲧⲁⲙⲁⲁⲩ ⲉⲓⲟⲩⲉϣ ⲑⲉⲱⲣⲉⲓ ⲛ̀ⲛⲉⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲛⲉ ⲡⲣⲁⲛ ⲇⲉ ⲛ̀ⲧϣⲉⲉⲣⲉ ⲕⲟⲩⲓ ⲡⲉ ⲑⲉⲟⲛⲟⲏ. (14) ⲁⲧⲉⲥⲙⲁⲁⲩ ⲇⲉ ⲧⲣⲉⲩⲛⲟϫ̀ⲥ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲩϩⲟⲕⲛⲟⲥ : ⲙⲛ̀ ⲕⲉϣⲃⲉⲉⲣ ⲥⲛ̀ⲧⲉ ⲛ̀ⲙ̀ⲙⲁⲥ :

nobilium convenerat.

Aderat ibi filia unica annum agens *octavum*. Haec Matrem ſuam affata ſic eſt, dicens: *O Mater mea volo videre chriſtianos*. Erat nomen parvulae filiae THEONOE. Mater autem haeſitanter, ut ſe (turbae) inſereret una cum ſociatricibus amicis, quae cum ea erant, (permiſit)...

(14) ⲑⲉⲟⲛⲟⲏ, *Theonoe*. Idem ſcilicet nomen eſt, quod ſupra editum iam habes ad pag. 212. tum in titulo fragmenti, tum in adnotat. 1. ei ſtatim ſubiecta. Sed, o bone Deus! Erratum ibi eſt: & ea quidem de cauſſa, ut nunc video, quod in ea adnotatione adornanda oculos figerim in typos unos thebaicos mendoſe poſitos, quin eos ad lucem prototypi recognoſcerem, & emendarem. Age igitur, & tu ibi mecum lege: ⲑⲉⲟⲛⲟⲏ, *Theonoe*, ubi perperam impreſſum eſt ⲑⲉⲟⲛⲏ, *Theone*. Iniuria proinde incuſavi Amanuenſem, quaſi is perperam ſub finem fragmenti ſcripſiſſet ⲑⲉⲟⲛⲟⲏ, ab initio vero ⲑⲉⲟⲛⲏ. Nam utrobique rectiſſime poſuit: ⲑⲉⲟⲛⲟⲏ.

Beata haec puella annum aetatis ſuae agebat *octavum*, quo die arcano prorſus divini Numinis impulſu excitata, caſtoque animi deſiderio videndi chriſtianos ſuccenſa, una cum matre, poſtero mane edicti adverſus eos pridie promulgati, acceſſit ad ſpectaculi locum, ubi iam *Culcianus*, quemadmodum ſuperiori die, praeconis voce, Alexandrinis civibus denunciari iuſſerat, indictae perſecutionis immanitatem exercere coeperat. Eadem enim hora in id impius praeſes erat totus incumbens, ut iuſtos ſanctoſque chriſtianae fidei cultores, quotquot ex delatorum indicio ſibi *primum* cognitos haberet, ad aram Deorum ſuorum, ſatellitum miniſterio adductos ſacra iis offerre modis omnibus cogeret; & ſi renuerent verberibus, flagriſque caedi actutum imperabat. Quamquam ⲙⲁⲥⲧⲓⲅⲟⲩ, quod eſt in fragmento noſtro, gravius quiddam, & acerbius

*nlam me tibl reduxit ſanum*. At graeco thebaica verſio re-
Hh 2 ſpon-

bius ſignificare poſſit . Vide tu , quaeſo , Euſebium lib. VIII. H. E. cap. 3. , & iterum de MM. Palaeſt. cap. 4. ubi exordia deſcribit perſecutionis , quae primum *Nicomediae* ſub Diocletiano, deinde *Ceſareae* ſub Maximino in *ſecundo* bello adverſus noſtros ab eo ſuſcitato , novis per ſingulas provincias miſſis edictis , *ut omnes omnium urbium incolae Diis publice ſacrificarent* : & ne dubita , quin eadem a crudeli tyranno *Culciano* renovata fuerint Alexandriae , quo primo impetu funeſtum edictum de chriſtianis ad publica deorum ſacrificia cogendis exſecutioni mandare ſuſcepit; etſi fragmenti auctor, ob nimiam ſimplicitatem , brevitatemque ſcribendi , verberum tantum , & caedis meminerit , reliqua vero tamquam iam uſitata , & omnibus cognita praetermiſerit . Quum autem ingens populi, maxime vero divitum , nobiliumque virorum concurſus eo confluxiſſet , neceſſe erat , ſi quid parvula *Theonoe* videre vellet , ut ſeſe turbae omnium circumſtantium infereret , perque eos medios viam ſibi aperiret , qua demum pervenire poſſet ad primum ſpectatorum ordinem, unde ſine ullo impedimento, totius tragicae ſaevitiae theatrum in conſpectu haberet . Itaque matrem illa rogat , ut optati acceſſus fortunam ſibi tentare liceret . Mater vero, animo licet haeſitanti ac trepido , permittit tamen , ea firma ſpe freta , quod, quum alias adoleſcentulas easque , natu fortaſſe maiores, ſocias haberet, illarum ductu , comitatuque incolumis , & ſine metu preſſionis ad deſignatum locum facile perveniret . Hactenus fragmenti reliquiae . At cetera ? O deteſtabile barbarae manus facinus ! quo nobis potiora , eaque digniora ſcitu , abſciſſis e codice membranis , ſublata ſunt . Fit ita , ut ignorare cogamur totam illam nobiliorem hiſtoriae partem, quae acta paſſionis virgunculae noſtrae *Theonoe* ad ipſius uſque beatae mortis gloriam continebat .

Si quid tamen ex his , quae poſtremo loco de rebus geſtis *Theonoe* noſtrae Thebaicum *ἀποσπασμάτιος* narrabat , mihi coniicere liceat , facile crederem , beatam puellulam iam ex aqua , & ſpiritu ſancto regenitam , ubi tandem ad locum ſpectaculo propinquiorem pervenit, aliquid inſoliti , admirabili quadam animi libertate aut dixiſſe , aut certe geſſiſſe , quo ſe & ab Idolorum cultu , eorumque ſacrificiis adhorrentem , & unius Chriſti Del profeſſioni immobiliter devotam oſtenderit. Quidni etiam putem, ſummum illum Deum, qui quando , & ubi vult , in ſui laudem & gloriam linguas ipſas infantium facit eſſe diſertas , tam mirae eloquentiae vim in os & pectus puellae noſtrae ea occaſione infudiſſe, ut illa chriſtianorum cauſſam invicte tueri audita ſit? Sed ſive his, ſive aliis id genus chriſtiani animi teſtimoniis de ſe in eo diſcrimine palam editis , excelluerit , oportet certe , ut admiranda Theonoe iram omnem , & indignationem iniqui iudicis , in ſe continuò concitarit . Tum vero quid eo credibilius eſt , quam impium , immanemque *Culcianum* toto furoris ſui impetu in hanc chriſtianam puellam irruiſſe , ut eam qua minis , qua verberibus ad diis ſacrificandum compelleret ; quumque diu fruſtra tentatam fortem & imperterritam in divinae uniuſque verae fidei propoſito deprehendiſſet , partim ne ſe , tota ſpectante urbe , a tenellula *Theonoe* ſummo cum ſui pudore victum proderet , partim ne ſimile exemplum viris natu maioribus animos ad iuſſis ſuis repugnandum adiiceret , in eamdem ipſam ſaeva quaevis ſupplicia & mortis denique ſententiam intuliſſe? Duo enim tamquam omnino certa , & ex-

ſpondere debet. Nullo autem modo id fieri poſſe intelliges, niſi legeris ⲁϥⲛ̀ⲧⲛⲁⲕ, cum pronomine affixo ⲉⲓ in hunc modum; ⲁϥⲛ̀ⲧⲛⲁⲕⲉⲓ ⲟⲩϫⲁⲓ, ut inde interpretari tibi liceat, *& adauxit tibi me ſanum*. Hiſce praemiſſis, dele priorem verſionem noſtram, quae eſt; ( *ut ſalvem diaconum*, et aſſumpta ſecunda ſignificatione verbi ϭⲱ, ϭⲱⲱⲉⲓ expones; *me praeſentem adeſſe*. Quamobrem, ut integram huius loci ſententiam habeas, recitata verba; ⲛ̀ⲧⲁⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲅⲁⲣ ⲧⲱϣⲧ ⲉⲧⲣⲁϭⲱⲱⲉⲓ ⲇⲓⲁⲕⲟⲛ.. ſervata vi locutionis thebaicae, ſic mecum interpretaberis; *Deus enim me*

& extra aleam dubitationis poſita ex fragmento noſtro traduntur. Horum alterum eſt de ſancta puella *Theonoe* martyrii gloria Alexandriae ſub *Culciano* praeſide an. 311. vel deſinente octobri vel certe ineunte novembri coronata, alterum vero eſt, eam principem fuiſſe illorum omnium martyrum, qui paſſi deinde ſunt in dira perſecutione eodem anno, *Maximini* imperio, inſtaurata, & ad an. uſque 313. acerbiſſime in Aegypto protracta. Prima enim poſt publicatum a Culciano edictum fidem ſuam pro Chriſto, effuſo ſanguine, conſecravit *Theonoe*.

Video ego quidem, quam callidis vafriſque artibus edicti auctor uſus ſit, ubi videri voluit, ſe viros tantum uxoribus coniunctos, eoſque Patresfamilias, ſi diis ſacra facere detrectaſſent, morti addictos decreviſſe; ſed revera nulli nec ſexui, nec aetati, nec dignitati pepercit. Qui enim dicit: *Quiſquis non paret edicto Imperatoris* Diis ſacrificare recuſans, *erit hoc modo reus mortis*, non pueros, non puellas, non mares, non foeminas, non virgines, non nuptiarum nexu coniunctos, non ſacerdotii munere in Eccleſia fungentes, non denique ſingulos quoſque chriſtianae fidei confeſſores, cuiuſcumque ordinis, & fortunae eſſent, excludit, ſed omnes, ni Diis ſacrificaverint, mortis ſupplicio obnoxios decernit. Quod ſi in edicto additur novum poenae genus de *uxoribus*, & *filiis* damnatorum exilio mulctandis, id quidem factum eſt ad ipſorum quoque patrumfamilias cruciatus magis magiſque accumulandos, non ad vim & rigorem edicti ad eos unos reſtringendum. Ii tamen fuiſſe videntur, quos primos provinciarum praeſides aggredi meditabantur. Sic enim Caeſareae contigiſſe narrat Euſebius c. 4. de MM. Palaeſtinae, ubi *Praecones, qui per univerſam Caeſaream cunctos Patresfamilias ad daemonum templum iuſſu praeſidis evocabant*: κυρίκων τε καθ' ὅλης τῆς καισαρέων πόλεως ἄνδρας ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις ( Patres-familias, interpr. Valeſio ) ἐπὶ τοὺς τῶν εἰδώλων οἴκους ἐξ ἡγεμονικοῦ κελεύσματος ἀναβοωμένων; quamquam Maximini edictum iuberet, *ut omnes omnium urbium incolae Diis publice ſacrificarent*. Tale erat & edictum eiuſdem Tyranni a *Culciano* Alexandriae propoſitum. Atque haec a me dicta ſunt, ne quis forte putaret, *Theonoem* noſtram fuiſſe excluſam ex eo beatorum fidelium numero, quos *Culcianus* ſuo illo renovatae perſecutionis edicto comprehendit, & tamquam ſtrenuos, forteſque Chriſti Martyres & confeſſores impius Iudex truculenta morte mactavit.

Digitized by Google

*me deſtinavit*, *ut ego praeſens adſim diacono* ſibi dilecto in omnibus, quae ſubiturus erit, agonis ſui periculis. Haec enim

# FRAGMENTUM

*Actorum Martyrii S. Iacobi Interciſi ex eodem Thebaico Borgiano codice, unde excerptae ſunt reliquiae Paſſionis S. Virginis Theonoe*.

Novum hoc Fragmenum nullam equidem cum alteruтro eorum, quae de actis ſive Diaconi *Paneſniv*, ſive Virginis *Theonoe* hactenus edidimus, rerum coniunctionem habet. Non ob hanc igitur cauſſam, ſed quia ad detegendam notam temporis, quo ἀποσπασμάτιον de rebus geſtis in Martyrio S. Theonoe ſcriptum fuerit, non exiguam lucem mihi polliceri videtur, huic ipſi & alterum iſtud, quod ad hiſtoriam paſſionis *S. Iacobi Interciſi* pertinet, adiungendum conſtitui. Utrumque enim in uno eodemque codice, iiſdem omnino *Thebaicis* characteribus exarato reperitur; nihilque, quoad ſcriptionis formam, inter ſe differunt, niſi in una ſede, quam in membranis ex ordine obtinent, ut priori loco *S. Iacobi*, deinde *Theonoe* Fragmentum occurrat. Sed primum illud eſt, quod me maxime movet, ut putem totum hunc codicem, unde noſtra haec duo FRAGMENTA prodeunt, ſaeculo *Eccleſiae quinto*, aliquot poſt annis ab ipſius ſancti Martyris *Interciſi* obitu, fuiſſe deſcriptum. Collatum enim cum actis eiuſdem S. Iacobi a praeſtantiſſimo Praeſule *Evodio Aſſemano* ex cod. *Nitrienſi Vaticano II.* tom. I. *de Martyribus Orientalibus* Romae editis an. 1748., parti eorum poſtremae accuratiſſime reſpondet. At codicis huius *Nitrienſis* II. aetatem doctiſſimus editor a ſaec. VIII. metitur; adeoque fragmentum noſtrum tribus ferme ſeculis eo antiquius eſſet.

Ve-

Digitized by Google

enim, ni fallor, erant, quae ſancto diacono *Paneſnio* in avulſis membranae laciniis Angelus revelaverat. Sed ea, pro nefas! perierunt. Attamen ex reliquiis tum anteceden-
ti-

Verum ne tu ſuſpiceris in *Thebaicis* membranis aut ſimplicem *Nitrienſium* actorum *interpretationem* repraeſentari, aut eas eſſe codice ipſo *Nitrienſi* iuniores, haec tene. Codices hi Chaldaici diu poſt ſeculum quintum in Nitrienſe Syrorum Monaſterium delati ſunt, ut ne quidem cogniti ſcriptori noſtro Thebaeo eſſe potuerint. Ne quid enim dicam de Monaſterio ipſo, quod vix ſec. IX. a Syris Monachis habitatum coniici poteſt; hi certe Syriaci codices eo tranſlati non ſunt, niſi ſec. X. Qua de re praeclara exſtant viri doctiſſimi *Ioſephi Simonii Aſſemani* in Bibliotheca Orientali teſtimonia. De codicibus Syriacis Nitrienſibus, ſive Scetenſibus loquens in praef. totius operis, *eos*, inquit, *Moſes Niſibenus*, *eiuſdem Monaſterii olim praefectus*, *ex Meſopotamia coemptos*, *vel dono oblatos attulerat anno Chriſti* 932., *ut ex epigraphe ſingulorum fere codicum cognitum eſt*. Idemque *Moſes* ſub initium cod. Nit. VIII. apud Aſſemanum ipſum tom. I. laud. Bibl. p. 83. teſtatur, ſe *librum hunc una cum aliis ducentis & quinquaginta* ex Meſopotamia advexiſſe in Monaſterium Deiparae Syrorum in ſcetenſi deſerto ſitum. In coronide demum actorum, uti ea exſtant in Nitrienſi codice II., tanta reperitur novarum additarumque rerum copia, quae in Thebaico omnino deeſt, ut ſi in iis, quae ſimilia ſunt ambo hi codices dici poſſint ex uno eodemque genuino *Archetypo* prodiiſſe, in iis tamen, quae diſſimilia ſunt, alter alterius interpres dici nullo modo poſſit.

Aſpice, amabo te, additamentum non exiguum ad calcem iam indicatam Actorum laudati cod. *Nitrienſis*, ubi hiſtoria narratur de *cadavere* S. Iacobi a chriſtianis quibuſdam clam noctu ſurrepto, & ſepulturae honoribus condecorato. *Reſecta* ( in eo dicitur ) *Martyris membra perquirentes* ܥܣܪܝܢ ܘܬܡܢܝܐ *viginti octo repererunt*, *eademque in arca ſimul*

tibus, tum ſubſequentibus adhuc intactis ſatis aperte coniicitur, magnum Archangelum Diacono Dei electo praedixiſſe qua-

*mul cum trunco corpore ſtudioſe compoſuerunt; ſanguinem quoque, qui longo ſupplicii tempore defluxerat, humumque circa madefecerat, totum ſolicite collegerunt. Addidit interea, ut, nobis chriſtianis occinentibus pſalmum* Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam, *ſubito inlapſus de caelo ignis Urnam circum invaderet, & B. Martyris ſanguinem, tum qui in vaſe repoſitus, tum etiam qui linteolis exceptus fuerat, aut terram aſperſerat, univerſum exſugeret. Quo oſtenſo ſupra quam dici poteſt perterrefacti, proſtratique humi omnes provolvimur. Ex ea flamma purpureo, & roſeo ſimilem colorem S. Martyris membra traxerunt. Nos vero trepidi, ne caeleſtis ille ignis nos invaderet, ſupplices B. Iacobi opem expoſcimus univerſi, qui eo viſo digni habiti fuimus. Per hunc modum, favente gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti; a quo adiuti fueramus, ut ad eum confugeremus, eiuſdem S. Martyris corpus ſecreto humavimus, non tamen procul a metu perſequutorum, auxiliante nobis gratia, & miſericordia Chriſti qui Martyres coronat; cui proinde una cum Patre, & Spiritu ſancto ſit laus, & honor, & adoratio, nunc & ſemper in ſeculum ſeculorum. Amen.*

Atqui totum hoc additamentum in codice noſtro Thebaico deſideratur. Is ergo non eſt, qui fragmentum actorum *S. Iacobi interciſi* nobis ſuppeditarit ex interpretatione eorum, quae dantur in codice Nitrienſi II.

Sed nec iunior, immo & eodem ipſo Nitrienſi antiquior profecto eſt. Si enim Thebaeus ſcriptor acta S. Iacobi ſaeculo ſexto, vel ſeptimo litteris commendaſſet, qui fieri poterat, ne aliquam ſaltem mentionem faceret de translatione illius Beati Corporis in monaſterium *Tabennae*, de qua tam admiranda narrat Synaxarium Coptorum ex veteribus illius gentis monumentis collectum? Hanc omnem narrationem habes in prolixo S. Iacobi elogio ex eodem Synaxario arabice exſcripto, romanaque civitate dona-

quacumque dira, & aſpera in prima certaminis aggreſſione apud *Culclanum* iudicem erant ei ventura ad ipſius uſque con-

nato ab ipſomet Cl. Nitrienſis codicis interprete & editore Evodio Aſſemano in admonitione praevia ad acta S. Iacobi p. 239. 240. Verba ſunt: *verum fideles quidam B. Iacobi corpus* ( ex Perſia ob Regis mandatum de ſacris omnibus martyrum reliquiis comburendis ) *praeripuerunt , illudque Hieroſolyma delatum , apud ſanctum Petrum Edeſſenum, epiſcopum depoſuerunt , uſque ad Marciani imperatoris tempora . Inde vero Tabennam aegypti in urbem profectus S. Petrus illud ſecum detulit , atque ibidem cum fratre ſuo aliquamdiu commoratus , quum horam ſextam , ſacro corpore in medio poſito , perſolverent , adparuit B. Iacobus , choro Martyrum Perſarum , Perſica veſte indutorum , ſtipatus , & una cum illis pſallerunt ; eoſque benedicentes , quum Iacobus diceret : corpus meum heic remanere volo , ſicuti praecepit Dominus , ab eorum oculis ſe ſubtraxerunt . Petrus porro S. Iacobi dicto minime obaudiit . Nam paulo poſt in patriam cum fratre reverſurus , ſacrum corpus in navim aſportavit . At de eorum manibus corpus ablatum , in eumdem locum , ex quo delatum fuerat , reſtitutum eſt* . In quae verba haec Evodius monitor e veſtigio, iureque merito ſubiungit : *Unde autem hanc translationis reliquiarum S. Iacobi hiſtoriam hauſerit , nos prorſus latet ; quum in vita S. Petri Edeſſeni , Epiſcopi Hieroſolymitani , ne verbum quidem de ea occurrat , nec Tabennae , quod ſciam , vel fragmentum ex oſſibus eiuſdem S. Iacobi reperiatur . Quid ? quod S. Iacobi corpus ex Perſide in Italiam a* Cyrillo Romano *deportatum* , EIUSQUE CAPUT *a Iordane Cardinale Urſino Vaticanae Baſilicae , ubi etiamnum adſervatur , dono datum , liquet ex adcurato eiuſdem S. Iacobi martyris compendio , quod ... una cum ipſius officio a clero laudatae Baſilicae celebrando , refert Breviarium Vaticanum , authoritate Clem. X. Pont. Max. editum* . Nihil in his eſt, cui ego, & quidem lubenti animo , non aſſentiar. Omnia quae heic tradit ſapientiſſimus praeſul Aſſemanus, mihi probatiſſima ſunt. Sed non iſthaec res eſt , qua

coniectionem in carcerem. Idque mox ex ea, quae ſequitur, adnotatione, clarius patebit.

Ii Poſt

qua de hodie agitur. Mea omnis diſquiſitio in eo verſatur, ut aetatem, qua Borgianum hocce fragmentum exaratum fuerit, inveſtigare ſtudeam.

Iam vero, etſi Synaxarii coptici narrationem de reliquiis S. Iacobi interciſi Tabennam translatis, tamquam ſpuriam & fallacem habeam, non ideo tamen putandum eſt, talem etiam cenſeri Aegyptiorum iudicio. Eam enim, ut olim, ſic & hodieque pro genuina, atque veraci venditare non dubitant. At haec qualiſcumque demum ſit, oriri non potuit, niſi ex *veteri quadam traditione*, quae poſt mortem *Petri Hieroſolymitani Epiſcopi* emergere primum coeperit, ſenſimque deinceps per totam Aegyptum propagari, ſibique fidem, auctoritatemque conciliare contigerit ad eum uſque diem, quo conditum eſt *Synaxarium*. In ſerie autem Praeſulum S. Hieroſolymitanae Eccleſiae unicus eſt, qui *Petri* nomen geſſerit: & is ſedem illam Patriarchalem obtinuit an. 524. obiit an. 544. Verum is idem, teſte cl. Lequienio, domo erat, *Heliopolitanus*, non *Edeſſenus*, ut in ſynaxario Aegyptiaco dicitur; quodque mirum videri poſſit, ab eodem ipſo Aſſemano *Edeſſenus* pariter tum in admonitione Actis Chald. praevia p. 240. tum in indice p. 292. appellatur. An forte confuſus eſt cum Petro Heliopolitano? Sic eſto. At Petrus Edeſſenus epiſcopus renunciatus eſt menſe ſeptembri an. 498. migravit e vita an. 510. Ecquid aliud ex his inferas ad rem noſtram, niſi illud unum, quod eſt, ſcriptorem Thebaici fragmenti de martyrio S. Iacobi interciſi, nihil ei addidiſſe de reliquiis ab utrovis Epiſcopo Tabennam translatis, quia ante ſaeculi *quinti* finem, & *utriuſque Petri* Epiſcopatum ſcripſerat? Nam ſi poſt earum translationem ſcripſiſſet, quis credat, virum Thebaeum rem hanc toti Provinciae ſuae cognitam, aut certe populari traditione pervulgatam vel ignoraſſe, vel neglexiſſe? De ſacro enim, novoque Tabennenſis Monaſterii

(5) Poſt lineas *decem*, quarum aliae ex memb rana penitus exſectae, aliae tam enormiter obtruncatae ſunt, ut vix aut litterarum,

rii ornamento agebatur, quod ſilentio praeterire domeſtico ſcriptori piaculi loco fuiſſet; nec illud innatus erga patriam amor praetermittere permiſiſſet unquam.

Quod argumenti genus quanti valeat, diſcas velim experimento. Finge te contentionem tantiſper habere cum Aegyptio de Synaxario ſuo Coptico. Dic ei: mendax eſt hiſtoria translationis reliquiarum S. Iacobi martyris, quia in propoſito fragmento thebaici codicis nihil omnino de ea legitur. Quid ſi ille tibi continuo reſpondeat: *O bone, nonne vides, te mihi obiicere documentum litis inane prorſus, & abs re noſtra alienum? Codex enim ille ſcriptus eſt non poſt, ſed ante controverſae translationis tempora?* Tum vero multa, credo, tu contra muſſitare poteris, ſed hominem iure vincere numquam poteris. Tu rem conſidera. Vide tamen, ne tibi perſuadeas parem convincendi vim huic argumento ineſſe, ſi forte ſimili modo Aegyptiis opponas acta chaldaica S. Martyris Iacobi ex cod. Nitrienſi depromta; quod & in iis nulla fiat mentio de ipſius reliquiis Tabennam advectis. Syrus enim, ſive Chaldaeus, qui in Meſopotamia verſans longe ab Aegypto diſſitus, acta S. Iacobi exaravit, etſi ſexto, ſeptimo, aut etiam octavo ſaeculo ſcripſiſſet, facile poterat res in ſumma Thebaide geſtas ignorare; poterat & Tabenneniſium traditionem de corpore S. Martyris, tametſi cognitam, penitus negligere, ſi vellet. At de ſcriptore Thebaeo, aut fortaſſe etiam Tabenneſiota, niſi is unus ſit, qui ſenſum omnem pietatis, & gloriae erga publica gentis & domus ſuae decora exuerit, ſimilia cogitare nefas eſt. Quae omnia in ea me confirmant ſententia; ut putem, codicem noſtrum haud diu poſt dimidium ſeculi quinti fuiſſe in Thebaide translatum, atque deſcriptum ex graeco aliquo, eoque germano archetypo actorum S. Iacobi, quo tempore de ipſius B. Martyris reliquiis, nec ſi ex Perſide aſportatae fuiſſent, nec

rum, aut vocum quarumdam vel initia vel clauſulas tantum ſolitarias., et ſine ulla prorſus intelligibili connexione poſitas

Ii 2  re-

nec ubinam gentium aſſervarentur, nihil norant Aegyptii.

De loco vero, in quo haec ſancta Iacobi Λείψανα noſtro hoc aevo cuſtodiantur, diutius inquirere, meum non eſt; ſed illud unum caſte vehementerque cupio, ut integer ſtet honos Vaticanae Baſilicae, in qua ſacrum illius *caput* magna cum omnium fidelium veneratione colitur.. Nam de ceteris, quae ex celeberrimis ipſis Hagiographis ſcriptoribus ad diem 27. novembris in vita S. Iacobi *Bailetus* exponit, graviori aliorum iudicio, & eruditioni, quid decernendum ſit, relinquo. *Quelques auteurs*, ait ille, *ont publié, que le corps de ce S. Martyr avoit été transſporté de Perſe à Rome, puis de Rome dans l'Abbaie du ſaint Eſprit près de Pavie en Lombardie. Mais on eſt perſuadé, qu'ils ont pris un ſaint pour un autre. Les Portugais prétendent auſſi avoir le corps de ſaint Iacques l'intercis dans l'égliſe de Brague; et l'on y celebre la translation le vingt-duxiéme de may avec grande ſolemnité.*

Acta chaldaica S. Martyris Iacobi, uti in Nitrienſi cod. referuntur, iudice ſaepe laudato Aſſemano, ſimplicia ſunt, eamque veracitatis lucem, quae oculato ſcriptori praefulſerit, ſpirare videntur. Sed qualia fortaſſe erant in Thebaico codice, quemadmodum ex hoc noſtro fragmento colligere licet, maioris fortaſſe ſimplicitatis notam praeſeferebant.

Membranae, quae ambo ſegmenta paſſionis tum B. Iacobi, tum S. Theonoe complectuntur, *quinque* tantummodo ſunt; nec in ſuperiori margine ulla retinent arithmeticarum notarum veſtigia, quibus numerus paginarum cognoſci poſſit. Forma ſcriptionis id habet proprium, ut lineolae litterarum deficientium, & notae omnes compendiariae ſuperne ſint minio depictae. Quod opus an unius eiuſdemque librarii ſit, qui in toto textu deſcribendo uſus ſemper eſt atramento, an alterius, qui eas lineas rubro colore ductas ſuperaddiderit, dicere nequeo. Ἰῶτα, ut in ceteris omnibus Thebaicae antiquitatis codicibus, gemino puncto ſuperpicto ubique diſtinctum cernitur.

Digitized by Google

repraeſentent, en tibi tandem ſub oculos venit ultima eaque) ſolida, et integra angelici oraculi particula . . . . .

ⲡⲏ//

col.1. ⲛ̀ⲛⲉⲧⲥⲟⲩⲧⲱⲛ
ϩⲙ̀ ⲡⲉⲩϩⲏⲧ (1)
Ⲛⲉⲛⲧⲁⲩⲧⲱϭⲟⲩ
ⲇⲉ . ⲁⲩϩⲱⲛ ⲉϩⲟⲩⲛ
ⲉⲣⲟϥ : ϩⲛ̀ ⲟⲩϭⲱ
ⲛ̀ⲧⲙ̀ⲉⲛⲟⲩⲱⲣ//
ⲧⲏ ⲉⲩⲣⲟϫⲣⲉϫ (2)
ⲛ̀ⲛⲉⲩⲟϩⲉ:l. ⲛ̀ⲛⲉⲟⲩⲟϩⲉ
Ⲁⲩϣⲱⲱⲧ ⲇⲉ
ⲛ̀ⲧⲉϥ ⲟⲩⲉⲣⲏⲧⲉ (3)
ⲛⲟⲩⲛⲁⲙ : -
Ⲁϫⲱ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̀ϭⲓ
ⲡⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ : -
ϫⲉ ⲙⲉⲗⲟⲥ ⲛⲓⲙ ⲛ̀ⲧⲁⲓ
ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ ϣⲱⲱⲧ
ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲁϩ//
ⲣⲛ̀ ⲡ̀ⲣⲣⲟ ⲛ̀ⲙ̀ ⲡⲏⲩⲉ,(4)
ⲛ̀ϩⲛ̀ ⲡⲣⲟⲥⲫⲟⲣⲁ
Ⲁⲩϣⲱⲱⲧ ⲟⲛ

... *rectos corde*. Tortores vero irruerunt in eum indignationis, & irae aeſtu ſuccenſi, dentibus frendentes, & magno cum impetu pedem ei dexterum amputarunt.

Et dixit Beatus: *Membrum omne, quod vos ſecatis, ſit illud apud Regem Caelorum in ſacrificium*,

Eique etiam obtrun-

(1) ܡܟܝܟܐ, *humiles* habet Chaldaicus actorum ſcriptor; ⲛ̀ⲛⲉⲧⲥⲟⲩⲧⲱⲛ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲩϩⲏⲧ, *rectos corde* Thebaicus.

(2) ⲉⲩⲣⲟϫⲣⲉϫ ex ϧⲣⲁϫⲣⲉϫ Memphit.

(3) ⲛ̀ⲧⲉϥⲟⲩⲉⲣⲏⲧⲉ, pro *pede* heic accipi debet; nam & Chald. acta legunt, ܪ̈ܓܠܗ *pedem*.

(4) ⲛ̀ⲙ̀ ⲡⲏⲩⲉ lege, ⲛ̀ⲛ̀ⲡⲏⲩⲉ, (coram Rege) *Caelorum*, ut in actis Chald.

ⲡⲙⲉⲁ ⲛ.:.: ⲉⲓ ⲭⲁⲣⲓⲍⲉ :... ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲛⲏⲩ ⲉⲣⲁ=
ⲧⲉϥ ⲛ̀ϩⲓⲙⲟⲩ ⲛ̀ϯⲁⲗϭⲟ .:.. *Iſtheis* ( in carcere ſcili-

ⲛ̀ⲧⲉϥⲟⲩⲉⲣⲏⲧⲉ
ⲛ̀ϩⲃⲟⲩⲣ :-
ⲁⲩⲱ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̀ϭⲓ=
ⲡⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ :-
ϫⲉ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟⲓ
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ϫⲉ ⲛ̀=
ⲧⲕ ⲟⲩⲁⲅⲁⲑⲟⲥ
ⲉⲛⲁϣⲉ ⲡⲉⲕⲛⲁ :-
ⲉϫⲛ̀ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ
col. 2. ⲉⲧⲉ ⲛⲉⲓⲕⲁⲗⲉⲓ
ⲙ̀ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ :-(5)

carunt ſiniſtrum pedem; Tum dixit Beatus: *Exaudi me domine, quia tu bonus es : & magna miſericordia tua ſuper omnes, qui invocant nomen tuum*

ⲁⲩϩⲱⲛ ⲇⲉ ⲉϩⲟⲩⲛ
ⲁⲩϣⲱⲱⲧ ⲛ̀=
ⲧⲉϥ ϭⲓϫ ⲛ̀ⲟⲩ=
ⲛⲁⲙ :-

Et adhuc eum adorti manum eius dexteram amputarunt.

ⲁⲩⲱ ⲁϥⲁϣⲕⲁⲕ
ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ⲡⲉⲕ=
ⲛⲁ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉ
ϣⲁϥⲃⲟⲏⲑⲉⲓ ⲉ=

At ille exclamans dixit: *miſericordia tua, Domine, adiuvet me:*

(5) Ex Pſ. 85. v. 1. & 5. Vulg. edit. Ex Syriaca vero Pſ. 86. 1. 5. Memp. eodem pſ. 85. legit, ϫⲉ ⲛⲑⲟⲕ ⲟⲩⲭ̅ⲣ̅ⲥ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ ⲛ̀ⲑⲟⲕⲟⲩⲉⲡⲓⲕⲏⲥ (pro ἐπιεικὴς) ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲁϣⲉ ⲡⲉⲕⲛⲁⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲱϣ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲟⲩⲃⲏⲕ, iuxta LXX; *quoniam tu* (χρηστὸς) *bonus es dominus, tu mitis & multa miſericordia tua omnibus invocantibus Te*. Sed notam compendiariam, qua in recentiori Memphitarum editione, ⲟⲩⲭ̅ⲣ̅ⲥ ſcribitur, & *Chriſti* nomen cum χρηστῷ confunditur, contra fidem antiqui & primigenii textus adhibitam ſuſpicor. At fortaſſe ubi *Chriſtum* ſignificat, ſemper ⲡⲉⲭ̅ⲣ̅ⲥ pingitur.

licet : ( quod nos in verſione noſtra fortuito omiſimus , ) & heic opportune reſtituimus , ) *in beneficium eorum omnium*, *qui*

ⲣⲟⲓ . ⲙⲁⲧⲟⲩϫⲟⲓ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̄ ⲡⲁⲙⲛ̄ⲧⲉ
ⲙ̄ⲡⲉⲥⲏⲧ :- (6)
Ⲁⲩϣⲱⲱⲧ ⲟⲛ
ⲛ̄ⲧⲉϥ ϭⲓϫ ⲛ̄ϩⲃⲟⲩⲣ
ⲁⲩⲱ ⲡⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ
ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ⲛ̄ⲧⲟⲕ
ⲡⲉ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲧ//
ⲉⲓⲣⲉ ⲛ̄ⲛⲉⲓ ϣⲡⲏ//
ⲣⲉ ⲙⲁⲩⲁⲁϥ : -
ⲥⲱⲧⲙ̄ ⲉⲣⲟⲓ ⲁⲩⲱ
ⲛ̄ⲅ̄ ⲧⲟⲩϫⲟⲓ :- (7)
Ⲁⲩϩⲱⲛ ⲇⲉ ⲉϩⲟⲩⲛ
ⲁⲩϣⲱⲱⲧ ⲙ̄//
ⲡⲉϥϭⲃⲟⲓ ⲛ̄ϩ//
ⲃⲟⲩⲣ : - (8)

*& libera me ab inferno inferiori*

Similiter & ſiniſtram manum ei exſecuerunt; & Beatus dixit : *Tu es Domine, qui facis mirabilia ſolus* : *Exaudi me , & ſalva me*

Sed adhuc eum invadentes amputarunt ei brachium ſiniſtrum ſta-

(6) Ex eodem pſ.86.v.13. deſumta ſunt haec verba , uti exſtant tum in Thebaica, tum in Syriaca verſione . In hac tamen mutant acta Chaldaica ܦܨܝܬ , *eripuiſti* in ܦܨܝܢܝ *eripe me ab* ܫܝܘܠ *inferno* ( ſive fovea) *inferiori*. Memphit. huius verſiculi verſio ſic eſt : ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲡⲉ ⲡⲉⲕⲛⲁⲓ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲁ// ⲕⲛⲟϩⲉⲙ ⲛ̄ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲓ ⲁⲙⲉⲛϯ ⲉ// ⲧⲥⲁⲡⲉⲥⲏⲧ . Quae quidem conſonat cum graeca , ſed a thebaica aliquantulum variat .

(7) Heic Fragmentum noſtrum tota ferme ſententia differt ab actis Chaldaicis ; ubi haec tantum verba legunt , ܗܐ ܠܡܝ̈ܬܐ ܬܥܒܕ ܬܕܡܪ̈ܬܐ *Ecce mortuis facies mirabilia* .Noſtra ſunt ex pſ.71.lat.,& 72.v.18.gr.& copt.ver. Poſtrema vero ex pſ.118. vv.145. 140.

(8) Chald. Acta ܝܡܝܢܝܐ ܕܪܥܗ *brachium, dexterum* diſcerptum narrant : Thebaica *ſiniſtrum* .

*qui ad eum venerint, gratias conferet ſanationum* . Haec eſt altera illa angelici alloquii particula , quam ego paullo ante in

col.3. Ⲁⲩⲱ ⲁϥⲟⲩⲱϩ
ⲉⲧⲟⲟⲧϥ ⲛ̀ϭⲓ ⲡ-
ⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲡⲉ-
ϫⲁϥ ϫⲉ ⲧⲁⲯⲩ-
ⲭⲏ ⲥⲙⲟⲩ ⲉⲡ-
ⲫⲟⲉⲓⲥ : ⲁⲩⲱ
ⲛⲁϯ ⲯⲁⲗⲗⲉⲓ ⲉ-
ⲡⲁⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛ̀-
ϩⲟⲥⲟⲛ ϯϣⲟⲟⲛ
ⲉⲣⲉ ⲡⲁϣⲁϫⲉ
ϣⲱⲡⲉ ⲉϥϩⲟ-
ⲗ̀ϭ ⲙ̀ⲡⲁⲛⲟⲩⲧⲉ
ⲁⲩⲱ ϯⲛⲁ ⲉⲩ-
ⲫⲣⲁⲛⲉ ⲉϫⲙ̀
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ : - (9)

timque addidit Beatus dicens : *Benedic anima mea Domino : & pſallam Deo meo quamdiu ſum : eloquium meum iucundum ſit Deo meo : & ego delectabor in Domino .*

Ⲁⲩϣⲱⲱⲧ ⲟⲛ
ⲙ̀ⲡⲉϥϭⲃⲟⲓ ⲛ-
ⲟⲩⲛⲁⲙ : -
ⲁⲩⲱ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ-
ϭⲓ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲁⲕ-
ⲱⲃⲟⲥ : ϫⲉ ⲧⲉ

Brachium etiam dexterum ei obtruncarunt: & tum S. Jacobus dixit: *Nunc exaltavit caput meum* ( ſuper inimicos

(9) Dicta Martyris ſecundum acta Chald. excerpta ſunt , ut in eorum margine adnotatur, ex pſ. 145. 2., Sed ea integra reperiuntur in pſal. 104. verſ. Syriacae , vv. 33. 34. Thebaica vero reſpondent iiſdem vv. 33. & 34. ipſius pſ. ſub num. 103. Graecae , & Copt. verſionis . ⲧⲁ ⲯⲩⲭⲏ tamen ⲥⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲟ̅ⲥ iuxta Memphit., ⲉ̀ⲡϫⲟⲉⲓⲥ iuxta Theb., idem ſunt & initium , & finis eiuſdem pſ. 104., ſyr. verſ., vulg. latinae 103.

in membrana noſtra illaeſam dixi, quod inter ceteros ſubeundi certaminis labores, & anxietates eam nobis intactam ſer-

ⲛⲟⲩ ⲁⲥϫⲓϭⲉ ⲛ-
ϭⲓ ⲧⲁⲁⲡⲉ ⲛ-
ⲧⲉⲩⲥⲟⲟⲩϩⲥ
Ⲁⲩⲕⲱⲧⲉ ⲉⲣⲟⲓ (10)
ⲁⲩⲱ ⲁⲓⲃⲟⲟⲣⲟⲩ
ϩⲙ̀ ⲡⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡϫⲟ-
ⲉⲓⲥ (11) ⲡⲁⲛⲟⲩⲧⲉ
ⲧⲁϭⲟⲙ : ⲁⲩⲱ
ⲡⲁⲥⲙⲟⲩ ⲡⲉ ⲡⲛ-
ϫⲟⲉⲓⲥ : -
ⲁϥϣⲱⲡⲉ ⲛⲁⲓ (12)

meos) *congregatos. Circumdederunt me, eos proieci in nomine domini : Deus meus fortitudo mea, & laus mea Dominus: factus eſt mihi in ſalutem.*

(10) Locus iſte, ut eſt in actis Chaldaicis, totidem verbis reperitur in pſ. 27. verſ. 6. verſionis Syriacae : *Et nunc exaltabitur caput meum ſuper inimicos meos, qui circumdederunt me*. Ad hanc accedere videtur Thebaica; nam quod ibi Syriaca habet ܚܕܪܘܢܝ *qui circumdederunt me*: Thebaica vertit ⲛ̀ⲧⲉⲩⲥⲟⲟⲩϩⲥ, qui ad illud *congregati*, vel *collecti ſunt*. Memphit. ⲟⲩⲟϩ ϯⲛⲟⲩ ϩⲏⲡⲡⲉ ⲁϥϭⲓⲥⲓ ⲛ̀ⲧⲁⲁⲫⲉ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲛⲁϫⲁϫⲓ. ⲁⲓⲕⲱϯ, graecae accurate reſpondet: *καὶ νῦν ἰδοὺ ὕψωσε τὴν κεφαλήν μου ἐπ' ἐχθρούς μου. ἐκύκλωσα. Et nunc ecce exaltavit caput meum ſuper inimicos meos. Circuivi*; ut in vulg. noſtra, cui unum *ἰδοὺ*, *ecce* deeſt.

(11) Haec uti iacent in Thebaico Fragm. in actis Chald. omiſſa cernuntur.

Noſtra vero excerpta ſunt ex pſ. 118. graec. 117. latinae editionis v. 10. 11. 12. *Ἐκυκλωσάν με, καὶ τῷ ὀνόματι κυρίȣ ἠμυνάμην αὐτούς*. Nam Thebaeus interpres illud *ἠμυνάμην*, vertit : ⲁⲩⲱ ⲁⲓⲃⲟⲟⲣⲟⲩ & *proieci*, ſeu *expuli eos*, ubi Memphita, & Latinus tranſtulerunt : ⲁⲓϭⲓ ⲙ̀ⲡⲁϭⲓ ⲙ̀ⲡϣⲓϣ ⲛⲉⲙⲱⲟⲩ *ultus ſum in eos*. Et iure quidem ſuo *ἠμυνάμην* in forma media τȣ̃ *ἀμύνω*, reddidit Thebaeus. *Sophocles* enim iam docuit *ἀμύνασθαι* proprie ſumi *ἀντὶ τȣ̃ ἀπαλεξῆσαι, propulſare, repellere, reiicere*. Qua de re vide heic Io. Albertum in Heſychium. Quamquam utriuſque interpretationis ſenſus eodem fere recidit. Tu tamen ex hoc loco collige, Thebaeos verſionem pſalmorum habuiſſe a Memphitica diverſam.

(12) Chaldaica conveniunt cum pſ. Syr.

ſervaverit caeleſtis praedictionis partem, qua S. Archangelus

 Mi-

ⲛⲟⲩϫⲁⲓ : -
Ⲁⲩϯⲙⲡⲉⲩⲟⲩⲟⲓ ⲇⲉ
ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉϯϭⲟⲟ//
ⲗⲉⲉⲥ ⲛ̄ⲧⲟⲩⲉ//
ⲣⲏⲧⲉ ⲛⲟⲩⲛⲁⲙ
ⲛ̄ⲧⲥⲏϥⲉ : ⲁⲩ//
ⲡⲁϩⲥ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉ//
ⲡⲉϥⲙⲉⲣⲟⲥ : ⲁⲩⲱ
ⲁϥⲁⲓ̈ⲥⲑⲁ̀ⲛⲉ : -
ⲁⲩⲱ ⲁϥⲙ̀ⲕⲁϩ
ϩⲛ̄ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲙ̀ⲙ//
ⲕⲁϩ : - ⲁϥ//
ⲁϣⲕⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ
ϩⲛ̄ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̄ⲥ//
ⲙⲏ. ⲛ̄ϭⲓ ⲡϩⲁⲅⲓ//
ⲟⲥ Ⲓⲁⲕⲕⲱⲃⲟⲥ : -
ⲡⲁϫⲟⲉⲓⲥ ⲓ̅ⲥ̅
ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ⲃⲟⲏⲑⲉⲓ
ⲉⲣⲟⲓ ϫⲉ ⲁⲩⲁ//
ⲙⲁϩⲧⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲓ
col. 5. ⲛ̄ϭⲓ ⲛⲁⲁⲕⲉ ⲙ̀ⲙ//
ⲡⲙⲟⲩ : (13) ⲛ̄ⲡⲉϥ//
ϩⲱϯ'ⲃ ⲇⲉ ⲡⲉϫⲁⲩ
ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲁⲛ ⲉⲣ//
ϣⲟⲣⲡ : - ⲁⲛϫⲟⲟⲥ

Infixerunt deinde gladium ad illi amputandam dexteram tibiam, eam ad femur uſque ſcindentes. Vulneris huius acerbitatem ſentiens, ob vehementiam doloris, quo afficiebatur, S. Iacobus magna voce exclamavit: *Domine mi Ieſu Chriſte adiuva me, quia apprehenderunt me dolores mortis.*

Carnifices autem dixerunt ei: *Nonne praevenimus te, dicentes tibi,*

Syr. Edit. XVIII. v. 2. Thebaica vero cum pſ. CXVIII. v. 14. graecae *ἰσχύς μου καὶ ὕμνησις μου κύριος, καὶ ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν*: *fortitudo mea, & laus mea dominus, & factus eſt mibi in ſalutem.*

(13) Verba ſunt, quae S. Iacobus, ubi

Michael Beato Diacono *Paneſniv* non tantum ſecutura carce-
ris

ⲛⲁⲕ ϫⲉ ⲟⲩⲛ̀=
ϩⲉⲛⲛⲟϭ ⲛ̀ⲃⲁⲥⲁ=
ⲛⲟⲥ :- ⲛⲁⲧϫⲓ=
ⲛⲡⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲛⲏⲩ
ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲱⲕ

*cruciatus innumerabiles in te eſſe venturos ?*

Ⲡⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲇⲉ
ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲩ
ϫⲉ ⲱ ⲛⲁⲛⲟⲏⲧⲟⲥ
ⲧⲉⲧⲛ̀ⲥⲟⲟⲩⲛ
ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲓ ⲉⲙⲕⲁϩ
ⲉⲧⲃⲉⲟⲩ :-
Ⲉⲧⲃⲉ ⲧⲁⲅⲁⲡⲏ
ⲙ̀ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ : ϫⲉ ⲉⲓⲉ=
ⲉⲓⲙⲉ ϫⲉ ⲟⲩⲥⲁ=
ⲣ̀ⲝ ⲧⲉⲧⲧⲱ=
ϩⲓⲱⲱⲧ :-
Ⲉⲓⲙⲉ ϭⲉ ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲓ=
ⲃⲁⲥⲁⲛⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ
ⲛ̀ⲧⲁⲧⲉⲧⲛ̀ⲉⲛ=
ⲧⲟⲩ ⲉϫⲱⲓ ⲙ̀=

Beatus autem eis reſpondit. *O ſtulti ! Noſtis ne cauſſam , propter quam hos dolores ſuſtineam ? Propter caritatem , & amorem Chriſti . Scio ego equidem me eſſe carne indutum ; ſed & certo ſcio , quod cruciatus omnes , quos in me intuliſtis , nihil omnino interius huscuſque ſenſerim , ex quo mentem & cogitationem*

ubi immane vulnus in dexteri cruris abſciſſione accepit, ob ſummam doloris vehementiam, Chriſti Dei adiutoris ſui auxilium implorans , & ad eum verſus exclamans, repente protulit ex pſ. 18. v.4. vulg. verſionis noſtrae: Ieſu Chriſte adiuva me, & erue me: *circumdederunt me dolores mortis*: ſecundum Memph. verſionem ; Ⲁⲩⲁ̀ⲙⲟⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲉⲛⲛⲁⲕϩⲓ ⲙ̀ⲫⲙⲟⲩ; eique conſona fuiſſe videtur thebaica . Sed uti ſunt in textu actor. Chaldaicorum Nitrienſium , accuratiſſime reſpondent pſal. Syriacae verſion. XVIII. 4. ܡܛܠ ܕܚܕܪܘܢܝ ܚܒܠܐ ܕܡܘܬܐ *Quoniam circumdederunt me dolores mortis .*

Digitized by Google

ris vincula , ſed & prodigia , quibus ob ingentium ſanatio-
Kk 2 num

col.6.

ⲡⲓⲁⲥⲑⲁⲛⲉ(14)
ϩⲙⲗⲱⲓ̀ⲥ ⲓ ϣⲁϩⲣⲏⲓⲛ
ⲉⲩⲉⲛⲟⲩ . ⲉⲃⲟⲗ
ϫⲉ ⲁⲩⲧⲱⲣⲡ̀ ⲙ̀//
ⲡⲁⲛⲟⲩⲥ :-(15)
Ⲁϥϣⲱⲡⲉ ⲛ̀ⲛⲁϩ//
ⲣ̀ ⲙ̀ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲓ̅ⲥ̅
ⲙ̀ⲡⲣ́ⲁϩⲉⲣⲁϯ ⲧⲏⲩ//
ⲧⲛ̀ . ⲉ̀ⲧⲉϯⲛ̀ⲟⲩ//
ⲟⲥϥ : -
Ⲁⲗⲗⲁ ⲉⲛⲧⲁⲩ//
ⲟⲩⲉϩⲥⲁϩⲛⲉ ⲙ̀//
ⲙⲟⲟⲩ ⲛⲏⲧⲛ̀
ⲁⲣⲓⲥⲟⲩ : -
Ⲁⲩⲁⲇⲱⲛⲉⲓ ⲇⲉ
ⲛϭⲓ ⲛⲉϥⲟⲛⲉⲩⲥ
ⲁⲩϣⲱⲱⲧ ⲛ̀ⲛⲉⲙ//
ⲙⲉ́ⲗⲟⲥ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ
ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲛⲟⲩϫ
ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ: ⲉϫⲙ̀
ⲡⲕⲁϩ: -
Ϫⲓⲛϩⲧⲟⲟⲩⲉ ϣⲁ
ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲣⲟⲩϩⲉ
ⲁⲩⲱ ϯⲉϥⲁⲅⲁⲡⲏ
ⲛⲉⲥⲣ́ϩⲟⲩⲟ ⲉϩⲟⲩⲛ

*meam abs ſe abduxerint : et meorum medicamentorum auctor factus mihi ſit Dominus Ieſus.*

*Vos ne ceſſate. Quid moramini ? Sed quae vobis mandata ſunt , perficite.*

Enim verocarnifices, qui a mane ad veſperam uſque abſciderant membra ſancti viri , eaque humi diſperſerant , debiles erant & laſſi , ubi illius caritas in deum copioſior , & ardentior increverat .

(14) ⲙ̀ⲡⲓⲁⲥⲑⲁⲛⲉ , *forſan* ⲙ̀ⲡⲉⲓⲁⲓⲥⲑⲁⲛⲉ.

(15) Simile quiddam a SS. Epiſcopo & Martyre Cypriano in viſu ſibi dictum narrat S. Diaconus & Martyr *Flavianus* eiuſdem S. Cypriani diſcipulus in act. SS.

num gratiam eidem in carcere ipſo divinitus impertiendam cla-

.ⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ:
Ⲁⲩϯⲙⲡⲉⲩⲟⲩⲟⲓ
ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲩϭⲟⲟⲗⲉⲥ
col.7. ⲛ̀ⲧⲉϥⲟⲩⲉⲣⲏⲧⲉ
ⲛ̀ϩⲃⲟⲩⲣ ⲁⲩⲡⲁ//
ϩⲥ : ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲉϥ//
ⲡⲁⲧ . ⲙⲛ̀ ⲡⲉϥ//
ⲙⲉⲣⲟⲥ : ⲛⲉϥ//
ⲧⲏⲩⲱⲛ ⲇⲉ ⲛ̀//
ϭⲓ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲙ̀//
ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲧⲁⲩⲥⲱ//
ⲗ́ⲡ ⲛ̀ⲛⲉϥⲙⲉ//
ⲗⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ :
ⲙ̀ⲙⲛ̀ϭⲉ ⲗⲁⲁⲩ
ϣⲟⲟⲡ ⲙ̀ⲡⲉϥ//
ⲥⲱⲙⲁ . ⲛ̀ⲥⲁⲧ́ϥ//
ⲁⲡⲉ . (16) ⲙⲛ̀ⲧⲉϥ//
ⲙⲉⲥⲑⲏⲧ ⲙⲛ̀
ϩⲏⲧϥ : ⲉϥⲧⲛ̀//
ⲧⲱⲛ ⲉⲩⲕⲁⲓⲡⲁ//
ⲣⲓⲥⲟⲥ (17) ⲉ : ⲁϥ//
ϯⲙ̀ⲡⲉⲥϯⲛⲟⲩ//

Acceſſerunt ad amputationem ſiniſtri cruris, illudque ſciderunt ex intimo eius pede, & femore.

Qua autem hora vir Sanctus ut truncus ſtetit membris ſuis omnibus amputatis, deque illius corpore nihil prorſus reliqui, niſi caput, pectus, & venter, ſuperfuit, ſimilis exſtitit odoratae cupreſſui, quum ſpoliata ramis, ut lignum fit inhono-

SS. *Lucii*, *Montani*, aliorumque MM. Africanor. apud Ruinartium p.237. Sic enim ille de ſe loquitur: *oſtenſum eſt mihi hoc, quaſi Cyprianum ipſum interrogarem, an pati illus doleret; ſcilicet Martyr futurus, de paſſionis tolerantia conſulebam. Qui mihi reſpondit, et dixit: Alia caro patitur, cum animus in caelo eſt. Nequaquam corpus hoc ſentit, cum ſe Deo tota mens devovit*: vi nempe flagrantiſſimae caritatis e carnis, corporiſque ſenſu in Deum mirifice rapta.

(16) ⲛ̀ⲥⲁ coniunctum cum praecedenti ⲙ̀ⲙⲛ̀, heic vertitur: *niſi*.

(17) ⲉⲩⲕⲁⲓⲡⲁⲣⲓⲥⲟⲥⲉ: ⲁϥ//

clarus futurus erat, perſpicue & ex ordine revelavit. At cer-

ϥⲉ: ⲙ̀ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̀=
ⲧⲁ̀ⲩϫⲟⲗϩ́ϥ:
Ⲉⲧⲣⲉ ⲡϣⲏⲛ:-

ratum, & contemtibile.

ϣⲱⲡⲉ ⲉϥϣⲏϣ
ⲧⲁⲓ ϩⲱⲱϥ ⲧⲉ=
ⲑⲉ ⲉϥϣⲟⲟⲡ ⲙ̀=
ⲙⲟⲥ:-
col.8. ⲛ̀ϭⲓ ⲡⲙⲁⲕⲁ́ⲣⲓⲟⲥ
ⲡϩⲙ̀ϩⲁⲗ ⲛ̀ⲧⲉ=
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ:-
Ⲉⲣⲉⲧⲉϥⲁⲡⲉ ⲁϩⲉ=
ⲣⲁⲧ́ⲥ. ⲙⲛ̀ ⲧⲉϥ=
ⲙⲉⲥⲧⲛ̀ϩⲏⲧ
ⲙⲛ̀ ϩⲏⲧϥ:-
Ⲁⲩⲱ ⲛⲉϥⲙⲉⲗⲟⲥ
ⲛⲉⲩⲛⲏϫ ϩⲓ=
ϫⲙ̀ ⲡⲕⲁϩ:-

Talis & ipſe factus eſt Beatus ſervus Dei, caput unum geſtans, pectus, & ventrem, quum reliqua membra eius eſſent diſperſa ſuper terram:

Ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲣⲉ ⲧⲡⲁ=
ϣⲉ ⲙⲉⲛ ⲙ̀ⲡⲉϥ=
ⲥⲱⲙⲁ ⲙⲟⲟⲩⲧ:-

& pars corporis eius dimidia mortua eſſet, dimidia vivens.

ⲁϥϯⲙ̀ⲡⲉⲥϯⲛⲟⲩϥⲉ, corrige, ⲉⲩⲕⲩⲡⲁⲣⲓⲥⲥⲟⲥ: ⲉⲁϥϯⲙ̀ⲡⲉⲥϯⲛⲟⲩϥⲉ: (nam & graecum nomen *κυπάρισσος*, unde ⲉⲩⲕⲁ̀ⲓⲡⲁⲣⲓⲥⲟⲥ, ſcripſit, et ε, deinde, gemino puncto interiecto, perperam imperitus amanuenſis disiunxit a ſequenti ⲁϥ .:.) :*Cupreſſus ſuaveolens*. Chaldaica acta habent ܠܒܪܘܬܐ ܕܒܣܝܡ ܪܝܚܗ *Abies odorata*, ut vertit cl. Praeſul Evodius Aſſemanus. Qua ex re ſatis perſpicuum fit, Thebaeum noſtrum acta iſthaec, etſi Chaldaicis ſimillima, ex graeco tamen Archetypo fuiſſe interpretatum.

certe quam pulcre, & adamuſſim Angeli vaticinia impleta in

ⲉⲣⲉ ⲧⲉϥⲡⲁϣⲉ
ⲟⲛ̄ϩ: - ⲛ̀ⲧⲉ//
ⲣⲉϥⲥϭⲣⲁϩⲧ ⲇⲉ
ⲛ̀ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ: -
ⲁϥⲟⲩⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉϥ//
ⲧⲁⲡⲣⲟ ⲡⲉϫⲁϥ:
Ϫⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉ: -
ⲡⲁⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ⲙⲛ̄
ⲡⲁⲥⲱⲧⲏⲣ
ⲡⲁⲣⲉϥϣⲟⲡⲧ
ⲉⲣⲟϥ: -
ϣⲱⲡⲉ ⲉⲣⲟⲕ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲙⲡⲁⲥⲟⲡⲥ́: -
col. ϛ. Ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲅ̄ϫⲓ ⲙ̀ⲡⲁ//
ϣⲗⲏⲗ: ⲁⲩⲱ
ⲛ̀ⲅ̄ϫⲓ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲱ//
ⲃ́ϩ: - ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ
ⲛ̀ⲧⲁⲓ ϣⲱⲡⲉ
ⲛ̀ϥϣ̀ⲙⲙⲟ. ⲉⲛⲁⲙⲉ//
ⲗⲟⲥ: ⲉⲣⲉⲧⲡⲁ//
ϣⲉ ⲙⲉⲛ ⲙ̀ⲡⲁⲥⲱ//
ⲙⲁ ϣⲁϫⲉ: ⲉ//
ⲣⲉⲧⲉϥⲡⲁϣⲉ ⲕⲁ//
ⲣⲁⲓⲧ: - ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲙⲛ ⲛ̀ⲧⲏⲏⲃⲉ ⲙ̀
ⲙⲟⲓ: ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲓ//
ⲛⲁ ⲥⲟⲡⲥ̀ ⲙ̀ⲙⲟⲕ

Quum vero parumper tacuiſſet, aperiens, os ſuum, dixit: *Domine, qui es lux mea, & ſalvator meus, idemque ſuſceptor meus ſuſcipe Domine orationem meam ad Te & excipe obſecrationem meam, & ſuſcipe iterum deprecationem meam ſicuti eam effero diſiunctus, & peregrinans a membris meis; ſiquidem dimidium corporis mei loquitur, dimidium vero ſilet. Domine non ſunt mihi digiti, ut eis te orem; neque ſunt mihi manus, ut eas extollam ad te.*

in co fuerint, hiſtorica ipſa rerum geſtarum ſeries, quae da-

ⲛ̀ϩⲏⲧⲟⲩ :- ⲟⲩ=
ⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲕⲁϭⲓϫ
ⲙ̀ⲙⲟⲓ : ϫⲉⲕⲁⲥ
ⲉⲓⲛⲁϥⲓⲧⲟⲩ
ⲉϩⲣⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲙ̀ⲙ=
ⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ :-
Ⲁⲩϣⲱⲱⲧ ⲛ̀=
ⲛⲁⲟⲩⲉⲣⲏⲧⲉ
ϫⲉⲕⲁⲥ ⲛ̀ⲛⲉⲓⲁϩⲉⲙ=
ⲣⲁϯ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲙ̀ⲙ=
ⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ :-
Ⲁⲩⲡⲱϩ ⲛ̀ⲛⲁ=
ⲡⲁⲩ :-
col 10 ⲙⲛ̀ ⲛⲁⲙⲉⲗⲟⲥ
ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲥⲱⲗ̀ⲡ
ⲛ̀ⲛⲁϭⲃⲟⲓ :- ⲁⲩⲱ
Ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ ⲥⲉ=
ⲡⲏϫ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲁ=
ϩⲣⲁⲕ. ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀=
ⲟⲩⲏⲓ ⲉⲁϥϩⲉ ϩⲛ̀
ⲟⲩϣⲡⲉ :- ⲁⲩⲱ
Ⲉⲣⲉ ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ϣⲟ=
ϫⲡ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲙⲟϥ.
Ⲧⲁⲓⲧⲉ ⲧⲁϩⲉ ϩⲱ
ⲛ̀ⲧⲁⲓ ϣⲱⲡⲉ
ⲙ̀ⲙⲟⲥ :- ϯⲥⲟ=
ⲡⲥ ⲙ̀ⲙⲟⲕ : ⲡ=
ϫⲟⲉⲓⲥ. ϣⲱⲡ

*Abſciderunt mihi crura, ut non veniam ante conſpectum tuum*

*Amputarunt pedes meos & membra mea, & avulſerunt brachia mea.*

*Et ecce proiecerunt me a facie tua.*

*Sicut Domus lapſa in ruinam, & de qua modicum quid ſupereſt; ita etiam eſt caſus, & lapſio mea.*

*Rogo te, Domine, ſuſcipe ad Te deprecationem meam: & anima*

datur in hoc noſtro Theb. Fragmento, abunde prorſus, nitideque demonſtrat.

ⲉⲣⲟⲕ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲟ//
ⲃ̀ϩ: - ⲛ̀ⲅⲉⲓⲛⲉ ⲛ̀//
ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ ⲉⲃⲟⲗ
ϩⲙ̀ ⲡⲉϥϣⲧⲉⲕⲟ
Ⲉⲧⲣⲁⲟⲩⲱⲛϩ
ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲉⲕ//
ⲣⲁⲛ (18) ϩⲛ̀ ⲡⲉⲕ//
ⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ

*Πε// mea exeat de carcere iſto, ut confiteatur nomini tuo in ſanctuario tuo*

ϩⲣⲁⲓ ϩⲛ̀ⲟⲩⲟⲛ
ⲛⲓⲙ ⲛ̀ⲧⲁⲕⲥⲙ̀//
ⲧⲟⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲉ//
ϫⲱⲟⲩ :-
col II ⲛ̀ϭⲓ ⲧⲉⲕⲙⲙⲛ̀ⲧⲙⲙⲛ(19)
ⲧ̀ⲙⲁⲓ ⲣⲱⲙⲉ:
ⲁⲩⲱ ϩⲣⲁⲓ ϩⲛ̀ ⲛⲉⲕ//
ⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ :
ⲛ̀ⲧⲁⲩⲙⲟⲟⲩⲧ ⲟⲩ
ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ

*cum omnibus, quibus quietem & refrigerium dedit tua erga homines caritas, & una cum beatis omnibus, qui mortui ſunt propter nomen tuum.*

ϯ ⲇⲉ ⲛ̀ⲟⲩⲉⲓⲣⲏⲛⲏ
ⲙ̀ⲡⲉⲕ ⲗⲁⲟⲥ ⲉ//
ⲧⲟⲩⲁⲁⲃ : -

*Da autem pacem populo tuo ſancto: & eum firmiter ſtatue.*

(18) Haec verba ܘܬܬܢܝܚ ܒܝ ܚܡܬܟ *Et in me quieſcat furor tuus:* & quae mox ſequuntur: ܘܥܠ ܥܡܟ ܢܘܚܐ ܢܗܘܐ ܠܗܘܢ: *& ſuper populum tuum a perſequutoribus vexatum quies,* in Thebaico Fragmento non exſtant.

(19) ⲧⲉⲕⲙ̀ⲙⲛ̀ⲧⲙⲙⲛ̀ⲧ// ⲙⲁⲓ ⲣⲱⲙⲉ, ex amanuenſi imperitia ita poſitum, legendum puto, ⲧⲉⲕⲙⲛ̀ⲧⲙⲁ̀ⲓⲣⲱⲙⲉ, *φιλανθρωπία, humanitas, amor, caritas erga homines.*

(6) Ⲡⲉϫⲉ ⲡ̀ϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛ̀ⲛⲁⲇⲁⲝⲓⲥ ϫⲉ ⲁⲛ-ⲧⲉⲧⲛ̀ ⲉⲓⲙⲉ ; *Dixit Praeſes cohorti militum ſuorum : Vos*

L l

*Di-*

ⲛ̀ⲅϯⲱⲅⲉⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ (19)
ⲁⲩⲱ ϯⲣⲏⲛⲏ ⲙ̀ⲙ-
ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ : ⲙⲁⲣⲉⲥ-
ϩⲏ ⲛ̀ⲧⲟⲩ ⲉⲧⲟⲩ-
ⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲩⲉⲣⲏⲩ :
ϫⲉ ⲥⲉϫⲟⲟⲣ ⲉⲃⲟⲗ
ϩⲙ̀ ⲕⲁϩ ⲧⲏ-
ⲣϥ : ⲁⲛⲟⲕ
ϩⲱ ⲡⲉⲕϩⲙ̀ϩⲁⲗ
ⲛ̀ⲉⲗⲁⲭⲓⲥⲧⲟⲥ
ϯⲉⲝⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲉⲓ
ⲛⲁⲕ : ⲉⲓϫⲟⲟⲩ
ⲉϩⲣⲁⲓ . ⲁⲛⲟⲕ
ⲙ̀ⲛ ⲛⲉⲕⲙ̀ⲁⲣⲧⲩ-
ⲣⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ :
col. 2 ⲙ̀ⲛ ⲛⲉⲕϩⲟⲙⲟⲗⲟ-
ⲅⲓⲧⲏⲥ : ⲉⲃⲟⲗ
ϩⲙ̀ (20) ⲡⲉⲙϩⲓⲧ ⲙⲛ̀
ⲑⲁⲗⲁⲥⲥⲁ . ⲛ̀ⲟⲩ-
ⲥⲙⲟⲩ ⲙⲛ̀ ⲟⲩⲉⲟ-
ⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲱⲧ

*& pax Chriſti habitet in ſingulis quibuſque ad invicem ; quoniam diſperſi ſunt in univerſa terra.*

*Ego quoque ſervus tuus mininus confiteor tibi : ego cum univerſis Beatis & Confeſſoribus tuis ex Aquilone & mare & benedictionem, & gloriam cantabo tibi*

(19) ϯⲱⲅⲉⲓ pro ⲧⲱ-ϫⲉⲓ : erratum opinor, ex ambigua dictantis pronunciatione, aut ex ipſiuſmet ſcriptoris oſcitantia, natum.

(20) Ex incuria amanuenſis praetermiſſa ſuſpicor nomina ; ⲙⲁⲛ-ϣⲁ, ⲙⲁⲛ̀ϩⲱⲧⲡ, ⲥⲁⲣⲏⲥ *orientis, occidentis, & auſtri*, quae in

*ſeltis &c.* ⲛ̀ⲛⲁⲇⲁⲝⲓⲥ, mutato Thebaeorum more in ⲇ, pro ⲛ̀ⲛⲁⲧⲁⲝⲓⲥ. De hac graeca voce *τάξις* haec habet

ⲙⲛ̀ ⲡϣⲏⲣⲉ ⲙⲛ̀
ⲡⲉⲡ̄ⲛ̄ⲁ ⲉⲧⲟⲩ//
ⲁⲁⲃ: ϫⲓⲛ̀ⲧⲉ//
ⲛⲟⲩ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲉ//
ⲛⲉⲛⲉϩ ϩⲁⲙⲏⲛ:
Ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉϥ//
ϫⲱ ⲙ̀ⲡϩⲁⲙⲏⲛ:
ⲁⲟⲩⲁ ϩⲛ̀ ⲛⲉϥϣ//
ⲃⲏⲣⲉ ⲧⲁϩⲉⲣⲁ//
ⲧⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉϥⲙ̀ⲧⲟ
ⲉⲃⲟⲗ: ⲁϥ//
ⲥⲱⲗ̀ⲡ ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲧⲁ//
ⲡⲉ ⲙ̀ⲡⲙⲁⲣⲧⲩ//
ⲣⲟⲥ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ:
ⲁⲩⲱ ⲉⲩⲧⲁⲓⲉⲓⲏⲩ:
ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲁⲕ//
ⲕⲱⲃⲟⲥ: ⲁⲩⲱ
ⲁ̀ϥϯ ⲙ̀ⲡⲉϥ ⲛ́ⲁ(21)
ⲉⲧⲟⲟⲧ́ϥ ⲙ̀ⲡ//

*Patri, & Filio, & Spiritui Sancto ex nunc & uſque in ſaeculum ſaeculorum Amen.*

Et quum dixiſſet: *Amen*: Unus ex ſatellitibus ibi circumſtantibus caput puri, Beatique & Glorioſi Martyris Sancti Iacobi abſcidit: & ipſe ſimul Spiritum reddidit Deo, qui ei requiem dedit in pace.

in Chaldaicis actis inveniuntur. Quamquam & in his vocabulum *θαλάσσα, Mare*, deſit, quod in noſtro fragmento legitur. Hinc ego coniicio, S. Martyrem in hoc orationis ſuae loco locutionem ſumpſiſſe ex cap. Iſaiae 49. v. 12. ubi divinus vates celebrat gloriam beatae Sionis ex univerſali, quae ex omnium gentium *congregatione* ei ventura erat: *ecce*, inquit, *iſti de longe venient: & ecce illi de* AQUILONE, ET MARI, *& iſti de terra auſtrali*, ſumtis nempe partibus orbis terrarum pro toto.

(21) Omiſit amanuenſis in ⲛ̀ⲛⲁ litteram ⲛ; & ⲛⲁ *ſyllabam* ita ſolitariam poſuit, ut quid ea ſignificet, ſciri nequeat. Attamen is, qui

bet doctiſſimus Valeſius in cap. 5 4. lib. 1. de vita Imp. Conſtan-



ⲛⲟⲩⲧⲉ :
col 13 ⲁϥⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ
ϩⲛ̀ ⲟⲩⲉⲓⲣⲏⲛⲏ :
Ⲁϥϫⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲗⲟⲙ
ⲛ̀ϭⲓ ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ
Ⲓⲁⲕⲕⲱⲃⲟⲥ : (22)
ϩⲓ ⲟⲩⲣⲁⲛⲁ(23) ⲛ̀ⲡⲣ̀-
ⲣⲟ ⲛ̀ⲛⲡⲉⲣⲥⲟⲥ
ϩⲛ̀ ⲧⲙⲛ̀ⲧⲣ̀ⲣⲟ
ⲛ̀ⲟⲛⲛⲱⲣⲓⲟⲥ
ⲙⲛ̀ ⲑⲉⲟⲧⲱⲥⲓ-

Coronam Martyrii accepit Sanctus Iacobus ſub *Vrana Rege* Perſarum, Principatum (in orbe Romano) gerentibus *Honorio*, & *Theodoſio* Auguſtis Imperatoribus, XXVII. Novembris, qui

qui lineolas ad litteras deficientes ſupplendas addidit, tam longam, & pinguem lineam minio pictam ſuper eandem particulam ⲛⲁ duxit, ut formam notae compendiariae proculdubio repraeſentare voluerit. Itaque integritati ſuae reſtituenda vox eſt, & ubi legitur ⲙ̀ⲡⲉϥ ⲛⲁ, legendum erit ⲙ̀ⲡⲉϥⲡ̅ⲛ̅ⲁ *ſpiritum ſuum*.

(22) Nomen hoc Ⲓⲁⲕⲕⲱⲃⲟⲥ ſic paſſim, depravata orthographia, per geminum κ in fragmento noſtro deſcriptum, ex vitio eſt ipſius Amanuenſis. Nam a Thebaeis, & Memphitis per ſimplex κ in actis S. Martyris *Paneſniv*, & in copt. edit. N. Teſt. apud Wilkins. Ιακωβος ſemper effertur.

(23) *Vrana* pro *Vararane*, qui & *Varane* dicitur apud Tillemont. *Hiſtoire des Empereurs*. Sed unde Οὐαράνης *Varanis nomen* factum ſit, vide doctiſſimum *Thomam Hyde* de veterum Perſarum ... Religione cap. XXIX. *Ignem ſacrum*, ibi ait, *denotare volentes* (Perſae) *eum vocant* اتش بهرام *Atêsh Behrâm*, ideſt, *Ignis Martis*, *qui apud Graecos nuncupatur* πῦρ Ἀρείου *ut pote de rubedine illius Planetae participans, cum eo concolor, ad eundem relatus, & ab eo primum derivatus.... Sed pro Atêshi Behrâm, apud quoſdam male ſonantes, aliquando minus bene* legitur اتش ورهرام *Athêſhi varharâm, eodem ſignificatu. Et cum, Behrâm, ſeu Barhâm (a graecis enuntiatum* Οὐαράνης *) alias ſit nomen cuiuſdam Regis, id apud Arabes fere ſemper* legitur *praedicto ſono Warbaram, uti & apud Syros* ܘܪܒܪܐܡ *Warbaram. Unde apud Socratem, & alios Graecos ſit nomen* Βαραράνης *Vararanes*. In actis vero Chald. S Iacobi M. ܘܪܒܪܐܢ *Varbaran* ſcribitur. At in Thebaico fragmento, ſi quae ab *Hyde* tradita ſunt, amplectamur, rectius hoc nomen *Vrana*, ſive ⲟⲩⲁⲣⲁⲛⲁ.

*Va-*

ſtantini. τάξεις, *ſeu* τάγματα *ſunt officia magiſtratum ſingull enim ma-*

ⲟⲥ : (24) ⲛⲁⲩⲅⲟⲩⲥ-
ⲧⲟⲥ ⲛ̀ⲡⲣⲟ
ϩⲓ̀ ⲥⲟⲩϫⲟⲩϯ
ⲥⲁϣϥⲉ. ⲙ̀ⲡⲉⲙ-
ⲃⲟⲩ ⲛⲟⲉⲙⲃⲣⲓ-
ⲟⲥ : ⲉⲧⲉ ⲁⲑⲱⲣ ⲡⲉ
ϩⲙ̀ ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ-
ⲡⲁⲣⲁⲥⲕⲉⲩⲏ (25)
ⲛ̀ϩⲟⲥ ⲟⲛ ⲉϥⲛⲏϫ

menſis eſt *Athor*, in die *paraſceves*.

Quumque tortores eti-

*Varana*, effertur; etſi Amanuenſis incuria in ⲟⲩⲣⲁⲛⲁ praetermiſſum ſit ⲁ poſt ⲟⲩ. De hoc *Vararanis* nomine obſervat Tillemont. tom.vI.H. Imp. N. X. in *Theodoſio II.* p.603. ed. Ven. ubi de illius Perſici Regni Chronotaxi differit, *Sirmondum* in Hiſtoria Theodoreti edidiſſe: Βαραράνης, Valeſium vero Γοροράνης, idem tamen eſſe nomen *prononcé un peu differemment, comme nous* [ Galli, inquit, ] *avons fait Gaſcons de Vaſcones*.

Ex Regibus, qui *Vararanis* nomine nuncupati ſunt, V. is eſt, ſub quo, anno Regni eius *ſecundo Chriſti* 421. *S. Iacobus membratim* conciſus, martyrii corona decoratus eſt. Erat ille Iſdegerdis Filius, qui ut Patri in Regno ſucceſſit, teterrimam ſtatim perſecutionem in chriſtianos concitavit. Vide de hac epocha quam praeclarae eruditionis lumina protulerit *Evodius Aſſemanus* in admonitione ad acta chaldaica, ſeu Syriaca eiuſdem S. Martyris.

(24) ⲛ̀ⲟⲛ̀ⲛⲱⲣⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲛ ⲑⲉⲟϯⲱⲥⲓⲟⲥ, corrupta & heic orthogr. pro ⲛ̀ⲟⲛⲱⲣⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲛ ⲑⲉⲟⲇⲱⲥⲓⲟⲥ:

Cum anno Aer. Chriſt. 421. quo glorioſum martyrii ſui certamen S. Iacobus, conſummavit coniungit *Tillemontius* cit. tom. v. pag. 846. annum *Honorii* 27., Theodoſii vero II. 13.14. Anno enim 395. Honorius occidentalis Imperii habenas poſt mortem Magni Theodoſii Patris ſuſcepit, & an. aer. vulg. 423. Imperii 29. e vivis Ravennae exceſſit. Theodoſius autem imperare coepit poſt mortem Arcadii, quae accidit an. 408. Kal. Maii. Unde ſi calculum duxeris ad an. uſque 421. habebis annos Theodoſiani Imperii 13. 14. non vero 12. 13. ut mendoſe impreſſum legitur in Tab. Chronologica t.vI. eiuſdem H. editionis Venetae.

(25) ϩ̀ⲙ ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲡⲁⲣⲁⲥⲉⲩⲏ, *In die paraſceves*. Aegyptios fuiſſe, qui gentium omnium principes hebdomadae dies a *Planetis* denominare coeperint, teſtis eſt Herodotus lib. II. cap. 82. Dio Caſſius, aliique. Ex his Graeci & Romani eumdem ſuperſtitionis ritum acce-

*magiſtratus ſuum habebant officium*, *ſeu apparitionem*. *Id erat cor-*

ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϭⲓ ⲡⲓ//
ⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲓ//
ⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ
Ⲁϩⲉ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲓ ⲉ//
ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲧⲉ//
ⲡ̀ⲓⲥⲧⲓⲥ: ⲁⲩ//
ⲥⲱⲟⲩϩ ⲉϩⲟⲩⲛ
ⲛ̀ⲟⲩⲁϣⲏ ⲙ̀ⲙⲓ//
ⲗⲓⲁⲣⲏⲥⲓⲟⲛ (26)

am diſperſiſſent corpus Sancti Viri, inventi ſunt homines ex fidelium numero, qui collegerunt quantitatem miliariſiorum, eamque de-

ceperunt, tandemque, ut ait SS. Doctor Auguſtinus l. 18. c. 5. contra Fauſtum, *diebus iſtis*, *quorum ſeptenarius numerus in orbem redit*, *deorum ſuorum nomina impoſuerunt*. Ob hanc cauſſam Magnus ille Pater ab eo loquendi more, quo Ethnici inprimis, & eorum exemplo, quidam etiam Chriſtiani homioes, io diebus hiſce ſub falſorum numinum vocabulis, commemorandis, utebaotur, ſemper abhorruit. Hinc enarrat. in pſ. 93. ad illius titulum, qui eſt: *Ipſi David*, *quarta Sabbatorum* ita ſcribit. *Quarta ergo Sabbatorum*, *quarta feria*, *qui Mercurii dies dicitur a Paganis*, *& a multis chriſtianis*: *ſed nollemus*; *atque utinam corrigant*, *et non dicant ſic*. *Habent enim linguam ſuam*, *qua utantur*, *Non enim & in omnibus gentibus iſta dicuntur*. *Multae gentes aliae atque aliae aliter atque aliter vocant*. *Melius ergo de ore Chriſtiano ritus loquendi Eccleſiaſticus procedit*. *Tamen ſi quem forte conſuetudo traxerit*, *ut illud exeat ex ore*, *quod corde improbat*, *intelligat illos omnes*, *de quorum nominibus appellata ſunt ſidera*, *homines fuiſſe*. Hunc ipſum caſtum loquendi ritum Chriſtiana omnis Aegyptus priſcis Eccleſiæ ſeculis adoptaverat, & ideo *παρασκευην*, *feriam* 6., qua Martyrium ſuum S. Iacobus an. 421. ſtrenue conſummavit, Thebaici fragmeoti Auctor appellavit. Eumdemque morem tenuit Chronicoo Alexaodrinum ubi mortem Imperatricis *Eudociae* in *paraſceve* pariter, quod idem eſt ac fer. 6. contigiſſe narrat. Acta Chaldaica habent:

ܒܝܘܡ ܥܪܘܒܬܐ *in die Paraſceve.*

(26) ⲙⲉⲗⲓⲁⲣⲏⲥⲓⲟⲛ ;

At *μιλιαρίσιον* ſcribit Ducangius in *Gloſſario*; illiuſque valorem partem exaequare dicit *numiſmatis duodecimam*. Vide quam multos e veteribus ſcriptoribus eo loci referat vir doctiſſimus ad hoc *manetae* genus illuſtrandum. Laudat ioter ceteros *Cedrenum*, *qui μιλιαρίσια ἀπὸ τῆς μιλιτίας*, *ἤγουν στρατείας*, quaſi militarienſia, *a militia* ſic dicta ſcribit; eorumque origioem *Scipioni* tribuit, qui ob auri ioopiam omnium princeps de *miliariſiis* io militum ſtipem cudendis cogitarit. Sed quod *Cedrenus* de Scipione narrat, *fabulam* cenſet magni oominis ſcriptor *Dionyſius Petavius* animadverſionibus in S. Epiphanii libr. *de ponderibus*, *& menſuris* pag. 430. Ibi *de milliarenſi*, inquit, *haud vulgaria dicenda ſunt*; *quae quoniam*

*corpus quoddam officialium* , ſeu *MILITUM* , *qui Iudicibus appa-*

Ⲁⲩϯ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲛ//
ⲛⲉⲧϩⲁⲣⲉϩ ⲉ//
ⲣⲟϥ : ϫⲉⲕⲁⲥ
ⲉⲩⲉϫⲓ ⲙ̀ⲡⲥⲱ//
ⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲉⲧ//
ⲟⲩⲁⲁⲃ : ⲁⲩⲱ
ⲙ̀ⲡⲟⲩⲥⲱⲧⲙ̀
ⲛⲁⲩ : ⲉⲩⲉⲣϩⲟ//
ϩⲟⲧⲉ (27) ϩⲏⲧ'ϥ ⲙ̀//
ⲡⲉ̀ⲣⲣⲟ : ⲁⲩⲱ
ϩⲙ̀ ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̀ϫⲡ̀
ⲙⲏⲧⲉ : (28) ⲁⲩ//

derunt cuſtodibus, ut cadaver Sancti acciperent.

At eos non audierunt metu Regis ſui vehementer perterriti. Verum hora decima, ſiquidem iam veſpere imminens eſſet, illi

*niam cum folle implicatam diſputationem continent , de utroque diatribam paullo longiorem inſtituemus* . Unam, & alteram tu *diatribam* legito, ſed eam in primis,quae eſt de *Miliarenſi argenteo* a pag. 436. uſque ad pag. 440. Summa vero totius diſputationis a Petavio tradita haec eſt , *miliarenſem argenteum fuiſſe nummnm non didrachmum* (contra Scaligerum , ) *ſed aliquanto minorem , qui . . . levior alias , alias gravior extitit . Ac tum cum levior fuit , milleſima pars fuit aureae librae ; unde & μιλιαρίσιον a Graecis , a Latinis milliarenſis appellari coepit . . . Ceterum huiuſmodi milliarenſium ſpecies , quod donativum ac ſtipendium in eo genere perſolveretur , nec non ſparſiones, & erogationes in populum eodem illi fierent . . . Hinc & ςρατιωτικὸν δόμα , vel δῶρον Epiphanius* interpretatur , & *gloſſae cum eo fere omnes* . His adde ex *Analectis graecis* , quae tibi latine reddita exhibent Monachi Benedictini congr.S.Maurii *Antiquum rationarium Augusti* Caeſaris *& novum* rationarium *Alexii Comneni* Imp. Ibi pag. 517.plura de *miliarenſibus* habebis. Heic tamen μιλιαρήσιον dicitur, quod alii μιλλιαρίσιον appellant . Acta Chaldaica habent, ܟܢܫܘ ܙܘ̈ܙܐ ܠܐ ܙܥܘܪܐ *collegerunt denarios non paucos , & obtulerunt cuſtodibus , ut ducerent cadaver ; & non conſenſerunt* ; quae quidem quaſi παραφραςικῶς ab Evodio interprete elegantius expoſita ſunt ; ut quiſquis ea cum textu contulerit, facile deprehendere poterit .

(27) ⲉⲩⲉⲣϩⲟϩⲟⲧⲉ legendum ⲉⲩⲉⲣϩⲟⲧⲉ.

(28) ϩⲙ̀ ⲡⲛⲁⲩⲛϫⲡⲙⲏ//ⲧⲉ, *hora decima*: Chaldaica vero Acta, ܘܒܙܒܢܐ ܕܫܥܬܐ ܬܫܥ *Tempore horae nonae* .

*apparebant, ut videre eſt in notitia imperii romani. Haec officia Grae-*

ⲁⲛⲁⲭⲱⲣⲉ̀ⲓ ⲛⲁⲩ
ⲉⲩⲉⲣϩⲟⲧⲉ ϩⲏⲧⲟⲩ
ⲛ̀ⲛⲍⲱⲟⲛ ⲛⲁⲕ// (29)
ⲣⲓⲟⲛ : ⲉⲧⲃⲉ ϫⲉ
ⲁⲣⲟⲩϩⲉ ϣⲱⲡⲉ
ⲙ̀ⲛ̀ⲛⲥⲁ ⲧⲣⲉⲩ//
ⲁⲛⲁⲭⲱⲣⲉⲓ ⲇⲉ
ϩⲟⲓⲛⲉ ⲇⲉ ⲉⲃⲟⲗ
ⲛ̀ϩⲏⲧⲟⲩ:
ⲉⲛⲁⲧ̀ⲛ ⲛⲡⲓⲥ//
ⲧⲓⲥ ⲛⲉ:
Ⲁⲩⲁⲣⲡⲁⲍⲉ
ⲙ̀ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡ//
ⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲙ̀//
ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲡ//
ϩⲁⲅ̀ⲓⲟⲥ Ⲓⲁⲕⲕⲱ//
ⲃⲟⲥ ⲕⲁⲧⲁ ⲥⲙⲟⲧ
ⲛⲓⲙ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲥⲛⲟ//
ⲇⲏ. ⲁⲩⲕⲟⲥ̀ϥ
Ⲕⲁⲧⲁ ⲛⲉϥⲙⲡ//
ϣⲁ ϩ̀ⲛ ⲟⲩϩⲱⲡ
Ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉⲣⲟⲩ//
ϩⲉ ϣⲱⲡⲉ ⲁⲩ//

receſſerunt timentes feras agreſtes.

Poſtea, quidam ex iis, qui chriſtianae fidei luce pleni & animati erant, quum acceſſiſſent,

Corpus Beati, & S. Martyris Iacobi ſecundum omnem eius ſimilitudinem & figuram diligenter compoſitum, uti dignum erat, clanculum ſepelierunt; & ubi factae ſunt tenebrae, repoſuerunt illud abſcondite in locum, hymnis lau-

(29) Chaldaica acta de hac cauſſa, quamobrem lictores inde receſſerint, ſilent. Cetera vero, quae in his ipſis actis addita ſunt, nec in Thebaicis reperiuntur, cognita iam habes ex ſuperiori admonitione fragmento noſtro praemiſſa.

*Graeci appellabant* τάξεις, *ut iam pridem notavi*. Eodem plane ſenſu in Gloſſario Ducangii, τάξις dicitur : *militaris ſcilicet manipulus ad ſummorum Magiſtratuum cuſtodiam, ut fuit Cohors conſulis, aut Praetoris, apud Tullium variis in locis*. Vide & apud Ruinart. pag. 368. acta *S. Vincentii Levitae*, ubi admirabilis Chriſti Martyr *Apparitores* vocat quos eadem acta *tortores, carnifices, Lictores* uti & *Dacianus* ipſe Praeſes, *milites Principum ſuorum* appellant. His adde, quae in adnot. ad acta SS. *Saturnini, Dativi, aliorumque plurimor. MM.* Africanorum idem ipſe Ruinart. obſervat de voce *officii* p.384.

Res vero, de quibus *Culcianus* Praeſes cum *Apparitoribus* ſuis loquitur, eis quaſi plane cognitas, & exploratas eſſe declarat. Et ideo nullam fortaſſe de *accuſatore S.Diaconi Paneſniv* mentionem facit. Quid vero criminis ei imputatum fuerit, mox audies.

(7) Ϫⲉ ⲟⲩⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉϥⲟⲛϩ ⲡⲉ ⲡⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ *Deus vivens eſt Apollo*. Aegyptii, quum veri ſummique Dei nomen aut ſcribunt, aut pronunciant, ſemper cum articulo vel ⲡ, thebaico, vel ⲫ, memphitico maſculini generis, ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ, ſive ⲫ︦ⲧ︦, ut ὁ θεός apud Graecos, efferunt, cum communi vero ⲟⲩ, ⲟⲩⲛⲟⲩⲧⲉ, vel ⲟⲩⲛⲟⲩϯ, pro-

ⲟⲩⲁϩⲉ'ϥ ⲉϩⲣⲁⲓ ϩ̀ⲛ
ⲟⲩⲡⲉⲑⲏⲛ : ϩ̀ⲛ
ⲟⲩⲧⲟⲡⲟⲥ : 'ⲛ//
ⲥⲩⲙⲛⲟⲥ : ⲉⲩ//
Ⲉⲟⲟⲩ 'ⲙⲡⲉⲓⲱⲧ
ⲙⲛ ⲡϣⲏⲣⲉ
ⲙⲛ ⲡⲉⲡ̄ⲛ̄ⲁ
ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ϣⲁ
ⲉⲛⲉϩ ⲛⲉϩ ϩⲁⲙⲏⲛ

dantes, & glorificantes, *Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum* uſque in ſaeculum ſaeculorum. Amen.

*Mox ſequitur in eodem Thebaico Borgiano cod. tabula index MARTYRII SANCTAE THEONOE.*

proferunt , ubi de mendaci numine agatur , et ideo ⲠⲨⲚⲞⲨⲦⲈ vocatur heic *Deus Apollo* .

Ne tamen putes *Apollinem* , quem ita Culcianus appellat, nomen eſſe ab Aegyptiis inventum . Eſt enim graecae originis, & inter ſacra maiorum deorum nomina Romanae gentis auctoritate receptum . Hunc *Horum Oſiridis filium*, teſte Herodoto lib. II. c. 144. vocabant Aegyptii , τὸν Ἀπόλλωνα Ἕλληνες ὀνόμαζουσι , *quem Graeci Apollinem nominant* . *Et* c. 176. Αἰγυπτιστὶ δὲ Ἀπόλλων μὲν Ὧρος , *Aegyptiace vero Apollo quidem dicitur Horus* .

Verum ſi plura de *Horo* cognoſcere cupis , adiſis Iablonskium. Is lib. II. Panthei c. IV. genuinum Hori nomen, non graeco, vel latino more Ὧρον , *Horum*, ſed Aegyptiaco ritu Ὧρ (a) terminatum tibi patefaciet ; variaſque de eo tum veterum, tum recentiorum Aegyptiorum fabulas dabit. *Duos* praeterea *Horos* , ſeniorem unum , iuniorem alterum , illum *Aruerin*, & a Graecis *Apollinem* dictum , hunc vero *Harpocratem* : illum denique eumdem quidem eſſe cum *Harpocrate*, & *Hercule* ſub diverſo reſpectu ſpectatis , narrabit , unum tamen *Apollinem* a Graecis ſemper dici , & ſolem ipſum eſſe in ſolſtitio aeſtivo , quando vis eius maxima eſt , copioſa tibi eruditione oſtendet . De Horo enim Aegyptio in praeſentia diſſerere meum non eſt . Eo mea iſthaec omnis adnotatio ſpectat , primo ut cuias ſit *Apollo* , de quo ſermo hoc loci ſit , exponam , deinde ubinam in Aegypto coleretur , ut inde coniectura fieri poſſit de natali ſolo S. Martyris *Paneſniv* .

Apollo is eſt, non quem Aegyptii , ſed Graeci , atque Romani gentiles inter Deos maiores collocaverant . An ἱστορικῶς idem ſit cum *Iubal* , qui Gen. IV. 21. Pater vocatur *canentium cithara* , *& organo* , uti pro re certiſſima tradit vir longe doctiſſimus Gerardus Voſſius l. 5. de Idololatria cap. 16. , mitto quaerere . Cicero l. 3. de nat. deor. *Apollines quatuor* , memorat , *Dianas tres* . Tertium Apollinem , Dianamque ſe-



(a) ωρ , & ερ ab Aegyptiis pronunciatum habes inter liturgica fragmenta iam edita in append. ad fragm. Evang. S. Iohannis pag 391.

cundam, filios Saturni, & Latonae appellat, alii ut Heſiodus & Ovid. *Iovis* & *Latonae*. Porphyrius *Solem* in ſuperis, *liberum Patrem* in terris, *Apollinem* in inferis facit; quod & triplicis generis inſignia, *Lira* ſcilicet, *Grinaeum* nemus, & *ſagittae*, circa ipſius ſimulacrum, commonſtrant. Sed *arcus & ſagittae*, quae Apollini tamquam φοίϐῳ & Soli a Calimacho in illius hymno tribuuntur, a Porphyrii aſſeclis tamquam inauſpicata ſymbola inferorum numinis, malique omnis auctoris, accipiuntur; unde factum puto, ut Ἀπόλλων nomen, quemadmodum *Voſſius* obſervat ſub initium lib. II. de Idolol. c. 12., quaſi *participium* ab ὄλλω, *ſive* ἀπόλλω *idem ſit ac* ἀπολλύων *perdens*. Quamquam ſi *Apollo* pro ſole ipſo in ſuperis ſumatur, hoc nomen ἀπολλύων, *non aliter*, iudice ipſo Voſſio, *ei conveniat*, *quam quatenus ſol peſtilentiam* (apud Homer. Il. A. *immittit*. Et ideo Atlantes Africae populi, teſte Mela l. 1. c. 7. *ſolem execrantur dum & oritur*, *& occidit*, *ut ipſis agriſque peſtiferum*, non vero ut quid natura ſua malum, & a malo principio conditum, At quicquid de *etymo* huius nominis tibi videri poſſit, illud unum & Tulii Ciceronis, & Athenagorae, & Tertulliani, & Minucii Felicis in Octavio, & Cypriani & Lactantii, & Athanaſii, Arnobii, Prudentii, & Auguſtini ſententia certum firmumque eſt, *Apollinem* hominem fuiſſe mortalem, quem caeca Graecorum, Romanorumque Gentilium ſuperſtitio ob praeclara quaedam eius inventa humano generi partim utilia, partim etiam grata, ex optabilia, ſed omnia quaſi a multiplici ſolis virtute derivata, tamquam deum *parti* orbis univerſi moderantem, ſub ſolis nomine conſecravit. Haec tibi fuſius explicabit Voſius, qui lib. 2. de Idolol. *ex eo quod Apollo idem fuerit ac ſol*, *facile*, ſibi ſuaſit, ſe *rationem* toto capite *duodecimo*, reddidiſſe *eorum*, *quae veteres tradiderunt de Apollinis natalibus*, *forma*, *inventis*, *ſacris* (Apollinis praeſertim *Iſmenii & Gallaxii a Proclo* in Cheſtomathia apud Photium deſcriptis;) *uti & a plantis* (lauro, olea,) *vel animantibus* (Cygnis, Cicadis, Corvis, Lupis) *ei dicatis*. Mihi ſat eſt unum heic audire Auguſtinum, qui lib. 7. de civ. D. c. 16. ſcribit *Apollinem quamvis di-*

*divinatorem & Medicum velint , tamen ut in aliqua parte mundi ſtatuerent , ipſum etiam ſolem eſſe dixerunt* : & cap. 18. poſtquam *Varonis* ambiguas implexaſque de diis ipſis ſelectis opinationes notaverat, de his, ſubdit, *credibilior redditur ratio* , *cum perhibentur homines fuiſſe* , *& unicuique eorum ab his , qui eos adulando deos eſſe voluerunt , ex eius ingenio, moribus, actibus, caſibus, ſacra & ſolemnia conſtituta , atque haec paulatim per animas hominum daemonibus ſimiles , & ludicrarum rerum avidas irrependo, longe lateque vulgata , ornantibus ea mendaciis Poetarum, & ad ea fallacibus ſpiritibus ſeducentibus*. Quid, quod & turpia de diis ſuis facta egregii ipſi Gentilium Poetae commemorarunt ? Qua de re ſcribens Magnus Athanaſ. cont. Gentes n. 17. *Ego ſane arbitror* , inquit , *eos contra propriam mentem illorum vitia & facta enarraſſe , ſed cum incommutabile Dei nomen, & honorem* τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς ἀλλ' ἀνθρώποις θνητοῖς *iis qui non Dii, ſed mortales homines fuere , adſcribere auderent* ; *quod magnum & graviſſimum fuit flagitium , idcirco inviti illorum vitia, compellente veritate exponere coacti ſunt , ut ea ſcriptis exarata poſteris omnibus evidens argumentum eſſent, illos non eſſe Deos*.

Eamdem videas ſententiam in S. Martyris Cypriani lib. de idolorum vanitate. Quin & exempla praeclariſſima exſtant in actis SS. Martyrum, quibus, quis inter ceteros deos *Apollo* fuerit, ſapientes & invicti Athletae Chriſti coram tyrannis aperte teſtati ſunt. En Martyr inclytus *Symphorianus*, qui an. Chriſtiani nominis 180. ſub Aurelio Imper. Heraclio Aeduorum conſulari , & urbis iudici iubenti ſibi, *ut Berecynthiae deae Matris, Apollinis, & Dianae ſertis redimeret altaria, & thure , odoribuſque incenſi ſacrificia digna diis* ſolveret, poſtquam Deae Matris ſacra tamquam infandi ſceleris & horrendae turpitudinis plena in caſtratis Gallis, in adoleſcentibus ſcilicet ſacerdotibus exſectis, vituperaverat, de Apolline , inquit, apud Ruinart. p. 82. *Apollinem vero iſtum quis neſciat apud Amphryſum fluvium Admeti Regis fuiſſe Paſtorem ? Qui voluptatum ſuarum illecebras recolens , laureas diligit ſertis coronas. Ubi per implicitas ambages , mugiente tripo-*



Digitized by Google

*dum ſpecu*, *diabolicas voces*, *ubi frequenter deceperit*, *dicitur aliquoties vera cecinisſe*. Ex quo intelligimus quam vera ſit illa inclyti Auguſtini ſententia l. 18. de civ. d. c 13; qua *Apollinem* Latonae filium, *non illum cuius oracula ſolere conſuli ſuperius loquebamur*, *ſed illum*, *quem cum Hercule ferunt Admeti Regis armenta paviſſe*: *qui tamen ſic eſt Deus creditus*, *ut plurimi ac pene omnes unum eumdemque Apollinem fuiſſe opinentur*.

Addit S.Martyr de Diana Apollinis ſorore: *Dianam quoque daemonem eſſe meridianum induſtria inveſtigavit* .... Similia de Apolline, quem tamquam deum *ſervatorem famis ac peſtilentiae depulſorem* Martianus Praeſes commendarat, protulit S. Epiſcopus & Martyr *Achatius* in act. ſinc. pag. 153. ubi ſic ei reſpondit: *Illi vere*, *ut putatis*, *interemto* ( me ſacrificare iubes ) *qui infelix cum* (Daphnis) *puellae amore flagraret*, *currebat attonitus*, *ignarus perditurus ſe optatiſsimam praedam*. *Apertum eſt itaque*, *quia nec divinus fuit*, *qui iſta neſcivit*: *nec deus*, *quem puella decepit* .... Et *ut erat turpis in pueros*; *forma Hyacinthi cuiuſdam*, *ut bene noſtis*, *incaluit*, *& miſer atque ignarus futuri*, *diſco illum*, *quem optabat videre*, *occidit*. *Ipſi qui cum Neptuno aliquando ſervivit*. *Ipſi qui aliena pecora ſervavit*. Haec enim & vitia, & munia non dei, ſed *hominis* & turpis, & ſceleſti, & miſeri propria ſunt. Hinc & *Iovi* ipſi ſacra facere monitus, *quomodo*, iterum reſpondit Achatius, *ſacrificabo illi*, *cuius ſepulcrum eſſe conſtet in creta*? *Numquid reſurrexit a mortuis*? Scilicet & *Iovem* mortalem hominem ex ipſis gentilium teſtimoniis S. Martyr aſſeverabat. Magnus quoque Ancyranus *Theodotus* an. 303. Martyrii gloria clarus, de Iove, inquit, ex Ruinart. p. 346. *uxorem habuit propriam Matrem Rheam*, *habuit deinde etiam ſororem ſuam Iunonem*, *ſicut & Apollo qui ſororem ſuam Dianam conſtupravit in Delo ante Aram*. *Viden' Proconſul*, *quanta ſit in diis veſtris turpitudo*?

Sed audi, Apollonium Rhodium l. 2. Argonat. v.500. & ſeqq. inſigni camoena ex IX. *Pindari Pythia* nova *Apollinis* celebrantem flagitia:

Κυ-

*Κυρήνη πέφαται τις παρὰ Πηνειοῖο*
*μῆλα νέμειν προτέροισι παρ' ἀνδρασιν. ἕαδε γάρ οἱ*
*Παρθενίη καὶ λέκτρον ἀκήρατον. αὐτὰρ Ἀπόλλων*
*τήν γ' ἀνερειψάμενος ποταμῷ ἐπὶ ποιμαίνουσαν*
*Τῆλόθεν Αἱμονίης, χθονίαις παρακάτθετο Νύμφαις.*
*Αἳ λιβύην ἐνέμοντο, . . . . . . .*
*Ἔνθα δ' Ἀριςαῖον φοίβῳ τέκεν : . . .*
. . . . . . . . . . . . . .
*Τὴν μὲν γὰρ φιλότητι θεὸς ποιήσατο Νύμφην*
*Αὐτοῦ μακραίωνα καὶ ἀγρότιν . . . .*

Quod plane indignum foedumque Apollinis facinus italicis hiſce carminibus admirandus Apollonii interpres, doctiſſimus Cardinalis Flanginius ita nuper expoſuit.

*Di una certa Cirene ancor ſi dice,*
*Che di Penéo preſſo il Padul paſcendo*
*Steſſe le greggi nella priſca etade;*
*A cui di ſua Virginità piaceva*
*Serbar non tocco il fior, puro il ſuo letto:*
*Queſta Apollo però, mentre gli armenti*
*A paſcolar preſſo ella ſtea del fiume,*
*Lungi rapì dalla Teſſaglia, e diede*
*Alle terreſtri Ninfe, che dimora*
*Fan nella Libia . . . . . . .*
. . . . . . . . . . . . . . .
*Quindi dopo di aver eſſa ad Apollo*
*Dato Ariſteo . . . . . . . . .*
. . . . . . . . . . . . . .
*Allora il Dio pel ricevuto pegno*
*Di ſuo amore la fe ſua nuova ſpoſa*
*Longeva ſpoſa, e cacciatrice inſieme.*

Ex his certe, aliiſque id genus putidiſſimis *Iovis*, *Apollinis*, & ceterorum Graecorum Romanorumque Deorum flagitiis, cit. 4. *diſput. adverſus gentes* concludebat Arnobius pag. mihi 139: *Aut igitur vobis quaerendi ſunt Dii alii, in quos omnia iſta non cadant: in quos enim haec cadunt, humani ſunt generis, atque terreni; aut ſi hi ſunt tantummodo, quorum nomina publicaſtis, & mores,* opi-

*opinionibus tollitis veſtris ; mortalia ſunt enim quaecumque narratis . Et poſſumus quidem hoc in loco omnes iſtos nobis , quos inducitis atque appellatis Deos , homines fuiſſe monſtrare vel* Agragantino Euhemero *replicato , cuius libellos Ennius , clarum ut fieret cunctis , ſermonem in italum tranſtulit , vel* Nicanora Cyprio , *vel* Pellaeo Leonte , *vel* Cyrenenſi Theodoro , *vel* Hippone , ac Diagora Meliis , *vel auctoribus aliis mille , qui ſcrupuloſae diligentiae cura in lucem res abditas libertate magna protulerunt .*

Eccur non idem tu dixeris de *Chrisnu* , vel *Krishna* , *Apolline Indico* ? Nonne , ut alias plures ignominioſas , atque immanes de eo fabulas taceam , ille eſt , qui , una iam ducta uxore , cum ſexdecim millibus centum & octo paſtoritiis mulieribus verſans , omnes una nocte inviſebat , & replebat ; tandemque bello Pandavarum abſoluto , a magiſtro ſuo , & poenitente quodam *Divaſe* maledictus , in arbore a quodam homine *Beren* , ſic dicto, ſagitta confixus *Khrisna deus mortuus eſt* ? Quid eo clarius , ut hunc indicum Apollinem hominem quidem fuiſſe natum mortalem , profana vero Indorum apotheoſi in deum evectum & in caelo collocatum intelligas ?

Cave , ne heic mihi Macrobium ex l. I. Saturnal. c. 17. obiicias . Cognita enim ſunt , quae ille de Apolline Νομίῳ ſcribit : Νόμιον Ἀπόλλωνα *cognominaverunt non ex officio paſtorali & fabula , per quam fingitur Admeti Regis pecora paviſſe , ſed quia ſol paſcit omnia quae terra progenerat .* At vero quis eſt qui non intelligat *Pagani ſcriptoris* artem , quae tota eo ſpectat , ut vilis ſervitii probrum ab Apolline Deo ſuo arceret ? Aequius eſt, ut tu iterum audias,quid praeterea de Admeto obſervet vir ſummus , ille idem Cardinalis Ampliſſimus Ludov. Flanginius in vv. 49. & 50. Ἀργοναυτικῶν A. Apollonii Rhodii , alias verſ. 71. elegantiſſimae verſionis ſuae :

*Ne ſi fermò del Calcodonio Monte*
*Sotto la Cima Admeto , il Re di Fere*
*Ricca di Greggi . . . . . .*

ubi de *Phere* , civitate , inquit ; *Re di queſta Città era ADMETO , IL FAMOSO DRUDO DI APOLLO , annoverato da tutti*

*tutti gli Argonautici nel Catalogo : ma poi laſciato inoperoſo : forſe per rimarcar non capaci di valoroſe azioni gli EFFEMINATI, benchè ambizioſi di comparir nelle famigerate impreſe.* En ille Paſtor Apollo turpis iam amator Hyacinthi, nunc Bathyllus Admeti! Apage ergo profani Macrobii fallaciam! Neque enim Chriſtianum hominem decet tot illa, quae hactenus de *Apolline* mortali homine attulimus Patrum fere omnium, ſanctorumque Martyrum & inſignium Religionis noſtrae defenſorum teſtimonia contemnere, ut aures praebeas uni Macrobio Ethnico ſcriptori, & impiae ſuperſtitioni, daemonumque cultui addicto. Vixit ille IV. deſinente, & V. ineunte ſeculo; atque, ut ait Tillemont. tom. V. Vit. Impp. p. 664. de Macrobio in Saturnal. lib. id conſtat, quod *y eſtant grec il n'avoit pas une entiere facilité à ſe bien exprimer en latin. On prétend en effet que ſon élocution n'eſt ni pure ni belle, & que dans les endroits où il parle de luy meſme, on voit un grec qui bégaie. Pour les choſes, on y trouve de l'agrément & de l'érudition. Tout y eſt Payen.* Quid, quod ad hunc Indorum Apollinem explicandum nil prorſus Aſtronomicum ſyſtema conferre poteſt? An non de uno ſole, qui idem ſit cum caeleſti Apolline, agitur? At, ut ſol Apollo intelligatur, nihil neceſſe eſt ad ſyſtematis Planetarii nexum confugere. Macrobius certe quum omnes omnino Deos Martem, Mercurium, Iovem, Nemeſin, Ianum, Herculem, ceteroſque unum eſſe ſolem multis oſtendit, non modo nil de Planetario ſyſtemate cogitavit, ſed & illud neglexiſſe penitus, immo & e medio ſuſtuliſſe viſus eſt.

Verum, quid & illud praeterea eſt, quod ad fabulam *Apollinis* inter terreſtres ipſos Indorum Reges interpretandam, caeleſte Planetarum ſyſtema in indicam terram deducitur? Nam *ſyſtema Caeli*, uti dicitur, *terrenis rebus ab Indis applicatum eſt, atque Reges, & arces a ſole* denominantur. Itane vero? At nihil ſic Indis invidebunt Aegyptii; apud quos non modo priſci gentiles, ſed & chriſtiani, & Epiſcopi, & Martyres ab *Ammone*, *Horo*, *Iſi*, aliiſque eius gentis Diis, Magno ipſo Athanaſio, & Euſebio teſtibus, cognominati leguntur. Beata Indorum gens, quae ſine teleſcopiis,

ſine

ſine Hipparchi , Tichonis , Kepleri , Carteſii , Copernici , Newtoni, Galilei, Caſinii, Hallei, Manfredi, Zanotti, aliorumque excellentium virorum luminibus, perfectum aſtronomiae ſyſtema domi habent e Caelis inter Reges ſuos in terram delapsum ! Et unde nam tantae felicitatis origo? Ex uno nimirum caeleſtis ſolis bello. Vt enim ſol in caelo *cum planetis*, *ſtellis*, *&* *nubibus pugnavit*, *ita pariter ſolis filii terreſtres* ( veri Indiae Reges ) *inter ſe bellarunt*. Euge euge ! Atqui hoc certe non eſt *Apollinem* indicum *phyſiologica* ratione, veterum gentilium more, interpretari, ſed novis plane denſioribuſque fabularum umbris ita tegere , & obſcurare , ut quae interpretatio dicitur, recens potius nocturnarum tenebrarum involucrum appellari merito poſſit.

Aſt perge porro , & alia , quae ſequuntur , huius fabuloſi numinis pulcriora interpretamenta vide : Ecce ſol in *Eclypſi* ſub *fabula Aſtronomica Dei Krishna*, quem devoravit Draco *Seſſen* , *vel Vaſughi* , *Tracen* a Tibetanis pag. 189. *Alphab.* nuncupatus. *Krishna vero* , *niger aut fuſcus dicitur*, *quia ex interpoſitione alterius corporis luce* , *&* *radiis privatur*. Sic eſto; & haec interea cauſſa, licet non ex Indicae , ſed ex Romanae graecaeque Aſtronomiae legibus quomodocumque poſita, obiter admittatur. At ſi *Krishna* ſemper eſt *niger* , & *fuſcus* ; neque enim unquam alio colore apud Indos pingitur, ſemper ergo ſol erit tenebroſus, & niger . Nonne nova hac fabula heſterna die excogitata, tollitur repente una cum *Krishna* iactatus Apollo , & ſol ; quippe qui ſempiterna laborans eclypſi , numquam niſi lucis ſuae ſplendore perpetuo orbatus appareat ? Alia igitur cauſſa eſt, cur ſemper niger *Krishna* pingatur. Ecquaenam illa erit ? Haec ſcilicet. Ideo *Chriſna* nigra forma apud Indos repraeſentatur , quia *deus* eorum *indiges eſt* , patrius , & indus , adeoque atri coloris ut ceteri Indi omnes , praeſertim meridionales , qui fuſci ſunt, & nigri. *Certe*, inquit Arrianus Rer. Indicar. lib., *qui ad meridiem vergunt Indi Aethiopibus magis ſimiles ſunt* , μέλανες τε ἰδέσθαι εἰσὶ , καὶ ἡ κόμη αὐτοῖς μέλαινα , *nigra facie* , *&* *nigra coma: qui vero magis ad ſeptemtrionem incolunt*, *Aegyptios potius cor-*

*corporis forma referunt* . Huiuſmodi videlicet innata gentis nigredo , & non ridicula illa, fugax & commentitia obſcuritas ex eclypſeos fabella deſumpta , vera cauſa eſt , cur Indi nigrum, ſeu fuſcum, ſibique ſimilem Deum *Chriſna Indigetem* depingant . Indeque fit , ut in eodem ſemper ſtatu ob nigredinem ſibi ex nativitate ingenitam , non vero ex accidentario draconis incurſu contractam, ſuum hoc numen repraeſentent . Quam lepidum deinde eſt Indicum audire Σοφιςὴν, qui Apollinem ſive *Chriſnam ſolem* , uno eodemque tempore & *matrimonia* ſimul & *bella* , Aſtronomico more Indorum proprio, cum ſtellis inire, narrat : & muſicum fiſtulae ſonum , quem inter XVI. mille centum & octo foeminas pecorum cuſtodes, edit ſol Paſtor, ventorum ſtrepitum interpretari non dubitat. Sed tandem a Magiſtro ſuo, & poenitente *Divaſa* maledictus, & a *quodam homine Magiſtro item ſuo Beren* heſychaſta , & *contemplatore planeta aliquo* , *ſagittis* , ideſt *radiis*, *Khriſna* in arbore ſuſpenſus, (a) *confixus & mortuus eſt* . Heic ſiſte. Quid plura quaeris, ut iactatum Indorum *Apollinem*, *Khrisna Deum* , merum *hominem* fuiſſe conſtituas?

Poſt *Chrisnam* vero, cur *Hercules* etiam aut *ſol* abſolute, dictus, aut *ſol terreſtris* nuncupatus apud Indos fingatur, ego quidem ignoro ; niſi fortaſſe alter hic ſol, ex arcano nexu cuiuſdam Aſtronomici ſyſtematis clam natus, nudius tertius apparuerit Indis . *Hic* enim *Hercules*, ſcribit Arrianus laudato Rer. Indicar. lib. p.524; *ut auctor eſt Megaſthenes* , *eodem cultu corporis* , *quo Thebanus Hercules utebatur* ; *quod & Indi narrant* ; *multoſque admodum ei liberos mares fuiſſe* : ( *multas enim uxores habuiſſe etiam hunc Herculem*; ) *filiam vero unicam, nomine Pandaeam*, *regionem quoque in qua nata eſt*, *& cuius Imperio eam praefecit*, *Hercules* Pandaeam *a filiae nomine appellatam*. Et p.526. *Alhaec. in his regionibus* , *quibus Herculis filia imperitavit* , *foeminas* , *ubi ad ſeptimum aetatis annum pervenerint* , *viro maturas nube-*



(a) In mentem heic tibi veniat *Patibilis Ieſus* Manichaeorum , *qui eſt vita ac ſalus hominum omni* SUSPENSUS EX LIGNO . Unde magnus Auguſtinus lib. XX. contra Fauſtum Manichaeos iure meritoque redarguens, OMNES ARBORES , ait, CRUCEM *Ipſius* ( Ieſu ) *eſſe dicitis* . Tu locum iam adductum in Alphabeto Tibetano pag. 211. confer cum hac Brahmanum fabula de *Chriſnu ex arbore ſuſpenſo* , *ſagittis confixo* , *& neci dato* .

*re* : *viros* XL. *ſummum annos vivere* . *Atque hac de re huiuſcemodi ſermonem apud Indos iactari* . *Quum Herculi iam Seni filia nata eſſet* , *NEQUE PROCUL ABESSE vitae ſuae FINEM SUSPICARETUR* , *nec inveniret virum tali ſponſa dignum* , *ipſum cum FILIA SEPTEM ANNOS NATA coiiſſe* , *ut ſobolem ex ſe & illa in Reges Indiae ſufficeret* . *Herculem itaque illam nubilem feciſſe* ; *atque exinde univerſam eam gentem* , *cui PANDAEA imperavit idipſum beneficii ab Hercule accepiſſe* . *Mea vero ſententia eſt* , ſubdit Arrianus , *ſi Hercules par erat rei adeo inuſitatae perpetrandae* , *diuturnioris etiam vitae fuiſſe* : *quippe qui cum filia iuvencula rem habere poſſet*. Adde his & illa ex p.518.de Indis, *quorum nullus* ( vel adverſus *ſubactorem* Alexandrum Regem ) *domo ad bellum miſſus eſt* , *ne viderentur iniuſti* .... *Nec concedere mortuis* μνημεῖα *monimenta* : *Virtutes enim* ἀνδρῶν *virorum ad perpetuandam poſt mortem memoriam ſufficere exiſtimant* , *& carmina atque odas* , *quibus eorum virtutes decantant* . Immo , ut ante dixerat p. 521. edit. Amſteled. *Indis nec templa ſunt diis extructa* . Ex his tu collige , nec *Herculem* pro *ſole* ſive *caeleſti* , ſive *terreſtri* ab indis habitum , ſed ſemper mortalium hominum numero fuiſſe adſcriptum ad aevum uſque Arriani . Nam & *Sibae* a *Siba* , ut fertur , vel a *Shiva* dicti , non ab *Hercule* vel *igne* vel *ſole* , ſed ab Herculis , qui *homo* bellator erat , expeditione in Indiam , teſtibus Strabone , & Arriano ipſo , relicti dicuntur ; & ideo *clavam* ipſi *geſtare* , & mulis bobuſque ſuis *clavae notam inurere* , ab iiſdem ſcriptoribus diſerte traduntur .

Vide porro ne heic mihi fabulas oggeras , vel ex ipſis tantopere decantatis libris Brahmanicis *Sambhavam* , vel *Youdhiſtira* depromptas . Hi enim nonniſi poſt Alexandri magni , immo & poſt ipſius Arriani tempora exarati iure putantur . Una inſcriptio fabuloſi lib. *Iudhiſtira* , cum ex pſeudoevangelio Iudae , impia fraude poſt haeretica Valentinianorum commenta , conſarcinatum aperte demonſtrat .

Hi *Hiſteram* appellabant , teſte S.Irenaeo l. 4. adv. haer. c. 36. *fabricatorem Caeli* , *& terrae* ; & opera *Hyſterae* , exemplo Iudae proditoris , *diſſolvere* adhortabantur . Huc ſpectant

geſta

geſta *Chriſnu* , quae Gnoſticorum , Valentinianorum, Manichaeorumve fabulis involuta eo collineant , ut ſolvant opera *Hyſterae* ex duobus *malae & bonae ſubſtantiae principiis* compoſita . Adiſis Alphabet. Tibetan. pag. 252. & ſeqq. Nam ego miror , ſi quis ſit , qui tam impuri centonis aetatem ad tantae antiquitatis gloriolam evehere contendat , ut annos ante Chriſtum Dominum *mille* & amplius numerare poſſit . Tum enim Indi nondum , credo , litterarum elementa norant (a). In his deinde *Iudhiſtirae* carminibus frequentiſſima



(a) *De tempore , quo Indi Brahmanes litterarum elementis uti coeperint , adeo obſcura , & incerta res eſt , ut nullum de iis monumentum ante aeram chriſtianam ex tota veterum ſcriptorum antiquitate adferri poſſe ſentiam . Quinimmo certi propemodum ſumus , nonniſi poſt Chriſti Domini in carne adventum qualiumcumque characterum formas fuiſſe primitus in India cognitas , & inſtitutas .*

*Strabo enim , qui ſub Tyberio Principe ſcribebat*, lib. xv. Geograph. p. 1035; *Iudos teſtatur , cum in ceteris publicae diſciplinae capitibus , tum & in furtis, ſi qua acciderent , diiudicandis, nullas ſcriptas leges habuiſſe; huiuſque rei auctorem laudat Megaſthenem*, νόμοις ἀγράφοις καὶ ταῦτα χρομένοις . Οὐδὲ γὰρ γράμματα εἰδέναι αὐτούς , ἀλλ' ἀπὸ μνήμης ἕκαστα διοικεῖσθαι , quum legibus haec quoque uterentur non ſcriptis . Literas enim neſciunt ; ſed memoriter omnia adminiſtrant . *Pag.* 1044. τοὺς μὲν νόμους ἀγράφους εἶναι , leges , *ex Nearcho repetit , apud Regem , eiuſque conſiliarios Brahmanes , atque ſophiſtas in Indiis* , non eſſe ſcriptas . *Subdit equidem paullo poſt* , ἐπιστολὰς δὲ γράφειν ἐν σινδόσι λίαν κεκροτημέναις , Epiſtolas ſcribere in Sindonibus valde elegantibus , *mox tamen adnotat* , τῶν δ' ἄλλων γράμμασιν αὐτοὺς μὴ χρῆσθαι φαμένων , cum alii negent ullis eos uti litteris. *Quamquam id quod dicitur de* epiſtolis *ſcriptis in* ſindonibus , *intelligi poſſit de epiſtolis graeco ſermone compoſitis , ſed viva imitatione , & ſimplicis tantum picturae vi ab ingenioſis , & mechanicis Indis egregie expreſſis . Similes enim epiſtolas paullo poſt commemorari audiemus . Inter eos vero , qui negant , Iudos* litteris uti , Megaſthenem *Caſaubonus numerat . Tandem* p. 1047. *idemmet ipſe* Strabo *de Indis , ut ita dicam* , ἀναλφαβήτοις *hanc profert ex* Nicolao Damaſceno *Philoſopho Peripatetico Auguſto Imp. cariſſimo hiſtoriam;* φησὶ γὰρ οὗτος , *inquit* , ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ ἐπὶ Δάφνῃ παρατυχεῖν τοῖς ἰνδῶν πρέσβεσιν , ἀφιγμένοις παρὰ Καίσαρα τὸν Σεβαστὸν οὓς ἐκ μὲν τῆς ἐπιστολῆς πλείους δηλοῦσθαι σωθῆναι δὲ τρεῖς μόνους , οὓς ἰδεῖν φησὶ, τοὺς δ' ἄλλους ὑπὸ μήκους τῶν ὁδῶν διεφθειρῆναι τὸ πλέον . τὴν ἐπιστολὴν Ἑλληνικὴν ἐν διφθέρᾳ γεγραμμένην , δηλοῦσαν ὅτι Πῶρος εἴη γράψας , ἑξακοσίων δὲ ἄρχων βασιλέων, ὅμως περὶ πολλοῦ ποιοῖτο φίλος εἶναι Καίσαρι , καὶ ἕτοιμος εἴη διόδον τι παρέχειν ὅπη βούλεται , καὶ συμπράττειν ὅσα καλῶς ἔχει . ταῦτα μὲν ἔφη λέγειν ἐπιστολήν : Narrat is de Antiochia , quae apud Daphnem eſt , Indorum legatos , qui ad Caeſarem Auguſtum venerant . In epiſtola quidem plures fuiſſe memoratos , ſed tres tantum ſuperfuiſſe , quos vidiſſe ſe ait : ceteris longitudine viae magna ex parte abſumptis .

ſunt graeca vocabula *μόνοι*, *Muni*, & *ἡσυχασταὶ*, *monachi*, *ſolitarii*, *poenitentes*, *contemplatores*, *ſilentiarii*, *quieſcentes*, quae tantum poſt Alexandri Magni expeditionem in Indias a Graecis accipere potuerunt (a). Voces enim *μόνοι*, *ἡσυχασταὶ*, aliave

tis. EPISTOLAM GRAECAM fuiſſe in membrana ſcriptam, in qua ſignificaretur PORUM eſſe, qui ſcriberet, ſe etſi ſexcentis regibus imperaret, Caeſaris tamen amicitiam magni pendere, & paratum ſe quocumque voluerit aditum concedere, & in quibuſcumque rectum fuerit opitulari. Haec dicit in epiſtola contineri. *Par erat, ut Porus tamquam Indorum Rex domeſticis gentis ſuae characteribus, ſi quos habuiſſet, uteretur, quum epiſtolam ad Romanorum Imperatorem ſcribere vellet. Nam, etſi eos ignotos Caeſari putaſſet, tot tamen eorum interpretes, quot fuere Indi, per quos & epiſtolam, & munera regia miſit in promtu fuiſſent. Aſt nulla habuit, quibus uteretur Indicae ſcripturae elementa: & ideo Porus, ut ad Caeſarem Auguſtum ſcriberet, coactus eſt ab alienis, a Graecis ſcilicet, litteras mutuari. Quo igitur iure affirmare quis poterat, Brahmanicae religionis libros tamdiu ante Chriſtiani Nominis exordia fuiſſe Samſcredamicis litteris exaratos, quando nonniſi ſero ac certe poſt Chriſti Servatoris adventum earumdem litterarum elementa in Indiis cognoſci coeperunt? Qua denique bona fide tantae antiquitatis ſcripta de politicis, ſacriſque legibus apud Brahmanes finguntur, quo tempore, teſte Strabone, ſcimus, non Reges, non Brahmanes, non totam denique Indorum nationem ullas, quae ſcriptae eſſent, agnoviſſe leges?*

(a) Μούνοι *apud Hesych*; Μόνοι, Μονάζοντες, ἡσυχασταὶ, Monachi, Solitarii, ſilentio, quieti, & contemplationi addicti, *nomina erant ante Aeram Chriſtianam Indis ignota; nec niſi diu poſt, ſub ſaeculi eccleſiae* IV. *exordia audiri coeperunt. Eſt ea pene omnium eruditorum ſententia. Neque enim cum his confundere licet* Aſcetarum *nomen prioribus ſeculis uſurpatum, uti immortalis famae vir ſummus, meique olim amantiſſimus Nicolaus Cardinalis Antonellus eleganter ac docte pluribus oſtendit integra diſſertatione inſerta egregiis ſermonibus Armeno-latinis numquam antea editis S. Iacobi Niſibeni.* De Heſycaſtis *vero videas velim Meurſium, ſed ipſum in primis* Ducangium, *qui in inſigni Gloſſario ſuo plura tibi de hoc nomine dabit, nec inter tam multa, quae tibi de eo ſpectanda offeret, illud unquam, niſi de ſolis* Anachoretis, *& qui vel in* ſpecubus, *vel in* Cellis *clauſi ſolitariique degebant, uſurpatum invenies.* Ἡσυχασταὶ, dicti Monachi ſolitarii, qui in ſolitudines ſecedebant, & cum ſilentio, & quiete animi a curis ſaecularibus vacui, Deum colendo vitam tranſigebant: Ἀναχωρηταὶ ſeu οἱ ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις ἡσυχάζοντες. *Ab his diverſi* ſunt Μοναχοὶ. *Hinc illud eſt* Nilii Monachi inc. I. Tractatus, ὅτι διαφέρουσι, τῶν ἐν πόλεσι οἰκισμένων οἱ ἐν ἐρήμοις ἡσυχάζοντες: Quod (*a Monachis*) urbes incolentibus ii differunt, qui in eremis ſolitariam, & quietam vitam agunt. *Reliqua tu ex eodem Ducangio accipies.*

*Quum tamen* Heſychaſtae *nomen, tributum quoque fuerit quorumdam haereticorum ſectis, quorum alii cum vetuſtis* Euchitis, *&* Meſſalianis, *alii cum Byzantynis* Heſychaſtis *nova nuncupatione* ὀμφαλοψύχοι, Umbilicanimi *apud* Allatium l. II. de Conſ. Eccl. &c. cap. 17. n. 2. *ſint dicti; iidemque cum veteribus illis eſſe tradantur, aio, me non de his, de quorum heterodoxia certo iam liquet, ſed de* Heſychaſtis, *qui quinto ſextove Chriſtiani nomi-*

aliave id genus nomina origine ſua indica non ſunt, ſed procul-dubio graeca, & recentioris aetatis. Quin & ad Alexandri M. pora referenda ſunt quae Plinius lib. 6. cap. 16. Hiſt. natur.

*nominis ſeculo inter Eccleſiaſticos Ordines ſive Neſtorianorum, ſive catholicorum. apud Indos receuſebantur, ſermonem iuſtituere velle. De bis itaque audi oculatum & locupletiſſimnm teſtem* Coſmam Indicopleuſtam, *qnid ſcribat iuter paragraphas* lib. III. Chriſt. Opin. de mundo. *Sic enim loquitur*: Quod (*de Evangelii propagatione*) cum multis in locis praeſens ipſe, tum oculis, tum narratu aliorum edidicerim, quaſi teſte veritate renuntio.

In Taprobana Inſula ad interiorem Indiam .... Eccleſia Chriſtlanorum habetur, ubi Clerici & fideles reperiuntur, an ulterius etiam, ignoro. In Calliana vero .... Epiſcopus eſt, in Perſide ordinari ſolltus. Similiterque in Inſula, quae Dioſcoridis vocatur, in eodem mari indico ſita, cuius incolae GRAECE loquuntur, ſuntque coloni a PtolomeisAlexandri Macedonis ſucceſſoribus iſtuc deportati, clerici reperiuntur ex Perſide, ubi ordinantur eodem tranſmiſſi .... Itemquie apud Bactros, Hunnos, Perſas, RELIQUOS INDOS, Perſarmenos, Medos, Elamitas .... Eccleſiae infinitae ſunt, Epiſcopi item, Chriſtianique populi πάμπολοι magno numero, Martyres multi, καὶ μονάζοντες, Ἡσυχασταὶ MONACHI, & HESICHASTAI. *Idem de Arabia, Palaeſtiua, Syria tota, Aegypto, & Africa mox ſubdit; aitque* πανταχοῦ Ἐκκλησίαι χριστιανῶν εἰσι, ubique Eccleſias Chriſtianorum eſſe videas, & Epiſcopos, Martyres, μονάζοντες, Ἡσυχασταὶ, MONACHOS, HESYCHASTAS. *Plura ſunt ſcitu digna, quae Coſmas narrat tum de Taprobana, alias indica lingua* Sielediva (*vulgo* Ceylan *bodieque dicta*,) *tum de duplici eius Reguo quorum primum appellabatur* Hyacinthi, *ubi inter alia templa ethnici cultus unum erat* ἱερὸν, *delubrum, iu quo* Hyacinthus, *ut aiebant*, edito in loco poſitus, *mirifice ſplendebat, tum etiam de* Sinda, Orrhothe, Calliana (*ſive* Calicut,) *de* Male, Malabar ſcilicet, *ſeu de Inſulis* Maldive *nuncupatis, & e regione* Malabaricae *orae poſitis, deque tandem ipſa* Dioſcoridis *iuſula*, nunc, *iudice* Montfanconio *viro longe doctiſſimo* cap. 3. Praeſ. in Topographiam Chriſtian. *Coſmae*, Zacotara, vitiato *nomiue, appellata. Haec tameu, dum ita velis, omitte. At nullo modo ea tibi diſſimulare licet* MONACHORUM, & HESYCHASTARUM *nomiua, quae, ut alibi, ſic* apud Indos ſec. v. & vi. *a Chriſtianis viris ad utroſque* Monachorum, *&* anachoretarum, *ſive* ſolitariorum *Eccleſiaſticos ordines indicandos, fuiſſe inducta, tanta verbornm perſpicuitate* Coſmas *noſter teſtatur. Inſaniret, credo, quiſquis ea annis ante Chriſtum mille & amplius ex aſtrornm orbitis in Indicas oras deſcendiſſe diceret. Quid aliud itaque inde colligas, niſi* SAMSCRDAMICAS *fabulas ſive* SAMBAVAN, *ſive* IUDHISTIRA, *aliaſque plures, in qnibus ſive ſidera, ſive Planetae* Muni, *&* Heſychaſtae *finguntur, nonniſi diu poſt Chriſtianae Religionis propagationem in Indiis factam, fuiſſe conſcriptas? Et tamen uonnemo eſt, qui boc aevo noſtro magna quadam animi confidentia nobis ſuadere nitatur, ut credamnt, vel nnum Brbamanum* Iudhiſtirae librum, mille & amplius *ante Chriſtnm annis fniſſe litteris conſignatum. Nam* Magha, *&* Bhagavadam; *libri ſic Samſcrdamicis titulis inſigniti, tamquam aevi mnlto antiquioris, & qui ad diluvii tempora propius accedere videantnr, qnaſi pro re certa traduntnr. Et qnoniam in bis, aliiſque omnibus duo illa inſignia vocabula* Muni,

natur. de aris *Herculi*, *Libero Patri*, *Cyro*, *Semiramidi*, & *Alexandro* ipſi in urbe Alexandria apud Indos erectis narrat, ut vel ex hac ipſa epocha palam fiat, quam parum, aut nihil Plinii teſtimonium conferre poſſit ad tantae antiquitatis praeſtantiam huic ipſi Chriſnu fabulae, totique *Iudhiſtirae* centoni tribuendam. Verum de his erit forſan alibi differendi locus. Tu interea tene, unum eſſe apud Indos *Chriſna*, & ipſe in altero ex recitatis eorum libris dictus *Muni*, *Monachus*, quem illi tamquam deum honorant. Indi enim Brahmanes non *duos Chriſnas*, quorum alter caeleſtis ſit, alter terreſtris, ſed unicum tantummodo colunt; qui certe non *ſol* eſt, ſed homo, & homo Indus, niger ſcilicet, ſive fuſcus, ut ſuperius diximus, & *Viſcnu* ipſe in *nona* Incarnatione, quo tempore in urbe *Madura* natus per nonae μετεμψυχόσεως transformationem inter mortales apparuit, bella pro regno Pandavarum commiſit, tandemque mortem jaculo confoſſus oppetiit. Hic ergo *Chriſnu* aut verus homo eſt, & ita nonniſi impia Indorum *apotheoſi*, Graecorum, Romanorumque more, in divinitatis, caelique faſtigium evehi potuit, aut homo tantum κατὰ δόξαν apparens, re tamen vera caeleſtis Apollo, *ſol* ipſe *viſibilis*, quemadmodum de Chriſto Ieſu noſtro Manes ipſe, eiuſque aſſeclae blaſphemabant, & ita quis non intelligat, novum hunc Apollinem *Chriſnu* purum putumque eſſe Indicorum Brahmanum figmentum Gnoſticorum fabulis, Manichaeorumque *phantaſmatibus* involutum?

Quid de *Oro* Apolline, deque ceteris Aegyptiorum Diis cogitaverit eruditiſſimus Iablonskius, non me latet. Deos enim alios νοητὰς, *ſolo intellectu cognoſcendos*, alios αἰσθητὰς, *ſenſibus percipiendos* primum ab Aegyptiis conſtitutos tra-

ni, & Heſychaſtae *tamquam*, *familiariſſima*, *ubique fere perpetuo occurrunt*, *ne quid difficultatis lectorum oculis parerent*, *ea e terrigenarum rerum cenſu ad caeleſtium corporum ordinem avocat*: *ibique inter* Planetas *haud multo poſt diluvii epocham*, *ſub iiſdem ipſis*, Heſychaſtarum, & Monachorum *nominibus*, *genios*, *qui erratica ſidera regant*, Buddham *vero inprimis*, *nempe Mercurium*, Munindra *generalem Monachorum omnium Praeſidem*, *iuxta celeberrimum Indorum Lexicon* Amaraſinah, *in ſummis vaſtiſſimiſque Caeli ſpatiis inveniri conſtantiſſime praedicat*. *Quid nos? Erimusne tam bardi ac ſtupidi*, *ut haec tam exageratae antiquitatis paradoxa nobis facile venditari ſinamus? Non credam*. *In his enim Brahmanum libris nimis certa*, *& perſpicua ſunt iunioris aevi indicia*.

Digitized by Google

tradit : inter αἰσθητοὺς, *vero ſenſibiles nempe deos*, *Solem* ab initio, & *Lunam*, deinde poſt longi temporis ſpatia *Planetas* v. in Deorum numerum relatos docet, eoſque a Graecorum Romanorumque diis, quos Idololatrae ex *hominibus* in caelum, aethereasque ſedes poſt eorum mortem, impiae conſecrationis ritu, extulerant, omnino ſecernit : iiſque demum, quae de Aegyptiis dixerat, ſimilia pene coniicit de Diis Perſarum.

Ubi vero intellexerat, quam acriter ſibi & Herodotus fortaſſe, & Diodorus Siculus, & *Cicero* ipſe, in primis vero omnes Eccleſiae Patres, & Chriſtianae religionis vindices ac defenſores egregii, Iuſtinus M., Tatianus, Athenagoras, Minutius Felix, Cyprianus, Arnobius, Auguſtinus, aliique, firmo gradu obſiſterent, ne tantorum virorum nominibus debiti honoris officia detrahere videretur, ſic eorum dogmata exponere ſategit, ut, ſi de Graecis Romaniſque Numinibus agatur, Patrum dicta recipiat, ſin autem res ſit de Aegyptiis, eos excuſat; quod auctoritate ducti cuiuſdam epiſtolae ab Alexandro Magno ad Matrem conſcriptae in errorem de divina mortuorum hominum *apotheoſi* in Aegypto recepta ſe trahi, bona fide, permiſerint. Hanc epiſtolam *Athenagoras* in Legatione pro chriſtianis, & Auguſtinus inter ceteros lib. VIII. cap. 5. de civ. Dei referunt. Eam ibi vide. At ego neſcio an Iablonskius occurrentem ſibi nodum ſatis apte ſolverit. Nam ne quid de Diis ceteris dicam, vetus fama eſt, ſepulcrum Oſiridis fuiſſe demonſtratum in Phile, ut Iovis in Creta. Rem proinde in medio relinquo. At Indi, de quibus pauca ſaltem dicere cogor, modo reſtant.

Gentem hanc tam longe lateque intra & extra Gangem ad extrema uſque orientis propagatam, Deos, quos colerent, habuiſſe, certa & explorata res eſt. Sed quinam ii fuerint, a nullis veterum ſcriptorum proditum eſt. De Perſis haec habet Herodotus in *Clio* c. 132. *Moris habent, editiſſimis conſcenſis montibus, Iovi facere ſacra, omnem gyrum caeli Iovem appellantes, ſoli Lunaeque ſacrificant, & telluri, igni, aquae, atque ventis : hiſque ſolis ſacra faciunt iam inde ab initio. Sed praeterea quoque addidicerunt*

*Ura-*

*Uraniae ſacrificare ab Aſſyriis Arabibuſque edoctl* ; *vocant autem Aſſyrii venerem Mylittam* , *Arabes Alitta*,*Perſae* Μίτραν , *Mitran*. Haec ſcribebat Herod. an. ante Chriſtum 440. At de Diis Indorum , qui ſunt Perſis finitimi , nihil omnino dicit ; quaſi ſcilicet ea aetate ignoti eſſent & incomperti . Sequutis temporibus nulli certiora de Indis litteris mandarunt quam *Curtius* , & *Arrianus*. Ille *ſub Tyberio* Romanor. Imper. , Iſte ſub *Adriano* . At neuter Indicorum Deorum nomina indicavit (a). Curtius certe *ſolem Mithren* , *& ſacrum aeternumque ignem* Regem *Darium* ,eiuſque milites Perſas invocare dicit lib. IV. cap. 13. De Brahmanum vero diis , id unum lib. VIII. cap. 9. ſcripſit : *Deos putant* ( Indorum ſapientes ) *quicquid colere coeperant* , *arbores maxime* , *quas violare capitale eſt* . Iam ſi illius gentis ſapientes *arbores* inprimis uti Deos colebant , quis credat ſolem & ſidera principem apud eos locum inter numina , quae colerent habuiſſe ? Arrianus vero , qui ſec. II. ſub Adriano Imper. libros VII. de expreditione Alex. M. ſcripſit , in octavo *Rer. Indicarum* , cultum deorum apud Indos inſtitutum *Dionyſio*,*Libero Patri*,ſeu *Baccho* tribuit. *Primus*, inquit.... *cultum cum aliorum deorum*, *tum ſui ipſius docuit*, *quem tympanorum* , *& Cymbalorum pulſu fieri juſſit* . De diis aliis ſolne an luna , an planetae fuerint , alte ſilet Arrianus . De uno tantum Libero ipſo Patre Dionyſo , apertiſſime & ibi & in ſequentibus , eum , ait , hominem fuiſſe , qui ſibi , quemadmodum & Alexander fecit , dei nomen , divinoſque honores tribui conſtitueriт .

Atqui in tanta penuria veterum teſtium de caeleſtibus ſideribus ab Indorum veſania in Deorum numero collocatis , quis ſibi blandiatur , poſſe ſe huic omni Indicae ſuperſtitio-

(a) Unus eſt Cteſias apud Photium cod. 72. , qui , ut Voſſius obſervat , l. 11. c.17. de Idolol. mentionem facit de cultu *cuiuſdam loci ſub nomine ſolis , & lunae* περὶ τοῦ ἱεροῦ χωρίου τοῦ ἐν τῇ ἀοικήτῳ , ὃ ἐπ' ὀνόματι τιμῶσιν ἡλίου καὶ σελήνης . *De loco* ( vel luco ) *ſacro* , *qui eſt in tractu inhabitabilis regionis* , *quem ſub nomine ſolis & lunae venerantur* : *ad quem e monte Sardonis quindecim eſt dierum iter*. *Ut ſol ibi ſingulis annis* , *per dies triginta quinque aliquid refrigerationis illis concedat propter id feſtum ut dum id ipſum celebrant*, *& dum reventuntur* , *non torreantur* . Cetera, quae de *Sole* Indorum Numine Voſſius refert ex *Beniamino Tudelenſi*,ad tempora nobis proximiora ſpectant .

ſtitioni de ſolis, Lunae, & Planetarum cultu tam remotiſſimae antiquitatis epocham tradere, ut ad eam perveniat, quam Iablonskius tribuit aut Aegyptiacae, aut Perſicae? Nam ſi Arrianum audiamus, ne quidem ſaeculo ineunte ſecundo, Indi Deorum templa, quae oſtentarent, habebant.

Quam vero in Aſtronomicis diſciplinis periti fuerint priſci illi ſiderum apud Indos obſervatores, ego prorſus ignoro. Sed id unum ſcio, Q. Curtii aevo, eos nondum ad anni ſolaris cognitionem perveniſſe; quippe qui ad unius lunae curſum temporum partes, earumque rationem ducere, ac dimetiri ſolerent. Nulla deinde natio eſt, quae in Deorum ſuorum genealogia texenda uſa non ſit aſtrorum aſpectu, eorumque φαινομένοις, adeo ut pleraque omnia cogitationum ſuarum figmenta ex aſtronomiae poenore ducta videri poſſint. Quot enim ſuperſtitionum genera non inde exhauſere daemones, ut miſerorum hominum mentes in errorem pertraherent? *Elementum illis fuit*, Tatiano teſte or. adverſus Graecos n. 9. *animalium in caelo collocatio . . . Nam* Ζωδιάκου κύκλου γραφὴ, *Zodiaci circuli deſcriptio Deorum eſt opus . . . delectantur autem ſeptem planetis, velut qui teſſeris ludunt*. Et hi tamen viri ſunt graeci, qui aſtronomicis hiſce ludis eruditi, impiae apotheoſeos ope, mortales homines in aſtra evectos, caelo tamquam numina conſecrarunt. Tota denique res iſta ſymbolis, fabulis, phiſiologicis interpretationibus, puerilibus allegoriis, & obſcuriſſimis myſteriorum ambagibus agitur & implicatur. Quapropter iure ſubdit n. 21. Tatianus. *Credite nunc mihi, o Graeci, nec fabulas, ac Deos veſtros ad allegoriam trahite. Nam ſi id facere tentetis, veſtra etiam numina a vobis evertuntur*. Heic videſis vel inter ceteros omnes Patres unum Auguſtinum, qui toto lib. VII. de Civ. ſed praeſertim capp. 19. & ſeqq. & Varronis, & omnium gentilium Philoſophorum conatus in Deorum ſuorum fabulis interpretandis tam invicte, glorioſeque proſtravit, ut eos pudore ſuffuderit ſempiterno.

Ceterum, ut ad fabulam redeam de Deo *Viſcnu* in *Kriſna* *nonum* incarnato, illud tandem mihi animadverſione dignum occurrit, quod Indus Philoſophus, ſicut *Brahmam* terram, &

*Sivam* ignem,ſic & *Viſcnou* aquam *phiſiologice* interpretatur. Hinc vero duo neceſſario conſequuntur: primum eſt, ut Indorum Deus triformis ſit,& in terram,in humorem,in ignem,& in aquam ſolutus appareat:alterum,ut *Chriſna*,cuius perſonam & carnem *Viſcnu aqua* per *tranſmigrationem* ſuſcepit,merus homo ſit ater,& niger, qualis eſt Indus indigena,&,ſi *Apollo* eſt, tali demum ſit inſanientium hominum temeritate factus, & collocatus in ſole. Fieri equidem potuit, ut prima huius fabulae ſtamina iam inde ab an. milleſimo circiter atque vigeſimo ſeptimo ante ſacra chriſtiana, Indi Brahmanes ordiri coeperint, ſed tela omnis, uti hodie explicata profertur, Gnoſticorum, Manichaeorum, aliorumque evangelicae hiſtoriae coruptorum opera, novis in dies aenigmatum, nugarumque additamentis contexta, nonniſi poſt Chriſtum priſcis Religionis noſtrae temporibus perfecta, & abſoluta eſt. Conſule Cl. V. *Deguignes Hiſtoire Générale des Huns* tom. I. p. II. p.227. 240. maxime vero 235. ubi poſtquam *τῷ Fo*, ſive Buddae *Librum*, eumque e ſinenſi in gallicam linguam abs ſe translatum, retulit, in haec verba de eo loquitur: *Ceux qui letteront les yeux deſſus, n' y trouveront qu' un chriſtianiſme tel que les Héréſiarques Chrétiens du premier ſiecle l'enſeignoient, apres y avoir mêlé les idées de Pythagore ſur la métempſycoſe, et quelques autres principes puiſés dans l'Inde. Ce livre même pourroit être du nombre de ces faux Evangiles qui couroient alors; tous les préceptes que Fo* ( Butta ) *donne, à l'exception de quelques idées particulieres, ſemblent tirés de l'évangile; je ſuis d'autant plus porté à ſoutenir ce ſentiment que dans l'hiſtoire Chinois Ieſus Chriſt eſt appellé Fò*.

Quicquid tamen ſit de *Indico*, de quo nimis multa me tetigiſſe opinor, *Thebaicus certe Apollo*, non alius erat, quam nudus homo ſacrilega Ethnicorum conſecratione tamquam deus in ſolis orbe inſaniſſime poſitus. Is enim, quem Culcianus *Deum viventem* appellat, *Apollo* eſt a Graecis & Romanis Idololatris fictus.

De locis ſuperioris Thebaidis, ubi *Apollinis* cultus vigebat, ſatis diximus in Praef. noſtra ad fragm. Thebaica pag. xcix. Inde habes adnotationem in ſegmenta Actorum *SS. Paeſis*, *Theclae* Sororis eius, & *Pauli*, qua de *vico Apollinis*, ſive *parva Apollinopoli*

in

Digitized by Google

in *coptite* nomo ad Orientale Nili latus poſita,ea que diverſa a *magna Apollinopoli* ſupra Latopolim in Lybico latere ſita, duce D'Anvillio egimus. In eo igitur vico natus erat S. Diaconus, & Martyr *Paneſniv*. Nam ut ex hoc noſtro fragmento intelligimus, illius natale ſolum *vicus* appellatur, & ibi tamquam reus criminis, & impietatis ob *Apollinis Dei* ſimulacrum igne combuſtum a Culciano inſimulatur.

(8) ⲁϥⲣⲟⲕϩ̀ϥ ϩⲉⲛ ⲟⲩⲕⲱϩⲧ: *igne* eum (Apollinem ſcilicet, ſive ſimulacrum eius) *combuſſit*. Hoc veluti crimen S.Diaconi *Paneſniv* coram militibus ſuis verbis exaggerat *Culcianus*, ſed nullis omnino auditis ſive accuſatoribus, ſive teſtibus in iudicio, probat. Quid aliud ego credam, niſi hanc dicam per alicuius improbi delatoris calumniam fuiſſe viro ſancto impactam? Certe frequentia ſunt in actis ſinceris Martyrum huiuſmodi ſacrilegae fraudis exempla. Illud in primis memorabile eſt, quod Lactantius narrat de malo funeſtoque dolo Maximiani Galerii, qui *Nicomediae*, ut Diocletianum *ad propoſitum crudeliſſimae perſecutionis impelleret, occultis miniſtris palatio ſubiecit incendium. Et cum pars quaedam conflagraſſet, Chriſtiani arguebantur, velut hoſtes publici, & cum ingenti invidia ſimul cum Palatio chriſtianorum nomen ardebat: illos conſilio cum Eunuchis habito de exſtinguendis Principibus cogitaſſe, duos Imperatores domi ſuae pene vivos eſſe combuſtos... Sed quindecim diebus interiectis, aliud rurſus incendium molitus eſt. Id celerius animadverſum, nec tamen autor apparuit*; ut ita gravior in dies, & luculentior excitatae conflagrationis ſuſpicio in iuſtos, innocenteſque Chriſtianos devolveretur. Sic ille c.14. de mort. Perſecutor. (a) Recteque is ipſe in epitome



(a) Euſeb. lib.8. H.E. c. 6. *Iiſdem diebus*, inquit, *neſcio quo caſu, excitatum erat in Palatio incendium. Cuius cum noſtros auctores fuiſſe, publicus rumor καθ' ὑπόνοιαν ψευδῆ falſa ſuſpicione iactaſſet, imperiali iuſſu, quotquot illic erant Dei cultores, acervatim cum ſuis famulis, alii gladio, flammis alii conſumpti periere*. Conſtantinus Magnus or. ad Sanctor. coetum c.25. incendium Palatii, & Conclavis ipſius Diocletiani ictui tribuit τȣ̃ κεραύνου *caeleſtis fulminis*. Tillemontius de Perſecutione Dioclet art.IX ſic utrumque *Conſtantini*, & *Lactantii* teſtimonium conciliat, ut malignum impiumque *Galerium* incuſet, qui, ut vidit incendium fulminis ictu inchoatum, ſtatim familiares ſuos ad illud clam augendum, ac propagandum ſubmiſerit.

mè divinar. Inſtitut. c. 52. clamat *quae tanta huius* ( in chriſtianos ) *furoris eſt cauſa ? ſcilicet, quia ratione congredi* (Perſecutores ) *non queunt , violentia premunt , & INCOGNITA CAUSSA , tanquam nocentiſſimos damnant , qui conſtare de ipſa innocentia noluerunt*. Quo & illa Firmiani noſtri verba ſpectant ex c. 15. de mort. perſecut: *comprehenſi Presbyteri ac miniſtri* ( Diaconi ) *ſine ulla probatione ac confeſſione damnati*. Hanc plane agendi rationem ab omni aequitate alienam viſus eſt tenuiſſe Culcianus , qui necdum cognita cauſſa , in *S. Paneſniv* repente irruit , eumque ob calumniam de combuſto Apolline ad aquae ferventis ſupplicium , caeco veluti impetu ductus , ſtatim damnandum edixit.

(9) ⲙⲁⲣⲟⲛ ⲉⲩⲥⲓⲟⲟⲩⲛ : *Eamus in concilium*. Diu me vox iſta ⲉⲩⲥⲓⲟⲟⲩⲛ vexavit. Tandem eam me inveniſſe arbitror in divino proverbiorum libro inter reliquias Thebaici codicis apud ampliſſimum Cardinalem meum Borgiam, in Veliterno Muſeo ſuo aſſervati. Sic enim c.XXVIII. v.8. legitur: ⲡⲉⲧⲧⲁϣⲟ ⲛ̀ⲧⲉϥⲙⲛ̀ⲧⲣⲙ̀ⲙⲁⲟ ϩⲓ̀ ⲟⲩϫⲓⲙⲏϣⲉ ⲡⲉⲩⲛⲁ̀ ⲛ̀ⲛ̀ϩⲏⲕⲉ ⲡⲉⲧⲛⲁⲧⲥⲓⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : Ὁ πληθύνων τὸν πλοῦτον αὐτοῦ μετὰ τόκων καὶ πλεονασμῶν , τῷ ἐλεοῦντι ( in mſ. Alexand., ἐλεῶντι in editis, ) πτωχοὺς ΣΥΝΑΓΕΙ αὐτόν: *Qui multiplicat divitias ſuas cum uſura* ( ſic Thebaicus ) *ei , qui miſerebitur pauperum , ipſas congregabit*. ⲧⲥⲓⲟⲟⲩ igitur *congregare , & colligere eſt* ; adeoque ⲧⲥⲓⲟⲟⲩⲛ , aliud ſignificare non poteſt , niſi *concilium*. Magnam haec ipſa vox affinitatem habet cum ⲥⲟⲟⲩϩⲟⲩ , ⲥⲟⲟⲩϩⲥ συναγόμενοι Iob. XX. 16., & aliis eiuſcemodi , quae paſſim in ſacris Thebaeorum ſcriptis occurrunt. Attamen in vocabulo ⲧⲥⲓⲟⲩⲛ , ἰῶτα inſertum, ita ſcriptoris noſtri iudicio , ad illius interpretationem tamquam omnino neceſſarium habitum eſt, ut quum ſemel illud praetermiſſum animadverterit , ſuperne addito , reſtituere ſtuduerit ; eoque pacto ⲉⲧⲥⲓⲟⲟⲩⲛ pro ⲉⲩⲥⲟⲟⲩⲛ legendum eſſe monuerit.

ⲧⲉⲛ

(10) Ⲧⲉⲛϫⲱⲕⲉ̀ⲙ ϧⲛ̀ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ, *abluamus aquis* (ferventibus.) Ϫⲱⲕⲉⲙ *lavacrum*; idemque *lavare* ſignificat apud Lacrozium in Lexico. Sed Aegyptii, ni mea me fallit opinio, hac voce utuntur, quum totius corporis lavacrum exprimere volunt. Nam ubi res eſt de partibus eius abluendis, ⲓⲁ ⲱⲓ, & ⲣⲁϧ verbis utuntur. Sic Iohannis XIII. v. 10. ex Memph. verſione: *dixit Ieſus* Petro ϫⲉ ⲫⲏⲉ̀ⲧⲁϥϫⲱⲕⲉⲙ ⲛ̀ϥⲉⲣⲭⲣⲓⲁ̀ ⲁⲛ ⲉ̀ⲃⲏⲗ ⲉ̀ⲓⲁ̀ ⲣⲁⲧ̀ϥ ⲁⲗⲗⲁ ϥⲟⲩⲁⲃ ⲧⲏⲣ̀ϥ: *Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lavet, ſed mundus eſt totus*; ex ea ſcilicet cauſſa, quod qui ϫⲱⲕⲉⲙ, lotus eſt corpore, totus eſt purus. Et vero quemadmodum iis accidit, qui quum ex balneo exeunt, vix dum terram attingunt, ſordes pedibus contrahant, ita & quiſquis ex lavacro egreſſus ſolum calcare coeperit, is totus quidem erit corpore mundus, ſed pedibus impurus. Quod exemplum prae oculis, credo, habuit Auguſtinus, ubi divinum iſtud Chriſti reſponſum perinde interpretatur, *ac ſi dictum eſſet: Qui lotus eſt totus, eſt mundus praeter pedes, itaque non indiget, niſi ut pedes lavet.* Hinc ego colligo, frequentiorem vocis huius ϫⲱⲕⲉⲙ ſignificationem apud Aegyptios eam eſſe, ut lavacrum, quo totum corpus hominis per immerſionem in thermis abluitur, indicare velit. Nam & in lib. Iudith. c. 12. v. 7. iuxta Thebaeum interpretem, de ea legitur: ⲉⲥⲁⲥⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲕⲁⲧⲁ̀ ⲟⲩϣⲏ ⲉⲡⲉⲓⲛ̀ⲃⲁⲓⲧⲩⲗⲟⲩⲁ ⲛ̀ⲥϫⲱⲕⲙⲉⲥ ϧⲛ̀ ⲡⲁⲣⲉⲙⲃⲟⲗⲏ ϧⲛ̀ ⲧⲡⲏⲅⲏ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ. *Et exibat noctu in Bethuliam & lavabat ſe in fonte aquarum.*

Quod vero *Culcianus* per haec verba minatus fuerit S. Diacono *Paneſniv* ſupplicium immiſſionis in aquas igne aeſtuantes atque ebullientes, liquido conſtat ex iis, quae paullo poſt generoſus athleta Chriſti ad Praeſidis minas deridendas reſpondet. Praeterquam quod vel apud latinos ipſos ſcriptores, ubi *aquae* plurali numero dicuntur, veluti *aquae Sextiae, Taurinae, Auguſtae, Bormiae*, aliaeque complures, *thermae*

*mae* intelliguntur. Eiuſdem proinde generis ſunt ϩⲓ̀ⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ Thebaeorum, *aquae* nimirum *efferveſcentes*.

Hoc porro ſupplicii genus ad ſanctos Confeſſores ardentium aquarum in Balneis atque aeſtuantibus thermis, & ignitis Caldariis conſumendos uſitatum in aegypto erat, ut ex actis memphiticis, quorum Epiſcopus noſter Tukius p. 243. Gram. ſuae meminit, de martyrio loquens *Iſaac Dephrenſis*, aperte liquet. Ibi enim dicitur. Ⲧⲟⲧⲉ ⲁϥϩⲱⲗ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉⲡⲓⲭⲁⲗⲕⲓⲟⲛ ⲁϥⲧⲱⲃϩ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ Ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲁⲙⲟⲩ ϣⲁⲣⲟⲛ, *Tunc quum acceſſit ad Caldariam deprecatus eſt dicens, Domine Ieſu Chriſte veni ad nos*. Haec tantum; nam alia, quae dari poſſent, deſiderantur.

(11) Ⲙ̀ⲙⲁⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ : *ſacrilegum* (impium ſcilicet & ſceleratum) *hunc Magum Chriſtianorum*, infamiae cauſſa *S. Paneſniv* diabolicus Praeſes *Culcianus* appellat. Recte ut cetera, vir ſummus *Holſtenius* ad illa verba Actor. SS. MM. *Perpetuae & Felicitatis* apud Ruinartium p. 115: (*Ex admonitionibus vaniſſimorum hominum, verebatur*, Tribunus, *ne ſubtraherentur de carcere incantationibus*,) continuo ſubdit: *Haec eſt illa, quam CHRISTO temere ac blaſpheme impactam S. Ignatius epiſt. ad Philip. queritur*, συκοφαντία μαγείας *calunnioſa accuſatio Magiae*: *quam & in Chriſtianos, quoties mirum aliquid ſupra vim humanam patrarent, frequentatam a perſecutoribus, cuncta fere Martyrum acta teſtantur*. Ne quid igitur dubita, quin magna ac ſplendida divinarum admirandarumque rerum fama, quae in *vico Apollinis*, & alibi per Thebaidem de Diacono *Paneſniv* propagata fuerat, anſam *Culciano* praebuerit, ut hanc illi teterrimam *Magiae* notam turpiſſimus ſycophanta impingeret.

(12) Ⲁⲓⲧⲉⲓ ⲇⲉ ⲉϥⲕⲱ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲕⲁϩⲏⲩ ⲛⲛⲉϥϩⲟⲓⲧⲉ. Ⲁⲓⲧⲉⲓ : Si vox iſta pronam & uſitatam *petendi* vim haberet, ea parum apta videri poſſet ad ſignificandum imperium Iudicis aliquid in *publico Conventu* iubentis. Itaque vocis huius originem in Thebaeorum dialecto ducendam eſſe putavi ab αἴτεσθαι, quod apud Heſychium δικάζειν, *iudi-*

*Iudicare* deſignat ; unde eſt noſtra illa huius loci verſio : *Iudicat mox* ( Culcianus ), *ut* S. Diaconus *Paneſniv* ( iam ad ferventes aquas damnatus, ) *detractis veſtibus nudus in medio ſiſtat*. Heic tamen video, ſic etiam verbum Ⲁⲓⲧⲉⲓ ſumi potuiſſe, ut *impetum*,quo praeſes furore percitus ſanctum virum ſtatim ſpoliari mandavit, facile denotare valuerit. Nam ἀΐττω attice idem ſonat ac ὁρμᾶν, *impetu feror*, aut *prorumpo*. Et inde equidem Thebaei, qui graecorum vocabulorum origines corrumpere non raro ſolent, deducere potuerunt ⲁⲓⲧⲉⲓ pro ⲁⲓⲧⲧⲉⲓ, omiſſo *ſecundo* ⲧ. Hoc autem pacto ſententia iſta : Ⲁⲓⲧⲉⲓ ⲇⲉ ⲉϥⲕⲱ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲕⲁϩⲏⲩ ⲛ̀ⲛⲉϥϩⲟⲓⲧⲉ, latine ſic reddi poſſet : *Eum* ( Culcianus ) *magno impetu* (concitatus, ) *veſtibus ſuis nudari compulit*. Huic tamen ſecundae meam illam priorem verſionem anteponendam putarem.

(13) Ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲡⲁⲣⲭⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲟⲩⲱ́ϭⲡ ⲛ̀ⲟⲩⲡⲗⲁⲝ ϩ̀ⲛ ⲧⲥⲓⲟⲟⲩⲛ : *Michael Archangelus vigil Tabularii in concilio*. Is eſt certe *Michael*, non ipſemet Dei Filius, ſed illius Miniſter, & nuncius, quem auctor aſcetici ſermonis *de iudicio univerſali* in alio Borgiano Fragmento ſic alloquitur pag. ⲗⲑ 39. Ⲁϫⲓⲥⲙⲏ ⲡⲥⲱⲛⲧ ⲧⲏⲣ́ϥ ⲛ̀ⲧⲉⲕ ⲥⲁⲗⲡⲓⲅⲝ ⲱ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ϫⲓⲛ ⲁⲇⲁⲙ ⲡϣⲟⲣⲡ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉ ⲙⲁⲣⲟⲩⲉⲓ ⲛ̀ⲥⲉⲁⲡⲁⲛⲧⲁ ⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ ϩ̀ⲙ ⲡⲁⲏⲣ ⲉⲓⲧⲉ ⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲥ ⲉⲓⲧⲉ ⲣⲉϥⲣⲛⲟⲃⲉ ϩⲓⲧⲙ̀ ⲡⲟⲩⲉϩⲥⲁϩⲛⲉ́ ⲙⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲣⲉϥϯⲥⲃⲱ́ ⲙⲙⲉ. Ϫⲉ ⲧⲱⲟⲩⲛ ⲉⲩⲉⲧⲛ̀ ⲟⲛ ⲁⲧⲧⲁⲕⲟ : *Audiet creatura omnis vocem Tubae tuae*, *O MICHAEL*, *ab Adam uſque primo hominum*, *qui venturi erunt in occurſum domino in aera ſive iuſti*, *ſive peccatores per iuſſionem Dei veri Magiſtri* ; *quia reſurgent*, *& illi* ( peccatores ) *incorruptibiles*. Hanc ſermonis particulam tibi indicare volui, ut inde certior fieres de traditione non latinae tantum & graecae, ſed & Aegyptiacae eccleſiae circa ea, quae pag.200. 201. dixi de tuba *Angeli creati*, &

de

de *ſuprema Dei iuſſione* in mortuis ad finale iudicium excitandis. Nunc ad alia.

De mea iſta interpretatione diu anceps dubiuſque haeſi. Nam quid eſſet verbum illud ⲁⲟⲩⲱϭⲛ in tam multis Thebaeorum fragmentis, quae viſa a me fuerant, nuſquam invenire potueram. Itaque ex coniecctura vocem hanc ita accepi ac ſi reſponderet *τῷ vigil*, ex Daniel. IV. vv. 10. 14. hebraice עיר, graecis litteris in Theodotionis verſione Εἴρ, in Memphitica modo ⲟⲩⲏⲣ, modo vero ⲟⲩⲓⲣ. De Titulo Εἴρ ἄγρυπνος in Tetraplari *Chſiano* Prophetae ipſi *Danieli* tributo, vide Praenotata Eruditiſſimi viri ad pag. 125., & ſeqq. Rom. Edit. *Danielis ſecundum* LXX. an. 1772. Inter cetera obſerves velim *S. Iſidori Peluſiotae* dicta de Εἴρ *Archangelo*, quem promulgatorem divinae ſententiae de arbore (*Cap.* IV. Daniel.) *amputanda fuiſſe* docet. Haec enim vox, teſte S. Hieronymo in hunc Danielis locum, *ſignificat ANGELOS, quod ſemper vigilent, & ad Dei imperium ſint parati .... Conſuetudo autem graeci latinique ſermonis* Ἶριν *vocat, quae per multicolorem arcum ad terras deſcendere videtur*. Sed Εἴρ, ut obſervat Iohannes Albertus, exponitur ab Heſychio λαίλαψ, *turbo*, *ventus*, *ſpiritus concutiens & procelloſus*, aut etiam λαμπηδών, *fulgor*, *ac ſplendor* a Suida, *quod haec duo apparitionem eiuſmodi ſpirituum comitentur vel antecedant*. His poſitis putabam me unius *Vigilis* nomine ſatis indicaſſe quicquid comitari ſolet apparitionem Angeli; ut nempe ex eo intelligi daretur, quam magno metu, & conſternati animi ſtupore univerſum concilium afficere valuerit terrifici illius fulgoris aſpectus, quo ibi Εἴρ *Vigil* ſeſe ſpectandum ex improviſo praebuit.

Sed tandem, neſcio quo ſingulari Dei munere, ubi minus ſperabam, ibi inter Grammatica exempla Cl. Tukii, pag. 274. aliud quiddam querenti, optatum ⲟⲩⲱϭⲛ obviam mihi venit. Ut autem illius intelligentia paullo facilior reddatur, praeſtat eam ad lucem Memphiticorum verborum cum noſtro ⲟⲩⲱϭⲛ affinium paullo curioſius expendere. Haec vero apud *La-Croz.* in Lex. tria ſunt: ⲟⲩⲱϫⲛ, ⲛⲟⲩϣⲛ,

ⲛⲟⲛ

ⲛⲟϣⲛ : Primum ⲟⲩⲱϫⲛ memphiticum verſo ϫ in ϭ, ( quod ſaepe fieri ſolet ) idem eſt ac Thebaicum ⲟⲩⲱϭⲛ, *deſtruere ſcilicet*, *diruere*, *confringere*, *ſubvertere*. Accipe locum ex Deut. IX. v. 17. *καὶ ἐπιλαβόμενος τῶν δύο πλακῶν ... συνέτριψα*: Theb. ⲁⲓϯⲧⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲉ ⲡⲗⲁⲝⲥ . . . . ⲁⲓⲟⲩⲟϭⲛⲟⲩ . . . . ̀ⲙ ⲡⲙⲉϩⲥⲉ ⲛⲥⲛⲁⲩ (ni quid errati in has poſtremas voces apud Tukium irrepſerit p. 274.) Memph. vero ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓⲁⲙⲟⲛⲓ ⲛ̀ϯⲡⲗⲁⲝ ⲥⲛⲟⲩϯ . . . . ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓϧⲉⲙϧⲱⲙⲟⲩ : *& ſumſi ambas tabulas*, ... *eaſque*, ut habet vulg. noſtra, *confregi*, (vel Tuk. ipſo interprete, ) *contrivi*. Is enim prae oculis habuit gr. *συντρίβειν*, & Memphiticum, ϧⲉⲙϧⲱⲙ. Hoc pacto verba haec : ⲁ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲡⲁⲣⲭⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲟⲩⲱϭⲛ ⲛⲟⲩⲡⲗⲁⲝ ϩⲛ̀ ⲧⲥⲓⲟⲟⲩⲛ, latine reddi poſtularent; *Michael Archangelus* ( terrifico aſpectu ſuo ) *contrivit*, *confregit*, aut *ſubvertit tabularium in concilio*. Alterum quoque ⲛⲟⲩϣⲛ *conſternationem & pavorem ab Angelo praeſertim toti concilio partum deſignat*. Tertium tandem ⲛⲟϣⲛ, *concutere*, convenit cum ⲛⲟϣⲛ Thebaico, quod adhibet Iob Deum ſic alloquens cap. VII. 14. ⲁⲕⲛⲟϣⲛⲧ ϩⲛ̀ ϩⲉⲛϩⲟ̀ⲣⲟⲙⲁ, *horrore concuties me per viſiones*. Quae omnia eo collineant, ut intelligamus ad Michaelis Archangeli apparitionem divinum aliquod accidiſſe prodigium, quod & repentino motu locum concuſſerit, & animos eorum, qui in eo ſedebant, perterrefecerit, & conſternarit. Itaque noſtra illa verſio *vigil tabularii in concilio*, ſic paullo latius explicanda eſt; *Michael Archangelus tabularium in concilio apparens terrifico motu concuſſit*.

Nec a vero, uti mihi facile perſuaſum eſt, aberraveris, ſi eiuſdem tabularii locum intellexeris terraemotu concuſſum. Nam & Cl. Maldonatus in c. 28. Matth. v. 3. ubi legitur : *Et ecce terraemotus factus eſt magnus* ( in Reſurrectione Chriſti, ) *haud obſcure*, ſubdit, *indicat evangeliſta*, *quia Angelus deſcenderat de caelo*; *utitur enim cauſali particula*;

*ANGELUS ENIM DOMINI deſcendit de Caelo*: & paullo poſt dicere pergit: *Credo ego, ob eam etiam cauſam fuiſſe factum terraemotum ut & cuſtodes, & mulieres intelligerent eos, qui ſplendenti veſtitu iuxta ſepulcrum apparuerunt, non homines fuiſſe, ſed Angelos, ideſt caeleſtes, atque divinos nuntios. Motum enim terrae DEI PRAESENTIAM, aut ALICUIUS, QUI DEI PERSONAM REPRAESENTET*, ( Angeli nimirum ) *ſignificare, multis ſcripturarum exemplis demonſtravimus*. Quid, ſi Culcianus huius repentinae concuſſionis metu perterritus, animoque turbatus priſtini furoris aeſtum adverſus *Paneſniv* conceptum parumper coercuit? Nam ſupplicium efferveſcentium aquarum, quod ei tanto cum impetu paullo ante minatus fuerat, non ſtatim certe executioni mandari juſſit. ⲛ̀ⲡⲗⲁⲝ e graeco πλάξ, *tabula plana aut etiam laevigata*. Heſychius tradit, hanc vocem uſurpari ad ſignificandam *planitiem terrae* ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ μέρος, ( τῆς γῆς ex ſupplemento Stephani, ) καὶ τὰ μεμαζωμένα καὶ τὸ διπλοῦν. καὶ ἡ πλατεῖα πέτρα; de qua poſtrema ſignificatione loquens David Ruhnkenius, ex ea, inquit, *liquet, non corruptum eſſe Svetonium, qui dicit* tabulas lapideas. *Qui enim mutant, non ſciunt quid Graecis ſint* πλάκες. At oritur modo difficultas de ſenſu, quo vocabulum iſtud πλάξ intellexerit Thebaicus ſcriptor actorum S. Mart. *Paneſniv*. Nam in exemplis, quae ex cap. IX. 16. tum Thebaicae tum Memphiticae verſionis Deuter. ab Antiſtite noſtro Tukio pagg. 274. & 275. adferuntur, hoc nomen πλαξ, τῶν ὁ, ad *tabulas lapideas* digito Dei in Monte Sina ſcriptas, & Moyſi traditas ſignificandas uſurpatum video. Sic enim eo loci loquitur Moyſes, ut fert Thebaeus, ⲁⲓϯⲧⲟⲟⲧ ⲉ̀ⲧⲉ ⲛ̀ⲡⲗⲁⲝⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲱⲛⲉ, ut Memphitica vero, ⲁⲓⲁⲙⲟⲛⲓ ⲛ̀ϯⲡⲗⲁⲝ ⲥⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲱⲛⲓ: Graecus, καὶ ἐπιλαβόμενος τῶν δύο πλακῶν: *Et ſumens Tabulas* ( duas iuxta Memph. & gr. lectionem ) *lapideas*, ( horrendum abominatus Idololatriae piaculum ab hebraico populo commiſſum ) *confregi*. Nullus itaque dubito, quin & in fragmento noſtro ⲛ̀πλάξ idem ſonet ac *tabulas*. Sed heic tabularum

larum nomen *metonymice* ſumi debet vel pro opere, quod ex tabulis ſive ligneis, ſive lapideis conſtructum ſit, quale eſt *tabulatum*, & *pavimentum*, vel pro loco, in quo publicae tabulae aſſervabantur, cuiuſmodi eſt *Archivum*, ac *tabularium*. Ego vero alteram hanc interpretationem libentius amplector, quod in Archivo „ ſive in tabulario, ut animadvertit Galonius, ſancti Confeſſores ad ſupplicia damnari ſolerent. Archivum porro, ſeu tabularium *forum* etiam *iudiciale* appellabatur. *Nam Magiſtratuum curia*, ſic obſervante ex Pauſania Budeo, Σέκρετον, Συνέδριον, *ſecretum*, *ſynedrium*, apud Heſychium, ac denique *Secretarium* a Lactantio *de Mortib. Perſecutor.* c. XV. dicitur. Eo enim illa ſpectant eximii ſcriptoris verba: *& ne cui* (Chriſtianorum) *temere ius diceretur*, *arae in ſecretariis ac pro tribunali poſitae erant*, *ut litigatores prius ſacrificarent*, *atque ita cauſas ſuas dicerent*; *ſic ergo ad iudices* tamquam *ad Deos adiretur*. Sed de his vide plura in Gloſſ. Ducangii ad v. Ἀρχεῖον, & Σέκρετον: eique adde Columbum, & Baudrium in not. ad recitatum Lactantii locum. Et ecce, cur ego Thebaicum ⲛⲣⲩⲡⲗⲁⲝ verterim *Tabularium*.

(14) ⲁϥⲧⲁⲗⲟ ⲙ̀ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ϩⲓϫⲙ ⲛⲉϥⲧⲛϩ ⲛⲟⲩⲟⲉⲓⲛ, *ſuſtulit ſuper lucidas alas ſanctum Abbatem Paneſniv*. Prodigium huius ſimile divinae litterae Daniel. XIV. v. 32. & ſeqq. deſcribunt. Et quidem iuxta Memphiticam verſionem in hunc modum: ⲟⲩⲟϩ ⲁⲃ-
ⲃⲁⲕⲟⲩⲙ ⲡⲓⲡ̀ⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲉⲛⲁϥⲭⲏ ϧⲉⲛ ϯⲓⲟⲩⲇⲉ-
ⲁ ⳾ .... ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲁⲃⲃⲁ-
ⲕⲟⲩⲙ ⳾ ϫⲉ ⲁ̀ⲗⲓⲟⲩⲓ ⲙ̀ⲡⲓ ⲁ̀ⲣⲓⲥⲧⲟⲛ ⲉ̀ⲧⲉⲛⲧⲟⲧⲕ
ⲉ̀ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ ⲛ̀ⲇⲁⲛⲓⲏⲗ ⲉ̀ⲡⲗⲁⲕⲕⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲙⲟⲩⲓ ⳾
ⲡⲉϫⲉ ⲁⲃⲃⲁⲕⲟⲩⲙ ϫⲉ ⲡⲁϭ̅ⲥ̅ ⳾ ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ ⲙ̀ⲡⲓ-
ⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ⳾ ⲡⲓⲕⲉⲗⲁⲕⲕⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲙⲟⲩⲓ ϯⲥ-
ⲱⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲁⲛ ⳾ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡϭ̅ⲥ̅
ⲁϥⲁ̀ⲙⲟⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲁⲫⲉ ⲛ̀ⲁⲃⲃⲁⲕⲟⲩⲙ ⳾ ⲁϥⲧⲱⲟⲩ-

ⲛⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϧⲉⲛ ⲡⲓϥⲱⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉϥⲁⲫⲉ· ⲁϥϫⲁϥ ϧⲉⲛ Ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ · ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲗⲁⲕⲕⲟⲥ · ϧⲉⲛ ⲡⲓⲟⲩⲟⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉϥⲡⲛ̅ⲁ̅ · ⲁϥⲱϣ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲃⲃⲁⲕⲟⲩⲙ · ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ · ϫⲉ ⲇⲁⲛⲓⲏⲗ ⲇⲁⲛⲓⲏⲗ · ϭⲓ ⲙ̀ⲡⲁⲣⲓⲥⲧⲟⲛ · ⲉⲧⲁϥⲟⲩⲟⲣⲡϥ ⲛⲁⲕ ⲛ̀ϫⲉⲫϯ : *Et Abbacum* ( Habacuc ) *Propheta erat in Iudaea .... Et dixit Angelus Domini Abbacum: Fer prandium tuum Babylonem Danieli ad lacum Leonum. Reſpondit Abbacum: Domine mi, nec Babylonem vidi, nec lacum Leonum ſcio. Tum Angelus Domini apprehendit caput Abbacum, eumque capillis capitis ſuſpenſum ſuſtulit, & collocavit in Babylone ſuper lacum, in impetu ſpiritus ſui, & clamavit Abbacum ita dicens: Daniel Daniel. ſume prandium. quod tibi miſit Deus.* ⲡⲉϫⲉ ⲇⲁⲛⲓⲏⲗ · ϫⲉ ϯϯⲱⲟⲩ ⲛⲁⲕ ⲫϯ · ϫⲉ ⲁⲕⲉⲣⲡⲁⲙⲉⲩⲓ · ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲭⲱ ⲛ̀ⲥⲱⲕ ⲛ̀ⲛⲏⲉⲧⲉⲣⲁⲅⲁⲡⲁ ⲛ̀ⲙⲙⲟⲕ · ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲧⲱⲛϥ ⲛ̀ϫⲉⲇⲁⲛⲓⲏⲗ ⲁϥⲟⲩⲱⲙ · ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲫϯ ⲁϥϯⲫⲉ ⲁⲃⲃⲁⲕⲟⲩⲙ ⲛ̀ⲟⲩϩⲟϯ ϭⲉⲛ ϩⲟⲩⲟϯ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ⲡⲉϥⲙⲁ : *Reſpondit Daniel: Do tibi gloriam Deus, quia recordatus es mei, & non derelinquis eos qui diligunt te. Et ſurgens Daniel comedit; & Angelus Dei reſtituit ſtatim Abbacum in locum ſuum.* Sed heic obſerves velim, ea verba Danielis: *Do tibi gloriam, Deus*, quae in apographo mei Boniurii leguntur, ad v. 37. huius XIV. cap. cum in editione *ſeptuagintavirali Chiſiani codicis*, *tum etiam in Theodotionea*, uti refertur in excellenti opere Oratoriani ſcriptoris Romanis typis de P. F. impreſſo, omnino deſiderari. Ceterum divini huius eventi fides, & αὐθεντία non unius modo Clementis Alexandrini lib. I. Strom; ſed univerſae etiam Aegyptiacae, & Thebaicae Eccleſiae, immo & totius Catholici orbis iudicio firmata, eum propemodum Angelum, qui in Fragmento noſtro Sanctum Diaconum *Paneſniv* in Aulam concilii coram Culciano mirabili celeritate inter ſupernae fulgurantiſque

lucis

lucis radios tranſtulit, nobis repraeſentare videtur; adeo ut nihil neceſſe ſit alia id genus exempla, quae plura extant, ex Actis SS. commemorare.

(15) Ⲁϥⲛⲟϫϥ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲙ̀ ⲡⲉⲑⲩⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲥⲓⲛⲟⲇⲟⲥ, *reclinavit eum iuxta columnam Concilii*. Hanc interpretationem tu hactenus tene. Nam ⲡⲉⲑⲩⲗⲟⲥ verbum eſt, quod acri licet inquiſitione inter Borgianas Thebaeorum membranas diu multumque quaeſitum, nuſpiam mihi ſub oculos venit. Antequam igitur quicquam certi de iſtius vocis ſignificatione decernas, varia, quae mihi de ea obſervanda occurrunt, quaeſo te, una mecum expende, ut quid tandem, quod tibi magis minuſque ad eam accomodatum videri poſſit, in promptu habeas. Principio illud mihi in mentem venit dubitare, an ⲡⲉⲑⲩⲗⲟⲥ nomen eſſet compoſitum ex articulo ⲡⲉ, & ϩⲩⲗⲟⲥ, quod *carectum*, *algam*, aut *iuncum* apud Thebaeos ſignificat Ionae II. v. 6. ubi hebraica illa סוף חבוש לראשי vertunt: ⲟⲩ-ϩⲩⲗⲟⲥ ⲁϥⲕⲱϯⲉ ⲉϯⲁⲁⲡⲉ: Memphitae vero cum graeco τῶν ὁ ( סוף ) ἐσχάτη, legunt ⲛ̀ϧⲁⲉ, *in finem*; quae varietas facit, ut intelligamus Thebaicam verſionem a Memphitica fuiſſe diverſam. At vero ſi ⲡⲉ-ⲑⲩⲗⲟⲥ in actis S. M. N. *Paneſniv* factum eſſet ex ϩⲩⲗⲟⲥ Thebaeorum ⲡⲉⲑⲩⲗⲟⲥ nonniſi *ſedem* eius ſimilem, quam ⲟⲩⲣⲱ, & ἱμβρίμον, ut pag. 60. & 61. ſupra diximus, ex iuncis factam, ſignificare poſſet. Ut enim *metonimice*, apud Ariſtophanem in Veſpis v. 90. ξύλου *lignum* pro *ſcabello* ſumitur, ἣν μὴ 'πὶ τοῦ πρώτου καθίζηωται ξύλου, ſic & in Thebaeo noſtro ⲡⲉⲑⲩⲗⲟⲥ *alga*, aut *iuncus* accipi pro *ſubſellio* potuit.

II. ⲡⲉⲑⲩⲗⲟⲥ Thebaicum fieri facile potuiſſe coniecerim ex θυαλοῦν, aut θυηλῆς, ſubtractis α, vel η. Θυηλὴς vero, (ut & θυαλοῦν) obſervante Alberto, Heſychius tanquam originem ſpectat vocis θυμέλη, qua Βωμὸν, & ἔδαφος ἱερὸν ſignificari ſcribit. At Βωμὸς non tantum *aram*, *ſolum*, & *pavimentum ſacrum*,

ve-

verum etiam *excelſum*, *editumque* locum deſignat. Cetera quae de θεμέλη habet *Phrynichius*, ſeu etiam Cyrilli Lex. mſ. vide apud eumdem Albertum. Mihi ſat eſt, ſi θεμέλη, ductum ex θυμέλης *ambonem*, *Pulpitum*, aut *tabulam*, *ſedemve* in editiori ſive profani, ſive ſacri theatri, aut fori, vel ſecretarii loco poſitam ſignificare valeat, ut quid tandem eſſe queat Thebaicum ⲡⲉ·ⲑⲩⲗⲟⲥ, intelligatur.

De hac *Sede* mentionem facit Euſeb. l. *6*. H. Eccl. c. 41., ubi de eo συντάγματι στρατιωτικῷ, *manipulo* BB. Militum, qui Alexandriae martyrium fecere, ſermonem inſtituit. Ibi enim ſcribit: *Priuſquam ab aliquo comprehenderentur, ipſi* ἐπὶ τὸ βάθρον *ad ſubſellium accurrentes; Chriſtianos ſe eſſe profeſſi ſunt*; ut enim ſubnotat Valeſius, βάθρον, *ſubſellium intelligi videtur, in quo ſedebat reus, cum a Iudice interrogaretur: hodie ſellulam vocamus. In actis Paſſionis Phileae Martyris Ambon dicitur*, ſeu Pulpitum. *In Paſſione vero SS. Perpetuae, & Felicitatis cataſta dicitur, & gradus*. Verum quid eſſet *cataſta*, de qua hiſce in actis mentio fit, paullo fuſius, & liquidius Holſtenius ex Pamelio, & Ruinartius in ſubiectis adnotationibus declarant. Ambo cataſtam appellant *locum* in foro *editiorem; in quo exponebantur ſervi venales*. Huc etiam ſpectant quae de *gradu cataſtae* commentatur Holſtenius ad illa verba S. Perpetuae: *Et extraxit me* (Pater) *de gradu*: ubi *cataſtam*, *inquit*, *intelligit editiorem, in quam rei capitis cauſam dicturi, & iudicis ſententiam excepturi aſcendebant. Ni potius in ipſa cataſta gradum paullo ſublimiorem fuiſſe dicamus, quem ſinguli rei ordine conſcenderent, ut iudici populoque eo magis eſſent conſpicui* .. .. *Atque ita* Euſebius lib. 5. cap. 1: Praeſes Viennenſis ἀνῆγεν ἐπὶ τὸ βῆμα θεατρίζων τοὺς μακαρίους μάρτυρας, ἐμπομπεύων τοῖς ὄχλοις, *Beatos Martyres in editum gradum extulit, ut multitudini, velut in theatro, & ſolemni pompa ſpectandos offerret*. Quae verba ἐπὶ τὸ βῆμα, quum Euſebii interpretes, *Iudicis tribunal* vertiſſent, eos quodammodo Holſtenius corrigit. At neſcio quo pacto huius Holſteniani moniti Valeſius ipſe fortaſſis oblitus, ἐπὶ τὸ βῆμα vertit aliorum exemplo: (Praeſes BB. MM. *ad tribunal adduci iuſſit*. Atqui Euſebius lib. 8. c. *9*., ut iam oſtenderat Holſtenius,

*gra-*

*gradum aut cataſtam coram Iudice* ( πρὸ τοῦ δικαστοῦ βῆμα ) *erectam vocat* ; non ergo βῆμα in his locis intelligendum eſt pro Tribunali Iudicis, ſed pro edito *gradu*, aut *cataſta* elatius erecta ante ipſum tribunal.

Sed utramvis ex recitatis ſententiis adoptes, thebaica verba: ⲁϥⲛⲟϫ'ϥ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲙ̀ ⲡⲉⲑⲩⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲥⲓⲟⲟⲩⲛ, vertas neceſſe eſt ; *reclinavit eum ſupra ſedem, ambonem, vel pulpitum concilii contra Praeſidem*.

III. Suſpicor tandem, ne hoc nomen ⲡⲉⲑⲩⲗⲟⲥ Amanuenſis vitio corruptum ſit, & pro ⲡⲉⲑⲩⲗⲟⲥ legi debeat ⲡⲉⲥⲧⲩⲗⲟⲥ *Columna*. Nam etſi Thebaei ⲡⲉⲥⲧⲩⲗⲗⲟⲥ cum duplici ⲗ plerumque efferant, ut Iob IX. verſ. 6. ϣⲁⲣⲉ ⲛⲉϥⲥⲧⲩⲗⲗⲟⲥ ⲕⲓⲙ, *columnae eius* ( terrae ) *commoventur*: & 1. ad Timoth. c. III. v. 15. ⲡⲉⲥⲧⲩⲗⲗⲟⲥ, quemadmodum ſemel etiam & iterum fit in ſuperiori encomio S. Simonis Stylitae ; alicubi tamen cum unico ⲗ ⲡⲉⲥⲧⲩⲗⲟⲥ me legiſſe memini. Et reapſe ⲡⲓⲥⲧⲩⲗⲟⲥ in memphiticis ſcriptis paſſim occurrit, ut Exodi XIII. verſ. 21. ⲟⲩⲥⲧⲩⲗⲟⲥ: ver. 2. ⲡⲓⲥⲧⲩⲗⲟⲥ. Sic & alibi in editis libris tum veteris tum novi teſtamenti. Fieri certe poteſt, ut in eo Thebaidenſium foro, in quo Culcianus Praeſes delatos reos audire conſueverat, locus eſſet ad *Columnam* dictus, unde aut ſedentes, aut ſtantes rei ipſi reſponderent Iudici interroganti. Talis erat ⲡⲉⲥⲧⲩⲗⲟⲥ, *Columna* in Fragm. noſtro poſita ante conſpectum Iudicis Culciani. Verum, ſicuti Beati confeſſores in elatiores cataſtae gradus conſcendere jubebantur, ut inde *veluti in theatro & pompa* publicum de ſe ſpectaculum darent, ita forſan & Chriſtiani homines in Columnam fori Thebaidenſis altius extolli conſueverunt, ut inde veluti in ſolemni ſpectaculo ad publicam ignominiam magis conſpicui fierent. Romae quidem, Aſconio teſte, & adſtipulante Cicerone, ut obſervant Romanar. Antiquit. ſcriptores, *fures & ſervi nequam apud triumviros capitales apud Columnam Menlam puniri* conſueverunt: atque ad eandem etiam iidem ipſi ſervi venales expone-

nebantur, ut ad cataſtam in Africa. Eccur non eodem modo putabimus a crudeliſſimo Praeſide Culciano Chriſtianos tamquam capitalis criminis reos fuiſſe ad Columnam, toto ſpectante theatro, expoſitos? Hinc mihi ⲡⲉⲥⲧⲩⲗⲟⲥ idem eſſe videtur ac Στήλη, *Columna*, *cippus*. Eam ſic deſcribit Suidas, ἣ ἔστι λίθος ἢ χαλκὸς ἐπιμήκης τετραγώνῳ σχήματι ἱδρυμένος ἐν ᾗ γέγραπται ἡ τοῦ στηλιτευομένου ὕβρις, *quae eſt lapis, vel aes oblongum, forma quadrangula erectum, in quo inſcribuntur facinora eius, qui infamatur*, & inde per *Metaphoram* ductum cenſet nomen τοῦ στηλιτευτικοῦ λόγου *orationis ſteliteuticae*, ſive *invectivae*, uti ſunt *ſtiliteuticae*, aut *invectivae* orationes S. Gregorii Nazianzeni in *Iulianum*.

(16) ⲡⲉϫⲉ ⲡⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ. En felix illud nomen, quod iure quidem ac merito S. Diacono *Paneſniv* tributum eſt, ſed ob eas cauſſas, quas in anteloquio protuli, infauſtum mihi fortuito accidit. Primo enim aſpectu male a me intellectum in eam demum allucinationem vel invitum me impulit, ut illud pro nomine proprio *Macarium* ſumſerim, quod tandem appellativum eſſe, *Beatum* nempe, cognovi. In hoc ipſum allucinationis genus viros clariſſimos, NANIUM Interpretem, eiuſque aſſeclam *Tillemontium* incidiſſe obſervat *Montfauconius* ad calcem animadverſionis III. *In vitam & ſcripta S. Athanaſii* pag. XV. *collectionis novae Patrum*, *& ſcriptorum Graecorum*. Illius verba ſunt: *Nanii verſionem ſequutus Tillemontius ait*, *Libros* (Athanaſii) *contra Gentes* Macario *cuidam nuncupatos eſſe. Verum hallucinatur Nanius, dum illud* ὦ Μακάριε ὁ Macari, *vertit: nam initio ſecundi libri hoc compellandi modo utitur Athanaſius:* ὦ Μακάριε καὶ φιλόχριστε, *& ſubinde inter orandum, modo* Μακάριε, *modo* φιλόχριστε *dicit; quare planum videtur non magis* Μακάριε *quam* φιλόχριστε *nomen proprium eſſe*. Alia id genus exempla praetereo; ne meum videar a me commiſſum σφάλμα ſub alieno pallio obtegere, aut excuſare velle. Itaque ⲡⲉϫⲉ ⲡⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ, tu hodie mecum vertes, legeſque: *Dixit Beatus*.

(17) ϫⲉ ⲛ̀ⲅ ϣⲓⲡⲉ ⲁⲛ ⲉⲕϫⲱ ⲛ̀ⲛⲉⲓϣⲁϫⲉ ⲙ̀ⲙ ⲙⲛ̀ⲧⲁⲑⲏⲧ : ⲱ̀ ⲡⲁⲛⲟⲙⲟⲥ ⲛⲁⲧⲛⲟⲩⲧⲉ : *Non te pudet haec tam fatua, & inſana verba effutire, o imple*

*ple Athee* ? Dubitari non poteſt , quin heic , Amanuenſis vitio, verba illa omnia , quibus *Culcianus Praeſes* ſive interrogando, ſive exprobrando , ſive etiam iubendo , & comminando, in primo ſtatim iudicii aditu S. *Paneſniv* uti criminis reum aggreſſus eſt , praetermiſſa fuerint . Haec enim omiſſio ex iis, quae S. Martyr reſpondet, aperte deducitur. Fortaſſe Thebaeus Actorum deſcriptor , ut narrationis brevitati conſuleret , ea , quae ex antecedentibus ſatis cognita eſſent , praeterire ſe poſſe , compendii cauſſa , putavit. Iam enim iram Culciani in S. Diaconum *Paneſniv* ob combuſtum ſimulácrum Apollinis expoſuerat , iam & concilium indictum, & paratam condemnationis ſententiam , & minas aeſtuantium aquarum in eum ab impio Praeſide intentatas retulerat . Ne vero quaſi inutili repetitione eadem referre videretur, arbitratu ſuo, ni male ſuſpicor, miſſa fecit. Sed unde unde haec noſtra *mutilatio* prodierit, ſimilia profecto huiuſmodi omiſſionum exempla in actis ipſis ſinceris ac vetuſtiſſimis SS. MM. non infrequenter occurrunt . Vide Ruinartium . Is enim pag. 589. adnot. 12. in Paſſionem S. Thedoriti Presbyteri, *haec*, inquit, *interrogatio* ( Iuliani, *crucifixum mortuum* , *&* *ſepultum ipſum dicis Creatorem mundi* ) *errore ut videtur*, *ſcriptorum in cod. conchenſi*, *& in edito deerat*. Pag. 426. not. 16. ſic obſervat: *Haec* ( S. Andronici ) *reſponſio cum ſequenti interrogatione* ( *Maximi* iudicis ) *deeſt in* 1. *cod. colb. & edito Bigot.* Pag.466. not. 2. *Quae ſequuntur* ( de extremis ſuppliciis, deque ultima oratione , & morte S. Vitalis M ) *uſque ad num. ſeq.* deſunt, ait, *in pleriſque mſſ.* Pag. 301. not. 12. *Haec* ( Dionis Iudicis ) *interrogatio cum* ( Maximiliani ) *reſponſione deeſt in editis*. pag. 144. not 29. *Hic omiſſa eſt interrogatio una* ( Polemonis Praeſidis facta S. M. Pionio ) *quae ſuppletur*, inquit, *ex Bolland.* Valeſius ad c.1. Euſebii de Martyr. Palaeſt. in acta Paſſionis *S. Procopii* adn. (c) *Multa* , ait , *hic omiſſa ſunt in Graeco Euſebii textu*, *quae ex actis illis latinis* ( abs ſe in praecedenti columna editis ) *ſuppleri oportet*. *Nam cum Euſebius hic diſerte dicat*, *Procopium ſtatim a primo ingreſſu oblatum eſſe Iudici* , *non addit* , *unde*

*venerit, ubi captus, & quo perductus ſit. Quod tamen minime omittendum erat. Praeterea aliorum quidem Martyrum .... genus, & patriam accurate refert Euſebius. Ac ſi quis forte illorum Eccleſiaſtici honoris gradum aliquem obtinuerit, id diſtincte notare ſolet. In hoc vero, qui omnium Palaeſtinae Martyrum princeps, atque anteſignanus fuit, nihil horum hic ab Euſebio obſervatum videmus. Quod tamen non Euſebii, ſed librariorum culpa factum eſſe credibile eſt.* Paria tu dic de omiſſione interrogationis *primae* a Culciano factae S. Diacono *Paneſniv*, ubi primum in conſpecto ſuo ſtantem eum vidit. Neque enim alii tribui haec lacuna poteſt, niſi uni illi librario, qui haec acta ex primigenio exemplari exſcripſit.

Inſaniae vero, & ſtultitiae dicterium, quo heic audis Culcianum a S. martyre *Paneſniv* affectum, nihil te moveat. Huiuſcemodi nempe iuſtae reprehenſionis genere uſi plerumque ſunt Chriſti athletae mitiſſimi, ut Tyrannorum duritiem, & coecitatem excuterent, eorumque animos ad caeli, verique Dei lumen conſpiciendum excitarent. Hinc illud S. *Aſterii ad Lyſiam* Praeſidem: *ſtulte*, *inſane* ... apud Ruinart. p. 267. *Stulta ſuades*: itemque S. Ianuarii Filii S. Felicitatis ad Publium p. 26. *Stulte*, *inſenſate*, *μῶρε*, *caece*, & alia his graviora ad Maximum Tyrannum, recole tum ex Actis SS. Tarachi & Socior. pag. 426. & ſeqq. tum etiam alibi apud eumdem Ruinart.

(18) ⲁⲩⲱ ⲉⲛⲉⲛⲧⲁⲕ ⲧⲁⲙⲟⲓ: *Uti & quaecumque mibi enuncias*. Sed quaenam ea ſint, certo ſcire non poſſumus; quippe quae expreſſa fuerant in prima illa Culciani interrogatione, quam proxime ante librarii culpa in hoc noſtro Fragmento proculdubio omiſſam notavimus. Coniicere tamen licet, ſummam Culcianei mandati eo facile pertinere potuiſſe, ut S. Diaconus iniuriam illatam *Apollini* reſarciret, & laudes, quibus Numinis iram placaret, illiuſque cultum ſuis omnibus ſuaderet, domi foriſque per univerſos vici ſui angulos praedicaret.

(19) ⲧϭⲗⲁ̀ⲁ: *ſtipulam* vertimus. Cl. Mingarellius de ea pag. LXXII. adnot. 1. in verſ. 24. cap. XIII. *Ieremiae* ſcribit:

ϩⲉⲛ

ϩⲉϭⲗⲙ, *ſtipula, vox ignota Lacrozio.* Sed ni egomet vehementer fallor, vox iſta legi ſimpliciter debet ϭⲗⲙ, non ϩⲉϭⲗⲙ. Nam ⲛϩⲉ in Theb. illo Ieremiae loco nota eſt nummeri pluralis, nec quicquam pertinet ad formationem nominis ſequentis ϭⲗⲙ̀: Et ſane verba Prophetae haec ſunt: *καὶ διέσπειρα ἀυτὺς, ὡς φρύγανα φερόμενα ὑπὸ ἀνέμυ εἰς ἔρημον*: thebaice, ⲁⲩⲱ ⲁⲓϫⲟⲟⲣⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ϩⲉⲛϭⲗⲙ ⲉⲣⲉⲡⲧⲏⲩ ϥⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲉⲡϫⲁⲉⲓⲉ: *Et diſperſi* (vel per enallagem, *diſperdam eos*) *ut ſtipulas, quae vento feruntur in deſerto*. Ubi certe in numero plurium tum φρύγανα Graeci textus LXX; tum theb. verſionis ⲛϩⲉⲛϭⲗⲙ afferuntur. Quia tamen in hebraica, & in vulgata noſtra, קש, *ſtipula* legitur ſingulari numero, Mingarellius noſter, dum mihi ita ſuſpicari liceat, eo pariter gr. φρύγανα, & theb. ⲛϩⲉϭⲗⲙ traxit, ut *ſtipulam* pro ſtipulis vertere poſſet; ubi tamen ⲛ̀ϩⲉ, uti dicebam, ſtat tamquam nota numeri pluralis. At ea Amanuenſis incuria corrupta eſt: legi enim debet ⲛϩⲉⲛ ϭⲗⲙ̀: ϩⲉⲛ quippe Thebaica idem valet ac ϩⲁⲛ Memphitica; cuius rei exempla habes apud Tukium p. 150 Gram. ſuae Aegypt. Ibi namque in exemplis ex Luc. XI. 49. adductis ⲛ̀ϩⲁⲛ ⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ: ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛ ⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ memphitice, theb. vero ⲛϩⲛ̀ ⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ: ⲙⲛ ⲛϩⲛ̀ ⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ, *Prophetas, & Apoſtolos*, repraeſentat. Alia, quae frequentiſſima ſunt, praetermitto, idque tantum unum nunc moneo. ut in eo divino Ierem. teſtimonio ⲛ̀ϩⲉⲛϭⲗⲙ̀ pro ⲛ̀ϩⲉϭⲗⲙ̀ legatur. Si autem huius thebaici nominis originem a me quaeras, adiſis Lacrozium in voce ⲗⲉⲃϣ, φρύγανα. Haec enim mutatis duabus poſtremis litteris, altera ⲃ in ⲙ, quod item apud Graecos, & Latinos fieri ſaepe ſolet, altera ϣ in ϭ, & hac per metatheſim e fine ad initium vocis translata, eadem erit ac thebaica ϭⲗⲙ̀: indeque fiet, ut quemadmodum ϩⲁⲛⲗⲉⲃϣ, ſic & ϩⲉⲛϭⲗⲙ̀, φρύγανα, ὕλη ſcilicet, ut ha-

habet Heſych. λέπτη καὶ ἐξηρὰ, ſint materias *tenuis*, *inanis*, *inutilis*, *arida*, *atque ſicca*, qualia ſunt σκύβαλα Actor. XXVIII. 3. *ſarmenta*, & *ſtercora* Philip. III. 8. ſive etiam ἀποβράσματα & ἄχνη, τὰ λεπτὰ ἀχύρων ἢ ἄχυρα, apud Heſychium *purgamenta*, *paleae*, *ſtramina*, & alia quaevis minuta, & ſicca quiſquilliarum genera, de quibus illud eſt hemiſtichium Homeri.

Ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει.

*Ut ventus paleas raptat.*

Ieremias vero divino afflatus ſpiritu dixit: ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ϩⲉⲛϭⲗⲙ̀ ⲉⲣⲉⲡⲧⲏⲩ ϥⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ, *ut ſtipulae quae vento feruntur*.

At, quamvis mea illa interpretatione, qua hunc ego locum reddidi, priorem ſententiae partem quae verbis hiſce ϫⲉ ⲁ̀ⲙⲡⲉⲕϩⲉ ⲉϭⲗⲙ̀ continetur, me ſatis apte expoſuiſſe confidam, ubi verti: *ſtipulamne*, quam arbitratu tuo ad te convertas, *me inveniſti*? nunc tamen intelligo, alteram eſſe reliquam a me fortuito memoriae lapſu omiſſam. Hunc modo accipe, & ad vim orationis ſub duplici interrogationis membro claudendam, cum proxime praecedenti in hunc modum coniunge: *ſtipulamne me inveniſti*? ⲏ ϣϣⲉ (pro ϣϣⲉ) ⲉⲧⲣⲉⲕⲧⲁⲕ ⲉϫⲱⲓ, *an oportet, ut Tu te convertas ad me*?

(20) ⲕⲁⲗⲱⲥ: *Egregie*! εἰρωνικῶς, *Ironice*, *dictum*.

(21) ⲡⲁϯⲙⲉ. *Vico meo*. *Vicus*, quem heic S. Diaconus *Paveſniu*, *ſuum* appellat, alius eſſe non poteſt, quam *vicus Apollinis* in Nomo Coptite, de quo ſatis iam ſupra diximus.

(22) ⲛ̀ⲥⲉⲧ̀ⲛ̀ⲛⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲩϣⲏⲙ ⲛ̀ⲧⲱϩ ϩⲓⲥⲟⲧ. ϩⲓ ϣⲉⲛⲁⲍⲱⲛ &c. (mei ſcilicet & domeſtici, & vicani tibi ſunt) *exiguae paleae mercatus*. Nam ⲛ̀-ⲧⲟϩ memphit. ſunt theb. ⲛ̀ⲧⲱϩ, Iob. XXI. 18. ⲥⲉⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲇⲉ ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ϩⲉⲛⲧⲱϩ ⲙ̀ⲡⲉϩⲣⲉⲛ ⲡⲑⲏⲩ: Ἔσονται δὲ ὥσπερ ἄχυρα ὑπ' ἀνέμου, *Erunt autem ut paleae ante faciem venti*. ϩⲓⲥⲟⲧ vero theb. idem

idem eſt ac ϣⲱⲧ memph. Iob. II. 18. ⲟⲩⲏⲓ ⲛ̀ϣⲱⲧ, *domus negotiationis* ; & Lacrozio Interprete ϣⲱⲧ ἐμπόριον, *Emporium*, *forum mundinarium*, *mercatus*. ⲓⲉⲃϣⲱⲧ eamdem habet apud eumdemLacroz.ſignificationem.Quum autemThebaei vertant ϣ in ⲥ,&ⲱ in ⲟ ϩⲓ-ⲥⲟⲧ dicunt pro ϩⲓϣⲱⲧ.Quod porro ſequitur ϣⲉⲛⲁⲝⲱⲛ, compoſitum id eſt ex graeco ἄξιος, vel ἀξιόομαι ,ἀξιοῦμαι cum nota ϣⲉ pro ⲥⲉ tertiae perſonae , & ⲛⲛⲉ contracto in ⲛ, unde ⲥⲉⲛⲁⲝⲱⲛ , vel ϣⲉⲛⲁⲝⲱⲛ corrupte pro ⲥⲉⲛⲁⲝⲓⲱⲛ, *non digni*, *indigni* ſcilicet, *habiti*.

(23) ⲛ̀ⲧ ⲧⲙϩⲟ ⲙ̀ⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲥⲓⲛⲟⲟⲩⲛ, *ceu quiſquiliae* ( combuſtibiles , rectius ) *comburendae loci concilii tui*. ⲙⲟⲩϩ pro ⲙⲟϩ memphitico in ſylloge quarumdam vocum ſahidicarum Lacrozii , ( quod Wilkinſius confudit cum ⲙⲟϩ *implere*, Exod.III. 2.) *ardere* eſt, aut *comburi*. ⲙⲟⲩϩ tamen aut erratum eſt in anglico cod. Myſter. litter; ut eum Lacroz. appellat , aut certe pro ⲙⲟϩ ſumi debet ; nam in Eccleſiaſte Borgiani cod. c.IX. 3. quod graece dicitur : καὶ γε καρδία υἱῶν τοῦ ἀνθρώπου ἐπληρώθη πονηροῦ, thebaïce eſt, ⲁⲩⲱ ⲡϩⲏⲧ ⲛ̀ⲛϣⲏⲣⲉ ⲛ̀ⲛⲣⲱⲙⲉ ⲁϥⲙⲟⲩϩ ⲛ̀ⲡⲟⲛⲏⲣⲟⲩ: *Et cor filiorum hominum impletum eſt malitia*. ⲙⲟⲩϩ igitur ut ⲙⲁϩ, ⲙⲉϩ, ⲙⲟϩ memph.*implere* deſignat, licet ⲙⲟϩ etiam pro *ardere* ſumatur. Et hinc per *metatheſin* τοῦ ϩ, oriri potuit thebaicum noſtrum ⲛ̀ⲧ ⲧⲙϩⲟ,quod proinde res viles,& nihili,quales ſunt ſordes & purgamenta fori ad ignem tantum, & combuſtionem apta ſignificat ; aut certe per *epenteſim* eiuſdem aſpiratae ϩ, ex ⲧⲙⲟ, & ⲧⲉⲙⲙⲟ ; quae duo apud memphitas idem denotare , tradit Lacrozius. Ubi tamen addit τῷ ⲧⲙⲟ ex aequo reſpondere graecum λεπτύνειν, & *comminuere* latinum, Daniel. IV. 34. vereor,ne unum pro alio verbum acceperit. Nam ⲁϥϣⲧⲙⲟⲩ quod ibi legitur , ἐλέπτυνεν αὐτοὺς, *comminuit eos*, non eſt equidem

dem, ut ego opinor, ex ⲧⲙⲟ, ſed ex ϣⲧⲙⲟ cum pronomine ſuffixo ⲟⲩ, ⲁϥϣⲧⲙⲟⲩ.

(24) Magno heic exciſae membranae hiatu Actorum noſtrorum ſeries interrupta eſt. Inde fit, ut ad ea, quae proxime ante retulimus, *S.* Diaconi reſponſa tam admirandae alacritatis, & invictae fortitudinis plena, quid dixerit, quidve inſano clamore blaterarit Praeſes *Culcianus*, dolentes prorſus, atque etiam inviti ignorare cogamur. Illud tamen unum coniicere facile poſſumus, quod irritatus praeter modum tyrannus, dimiſſo, aut certe dilato, propoſito de *aeſtuantium aquarum* cruciatu, ad alia acerbiora ſupplicia, quibus virum ſanctum gravius, productiuſque torqueret, cogitationes ſuas omnes converterit. Vide mox, quod ſequitur.

(25) ⲉⲑⲃⲉ ⲡϭⲱⲛⲧ: *propter iram*. ⲡⲓϫⲱⲛⲧ memphitae, ⲡϭⲱⲛⲧ Thebaei *iram* appellant. *Duae* hae voculae ſunt, quae poſt hiatum & excidium membranae nobis intactae ſuperſunt. Quae tamen magno nobis indicio eſſe poſſunt ad coniiciendum, quid monſtroſi & horrendi os impurum excandeſcentis Culciani in virum ſanctum evomerit. Sed mitte verba & unum crudele ſpectaculum, quod tibi dat in hoc noſtro beatiſſimo certatore irati Praeſidis furor, tuis ipſe oculis, in actis, quae integra pone ſequuntur, tu cerne.

(26) ⲛ̀ⲥⲁⲛⲥⲁⲩⲛⲟⲩϩ, ⲧⲟ; *contortis funibus multis*, iis ſcilicet, quibus Chriſti militem S. *Paneſniv* vinciri iuſſit immanis Culcianus. ⲥⲁⲩ enim in ⲛⲥⲁⲛ ⲥⲁⲩ plurali numero, fit a Thebaeis ex ⲥⲁϯ memphitico per *apocopen* ⲧⲉ, ⲓ, quod tortum, vel contortum ſonat, ut Exod. XXVII. 3. 5. 14., ubi ⲟⲩϣⲉⲛⲥ ⲉϥ ⲥⲁϯ, iterum atque tertio *byſſus torta*, appellatur. Hinc & ⲛⲉϥϥⲱ ⲥⲉⲥⲏϯ, in fragm. VI Naniano apud Cl. Mingarellium p. CXLI., ſi a ⲥⲁϯ, verſo ⲁ in ⲏ, more thebaico, deductum fuiſſet, *capillos contor-*

*tortos*, *cincinnos* nempe, & *cirros*, facilius expoſuiſſet, & unde cauda ipſa apud Memphitas ⲥⲏⲧ dicta fuerit conieciſſet. ⲛⲟⲩϩ vero thebaice, & ⲛⲟϩ memphitice ſunt *funes*. Sic & idem Abbas Mingarellius ⲡⲛⲟⲩϩ ſcriptum edidit in Fragm. XI. ſive in homil. S. Iohan. Chryſoſt. pag. CCXCI. ⲫⲛⲟϩ, & ⲛⲓⲛⲟϩ dicunt Memphitae non ſolum in divinae ſcripturae locis a Lacrozio citatis, ſed & in Amos VII. 17. Mich. II. 5. ⲡⲓϣⲉⲛⲛⲟϩ & ⲛⲓϣⲉⲛⲛⲟϩ Sophon. II. 5. 7. ⲟⲩⲛⲟϩ ⲛ̀ⲣⲱϣ, ϯⲛⲟϩ ⲛ̀ⲣⲱϣ & ⲡⲓⲛⲟϩ ⲛ̀ⲣⲱϣ Zacchar. II. 1. XI. 7. 14. Prophetis minoribus a meo *Boniovrio* deſcriptis. ⲧⲟ tandem non eſt niſi ⲑⲟ memphitarum, thebaeorum more, verſum, ſine aſpirata ⲑ, in ⲧⲟ πολύς, πολλοὶ, *multus*, & *multi* apud Lacroz. in Lex.

(27) ⲙⲟⲗϩ ⲉϩⲟⲩⲛ ϩ̀ⲛ ⲛ̀ⲛⲉⲥϥϯⲃ̀ⲥ : (iuſſit ferream catenam) *calcaneis eius compingi*, ſive rectius *impingi*, ut apud Plaut. *cap.* 3. 5. *iubere hic craſſas compedes impingier*. ⲙⲟⲗϩ memphit. iuxta Lacrozium, *ſalire*, & *ſalſum* ſonat ex hebr. מלח & Syr. ܡܠܚ, atque etiam τὸ πικρόν, *amarum*; ⲙⲟⲗϫ vero, ſive ⲙⲟⲩⲗϫ *amplexum*, & *amplecti*. Non dubito, quin haec eadem ſignificatio ad rem noſtram ſatis apta eſſe poſſit. Sed Thebaeis ⲙⲟⲗϩ eſt *compingere*, *plectere*, & ſimilia. Hinc in Borgiano Cod. Iob cap. X. v. II. ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις με ἐνεῖρας thebaica ſunt: ⲁⲕⲙⲟⲗϩⲧ ⲇⲉ ϩ̀ⲛ ⲉⲛⲕⲉⲉⲥ ⲙ̀ⲛ ϩⲉⲛⲙⲟⲩⲧ : *oſſibus*, & *nervis*, ut vertit vulgata noſtra, *compegiſti me*. Iam ſi ⲉϩⲟⲩⲛ coniungas cum ⲙⲟⲗϩ, ⲙⲟⲗϩ ⲉϩⲟⲩⲛ erit *impingere*, ſive *compingere*, & *innectere*, catenam calcaneis. Nec tibi fucum faciat ⲧ additum ⲙⲟⲗϩ, quaſi ⲙⲟⲗϩ erratum eſſe poſſit pro ⲙⲟⲗϫ. Ibi enim ⲧ reſpondet pronomini graeco με ſuffixo τῷ ⲙⲟⲗϩ.

(28) ⲉⲩⲥⲏⲣⲁ ⲙ̀ⲙⲟϥ : (Eum) *raptari* mandavit. Deducta vox ⲉⲩⲥⲏⲣⲁ ex ⲉⲩ particula utrique thebaeorum & mem-

& memphitarum dialecto communi, & ex graeco verbo *σύρω* corrupto, *trabo* ſcilicet, & *rapio* aut etiam *rapto*. In mentem heic ſcriptori noſtro non venit gentile ⲥⲱⲱϣⲉ, idem ac graecum *σύρω*; de quo ſupra diximus ad acta S. M. Coluthi. Huius vero Supplicii exempla exſtant tum apud Euſeb. in Palaeſtinae martyribus de *S. Ennatha* Scithopolitana virginitatis infulis decorata, quam *Maxys* tribunus ſub Maximino veſtibus nudatam per univerſam Caeſarienſium civitatem circumductam, perque omnia urbis fora loris caeſam pertrahi praecepit, tum apud Ruinart. pag. 415. ex mſſ. Corbeien & tom. 4. Analect. Mabillonii de *S. Philippo* Heracleae Epiſcopo, quem formidanda ſententia ſic alloquitur Iuſtinus Praeſes Baſſi ſucceſſor: *per medlam urbem traherls pedibus, & ſi vixerls* (tam grave id erat tormenti genus) *ad renovanda ſupplicia in carcerem reciplerls*: & mox *trahi eum vinctum pedibus iuſſit, qui acceptis tot ſilicum offenſione vulneribus, & per ſingula corporis membra laceratus, rurſum ad carcerem fratrum manibus reportatur*. Vid. & p. 548. de S. Leone ſene, & Mart. Paterenſi *pedlbus* capto, & trahi in torrentem iuſſo. Nam alia referre nec vacat, neque neceſſe eſt.

(29) ⲉϫⲛ̀ ⲛⲱⲛⲉ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲗⲁⲧⲩⲁ: *ſuper lapides, & ſaxa* (ſiliceive) *plateae*. ⲱⲛⲓ & cum articulo, ⲡⲓⲱⲛⲓ, lapidem vocant memphitae, ⲱⲛⲉ vero, adeoque ⲛⲱⲛⲉ, & ⲟⲩⲱⲛⲉ Thaebaei. Huc ſpectar illud Proverb. xxv. 8. ⲛ̀ⲑⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲧⲛⲁⲙⲟⲩⲣ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲛⲉ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲥⲫⲉⲛⲇⲱⲛⲏ. ⲧⲁⲓⲧⲉⲑⲉ ⲙ̀ⲡⲉϯⲟⲩⲉⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲩⲁⲑⲏⲧ, ὃς ἀποδεσμεύει λίθον ἐν σφενδόνῃ, ὅμοιος ἐστὶ τῷ διδόντι ἄφρονι δόξαν. *Uti is, qui ligat lapidem in funda, ita & qui dat inſipienti gloriam*. Pro *funda* tamen vulgata noſtra habet *acervum mercurii*: *qui mittit* lapidem in בכרגמה. Id vero duplici, quam hebraica iſta vox habet, ſignificationi tribuendum eſt. Porro ⲛⲱⲛⲉ, quod heic audis, Thebaicum ipſum eſt in numero plurium. Sic Iob VI. 12. ⲙⲏ ⲟⲩϭⲟⲙ ⲛ̀ⲛⲱⲛⲉ ⲧⲉⲧⲁϭⲟⲙ: *nec fortitudo lapldum eſt fortitudo mea* ⲡⲗⲁⲧⲩⲁ pro *πλατεία* varia, orthographia in utraque dialecto ſcribitur.

Nam

Nam & *πλατία* apud memphitas, quemadmodum penes Thebaeos in Cod. Borgiano Proverb. ϩⲛ̀ⲛⲉⲡⲗⲁϯⲁ *in plateis* effertur.

Ceterum idem ⲛⲱⲛⲉ nomen ipſis quoque *gemmis* lapidibusque pretioſis tributum in Thebaide eſt. Rem tene ex hoc ipſo, quod mox ſubiicimus, vetuſtiſſimo fragmento opuſculi S. Epiphanii de XII. *gemmis* ex pag. ⲥⲛⲁ.ⲥⲛⲃ. 251. 252. Borgiani Codicis. Unica membrana conſtat, exordiumque ſumit a poſtremis verbis epiſtolae S. Epiphanii ad Diodorum Epiſcopum Tyri in hunc modum. (1)

ϩⲏⲃ̀ⲥ ⲛⲁϩ̀ⲃ (2) ⲛⲁⲓ ⲉⲣⲉⲛⲉⲩⲇⲓⲁⲫⲟⲣⲁ ⲉⲧⲛ
ϣⲟⲃⲉ ⲉⲛⲉⲩⲉⲣⲏⲩ ⲙ̀ⲛ ⲛⲉⲩⲧⲟⲡⲟⲥ ⲉϥϣⲟⲟⲡ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ,



(1) De Epiſtola a S. Epiphanio operi ſuo *De* XII. *lapidibus*, ſive gemmis praemiſſa pluribus diſputat Praeſul doctiſſimus, & Vat. Bibl. cuſtos Io. Franc. Fogginius §.VIII.IX. & X.Praef. in eumdem S.Epiſcopi librum ſimplici latina verſione donatum, & Zempellianis typis ex pervetuſto cod. Vaticano an. 1743. Romae editum. Eam quidem ad *Diodorum Epiſcopum* miſſam evincit exemplis petitis, tum ex Facundi Hermianenſis interpretatione, tum ex latino Anonymi codice, perinde atque ex veterum more in epiſtolis ad epiſcopos, nulla facta de eorum ſede mentione, ſcribendis; ſed de Diodoro, quiſnam ille fuerit, *Tarſenſis* ne, an vero *Tyrienſis* epiſcopus, inter ſcriptores non leve diſſidium iam olim exortum obſervat. Et quoniam Hermianenſis Facundus Diodorum illum, cui Epiſtolam ſuam S. Epiphanius inſcripſit, *Tarſis*, alii vero, ut Graeci codices pene omnes, *Tyri* Epiſcopum fecerant, litem hanc totam pro Graecis contra Facundum poſtremo dirimit. Dolemus nos nihil ſubſidii, quod ad aequiſſimum Fogginii iudicium confirmandum afferre poſſimus, ex hoc noſtro Thebaico Fragmento nobis reliquum eſſe. Nam huius epiſtolae & inſcriptio, & exordium, & textus denique omnis, pauciſſimis exceptis clauſulae verbis, una cum exciſis membranis perierunt. Verum clauſula iſthaec, qualis eſt in Thebaico *ἀποσπασματίῳ*, cum ea, quae legitur tum in graecis omnibus codicibus hactenus editis, tum in duobus latinis exemplaribus Facundi Hermianenſ. & Anonymi a Cl. Fogginio evulgatis, accuratiſſime convenit. Eo fit, ut ex hac conſonantia colligi certo non poſſit, an eam Thebaicus Codex integram, uti exſtat in Fogginiana editione, an vero mutilam, & obtruncatam, quemadmodum hodieque eſt in Graecis *ἀντιγράφοις* hucuſque cognitis, repraeſentarit?

(2) ϩⲏⲃ̀ⲥ ⲛⲁϩ̀ⲃ: *Veſtis humeralis*. Duo haec verba reſpondent graeco *τῶν ō, ἐπωμις*, & Memphitico ⲛ̀ⲧⲉϯⲉ̀ⲡⲱⲙⲓⲥ; Exod. XXXVI. 14. 25. & alibi paſſim; Per ea igitur Thebaeus ſcriptor reddere voluit id, quod S. Epiphanius ſub epiſtolae ſuae finem graece dixerat: *ἐν τῷ ἐπώμιδι*, *in humerali* ſacerdotis.

## ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲥⲁⲣⲇⲓⲟⲛ
## ⲡϣⲟⲣⲡ ⲛⲱⲛⲉ

ⲡⲥⲁⲣⲇⲓⲟⲛ ⲡⲉ ϯⲟⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲡⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛⲓⲟⲛ ⲛ̀ϯⲉⲓϩⲉ ⲁϥⲧⲣⲉϣⲣⲱϣ (3) ϩⲙ̀ ⲡⲉ ϥⲉⲓⲛⲉ ⲁϥⲧⲉⲛⲧⲱⲛⲉ (4) ⲛⲧⲃⲧ ⲉϯⲟⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲥⲁⲣⲇⲓⲟⲛ. ϩⲙ̀ ⲡⲧⲣⲉⲕⲛⲟϣ'ϥ ⲉϥⲙⲟⲗ'ϩ. (5) ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ̀ ⲉⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲥⲁⲣⲇⲓⲟⲛ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲣⲁⲛ ⲉϥϫⲓ̀ ⲙ̀ⲡⲓⲛⲉ ⲙ̀ⲡϯⲃ'ϯ. ⲉϣⲁϥϣⲟⲡⲉ ⲇⲉ ϩⲛ̄ ⲧⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ ⲉϯϩⲁⲧ ⲛ̀ⲛⲁⲥⲥⲩⲣⲓⲟⲥ. (6) Ⲡⲱⲛⲉ ⲇⲉ ⲉϯⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲡⲉϥⲁⲩⲁⲛ ⲥⲟϯϥ ⲉⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲟⲩⲛ̀ⲧⲁϥ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲛⲟⲩϭⲟⲙ ⲛ̀ⲣⲉϥϯⲁⲗϭⲟ. ⲡⲁⲓ ⲉⲧⲟⲩⲭⲣⲱ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ϭⲓⲛ̀ⲥⲁⲉⲓⲛ. (7) ⲉⲩϫⲱϩ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉϩⲛ̄ⲙⲁ ⲉⲩϣⲟⲃⲉ. ⲁⲩⲱ ⲉⲩϯϯⲕⲁⲥ. ⲁⲩⲱ ⲉϩⲛ̄ⲙⲁ ⲉ̀ⲁⲩⲡⲗⲩⲅⲏ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ϩⲓⲧⲛ̀ ⲟⲩⲡⲉⲛⲓⲛⲉ. ⲟⲩⲉⲛⲕⲉ ⲥⲁⲣⲇⲱⲛⲓⲝ. ⲇⲉ. ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲉϣⲁⲩⲙⲟⲩϯⲉ

ⲉⲣ-

(3) ⲁϥⲧⲣⲉϣⲣⲱϣ, *rubicundus eſt*, ex Memph. ⲑⲣⲉϥϣⲣⲱϣ, aut ⲑⲣⲟϣⲣⲉϣ apud Lacroz. in Lex.

(4) ⲁϥⲧⲉⲛⲧⲱⲛⲉ, *ſimilis eſt*; ex ⲧⲉⲛⲑⲱⲛ item Memph.

(5) ϩⲙ̀ ⲡϯⲣⲉⲕⲛⲟϣ'ϥ ⲉϥⲙⲟⲗ'ϩ, *toſtus*, ſive exſiccatus, *& ſale conditus*, reſpondent τῷ, τεταριχευμένῳ in gr. textu S. Epiphanii.

(6) ϩⲛ̀ ϯⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ ⲉϯϩⲁϯⲛ̀ⲛⲁⲥⲥⲩⲣⲓⲟⲥ *Babylone apud Aſſyrios*. Sic S. Epiphanius & Thebaeus ſcriptor, ut Babylonem Aſſyriae ab Aegyptiaca ſecernat. Vide in hunc locum Cl. Fogginium.

De ⲥⲟⲧ'ϥ ⲉⲃⲟⲗ, proxime ſequenti vide ſup. ad Acta S. Coluthi M.

(7) ̀ⲛϭⲓⲛ̀ⲥⲁⲉⲓⲛ, *Medici*: confirmat veram lectionem *οἱ ἰατροὶ* ex Geſnero a Fogginio datam ad fallacem, quae in latino cod. Vatic. iacet, emendandam.

ⲉ̀ⲣⲟϥ ϫⲉ ⲙⲱⲗⲱⲭⲁⲥ ⲉ̀ϣⲁϥϯⲗⲟⲕⲗⲉⲕ ⲛ̀ⲙ ⲡⲁⲑⲟⲥ. ⲉⲧⲉ ϣⲁⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟⲟⲩ. ϫⲉ ⲥⲧⲉⲁⲧⲱⲙⲁ. ⲉϥϣⲟⲟⲡ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲓⲉⲓⲛⲉ ⲛⲟⲩⲱⲧ ⲉ̀ϥⲥⲏⲕ ⲛⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ⲉⲡⲉⲧⲟⲩⲉⲧⲟⲩⲱⲧ ⲉ̀ϥϩⲟⲣϣ̀ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲛ̀ϩⲟⲩⲟ. ϩⲛ̀ ⲧⲁⲣⲭⲏ ⲙ̀ⲡ ϯⲟⲩⲱ.(8) ⲙ̀ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̀ϣⲁⲣⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲑⲟⲥ ⲁⲣⲭⲉⲓ̀. ⲟⲩⲉⲛⲕⲉ ⲟⲩⲁ ⲇⲉ ⲙⲙⲁⲩ ⲛ̀ϣⲁⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲥⲁⲣⲇⲁⲭⲁⲧⲏⲥ - (9) ⲉⲣⲉ ⲟⲩⲕⲗⲟⲙ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲃⲉϣ ϩⲙ̀ ⲡⲉϥⲕⲱⲧⲉ ⲛ̀ⲑⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲱⲛⲉ ⲛⲁⲭⲁⲧⲏⲥ. ⲡⲁⲓ̀ ⲛ̀ϣⲁⲣⲉ ⲛ̀ⲣⲉϥϫⲉ ϣⲁϫⲉ ⲛ̀ϣⲃⲱϫⲟⲟⲥ ⲉⲧⲃⲏⲏⲧϥ ϫⲉ ϣⲁϥⲛⲟⲩϣⲡ ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲉⲙ ⲡⲁⲑⲟⲥ ⲉⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲡⲓⲣⲏⲛⲓⲕⲟⲥ:

B. (10) ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲱⲛⲉ
ⲛ̀ⲧⲱⲡⲁⲇⲓⲟⲛ

Ⲡⲇⲱⲡⲁⲇⲓⲟⲛ ⲟⲩⲱⲛⲉ ⲡⲉ ⲉϥⲧⲣⲉϣⲣⲱϣ ⲡⲁⲣⲁ ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ̀. ⲛ̀ⲑⲉ ⲙ̀ⲡⲱⲛⲉ ⲉ̀ⲧⲟⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲁⲛⲑⲣⲁⲝ. ⲁⲩϭⲓⲛⲉ ⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲓ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ



(8) ⲧⲁⲣⲭⲏ ⲙ̀ⲡϯⲟⲩⲱ: *incipiente vere*, gr. *παρὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔαρος*, interprete *Iola* Hierotarantino, *ſub initium veris*. Memphitae iuxta Lacrozianum Lex. *veris initium* vocant ϩⲏ ⲛ̀ϣⲱⲙ, *quaſi initium aeſtatis*; at noſter *ver* appellaſſe videtur tempus *germinationis*, ſeu *pullulationis*, unde illud eſt ⲁⲣⲭⲏ ⲛ̀ϯⲟⲩⲱ. Cod. latinus a Fogginio editus graeca illa S. Epiphanii verba ſic vertit: *circa verni temporis initium* cum hoc additamento: *quando Paſcha celebratur*; quod tamen non auctoris, ſed interpretis potius arbitrio tribui oportere crediderim.

(9) In Cod. edito a Petavio to. II. operum S. Epiphanii pag. 226. deeſt, integer paragraphus, de lapide *Sardachate*, qui certe totus, uti eſt in latina interpretatione a Fogginio evulgata, ſub uno eodemque *Sardii* lapidis titulo in Thebaico noſtro Fragmento totidem fere verbis expreſſus refertur.

(10) B. in ſiniſtro margine, index eſt numeri *lapidis ſecundi*, cuius titulo e regione poſitum accurate reſpondet.

ϫⲉⲧⲱⲡⲁⲍⲏ.ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲧⲓⲁ.(11) ϩⲓⲧⲛ̀ ⲛⲉⲧⲉⲣϩⲱⲃ ⲉⲡⲱⲛⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲙⲁ ⲉ̀ⲧⲙ̀ⲙⲁⲩ. ⲡⲁ̀ⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲟⲩⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟϥ ⲉϥⲧⲉⲕⲉⲓⲁⲗ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϭⲓⲛⲗⲁⲧⲱⲙⲟⲥ ⲉ̀ⲧⲙ̀ⲙⲁⲩ. ⲁⲩⲣⲁϣⲉ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉ̀ϫⲱϥ: ⲁⲩⲧⲁⲁϥ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ⲛⲉϣⲱⲧ ⲛⲁⲗⲁⲃⲁⲥⲧⲣⲟⲥ (12) ϩⲁ ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ̀ ⲛⲁⲥⲟⲩ : - (13)

ⲛⲁⲗⲁⲃⲁⲥⲧⲣⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲩⲧⲁⲁϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩⲛ̀ⲣⲉⲙⲡⲙⲁⲣⲏⲥ (14) ϩⲁⲟⲩϩⲟⲩ ⲉ̀ϯⲙⲏ. ⲛ̀ⲣⲉⲙ̀ⲡⲙⲁⲣⲏⲥ ⲇⲉ ⲁⲩⲡⲉⲣⲱⲥⲩⲛⲉ ⲡⲉⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲣⲱ ⲉ̀ⲧϣⲟⲟⲡ ⲙ̀ⲡⲉⲩⲟⲉⲓϣ ⲉ̀ⲧⲙ̀ⲙⲁⲩ ϩⲱⲥ ⲇⲱⲣⲟⲛ. ⲧⲁ̀ⲓ ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉⲥϫⲓⲧϥ. ⲁⲥⲕⲱ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϩⲛ̀ ⲧⲙⲏⲧⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲕⲗⲟⲙ ϩⲓϫⲛ̀ ⲧⲉⲥⲧⲉϩⲛⲉ: -

Ⲉϣⲁⲩⲇⲱⲕⲓⲙⲁⲍⲉ ⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲱⲛⲉ ϩⲛ̀ ⲟⲩ-
ⲥⲙⲛ

(11) ϩⲛ̀ ⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ϫⲉ ⲧⲱⲡⲁⲍⲏ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲧⲓⲁ: Ita & graecus S. Epiphanii textus ἐν τοπάζῃ πόλει τῆς Ἰνδίας, unde Latinus quoque Cod. Fogginianae edit. habet: *in Topaze civitate Indiae*. At Thebaeus noſter in voce ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲧⲓⲁ, ⲉⲛⲧⲓⲁ, gentis ſuae more, pro *India* ſcripſit. De *Topaza* vero an inſula ſit, an civitas, an utrumque, uti & de Indiae nomine, quam late pateat, conſule ſis eumdem ipſum Fogginium in notis eruditiſſimis codici ſuo latino ad haec loca ſubiectis. Additur mox tam in gr. textu, quam in laudato latino Cod. *Topazium fuiſſe* inventum ἐν καρδίᾳ ἑτέρου λίθου *in corde lapidis*, ( intermedia voce *alterius*, ) omiſſa. Sed id in Thebaeo noſtro non legitur.

(12) ⲛⲁⲥⲟⲩ, *pretio*, fortaſſe pro ⲛⲁⲥⲟⲩⲉⲛ, quod & alibi apud Thebaeos factum memini.

(13) ⲛⲁⲗⲁⲃⲁⲥⲧⲣⲟⲥ, *Alabaſtris*, ſic dictis ex urbe *Alabaſtra* in Aegypto, de qua videas omnino velim quae, inter adnotationes eiuſdem latini codicis editioni adiectas, commentatur Fogginius. Vide et Danvillium in Tab. ant. Aeg. paullo infra gr. lat. 29.

(14) ⲛ̀ⲣⲉⲙ̀ⲡⲙⲁⲣⲏⲥ, *incolae ſuperioris Aegypti*. Hinc intelligimus, Fragmenti auctorem, graecum nomen Θηβαῖοι apud S. Epiphanium, non pro civibus ſpeciatim maximae, & celeberrimae urbis *Thebarum*, ſed generatim pro incolis univerſae Thebaidis, quae totam ſuperiorem Aegyptum complectebatur. Ita etiam accipitur in epiſtola ſyſtatica Patriarchae Alexandrini ad univerſos ſuperioris, & inferioris Aegypti apud meum Boniourium in Monum. Copt pag. 12. quemadmodum Lacrozius ipſe iam antea obſervaverat.

Digitized by Google

ⲥⲙⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲓⲙⲓⲛⲉ: ⲉⲩϣⲁⲛ ϩⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϩⲛ̀ ⲟⲩ=
ⲁⲕⲱⲛⲏ ⲛ̀ⲥⲁⲉⲓⲛ. ⲡⲉϥϫⲉⲗⲱⲥ ⲏ ⲡⲉⲧⲛⲏⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ
ⲛ̀ϩⲏⲧ̀ϥ. ⲉϥⲧⲣⲉϥϣⲣⲱϣ ⲁⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉϥⲁⲧⲁⲛ.
ⲁⲗⲗⲁ ⲉϥⲟⲩⲟ̀ⲃⲉϣ ⲛ̀ⲑⲉ ⲛⲟⲩⲉ̀ⲣⲱⲧⲉ. ⲙ̀ⲛ̀ⲛ̀ⲥⲁ ⲉ=
ⲧⲣⲉⲕⲙⲟⲩϩ ⲇⲉ ⲛⲟⲩⲙⲏⲛϣⲉ ⲛⲕⲣⲁⲧⲏⲣ ⲏ ⲡⲉ=
ⲧⲉϩⲛⲁⲕ ⲉⲕϩⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ. ϣⲁⲕϣⲓⲧ̀ϥ ⲇⲉ ⲛⲡ=
ϭⲉⲛⲧ̀ϥ ⲟⲛ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲓϣⲓ ⲛⲟⲩⲱⲧ ⲉ̀ⲙⲉϥ ϭⲱϫⲃ
ⲛϭⲓⲡⲱⲛⲉ ⲉ̀ⲧⲙ̀ⲙⲁⲩ. ⲁⲩⲱ ⲙⲉϥⲥⲃⲟⲕ ϩⲛ̀ ⲧ=
ⲉϥϭⲟⲧ ⲡⲉⲧⲛⲏⲩ ⲇⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛϩⲏⲧ́ϥ ϣⲁϥϣ=
ⲱⲡⲉ ⲛ̀ⲑⲉⲣⲁⲡⲓⲁ ⲛⲉⲛⲃⲁⲗ. ϣⲁϥϯ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲙ̀ⲛ̀
ⲙ̀ⲡⲁⲑⲟⲥ. (15) ⲉⲧⲉϥϣⲁⲩϣⲱⲡⲉ ⲛϩⲩⲇⲣⲟⲙⲁⲛⲓⲁ.
ⲉⲧⲉⲛϭⲓⲛⲗⲓⲃⲉ ⲛⲉ ⲉϣⲁⲩ. . . . : . . . .

## VERSIO

*Veſtis humeralis. Differentiae, quibus hae gemmae inter ſe mutuo diſcernuntur, & loci, in quibus exſtant, exponuntur.*

### DE SARDIO PRIMO LAPIDUM

*Sardius eſt, qui ita dicitur, Babylonius. Rubicundus eſt forma, & ſpecie ſua ſimilis piſci, qui Sardius vocatur, dum toſtus, aut exſiccatus ſale conditus eſt. Ob id appellatur (lapis iſte) Sardius, quod nomen accipiat a forma huius piſcis ſimili. Gignitur in*

(15) ⲛϩⲩⲇⲣⲟⲙⲁⲛⲓ́ⲁ; *Hydromanias* retinuimus in verſione noſtra. Hanc ipſam lectionem exhibuit *Anaſtaſius ſinaita* an. 556. Epiſcopus Antiochenus, *Quaeſt.* XLI. ut & Cl. Fogginius obſervat pagg. x. & 8. in Cod. ſuum de XII. Gemmis S. Epiphanii. Unde in ſuſpicionem vertit lectionem alteram a Geſnero editam *καὶ πινέμενος δὲ ἀντιπαθεῖ πρὸς ὕδρωπας: epotus adverſatur hydropi*, quemadmodum ipſiſſimis verbis, ut video, eam habet & *Graecus*, & *Latina interpretatio Iolas Hierotarantini*, apud Petavium. Heic vero ὑδρωμανία idem eſt ac ὑδρωφοβία, illud nempe morbi genus, quo, qui ſunt a rabido cane morſi, miſerrime cruciantur, ſive, ut Fogginianus anonymus interpretatur, *aquoſa rabie tenentur*.

*in Babylone, quae eſt apud Aſſyrios. Lapidis huius color purus, pelluciduſque eſt: & habet virtutem ſanandi. Eo utuntur Medici ipſum applicantes tumoribus, ſanioſis ulceribus. & locis vulnerum, quae fuerint ferro inflicta.*

*Eſt autem & lapis alius Sardonyx nuncupatus:* Molochites; *Vim habens attenuandi morbum*, ſteotωma *dictum: & huius ſpecies ſimilis eſt rei quae in Viridem colorem parumper vergat. Eſt etiam eius vis multo gravior atque potentior ſub initium veris, quo tempore huiuſmodi morboſae affectiones incipiunt.*

*Eſt & alius* Sardachates *dictus. In huius circuitu corolla conſpicitur, ut in lapide* Achate. *De eo, qui fabularum nugas ſerere amant, dicunt, quod & malas affectiones diſſipat, ipſum appellantes* pacificum.

## II. DE SECUNDO LAPIDE TOPAZIO

*Topazius lapis paullo rubicundior eſt quam ſit lapis dictus* carbunculus. *Hic autem inventus eſt in* Topaza *civitate Indiae per operarios lapidum eiuſdem loci. Quum eum lapicidae illi pellucentem vidiſſent, gavisi de ipſo ſunt, illumque vendiderunt negotiatoribus* Alabaſtris *exiguo pretio.*

*Alabaſtri vero vendiderunt incolis ſuperioris Aegypti multo maiori pretio. Hi autem Thebaidis indigenae dono eum obtulerunt Reginae, quae tum temporis imperabat: Atque haec quum eum accepiſſet, in medio coronae ſuae ſupra frontem impoſuit.*

*Experimentum de hoc lapide in hanc formam ſumunt. Quum eum medicorum cote terunt, illius ſuccus, qui ex eo egreditur, non eſt, ut illius color, ruber, ſed albus ut lac. Poſtea quum eo crateres plures impleveris, & lapidem atterere perrexeris, illius pondus etiam in una eademque aequalitate manet, quin lapis ipſe imminuatur. Et ſuccus ex eius intimis eductus, atque proveniens aptus eſt ad ſanationem oculorum. Datur etiam ad alios morbos ſanandos. Efficax eſt ad hydromaniam: & inſania laborantibus utilis.*

Digitized by Google

(30) ⲗⲱϫⲕ. Diu me huius vocis diſcuſſio detinuit: Si de lapidibus & ſaxis, quae angulorum ſcabritie, & aſperitate vim cutem mordendi, ſanguinemque educendi haberent, ageretur, facile ſuſpicari quis poſſet ⲗⲱⲕ́ⲥ, quod bis in thebaico Borgiano cod. eccleſiaſtis c. 10. 5. & 8. pro *mordere* ſumitur, fuiſſe confuſum cum ⲗⲱϫⲕ. Sed res eſt de cruore S. Diaconi *Paneſniv*, quo ex illius raptati corporis vulneribus erumpente platearum, viarumque ſtrata Culcianus rigari optabat. Ad id vero ſignificandum nulla vix aptior vox eſt, quam ⲗⲉϫϩ, aut ⲗⲱϫϩ memphitica, lambere, & *lingere* apud La-croz. in lex. Cui adde, ſi lubet, Micheae Proph. locum ex c. 7. v. 17. ⲉⲩⲉ̀ⲗⲱϫϩ ⲛ̀ⲟⲩⲕⲁϩⲓ ⲙ̀ⲫ̀ⲣⲏϯ ⲛ̀ϩⲁⲛϩⲟϥ ⲉⲩⲟϥϯ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲕⲁϩⲓ: *& lingent terram ſicuti ſerpentes* ( *σύροντες γῆν* ) *repentes ſuper terram*. At Thebaeus noſter pro ⲗⲱϫϩ habet ⲗⲱϫⲕ. Quid ego credam? Erit ne in Thebaica dialecto vocabulum proprium loco Memphitici ⲗⲱϫϩ? an vero mendoſum illud ego appellarim ut corrigi debeat ad normam memphitici verſo ⲕ in ϩ, ⲗⲱϫ́ϩ? Utrumque ignoro: nec quicquam certi de alterutro ſtatui poſſe ſentio, niſi loca alia, quibus genuina vocis huius orthographia firmetur, ex Thebaicis fragmentis forte fortuna prodeant. Interea vero de pari utriuſque vocis ſignificatione nil ego dubito. Sed quoniam *lambere*, quum de amne, aut liquidi cuiuslibet humoris fluxu curſuque agitur, tranſlate ſumitur pro *alluere*; ut apud Horat. l. 1. Carm. Od. 22.

*Vel quae loca fabuloſus*
*Lambit Hydaſpes*.

ⲗⲱϫⲕ Thebaicum vertere nobis placuit, alluere: (quamdiu *cruore ſuo ſaxa illa*) *allueret*.

Quiddam praeterea eſt, quod tibi conſiderandum offeram ex actis Memphiticis S. Abbatis, & Mart. *Eplme*, mihi nuperrime cognitis ex muſeo Emi Card. *Stephani Borgiae*, ut inde videas,

Digitized by Google

deas, num quid affinitatis habeat cum ⲗⲱϫⲕ *theb.* memphiticum ϫⲗⲱϫ in re ſimili uſurpatum. Pag. 135. Mſ. cod. haec leguntur: ⲁϥϫⲱⲛⲧ ⲛ̀ϫⲉⲡⲓⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲁϥⲑⲣⲟⲩϯ ⲉⲛⲉϥϫⲓϫ: ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥϭⲁⲗⲁⲩϫ ⲛ̀ϩⲁⲛϩⲁⲗⲩⲥⲓⲥ ⲙ̀ⲃⲉⲛⲓⲡⲓ: ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲥⲱϣϥ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ⲛⲓⲡⲗⲁϯⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲃⲁⲕⲓ ϣⲁⲧⲉ ⲡⲉϥⲥⲛⲟϥ ϫⲱⲗϫ ⲉⲡⲕⲁϩⲓ. ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲧⲁⲥⲑⲟϥ ⲁⲩⲉⲛϥ ⲁⲩⲧⲁϩⲟϥⲉⲣⲁⲧϥ ⲙ̀ⲡⲉⲙⲑⲟ ⲛ̀ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲡⲓⲇⲟⲩⲝ ⲙ̀ⲙⲟⲛϩⲗⲓ ⲛ̀ⲧⲁⲕⲟ ϣⲟⲡ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ: *iratus Praeſes catenis ferreis iuſſit manus, & pedes eius* (S. Epime) *colligari, eumque raptari per plateas civitatis, donec ſanguis adhaereret terrae. Quumque regreſſi eſſent, eumque adductum ſtatuiſſent coram Armenio duce nihil laeſionis in corpore eius inventum eſt.* At quoniam non Deo vero S. Martyris *Epime*, ſed falſo numini ſuo *Apollini* prodigium hoc militum ſuorum ordini tribuendum edixit Armenius; vir ſanctus ad eum converſus: *Quia*, inquit, *blaſphemaſti Deum meum, credo, quod ille de te ultionem ſumet; & confeſtim dux mutus evaſit; nam eodem temporis momento* ⲁⲡⲉϥⲥⲫⲟⲧⲟⲩ ϫⲱⲗϫ ⲉⲛⲟⲩⲉⲣⲏⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲡⲉϥⲗⲁⲥ ϧⲉⲛⲣⲱϥ: *labia eius cohaeſerunt invicem cum lingua in ore ipſius, ita ut omnem omnino loquendi facultatem repente amiſerit.* In his certe locis ϫⲱⲗϫ, quod eſt adhaerere, vel *cohaerere*, ad eandem ſignificationem, quam ⲗⲱϫⲕ habet, *attingendi*, & *alluendi* terram, referri percommode poteſt.

(31) : . : . ⲛ̀ϩⲏ (ⲛⲱⲓⲛⲉ.) Locus tam foeda labe corruptus, ut nulla ratione divinare quiverim qualenam verbum ſit, quod proxime poſt ⲗⲱϫⲕ conſequitur, niſi fortaſſe ſit ⲧⲏⲣⲟⲩ, coniungendum cum ⲛ̀ϩⲛ̀ⲛⲱⲓⲛⲉ. Nam ultima iſtius vocabuli littera, cuius tenuis adhuc umbra ſupereſt, viſa mihi eſt veſtigium τȣ̃ ⲟⲩ, cuiuſmodi in ⲧⲏⲣⲟⲩ, repraeſentatur. Et valde quidem veriſimile eſt, iratum *Culcianum* ſua illa excandeſcenti ſententia dicere voluiſſe tori-

toribus , ut tamdiu corpus S. Diaconi raptarent per urbem , quamdiu cruore ſuo ſaxa , aut *lapides omnes viarum conſpergeret* . Elementa vero τȣ̃. ⲛⲱⲛⲉ anſulis intercluſi licet ſint obſita ſordibus , aciem tamen diligentis inſpectoris non effugiunt .

(32) ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛⲉⲕⲃⲁⲗ ⲛⲁⲩ ⲉϩⲱⲃ ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲟⲩⲉⲓⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲛⲁⲓ ⲉϫⲙ̀ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ: *Deus vident oculi tui quae in me faciunt propter nomen tuum*. Similia in genuinis SS. MM. geſtis leguntur . Sic in actis graeco-latinis *SS. Tarachi* , *Probi* , & *Andronici* apud Ruinart. haec ad Maximum Praeſidem dicta ex eorum ore recitantur . P. 437. ἴδοι ὁ θεὸς καὶ κρινάτω σε σήμερον : *Videat Deus , & iudicet te hodie* . P. 429. *Probus* : ἴδοι ὁ θεὸς ἐξ ὀυρανοῦ τὴν ταπεινωσίν μου καὶ τὴν ὑπομονήν μȣ καὶ δικάσει μεταξὺ σȣ̃ καὶ ἐμοῦ . *Videat Deus de caelo humilitatem , & patientiam meam , & iudicet inter te & me* : & iterum κύριε ἰησȣ̃ χριςὲ ὑιὲ τȣ̃ θεȣ̃ τοῦ ζῶντος ἴδε ἐξ ὕψȣς ἁγίου σȣ τὴν βίαν , καὶ κρίνε τὴν κρίσιν μȣ : *Domine I. C. Fili Dei viventis , vide vim quam patior , & de excelſo ſanctuario tuo iudica iudicium meum* . Tertio : τὴν βίαν μού ὁρᾷ ὁ θεὸς ἐν ὀυρανῷ : *Videt vim quam patior Deus in Caelo* . Eadem in prima interrogatione *Andronicus* : ἴδοι ὁ θεὸς καὶ κρινάτω σε ἐν τάχει , ὅτι ὀυδὲν ἀδικήσαντά με βασανίζεις ; *Videat Deus , & te cito iudicet , quia nullius criminis reum me torques* . Tale quiddam & in tertia interrogatione protulit . Sed locus , quum e graeco textu exciderit , in una perantiqua latina verſione reperitur . Alia id genus exempla plura in actis SS. MM. occurrunt . At ea , ne nimius fiam , praetereo .

(33) ⲛ̀ⲑⲉ ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲉⲧϩⲓⲃⲟⲗ ⲧⲁⲕⲟ ⲧⲁⲓⲧⲉⲑⲉ ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲡⲉⲧϩⲓϩⲟⲩⲛ ⲉⲣⲃⲉⲣⲣⲉ: *Sicut homo exterior corrumpitur , ita renovatur interior* . Ex ep. II. Pauli Apoſtoli ad Corinth. c. IV. v. 16. ἀλλ' εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται , ἀλλ' ὁ ἔσωθεν ἀνακαινȣ̃ται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ ; memph. ⲁⲗⲗⲁ ⲓⲥϫⲉ ⲡⲉⲛⲣⲱⲙⲓ ⲉⲧⲥⲁⲃⲟⲗ ϥⲛⲁⲧⲁⲕⲟ

ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲉⲧⲥⲁ̀ϩⲟⲩⲛ ϥⲟⲓ ⲙ̀ⲃⲉⲣⲓ ⲛ̀ⲉϩⲟⲟⲩ ϩⲁⲧⲉϩⲏ ⲛ̀ⲉϩⲟⲟⲩ : Vulg. *licet is, qui foris eſt, homo noſter corrumpatur, tamen is, qui intus eſt, renovatur de die in diem*. Ex quo vero de S. Confeſſore Paneſniv Thebaeus dixerit : ⲛⲉϥⲯⲁⲗⲗⲉⲓ ⲉϥϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ, nemo ſic iſta accipiat, quaſi aliquid ex Davidicis pſalmis recitatum innuere velint. ⲯⲁⲗⲗⲉⲓ enim heic idem ſimpliciter eſt ac ᾄδειν, *cantare*.

(34) ⲛ̀ϭⲓ ⲁⲡⲁ ⲡⲁⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲟⲥ ⲙ̀ⲃⲟⲟⲩ: *Abbas Papnutius Diaconus Boou*. Ex his ſatis aperte colligitur, Prototypum actorum S. M. *Paneſniv* aliquamdiu ante Baptiſmum magni *Pachomii*, & monaſticae eius vitae exordia fuiſſe exaratum. Heic enim *Boou* indicatur tamquam ſummae Thebaidis locus, in quo nondum conditum eſſet a S. Pachomio celeberrimum monaſterium ceterorum omnium princeps & caput. Una ibi erat chriſtiana Eccleſia, in qua S. Athleta & confeſſor Chriſti *Papnutius* Diaconatus ordinem exercebat; Unde & Diaconus *Boou* in hoc noſtro fragmento appellatur. Is iam ante ſanctum *Paneſniv*, Culciani iuſſu, in carcerem truſus varia pro Chriſti ſupplicia ſubierat. Sed praeter haec pauca, quae de eo acta *Paneſniv* nobis quaſi per tranſennam enunciant, reliqua omnia ignota, & incomperta ſunt. Credibile tamen fit & hunc agonis ſui curſum glorioſi martyrii corona feliciter conſummaſſe. De *Boou* nomine, eiuſque multiplici pronunciatione nihil eſt, cur iis, quae Cl. Abb. Mingarellius in Fragm. VII. p. CLXXXV. erudiſſime tradidit, plura addere velim.

(35) ⲙⲛ̀ ⲥⲓⲗⲃⲟⲛⲉ ⲡⲙⲁⲧⲟⲓ ⲙ̀ⲡⲃⲟⲟⲩ : *& Silbones miles Boou*. Bonus is miles haud dubie a S. Diacono *Papnutio* eruditus, & confirmatus in chriſtiana fide una cum ipſo paratus erat ad ſubeundum martyrii certamen. Et iam tamquam illuſtri confeſſione clarus pro glorioſo Chriſti nomine cruciatus & ſupplicia ſimul cum eo ſuſtinuerat, quo die, & ipſe ſimul, & Papnutius ſalutarunt in carcere S. Abbatem *Paneſniv*. Ad *Boou* quod ſpectat, tum etiam temporis quum

quum nondum ibi erectum eſſet a *S. Pachomio* celeberrimum Tabenneſiotarum monaſterium, non vilem pagum fuiſſe oportet, ubi militaris ſtatio ad praeſidium ſuperioris Thebaidis, uti coniicere licet, excubabat. Ex eo enim fuiſſe videtur inſignis iſte athleta Chriſti *Silbone*.

(36) ⲀⲚⲞⲔ ⲄⲀⲢ ⲠⲈⲦⲈⲢⲬⲢⲒⲀ ⲘⲠⲈⲦⲈⲚϨⲘⲞⲦ: *Ego enim hac veſtra gratia indigeo*. Verba ſunt S. Diaconi *Paneſniv* ad Chriſti Confeſſores *Papnutium*, & *Silbonem*, poſtquam ei dixerant, ſe quoque fuiſſe iam ſuppliciis pro ſanctiſſimo nomine Ieſu affectos. Collige ex his, quam ingenti caritatis ardore erga Deum flagraret, qui ſortem maiora patiendi pro Chriſto, ut in aliis divinis athletis extollit, ſic & hanc utpote ſibi maxime neceſſariam ex ſupernae dignationis *gratia* ſibi dari exoptat. Et *unde* profecto, ut cum Auguſtino loquar ſerm. 284. *tantum donum patientiae? Unde niſi unde omne datum optimum? Unde datum optimum, niſi unde donum perfectum? Sic enim & ibi ſcriptum eſt* (Iac. I. 14.) *patientia autem opus perfectum habet: omne*, inquit, *datum optimum, & omne donum perfectum deſcendens a Patre luminum .... Quid infidelis ſuperbis? Laudas Martyrum* (pone heic & *Papnutii*, & *Silbonis*, & *Paneſniv*) *patientiam, quaſi a ſeipſis poſſent eſſe patientes? Apoſtolum potius audi gentium doctorem, non infidelium deceptorem .... Audi, inquam, dicentem: VOBIS DONATVM EST PRO CHRISTO. Audi pietatem exhortantem, non adulationem fallentem .... Vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolum, ut credatis in eum, verum etiam ut patiamini pro eo.* Vobis donatum eſt: *quid ad hanc ſententiam addi poteſt?* Vobis donatum eſt: *Agnoſce donatum, ne perdas uſurpatum*. Vobis, inquit, donatum eſt: pro Chriſto: *quid PRO CHRISTO, NISI PATI? Sed non ſuſpiceris, audi ſequentia*: non ſolum ut credatis in eum: *quia & hoc donatum eſt: ſed non hoc ſolum donatum eſt, verum etiam*, ut patiamini pro eo, *& hoc donatum eſt*. Et ideo S Diaconus *Paneſniv* Beatos praedicat *Papnutium* & *Silbonem*, quod iam tam excellentis gratiae munere a Deo donati fuiſſent, ut pro Chriſto pati valuerint; ſibique tandem patem pro Chriſto patiendi *gra-*

*tiam* humilibus votis, ut egenus & pauper, nihil quod Deo placeat, de ſuo habens, implorat.

(37) ⲉⲩⲡⲉϯⲛⲁⲛⲟⲩϥ ⲏ ⲟⲩⲡⲉϯⲛⲟϯⲙ ⲛ̀ⲥⲁ ϩⲛ̀ ⲥⲛⲏⲩ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲙⲁ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ . ⲉⲩⲛⲁⲉⲣⲑⲉ ⲙ̀ⲡⲛⲥⲟϭⲛ ⲙ̀ⲙⲉ ⲉⲧϩⲓϫⲛ̀ ⲧⲁⲡⲉ ⲛⲁⲁⲣⲱⲛ . ⲉϥⲛⲏⲩ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉϫⲛ̀ ⲧⲉϥⲙⲟⲣⲧ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉϫⲛ̀ ⲛⲉⲥⲟⲃⲉ ⲛ̀ⲛⲉϥϩⲟⲓⲧⲉ . ⲉⲩⲛⲁⲉⲣⲑⲉ ⲛ̀ϯⲱⲧⲉ ⲛⲁⲉⲣⲙⲱⲛ . ⲉⲧⲁⲓ ⲉϯϩⲓϫⲙ̀ ⲡⲧⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲥⲓⲱⲛ : *Quam bonum, & quam iucunaum* ( habitare ) *fratres in unum. Sicut unguentum purum, quod eſt in capite Aaron, deſcendens in barbam eius, & in fimbrias veſtimentorum ipſius, ſic fiat ros Ermon, qui eſt ſuper montem Sion*. Sunt haec ex Pſalmo 133. iuxta hebr., ſecundum vero LXX., vulgatam, ſyriacam, & memphit. 132. qui inter XV. cantica gradualia locum tenet XIV. Tribuitur in hebr. ipſi *David*. Sed hoc titulo caret verſio graeca τῶν ό; & quamquam in Cod. Alex. adſcriptus ſit *David*, ipſius tamen *David* nomen ſub aſteriſco ponitur. Sub initium huius pſalmi omittuntur a Thebaeo ſcriptore particulae: Ἰδοὺ δὴ, quibus memphiticae verſionis ϩⲏⲡⲡⲉ, *ecce*, reſpondet. Quam omiſſionem quibuſnam ego tribuam, an viris ipſis ſanctis, qui pſalmum hunc, alioquin breviſſimum, in carcere cantarunt, an eidem ipſi Thebaicorum actorum ſcriptori, an vero magis propriae pſalmorum verſioni, qua ſuperioris Aegypti uterentur eccleſiae, me prorſus ignorare fateor. Omittitur praeterea & integer v. 4. itidemque poſtremus recitati pſalmi: *Illic mandavit Dominus benedictionem, & vitam uſque in ſaeculum*; etſi vel noviſſima iſthaec: *& vitam uſque in ſaecula* ſub obelo, teſte Grabe, referantur in Cod. Alexandr.

Ego equidem *primi* verſiculi verba, uti ea ex hoc pſalmo, quae viri ſancti in carceribus una voce cantarunt, non ad litteram, ſed potius ad ſenſum cum vulgata noſtra in edita verſione transferre volui, ne thebaica locutio nimis fortaſſe inſolens latinis auribus videretur. Ea enim, quae verbis hiſce concepta eſt: ⲟⲩⲡⲉϯⲛⲁ̀ⲛⲟⲩϥ ⲏ ⲟⲩⲡⲉϯⲛⲟⲧⲙ ⲛ̀ⲥⲁ

ϩⲛ̀

ϩⲛ̄ ⲥⲛⲏⲩ ϩⲛ̄ ⲟⲩⲙⲁ ⲛ̄ⲟⲩⲱⲧ, latine ſic reddi poſtularet; *Ecquod bonum, quodve iucundum, praeterquam fratres in unum?* ubi amanuenſis vitio deeſſe ſuſpicor ⲉⲩϣⲟⲡ̄ quod habet memphitica reſpondens, hebr. שבת & gr. κατοίκει *habitare*. Cl. Calmetus priorem hunc verſiculum ex graeco τῶν ō, κατὰ γρᾶμμα ſe interpretari dicit: *Quid adeo ſpecioſum & iucundum eſt, uti videre Fratres congregatos?* His tandem ſimilia Thebaica noſtra ſonant. Quum vero nec ſatis accurate ea me ab initio latine reddidiſſe in praeſentia intelligam, erroremque praeterea in typos, ubi *mons Ermon*, pro *ros Ermon*, me certe invito, legitur, irrepſiſſe videam, quaeſo te, novam, quam tibi offero, 2. & 3. verſiculi interpretationem lubenti animo excipe. Sic enim eſt: ⲉⲩⲛⲁⲉⲣⲑⲉ ⲙ̀ⲡⲥⲟϭⲛ ⲙ̀ⲙⲉ· ⲉⲧϩⲓϫⲛ̄ ϯⲁⲡⲉ ⲛⲁⲁⲣⲱⲛ. ⲉϥⲛⲏⲩ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉϫⲛ̄ ⲧⲉϥⲙⲟⲣϯ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉϫⲛ̄ ⲛⲉⲥⲟⲃⲉ ⲛ̄ⲛⲉϥϩⲟⲓⲧⲉ· ⲉⲩⲛⲁⲉⲣⲑⲉ ⲛ̄ϯⲱⲧⲉ ⲛⲁⲉⲣⲙⲱⲛ. ⲉϯⲁⲓ ⲉⲧϩⲓϫⲙ̀ ⲡⲧⲟⲟⲩ ⲛ̄ⲥⲓⲱⲛ: *Ita fiat* (ſub intellige, ut ingens illa boni, & iucunditatis copia in Fratrum, ideſt Eccleſiae, congregationem deſcendat) *ſicut unguentum illud optimum, quod ex capite Aaron deſcendens in barbam eius, deſcendit ad fimbrias veſtimentorum ipſius. Ita fiat*, (ut tam mirae iucunditatis ſuavitas ſit) *ſicut ros Hermon, qui eſt ſupra montem Sion*. (a) Haec

(a) Docti quidem interpretes putant nomen montis ציון *Zion* per צ idem heic eſſe quod שיון, per ש, *Sion*, de quo Deuter. IV. 48. dicitur, *uſque ad montem Sion qui eſt &c. Hermon*: adeoque *Sion* nomen idem cum Hermon quaſi ſynonimum faciunt, & montem Sion unum eſſe cenſent ex iugis Hermon. Hinc aiunt in pſalmo dici de *rore Hermon*, quod *deſcendat ſuper montem Sion* illi contiguum. Sed alii ſunt, qui montem *Sion Hieroſolymitanum* nihil comune habere velint cum *Sion*, de quo Moyſes ſcribit Deuter. IV. 18., ubi שאן paullo aliter, quam שיון legitur. *Ainſworthus*, aliique exiſtimant *compendiaria* voce eo in loco *Sion* ſcriptum eſſe pro *Sirion*. Nam cap. 3. v. 9. eiuſdem deut. dicitur de *Hermon*; *Sidonii* hunc montem שירין *Sirion*. Wellſius, mendum, amanuenſis vitio, in hanc vocem Sion irrepſiſſe dubitat pro שירין *Sirion*. Sic enim hodieque habet Syriaca verſio: *Sirion* pro Sion. Contra memphitica legit *Sanior* loco ipſius *Sion*: ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲧⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲥⲁⲛⲓⲱⲣ ⲫⲁⲓ ⲡⲉ ⲉⲣⲙⲱⲛ, *ſuper*

Haec ſcilicet tam laeta & iucunda in concordia fidei, ſpei, & caritatis firmati, Beati viri Spiritus Sancti unguento ad agonem delibuti, & caeleſtis Sionis rore perfuſi, necem, ad quam pro Chriſto iam deſignati erant, avide exſpectantes, inter carcerum umbras Domino decantabant.

Verum ex hoc ipſo quamlibet brevi cantico nova veluti indicia prodeunt, quae nobis facile oſtendere valeant, Pſalmorum verſionem, qua utebantur Thebaei diverſam fuiſſe a memphitica. Illa enim in verſ. 2. legit cum hebraico textu כשמן הטוב, ⲥⲟϭⲛ̀ ⲙ̀ⲙⲉ, *oleum*, ſive *unguentum optimum*, *purum*, *genuinum*, *ſuave*. At graeca editio LXX. μῦρον & memphitica ⲥⲟϫⲉⲛ *unguentum* ſimpliciter habent, ut & Syriaca ſine ullo addito ܡܫܚܐ *Verſiculum* item 2. vertit quidem memphitica verſio ⲥⲱⲛⲧⲓ, & thebaica ⲥⲟⲃⲉ; ſed illa in ſingulari numero: ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲉⲛ ϯⲥⲱⲛⲧⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉϥϩⲉⲃ//ⲥⲱ, Thebaica ⲉⲛⲉⲥⲏⲧ ⲉϫⲛ̀ ⲛⲉⲥⲟⲃⲉ ⲛ̀ⲛⲉϥϩⲟⲓⲧⲉ accedens ad hebraicum in plurali numero על־פי מדותיו *ſuper oram veſtimentorum eius*.

Ad rem hanc magis magiſque confirmandam plurimum, credo, conducere poterit, fragmentum, quod quum duabus tantum membranis conſtet, ne forte fortuna pereat, heic demum in lucem proferre, hac nobis oblata occaſione, ſtatuimus. Pulcris, ac certe equidem perveruſtis characteribus exaratum eſt. Geminae, quae ſuperſunt, membranae, ex

*ſuper montem Sanior qui eſt Hermon*. Sed rurſus hoc ipſum nomen *Sanior* accipit pro *Sirion* Syriacae verſionis. Quod ego ex loco parallelo deuter. III. v. 9. intelligo: Ibi enim ita legit: ⲛⲓⲫⲟⲓⲛⲓⲝ ⲥⲉϯⲣⲁⲛ ⲉⲣ//ⲱⲟⲩ ϫⲉ ⲥⲁⲛⲓⲱⲣ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲓⲁⲙⲟⲣⲣⲉⲟⲥ ⲁϥⲙⲟⲩ//ϯ ⲉⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲛ̀ϫⲉⲥⲁⲛⲓⲣ, *Phoenices* (Sidonii) *vocant Sanior*; *& amorraeus appellat nomen eius Sanir*. Qua in lectione ſequitur ad litteram codicem Alexandr. Quod igitur magis facit ad priorem interpretationem e συμωνυμίᾳ montis *Hermon*, & *Sion* deductam deſtimonium eſt Eccleſiaſt. c. 24. 17. ubi quod *Graecus* habet *quaſi cypreſſus* ἐν ὄρεσιν Ἀερμών *in montibus Ermon*, vulgata noſtra legit: *in monte Sion*. Reliqua vide apud interpretes.

ex reliquiis ſe eſſe enunciant antiquiſſimi Euchologii, quo S. Pachomii Monachi priſcis temporibus in Thebaide uterentur. Eae enim a pag. *vigeſimatertia* ad totam uſque *vigeſimam ſextam*, partem liturgici ritus, qui Divinae Incarnationis myſterio in ſacris ſolemniis Deiparae Virginis ab Angelo annunciatae, celebrando addictus eſſet, nobis repraeſentare videntur. Exordium ducunt a ver. 29. cap. I. Evangelii ſecundum Lucam: & deſinunt in v. 10. cap. IX. epiſt. S. Pauli ad hebraeos. Medius vero inter Evangelium & epiſtolam ſiſtit Pſalm. ⲙ̅ⲍ̅ 47., cuius gratia, loco iſti ἀποσπασμάτιον noſtrum inſeritur.

ⲧⲣ̀ ⲉϫⲙ ⲡϣⲁϫⲉ (1)
ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲥⲙⲟⲕ//
ⲙⲉⲕ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ
ⲟⲩⲁϣ ⲙ̀ⲙⲓⲛⲉ
ⲡⲉ ⲡⲉⲓⲁⲥⲡⲁⲥ//
ⲙⲟⲥ . ⲡⲉϫⲉ
ⲡⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲇⲉ (2) ⲛⲁⲥ
ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲣ́ⲣ́ϩⲟⲧⲉ
ⲙⲁⲣⲓⲁ . (3) ⲁⲣϭⲓⲛⲉ
ⲅⲁⲣ ⲛⲟⲩϩⲙⲟⲧ
ⲛⲛⲁϩⲣⲙ ⲡⲛⲟⲩ//
ⲧⲉ . ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ
ⲧⲉⲛⲁⲱⲱ . (4) ⲛ̀ⲧⲉ//
ϫⲡⲟ ⲛⲟⲩϣⲏⲣⲉ .
ⲛ̀ⲧⲉⲙⲟⲩⲧⲉ (5) ⲉⲡⲉϥ//
ⲣⲁⲛ ϫⲉ ⲓ̅ⲥ̅. ⲡⲁⲓ
ϥⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲛ//
ⲛⲟϭ . ⲁⲩⲱ ⲥⲉⲛⲁ//
ⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ

ⲡϣⲏⲣⲉ ⲙⲡⲉⲧ//
ϫⲟⲥⲉ . ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛⲁϯ//
ⲛⲁϥ ⲙⲡⲉⲑⲣⲟⲛⲟⲥ
ⲛ̀ⲇⲁⲩⲉⲓⲇ ⲡⲉϥⲉⲓ//
ⲱⲧ : ⲁⲩⲱ ⲛⲁⲣ́//
ⲣⲟ ⲉϫⲙ ⲡⲏⲓ ⲛ̀//
ⲓⲁⲕⲱⲃ ϣⲁⲛⲓⲉ//
ⲛⲉϩ . . ⲁⲩⲱ ⲙⲛ̀ ϩⲁⲏ
ⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲛ̀ⲧⲉϥ//
ⲙⲛ̀ⲧⲉⲣⲟ : ⲡⲉ//
ϫⲉ ⲙⲁⲣⲓⲁ ⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲅ//
ⲅⲉⲗⲟⲥ . ϫⲉ ⲛⲁϣ//
ⲛ̀ϩⲉ ⲡⲁⲓ ⲛⲁϣⲱ//
ⲡⲉ (6) ⲙⲡⲉⲓⲥⲟⲩⲛ
ϩⲟⲟⲩⲧ (7) ⲁⲡⲁⲅ//
ⲅⲉⲗⲟⲥ ⲟⲩⲱ̀ϣⲃ
ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲥ . ϫⲉ
ⲟⲩⲡ̅ⲛ̅ⲁ ⲉϥⲟⲩⲁⲁⲃ

ⲡⲉ//

ⲡⲉϯⲛⲏⲩ ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉϫⲱ. ⲁⲩⲱ ϯϭⲟⲙ
ⲙ̀ⲡⲉⲧϫⲟⲥⲉ. ⲧⲉ=
ⲧⲛⲁⲉⲣϩⲁⲓⲃ̀ⲥ ⲉⲣⲟ.
ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ⲡⲉⲧⲉⲣ=
ⲛⲁϫⲡⲟϥ ϥⲟⲩⲁ=
ⲁⲃ. ⲥⲉⲛⲁⲙⲟⲩⲧⲉ
ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲡϣⲏⲣⲉ
ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ.
ⲁⲩⲱ ⲉⲓⲥ ⲉⲗⲓⲥⲁⲃⲉⲧ
ⲧⲟⲩⲥⲩⲅⲅⲉⲛⲏⲥ
ⲛ̀ⲧⲟⲥ ϩⲱⲱⲥ ⲟⲛ
ⲁⲥⲱ̀ ⲛⲟⲩϣⲏ=
ⲣⲉ ϩⲛ̀ ⲧⲉⲥⲙⲛⲧ=
ϩ̀ⲗⲗⲟ. ⲁⲩⲱ ⲡⲉ
ⲙⲉϩ ⲥⲟⲟⲩ ⲛⲉⲃⲟⲧ
ⲡⲉ ⲡⲁⲓ. ⲧⲁⲓ ⲉ=
ϣⲁⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟⲥ
ϫⲉ ⲧⲁϭⲣⲏⲛ ϫⲉ
ⲛ̀ⲛⲉⲗⲁⲁⲩ ⲛ̀ϣⲁ=
ϫⲉ ⲉⲣⲁⲧϭⲟⲙ ⲛ̀=
ⲛⲁϩⲣⲙ̀ ⲡⲛⲟⲩ=
ⲧⲉ. ⲡⲉϫⲁⲥ ⲇⲉ
ⲛ̀ϭⲓ ⲙⲁⲣⲓⲁ ⲙⲡⲁ=
ⲅⲅⲉⲗⲟⲥ.
ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ ⲁⲛⲅ̄
ⲑⲙϩⲁⲗ ⲙⲡϫⲟ=
ⲉⲓⲥ. ⲙⲁⲣⲉϥϣⲱ=
ⲡⲉ ⲛⲁⲓ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉⲕ=
ϣⲁϫⲉ. ⲁⲩⲱ ⲁ=
ⲡⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲃⲱⲕ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲟⲧⲥ́
. . . . . . . .

## *.VERSIO*

Luc. I. v. 29. *Turbata ſuper ſermonem, & cogitabat qualis iſta eſt ſalutatio?* 30. *Dixit autem Angelus ei: Ne timeas Maria: inveniſti enim gratiam apud Deum.* 31. *Ecce concipies, & paries Filium: & vocabis nomen eius IESUM.* 32. *Hic erit magnus, & vocabitur Filius Altiſſimi. Dominus Deus dabit illi thronum David Patris ſui.* 33. *Et regnabit ſuper domum Iacob uſque in aeternum; & non finis erit regni eius.* 34. *Dixit Maria vero ad Angelum: Quomodo iſtud fiet? non cognoſco marem.* 35. *Angelus reſpondens dixit ei: Spiritus Sanctus, qui veniet ſuper te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Propter hoc quod gignetur Sanctum vocabitur filius Dei.* 36. *Et ecce Eliſabet cognata tua: Ipſa quoque concepit Filium in ſenectute ſua: & ſextus men-*

*menſis eſt hic illi , quae vocatur ſterilis . 37. Quia nullum verbum eſt impoſſibile apud Deum . 38. Dixit autem Maria ad Angelum : Ecce ego ſerva Domini : fiat mihi ſecundum verbum tuum . Et Angelus diſceſſit ab ea .*

## ADNOTATIONES

In pericopen Evang. ſecundum Lucam .

(1) αὐτῷ, graeci textus , deeſt non in una tantum copto memphitica verſione, ut notat Verſhèr , ſed & in noſtra Theb.

(2) ⲡⲉϫⲉ ⲡⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲇⲉ: Memph. ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ:

(3) Μαρια. Sic & cod.cantabrigienſ. Memph. & gr. μαριαμ .

(4) v. 30. ἐν γαστρὶ , non habet neque Memph. , neque Theb. noſtra .

(5) ⲛ̀ⲧⲉⲙⲟⲩⲧⲉ, *& vocabis* , cum graec. textu . Memphit. ⲟⲩⲟϩ ⲉⲩⲉⲙⲟⲩϯ *& vocabitur* , quemadmodum vertit Wilkins .

(6) ϣⲁ ⲛⲓⲉⲛⲉϩ ( rectius, ⲛⲉⲓⲉⲛⲉϩ ) εἰς τοὺς αἰῶνας , ut Graeci plerique omnes habent.Memph. ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ in ſingulari numero εἰς αἰῶνα cum tribus gr. codd. 56. 58. 61. a Wetſten. indicatis .

(7) ⲛⲁⲥϣⲱⲡⲉ: Memphitica ⲛⲁⲥϣⲱⲡⲓ cum addito ⲙ̀ⲙⲟⲓ. Quam multi ſint codd. , verſiones , Patres , & interpretes , qui hanc ipſam lectionem habeant,Werſtenius adnotat.

(8) ⲙⲛⲉⲓⲥⲟⲩⲛ ( l. ⲙⲛ ⲛⲉⲓⲥⲟⲟⲩⲛ ) ϩⲟⲟⲩⲧ: *non cognoſce marem* . Memphitica ⲉⲡⲓⲇⲏ ⲧⲥⲟⲟⲩⲛ ⲛ̀ϩⲁⲓ ⲁⲛ *quoniam non cognoſco maritum* . Ἄνδρα ſcilicet graecum Memphitica *maritum* , thebaica *marem* vertit .

(9) ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ⲡⲉⲧⲉⲩⲣⲛⲁϫⲡⲟϥ ϥⲟⲩⲁⲁⲃ: *Propter hoc quod gignetur ſanctum* , eadem ac Memph., ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲁⲓ ⲫⲏⲉⲧⲟⲩⲛⲁⲙⲁⲥϥ ϥⲟⲩⲁⲃ: *propter hoc quod naſcetur ſanctum* . In hanc lectionem *conſenſus codicum* , ait Wetſthenius , *potior eſt , quem etiam plurimi Patres ſequuntur* . Ubi vero addit de lectione altera, ( qua dicitur : *quod naſcetur EX TE ſanctum* , ) *ex Gal.* IV. 4. *huc translata videtur* , fallaci , ut ego opinor , coniectura ducitur . Nam , etſi in prototypis Evang. Lucae exemplaribus autographa haec lectio primum eſſet , mox vero in aliis eiuſdem fere aevi codd. amanuenſium vitio geminae illae voces: ἐκ σοῦ, *ex te* , praetermitti coeperunt;& ita lectio: Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον , *Ideoque & quod naſcetur ſanctum* , in plura eiuſdem S. Evangelii exemplaria irrepſit . Quamquam non deſint , qui hanc omiſſionem variorum haereticorum malitiae tribuendam exiſtiment . Verum in Thebaide & in Aegypto iam diu ante Eutychianorum & Monophyſitarum tempora , ſine ullo erroris periculo , invaluerat ; eamque, ſecundum fidei regulam , pii omnes Aegyptii pure ſancteque intelligebant .

ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲥⲩⲛⲁⲅⲉ ⲡⲉⲡⲣⲟⲕⲓⲙⲉⲛⲟⲛ ⲙ̀ⲍ (1)

Ⲟⲩⲛⲟϭ ⲡⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲁⲩⲱ ϥⲥⲙⲁⲙⲁⲁⲧ ⲉⲙ//
ⲙⲁⲧⲉ. ϩⲛ̀ ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲛⲟⲩⲧⲉ.
ⲁⲩⲱ ϩⲙ̀ ⲡⲉϥⲧⲟⲟⲩ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ.
ⲉϥⲟⲩⲉⲥⲧⲱⲛ (2) ϩⲙ̀ ⲡⲧⲉⲗⲏⲗ ⲉⲡⲕⲁϩ ⲧⲏⲣ'ϥ
ⲛ̀ⲧⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲥⲓⲱⲛ ⲉⲧϫⲟⲥⲉ (3) ⲉⲧⲙ̀ⲡⲉⲙϩⲓⲧ.
ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙⲡⲛⲟϭ ⲛ̀ⲣⲣⲟ. ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛⲁ//
ⲟⲩⲱⲛ̀ϩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲛⲉⲥⲙⲁ ⲉⲧⲧⲁⲉⲓⲏⲩ (4)
ⲉϥϣⲁⲛ ϯⲧⲟⲟⲧⲥ.

ϫⲉ ⲉⲓⲥ ϩⲏⲏⲧⲉ ⲁⲛⲉⲥⲉⲣⲱⲟⲩ ⲥⲱⲟⲩϩ ⲉϩⲟⲩⲛ
ⲁⲩⲉⲓ ⲉⲩⲙⲁ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ.

ⲛ̀ⲧⲟⲟⲩ ⲁⲩⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ. ⲁⲩⲉⲣϣⲡⲏⲣⲉ.
ⲁⲩϣⲧⲟⲣⲧⲣ̀ ⲁⲩⲕⲓⲙ. ⲁⲩⲥⲧⲱⲧ ⲧⲁϩⲟⲟⲩ
ⲙ̀ⲙⲁⲩ. ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ⲛⲛⲁⲁⲕⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛⲁ//
ⲙⲓⲥⲉ. ϩⲛ̀ ⲟⲩⲧⲏⲩ ⲛ̀ϭⲟⲛ̀ⲥ.
ϥⲛⲁⲟⲩⲱϣ'ϥ ⲛ̀ⲛⲉϫⲏⲩ ⲛ̀ⲑⲁⲣⲥⲓⲥ.
ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲛⲥⲱⲧⲙ. ⲧⲁⲓⲟⲛⲧⲉⲑⲉ
ⲛ̀ⲧⲁⲛⲛⲁⲩ. ϩⲛ̀ ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲛ̀ⲛ̀ϭⲟⲙ. ϩⲛ̀ ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲛⲟⲩⲧⲉ.

ⲁⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲥⲙⲛ̀ⲧⲥ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ

Ⲇⲓⲁⲯⲁⲗⲙⲁ. (5)

ⲛⲉⲛⲙⲉⲉⲩⲉ (6) ⲉⲣⲟⲕ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ. ϫⲉ ⲡⲉⲕⲛⲁ
ⲛ̀ⲧⲙⲏⲧⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ.
ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ. ⲧⲁⲓⲟⲛⲧⲉⲑⲉ
ⲙ̀ⲡⲉⲕⲥⲙⲟⲩ ⲉϫⲛ ⲁⲣⲏϫϥ ⲙ̀ⲡⲕⲁϩ.
ⲉⲣⲉ ⲧⲉⲕⲟⲩⲛⲁⲙ ⲙⲉϩ ⲛ̀ⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲥⲩⲛⲏ.

ⲙⲁ//

ⲙⲁⲣⲉϥ ⲉⲩⲫⲣⲁⲛⲉ ⲛ̀ϭⲓⲡ̅ⲧⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲥⲓⲱⲛ·
ⲁⲩⲱ ⲙⲁⲣⲟⲩⲧⲉⲗⲏⲗ ⲛ̀ϭⲓⲛ̀ϣⲉⲉⲣⲉ ⲛ̀ϯ-
ⲟⲩⲇⲁⲓⲁ. ⲉⲧⲃⲉ ⲛⲉⲕϩⲁⲡ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲕⲱⲧⲉ ⲉⲥⲓⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ϩⲱⲗϭ ⲉⲣⲟⲥ.
ϣⲁϫⲉ ϩⲛ̀ ⲛⲉⲥⲟⲩⲟⲙⲧⲉ. (7) ⲕⲱ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲛ̀-
ϩⲏⲧ ⲉⲧⲉⲥϭⲟⲙ. ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ ⲡⲱϣ
ⲛ̀ⲛⲉⲧⲧⲁⲉⲓⲏⲩ ⲛ̀ⲧⲁⲥ. (8)
ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲧⲉⲧⲛⲁϫⲟⲟⲩ ⲉⲕⲉⲅⲉⲛⲉⲁ: ϫⲉ
ⲡⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩⲧⲉ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ:
ⲁⲩⲱ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲛⲉⲛⲉϩ.
ⲛ̀ⲧⲟϥ ⲡⲉⲧⲛⲁⲙⲟⲟⲛⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲛ ϣⲁ ⲛⲓⲉⲛⲉϩ:

## *VERSIO*

(*)

2. *Magnus Domlnus, & laudabilis valde, in civitate Del noſtri, & in monte ſancto eius. 3. Dilatans cum exultatione unl-verſae terrae montem Sionis excelſum ad Aquilonem: civitas Magnl Regis. 4. Deus manifeſtabitur in locis emlnentlbus, quum ſu-ſcipiet eam. 5. Quoniam ecce Reges congregatl ſunt, convene-runt in unum: 6. Illi ſic vlderunt, admirati ſunt, commoti ſunt: Stupor apprehendit eos. 7. Ibi, ſicut dolores parturientis. 8. In ſpiritu vehementl confringes naves Tharſis. 9. Sicut audivimus, ſic vl-dimus in civitate Dominl virtutum, in civitate Dei noſtri: Deus fundavit eam in aeternum.*

## *DIAPSALMA*

10. *Cogltavimus de te Deus: quoniam miſericordia tua in me-dlo populi tul. 11. Secundum nomen tuum Deus, ſic & laus tua ln fines terrae: dextera tua plena eſt iuſtitia. 12. Laetentur mon-tes Slon; & exultent fillae Iudaeae propter iudicia tua Domine.*

13. *Circuite Sion, & complectimini eam: loquimini in caenaculis eius.* 14. *Penite corda veſtra in virtute eius: diſtribuite glorioſa eius, ut celebretis in generatione altera.* 15. *Quoniam hic eſt Deus, Deus noſter in aeternum, & in ſeculum ſeculi. Ipſe reget nos in ſecula.*

## *ADNOTATIONES*

### In Pſalm. XLVII.

(1) Pſalmus iſte *προκείμενος. praepoſitus* ſcilicet, inde, mea quidem ſententia, nuncupatus eſt, quod prooemii, ſive exordii loco praecini conſueverit ſacrae ſynaxi, in ſolemni celebratione Liturgici officii, quo praeſertim die Thebaei Monachi ad divinae Euchariſtiae Myſteria percipienda accedere ſolebant. Caſſianus variis in locis lib. II. & III. de inſtitutis coenob. ſermonem facit de pſalmis, deque pſallendi ritu, quem Aegyptii tenerent. Quin & cap. 12. laud. lib. 3. de *conſuetudinariis pſalmis, qui praecedere, & ſubſequi ſolerent ſolemnia prandia, vel canonicam ieiuniorum refectionem*, ſcribit; ſed de ritu, quo ſacra ſynaxis in eccleſia diebus Liturgicis ſabbathi, & dominicae celebrari conſueverit, omnino ſilet. Sozomenus quoque lib. III. H. E. c. 14. iis, quae Caſſianus paullo ante poſuit, ſimilia tradere videtur. Sed haec nimis implicata, & obſcura viſa ſunt Tillemontio, qui proinde deſerto Sozomeni loco, confugit ad regulam ab Angelo, iuxta Palladium, S. Pachomio traditam; eamque ita explicat, ut ſeiuncta *hora prandii, quae unicuique monaſterii familiae propria erat, a ritu precandi*, novum eſſe putet regulae praeceptum, quo Angelus generatim praeſcripſerit, ut *cuiuſcumque precationis exordio praeponeretur pſalmus*. Erant equidem in S. Pachomii coenobiis ſtatutae preces, quas & ante, & poſt publicam comeſtionem fratres recitarent, ſed, ut obſervat Tillemontius, non ex praeſcripto Angeli, qui (*pour le repas*) *il n'en avoit ordonné aucun*. Itaque quicquid ſubiungitur de *pſalmo* precibus omnibus praemittendo, ad preces liturgicas, quae diu noctuque fierent, referendum eſſe exiſtimat. Quapropter Palladii teſtimonium de Angeli dictis in hunc modum legendum offert: *ἐτύπωσεν δὲ* (Angelus) *διὰ πάσης τῆς ἡμέρας ποιεῖν αὐτοὺς εὐχὰς δώδεκα . . . καὶ ἐννάτην ὥραν τρεῖς. ὅτε δὲ δοκεῖ τὸ πλῆθος ἐσθίειν ἑκάστῳ τάγματι*: deinde (addita copulativa, ſive verius diſcretiva particula *καὶ*, quae forte ex textu Palladii excidit,) *καὶ κατὰ ἑκάστην εὐχὴν ψαλμὸν προᾴδεσθαι ἐτύπωσεν*. Et ita mox ſubdit, *ſera une nouvelle regle, que chaque priere commencera par un pſeaume*. His poſitis facile intelligimus, pſalmum noſtrum: *Magnus Dominus, & laudabilis valde* . . . . eum eſſe, quem S. Pachomius in ſacra ſynaxi ante liturgicarum precum exordium, ex Angeli regula, cantandum inſtituit. Quum totus ſit *de vocatione gentium* ad *eccleſiam Chriſti*, nullus eo aptior ad ſolemnem Monachorum fideliumque omnium *ſynaxim* inchoandam cogitari a S. Pachomio potuit. Nam & nos Latini ad exordiendam eccleſiaſtici officii ſynaxim pſalmum 94. *Venite exultemus Domino*: ex maiorum praeſcripto praecinimus.

(2) ⲉϥⲟⲩⲉⲥⲧⲱⲛ ϩⲉⲛ ⲡⲧⲉⲗⲏⲗ ⲉⲡⲕⲁϩ ⲧⲏⲣϥ

Le-

Legendum puto ⲛ̄ⲧⲉⲛⲕⲁ̀ϩ ⲧⲏⲣ́ϥ , & locum ita eſſe vertendum , ut iam poſui : *Dilatans* ( Dominus ) *cum exultatione univerſae terrae montem Sionis* . Memphitica quoque verbum habet , ⲉϥⲟⲩⲱϣⲥ eiuſdem ſignificationia ac ⲉϥⲟⲩⲉⲥⲧⲱ thebaicum ; ſed coniunctum cum ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲕⲁϩⲓ ⲧⲏⲣ̀ϥ , & ⲛⲓⲧⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲥⲓⲱⲛ , neſcio quid varii *ſenſus* praeieterre videtur·. Graecum textum τῶν ὅ ex cod. Alexandrino Grabe ſic edidit ; Ἐυρίζῳ , ἀγαλλιάματι πάσῃ τῇ γῇ . Sed in margine pro Ἐυρίζῳ , dat Ἐυρίζων . Prima lectio coniungit Ἐυρίζῳ,cum praecedenti ὄρει τῷ ἁγίῳ ἀυτῦ . Hanc laudat , & adprobat L. Bos in Proleg. ad LXX. in hunc pſalm. *Haud dubie* , inquit , *corrupta eſt* ( in pſal. ) *vox* Ἐυρίζων ; *nam nihil habet quo referri queat* . . . *Similiter apud Heſychium corrupta legitur haec vox , ubi allegat hunc locum* : Ἐυρίζων ἀγαλλιάματι *&c* . . . *Suidas recte* : Ἐυρίζῳ , Δαυὶδ . Ἐυρίζῳ ἀγαλλιασματι . . . ἀντὶ τῦ ἑπιμόνῳ , καλῶς ἐρριζωμένῳ . *Sed minus recte* ( in Suida ) *diſtincta ſunt* . . . *haec verba . Nam vox* Ἐυρίζῳ ( in Pſ.) *non pertinet ad* ἀγαλλιάματι , *ſed ad praced*. ὄρει . *Diſtingue igitur* , (ſubdit) *hoc modo* : Μέγας κύριος . . . ἐν ὄρει ἁγίῳ ἀυτῦ Ἐυρίζῳ, ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς : *Magnus eſt Dominus* . . . *in monte ſuo ſancto bene fundato* , *exultatione univerſae terrae* . At cauſam , quam adfert Bos ad vocem Ἐυρίζων tamquam corruptam ex eo pſalmi loco reiiciendam , non tanti valere puto, nt me ſtatim ad ei aſſentiendum cogere debeat . Nulli magis ſolliciti eſſe poterant de delectu puriorum codicum *ſeptuagintaviralis* editionis in pſalmis transferendis , quam Aegyptii interpretes . At ii ſive in memphitica , ſive in Thebaica verſione , diverſis licet vocibus , idem tamen ſignificantibus,verbum hoc graecum Ἐυρίζων Interpretati ſunt : *dilatans* . Quo ergo iure tam confidenter aſſerere quis nodie poſſit , hanc vocem ἐυρίζων eſſe in pſalmo noſtro haud dubie corruptam ? Sin porro Bos quaerat , quo vox ἐυρίζων, *dilatans* referri poſſit ? Ad Dominum , ego dicam , *dilatantem cum exultatione univerſae terrae montem Sion* , vel , nt Auguſtinus legit , *dilatantem exultationes univerſae terrae* : quae *exultationes* ſunt Ipſi *montes Sionis* . Verum haec ita a me dicta ſunt , ut ſuum omne auctoritatis pondus alteri illi interpretationi , quae pro ἐυρίζων , τὸ εὖριζων bene *radicare* , *pulcreque fundare* exponit , omnino intactum relinquam . Unus reſtat Heinſius , & quiſquis alius cum eo faciat , qui verbum ἐυρίζων uti prorſus *commentitium* uno velutl calami ductu ex orbe litterario expellit . *Nam* , ut ille mox ſubdit apud Albertnm , ab *ἔυρυς fit ἐυρυνω. non ἐυρίζω* ; *cuius proinde loco legere mallem* ἐυριζῶν , *fundans* , *vel radicibus firmans* . Legat , ut vult , ſed non damnet , ut commentitium verbum ἐυρίζω , quod iam inde a priſcis eccleſiae ſeculis in codd.ſeptuaginta interpretum Thebaei, & Memphitae Aegyptii , abſque ulla controverſia legerunt;praeſertim quum idem ipſe fateatur.*Heſychium* hanc vocem ſic primnm fuiſſe , cum aliis profecto veteribus ſcriptoribus , interpretatum,ut Ἐυρίζων idem eſſet ac πλατύνων , *dilatans* ; quamquam & alteram quoque εὐριζῶν e veſtigio exponat . Eſto igitur , ex ἔυρυς , *latus* , fiat ἐυρύνω , in communi Graecorum dialecto , nil tamen vetat , quin ex ἔυρυς, mutatis in ſecunda ſyllaba υς , in ιζ , quod frequentiſſime apud Aegyptioa accidit , Ἐυρίζω factum fuerit in *graeco-Alexandrina* dialecto , qua uſi ſunt LXX. Interpretes ; ut egregius *Sturzius*

prae-

praeclare oſtendit in differt. *de dialect. Alexandrina*. Sed de hac aliquid iterum infra dicam. Sat modo ſit eam obiter indicaſſe.

(3) ⲉⲧϫⲟⲥⲉ ⲉⲧⲙⲙⲉⲛⲉⲙϩⲓⲧ: ( Monten nempe Sion ) *excelſum ad Aquilonem*: Memphitica: ⲛⲓϭⲫⲓⲣⲱⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲙⲙϩⲓⲧ, *latera aquilonis*. Verſiculum hunc ad montis *Calvariae* locum, ubi crucifixus eſt Dominus retulit auctor homiliae *in canticum canticor.* ſub ementito nomine *S. Athanaſii Archiep. Alexandr.* a ſummo viro Bernardo de Montfaucon Benedictinae Congr. S. Mauri ex cod. Bibl. Ambroſianae editae Pariſiis an. 1706. tom. II. Collection. novae Patrum & ſcriptor. graecor. pag. 51. In haec enim verba ille ſcribit: *Nos certe in loco fuimus, in quo crucifixus eſt Dominus: eratque* ἐν Βοῤῥᾷ τῆς Ἱερουσαλὴμ, *ab Aquilone Hieroſolymae, Idcirco David caute, & conſideranter dixit*: Montes Sion Aquilonis, civitas Regis magni. *Ideoque nos quando locum adiimus, ubi crucifixus eſt Chriſtus, cum ſtantes verſus orientem precaremur, eumdem locum, in quo Dominus cruci fuerat adfixus, ad Aquilonem eſſe deprehendimus.*

(4) ϩⲛ̀ ⲛⲉⲥⲙⲁ ⲉⲧⲧⲁⲉⲓⲏⲩ, *in locis eius eminentibus, praeſtantiſſimis, verendis, glorioſis, magnificis, &c.* Memphitica ϧⲉⲛ ⲛⲏⲉⲧϩⲟⲣϣ ⲛ̀ⲧⲁⲥ, idem quod eſt in LXX. edit: ἐν Βάρεσιν αὐτῆς Arabs memphitica illa interpretatur في شرافاذها, quae ſunt *ſtructurae ſublimes, domus nobiles, excelſae acroteriis, & pinnis in modum arcis, turriſque ornatae.*

Eamdemque ſignificationem habent ἐν Βάρεσι τῶν ō. Sed vide *Heſychium* Alberti in voce Βάρπυργος, ſive Βάρις, πύργος, *turris*, de qua Doctiſſimus editor & adnotator plura habet ſcitu digna, & quae ad graecum memphiticum & thebaicum ipſum vocabulum exponendum conferre mirifice poſſunt.

(5) ⲇⲓⲁⲯⲁⲗⲙⲁ, hoc in Thebaici pſalmi loco legitur, ut סלה in hebraico. Eſt & in graeco LXX Διάψαλμα. In Memphitica vero editione, ſive quae Romanis typis an. 1740. impreſſa eſt, ſive quae a meo *Guillelmo Boniourio* deſcripta, et cum praeſtantiſſimo cod. eximii Abbatis Nicol. Fr. de Valle, olim Monaſt. Aegypt. S. Antonii, cumque duobus etiam Copto-Arabicis Barbarinis codd. an. 1707. collata, & in latinum converſa, in Angelica Bibl. hactenus inedita latet; perinde atque in vulgata noſtra, & Arabica prorſus omittitur. De huius ſignificatione, & uſu ingens eſt inter Patres, interpretes, & Lexicographos tum hebraeos tum graecos opinionum varietas. Eorum fere omnium, S. Hieronymi in primis, Gregorii Niſſeni, aliorumque deinceps eruditorum hominum ſententias refert Eduardus Leigh in *critica ſacra* an. 1696. Amſtelaed. edita pag. 158. ſub voce סלה. Verum inter obſervationes *Alberti* ad Heſychium in hanc vocem Διάψαλμα, ea inſignis eſt, qua ille adnotat, *ſecundum Suidam* indicari μελῳδίας ἐναλλαγὴν, concentus mutationem, *cum ſcilicet muſico praeeunte* τὸ נלך *pulſatio fidium, & vox canentium aequaliter intendebatur*, πρὸς τὸ διαψαλλάτεσθαι, *hoc eſt Heſychio noſtro explicante*, τὸ εἰς ἔρευναν διαςέλλεσθαι, ut attentio ad meditandum indiceretur; *quia illo διαψάλματι eccleſia iubetur intendere diligentius animum rebus, quas canit, perpetuo ſcrutandis, utpote ſummis, ſempiternis, ſupra omnem mediocritatem poſitis. & propterea omnis ſtudii vehementioris contentione digniſſimis.*

Vide

*Vide ergo*, concludit, *quam pulcre omnes interpretationes, immane quantum, omnium iudicio, aut diſſidentes, aut obſcurae, in eodem quaſi centro congruant & pelluceant*. Simile quiddam ii ſenſiſſe videntur, qui in iſtius vocabuli ſignificatione agnovere vim indicandi *mutationem muſicae vel ſenſus*, & energiae ſermonis. Atque in alteram hanc ſententiam Magnus quoque Auguſtinus propendere videtur enar. in pſal. IV.

(6) ⲛⲉⲛⲙⲉⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟⲕ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ: *Cogitavimus de te Deus*. Sequitur hebraic. lectionem דמינו אלהים *cogitavimus Deus*. Memph. ⲫϯ ⲁⲛϣⲉⲡⲡⲉⲕⲛⲁⲓⲉⲣⲟⲛ *Deus ſuſcepimus miſericordiam tuam*.

(7) ϩⲛ̀ ⲛ̀ⲛⲉⲥⲟⲩⲟⲟⲙⲉⲩⲉ: *in eius coenaculis*; quae quum in eminentiori aedium parte ſita eſſent, turrium altitudinem aemulari quodammodo videbantur. Thebaei proinde ad indicandam celſitudinem & maieſtatem aedificiorum magnae urbis Sionis, hoc vocabulum uſurparunt. Memphitica legit: ⲛϩⲣⲏⲓ ϩⲉⲛ ⲛⲉⲥⲡⲩⲣⲅⲟⲥ, *in turribus eius*.

(8) ⲡⲱϣ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲧⲁⲉⲓⲏⲩ ⲛ̀ⲧⲁⲥ: *diſtribuite*, (vel numerate) *glorioſa eius*; ubi ⲛ̀ⲛⲉⲧⲧⲁⲉⲓⲏⲩ eodem omnino ſenſu, de quo adnot. 3. iam diximus, uſurpatur. Memphitica: ⲛ̀ⲛⲏⲉⲧϩⲟⲣϣ ⲛ̀ⲧⲁⲥ: *turres eius*, ut in eadem ipſa adnot. obſervavimus.

Ex his ſatis, ni fallor, perſpicuum fit, diſcrimen, quod inter utramque Thebaicam, & Memphiticam pſalmorum verſionem intereſſe deprehenditur, non ab unius dialecti, ſed & ab ipſa lectionum varietate repeti oportere.

(*) Ne mireris, ſi Pſalmum exordimur a verſ. 2. Exemplum enim ſequimur tum graecae verſionis τῶν ό, tum etiam vulgatae, & copticae, ut eſt in Mſ. cod. Boniourii. Hae omnes ab eodem 2. verſ. huius pſalmi exordium ſimiliter ducunt. At in his ordo numeri 1. & 2. verſiculi nihil habet inſoliti, quia 1. verſiculum numerant a *titulo* pſalmi, qui verbis hiſce conceptus legitur: 1. *Pſal. cantici filiis* (vel *filiorum* iuxta lectionem Boniourianam) *Core*, *ſecunda Sabbati*. Mox v. 2. *Magnus Dominus &c.* Contra in Thebaico noſtro pſalmo ſeries numerorum 1. & 2. quaſi inſolens, & male poſita videtur, quia in *fragmento*, quum *titulus* ad ſynaxim cantandus non eſſet, conſulto praetermiſſus eſt, adeoque & 1. verſiculus ſimul cum eo e membranae ſpatio ſubtractus apparet. Sed neceſſario ſubintelligi debet, ne a norma aliarum verſionum Thebaica noſtra diſcedat.

ⲛⲁ//

Digitized by Google

ⲡⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲧⲉ ⲡⲣⲟⲥ ϩⲉⲃⲣⲉⲟⲥ

Ⲁⲩⲧⲁⲙⲓⲟ ⲅⲁⲣ ⲛ̀ⲧⲉ//
ⲥⲕⲩⲛⲏ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ.
ⲧⲁⲓ ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲧⲗⲩⲭ//
ⲛⲓⲁ ⲛ̀ϩⲏⲧ́ⲥ. ⲙ́ⲛ
ⲧⲉⲧⲣⲁⲡⲉⲍⲁ ⲙ́ⲛ
ⲧⲉⲡⲣⲟⲑⲉⲥⲓⲥ ⲛ̀ⲛⲟ//
ⲉⲓⲕ. ⲧⲁⲓ ⲉϣⲁⲩ//
ⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟⲥ ϫⲉ
ⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ. (2) ⲙ̀ⲛ
ⲛⲥⲁⲡⲙⲉϩ ⲥⲛⲁⲩ
ⲇⲉ ⲛ́ⲕⲁⲧⲁⲡⲉⲧⲁⲥ//
ⲙⲁ. ⲧⲉⲥⲕⲩⲛⲏ
ⲧⲉ ⲉϣⲁⲩⲙⲟⲩⲧⲉ
ⲉⲣⲟⲥ ϫⲉ ⲛⲉⲧⲟⲩⲁ//
ⲁⲃ. ⲛ̀ⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ.
ⲉⲣⲉ ⲧϣⲟⲩⲣⲏ ⲛ̀//
ⲛⲟⲩⲃ ⲛ̀ϩⲏⲧ́ⲥ
ⲙ̀ⲛ ⲧⲕⲓⲃⲱⲇⲟⲥ. (3)
ⲛ̀ⲧⲇⲓⲁⲑⲏⲕⲏ..
ⲉⲧϭⲟⲟⲗⲉ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲃ
ⲛⲥⲁⲥ [ⲥⲁ ⲛⲓ] ⲙ. ⲧⲁⲓ
ⲉⲧⲉⲣⲉ [ⲥⲕⲉⲩⲟⲥ]
ⲛ̀ⲛⲟⲩ [ⲃ . . . . :]
ⲉⲣⲉ ⲡⲙⲁ [ⲛⲛⲁ ⲛ̀//]
ϩⲏⲧ́ϥ. (4) ⲁⲩⲱ
ⲛ̀ϭⲉⲣⲱⲃ ⲛ̀ⲁⲁⲣⲱⲛ
ⲛ́ⲧⲁϥϯⲟⲩⲱ.
ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲡⲗⲁⲝ ⲛ̀//
ⲧⲇⲓⲁⲑⲏⲕⲏ.
ⲛ́ⲧⲡⲉ (5) ⲇⲉ ⲙ̀ⲙⲟ̀ⲥ//
ϩⲉⲛ ⲭⲉⲣⲟⲩⲃⲓⲛ (6)
ⲛⲉⲟⲟⲩⲛⲉ. ⲉⲩⲉⲣ//
ϩⲁⲓⲃ́ⲥ ⲉⲡⲓⲉⲗⲁⲥ//
ⲧⲏⲣⲓⲟⲛ. ⲛⲁⲓ
ⲉⲧⲉⲛⲥⲕⲏⲛⲁⲛ
ⲁⲛ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲧⲉⲛⲟⲩ
ⲉⲧⲣⲉⲛⲧⲁⲩⲟⲟⲩ
ⲟⲩⲁ. ⲟⲩⲁ. (7) ⲛⲁⲓ
ⲇⲉ ⲉⲩⲧⲁⲙⲓⲏⲩ
ⲉⲛⲧⲉⲓϩⲉ. ϣⲁⲣⲉ
ⲛⲉⲟⲩⲏⲏⲃ ⲙⲉⲛ
ⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲛ̀//
ⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲛⲓⲙ ⲉ//
ⲧϣⲟⲣⲡ ⲛ̀ⲥⲕⲩ//
ⲛⲏ ⲉⲩϫⲱⲕ ⲉ//
ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲉⲩϣⲙ̀//
ϣⲉ. ⲡⲁⲣⲭⲓⲉ//
ⲣⲉⲩⲥ. ⲇⲉ ⲙ̀ⲙⲁ//

ⲧⲓ

ⲧⲉ ⲛⲧϣⲁϥⲃⲱⲕ
[ ⲛ̀ⲥⲕⲩⲛⲏ ] ⲧⲙⲉϩ
[ ⲥⲛ̀ⲧⲉ ] ⲛⲟⲩⲥⲟⲛ
[ ⲛ̄ⲧⲉⲣⲟⲙ̀ⲡ ] ⲉ : ⲛⲟⲩ=
[ . - - ] ⲛ̀ⲥⲛⲟϥ ⲁⲛ
[ - ! : ] (8) ⲉϣⲁϥⲧⲁ=
[ⲟⲩ] ⲟϥⲉϩⲣⲁⲓ ϩⲁⲣⲟϥ
ⲁⲩⲱ ϩⲁ ⲙ̀ⲙⲛ̀ⲧ=
ⲁⲧⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲡ=
ⲗⲁⲟⲥ. ⲉⲣⲉ ⲡⲉ=
ⲡⲛ̄ⲁ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ
ⲟⲩⲱⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲉ=
ⲡⲁⲓ ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉ
ⲧⲉϩⲓⲏ ⲛ̀ⲛⲉ=
ⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲟⲩⲱ=
ⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ. ⲉ=
ⲧⲉⲓⲟⲩⲛ ⲧⲉⲧ=
ϣⲟⲣⲡ ⲉⲛⲥⲕⲩ=
ⲛⲏ ⲧⲁϫⲣⲟ.
ⲧⲁⲓ ⲉⲧⲟ ⲙ̀ⲡⲁ=
ⲣⲁⲃⲟⲗⲏ (9) ⲉⲡⲉⲓ=
ⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲧⲉⲛⲟⲩ.
ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ ⲉⲧⲟⲩ=
ⲧⲁⲗⲟ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲛ̀=
ϩⲉⲛⲇⲱⲣⲟⲛ.
ⲙⲛ ϩⲉⲛⲑⲩⲥⲓⲁ :
ⲉⲙⲛ̀ϭⲟⲙ ⲙ̀ⲙⲟ=
ⲟⲩ. ⲕⲁⲧⲁ ⲥⲩ=
ⲛⲉⲓⲇⲩⲥⲓⲥ ⲉ=
ϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ=
ⲡⲉⲧϣⲙϣⲉ-
ⲙⲟⲛⲟⲛ ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉϫⲛ ϩⲉⲛϭⲓⲛⲟⲩ=
ⲱⲙ ⲙⲛ̀ ϩⲉⲛ
ϭⲓⲛⲥⲱ. ⲙⲛ̀
ϩⲉⲛ ⲃⲁⲡⲧⲓⲥⲙⲁ
ⲉⲩϣⲟⲃⲉ. ⲛ̀ⲇⲓ=
ⲕⲁⲓⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲥⲁ=
ⲣⲝ ⲉⲩⲕⲏ ⲉϩⲣⲁⲓ
ϣⲁ ⲡⲉⲟⲩⲟⲉⲓϣ
ⲛ̀ⲧⲁϩⲟⲟⲩ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ.

## *VERSIO*

Apoſtolus in Ep. ad hebr. cap. IX.

*v.* 2. *Factum enim eſt tabernaculum primum. In hoc erat Candelabrum, menſa, & propoſitio panum. Hoc vocatur SANCTA.* 3. *Poſt ſecundum autem velamentum, tabernaculum eſt, quod vocatur: SANCTA SANCTORUM.* 4. *Erat in ipſo thuribulum aureum, & arca teſtamenti circumtecta auro ex omni parte. In ea erant vas*

*aureum habens mannam , & virga Aaron quae germinaverat , & tabulae teſtamenti . 5. Caelum vero eius Cherubim gloriae erant obumbrantes propitiatorium . Haec nos poſuimus , ne in praeſentiarum ſingula adamuſſim expromamus . 6. His ita compoſitis , ſacerdotes quidem ingrediebantur omni tempore in tabernaculum primum , expleturi miniſterium ſuum . Summus vero ſacerdos ſolus ingrediebatur in tabernaculum ſecundum ſemel in anno , non ſine ſanguine , quem offerebat pro ſe , & pro ignorantiis populi . 8. Spiritu ſancto ſignificante hoc , quod nondum via ſanctorum manifeſtata fuerat , habente primo tabernaculo firmitatem . 9. Quae eſt parabola temporis praeſentis ſecundum quam offeruntur dona , & ſacrificia , quae ſecundum conſcientiam non poſſunt perficere miniſtrantes : ſolummodo in cibis & in potibus . 10. in variis baptiſmatibus , iuſtificationibus carnis eis impoſitis uſque ad tempus correctionis praeſentium .*

## *ADNOTATIONES*

In Pericopen epiſtolae ad hebraeos .

(1) Antiquiſſimum id eſt Thebaicae eccleſiae teſtimonium de magno Apoſtolo Paulo auctore divinae huius epiſtolae ad hebraeos inſcriptae .

(2) ⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ , *Sancta* in numero plurium verterunt Thebaei graecam vocem ἅγια v. 2. c. IX. Memphitae ⲫⲏⲉⲑⲟⲩⲁⲃ , *ſanctum* , ut vertit Wilkins .

(3) ⲧⲕⲓⲃⲱⲇⲟⲥ pro ⲧⲕⲓⲃⲱⲧⲟⲥ , *arca* : Memphitica . ϯⲕⲩⲃⲱⲧⲟⲥ .

(4) Elementa e margine exteriori laceratae membranae abſciſſa , ſupplere curavimus . Sed in l. 23. poſt ⲛ̀ⲛⲟⲩⲃ apta ad locum futura in mentem mihi non venit .

(5) ⲛ̀ⲧⲡⲉ ⲇⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲥ , *caelum vero eius* ( arcae ) , metaphorica Thebaeorum locutio eſt ad ſupernum ipſius arcae tegumentum indicandum : idemque valet ac graecum : ὑπεράνω , *ſurſum* , aut *ſupra* . Memphitica habet , ⲥⲁⲛϣⲱⲓ ⲇⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : *ſupra illam autem* .

(6) ϧⲉⲛ ϫⲉⲣⲟⲩⲃⲓⲛ , pro ϫⲉⲣⲩⲃⲓⲙ , ita , ut eſt , teſte Wetthen. in cod. D. Cantabrig. *a prima manu* ( forſan graeco-aegyptiaca , ) exarato .

(7) ⲛⲁⲓ ⲉⲧⲛⲥⲕⲏ ⲛⲁⲛ ⲁⲛ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲧⲉⲗⲓⲟⲛ ⲉⲧⲛ ⲣⲉⲛⲧⲁⲩⲟⲟⲩ ⲟⲩⲁ. ⲟⲩⲁ: *Quae nos poſuimus , ne ſingula in prae-*

*praeſentiarum adamuſſim expromamus*. Sic nos Thebaica verti poſſe credidimus. Ceterum Memphitica ſunt: ⲛⲁⲓ ⲉ̀ⲧⲉⲛⲁ ϯⲛⲟⲩ ⲁⲛ ⲛⲉ ⲉ̀ϣⲁϫⲓ ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ ⲕⲁⲧⲁ ⲙⲉⲣⲟⲥ, Wilkinſ. interprete, *quae non narrabimus nunc etiam ſecundum partes*: Graece: περὶ ὧν οὐκ ἔςι νῦν λέγειν κατὰ μέρος: vulgata noſtra: *de quibus non eſt modo dicendum per ſingula*.

(8) Quid heic ſupplerem mihi divinari non licuit.

(9) ⲡⲁⲣⲁⲃⲟⲗⲏ: ſic & in graeco, & in vulgata noſtra latin. *parabola*. In Memphitica: ⲑⲏⲉⲧⲧⲉⲛⲑⲱⲛⲧ, Wilkinſio: *exemplar*, Lacrozio in Lex. *parabola* Hebr. IX. 9.

(38) ⲛ̀ϭⲓ ⲃⲏⲥⲁⲙⲱⲛ ⲡⲉⲧϩⲓϫⲉ̀ⲙ ⲡⲉϣⲧⲉⲕⲟ *Beſamon praefectus* (ſive cuſtos) *carceris*. Nomen itud *Beſamon*, Aegyptiorum more a Diis regionis deſumptum, ex nuncupatione gemini numinis, quorum alterum ab antiquioribus Antinoitis ante Hadriani Caeſaris tempora cultum, *Beſa* dicebatur, alterum a Thebarum, ſive magnae Dioſpolis civibus adoratum, *Amon* ſeu *Ammon* erat, compoſitum eſt. Quod vero *Beſae* nomen *Amoni* praepoſitum vir iſte geſſerit, indicio fortaſſe eſt, eum fuiſſe natum in urbe Antinoe: unde & illud coniicere quis facile poſſit, ibi quoque *Beſamonem* fuiſſe praepoſitum urbanis illis *carceribus*, quibus ipſe incluſum cuſtodiebat ſanctum Chriſti confeſſorem *Paneſniv*. ⲡⲉⲧϩⲓϫⲉ̀ⲙ ⲡⲉϣⲧⲉⲕⲟ, κατὰ γράμμα idem ſonat ac *Is qui eſt ſuper carceres*, earum nimirum *praefectus*, ſive *cuſtos*, ut idem ipſe Abbas Mingarellius eaſdem omnino voces ⲡⲉⲧϩⲓϫⲉ̀ⲙ ⲡⲉϣⲧⲉⲕⲟ in Fragm. IV. Naniano p. XC. *carceris cuſtodem* ex act. Apoſtol. XVI. 33. rectiſſime vertit.

(39) ⲧⲁϫⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲗⲟⲙ ⲛ̀ⲧⲟⲟⲧ'ϥ ⲙ̀ⲡⲁⲣⲣⲟ ⲛⲁⲧⲙⲟⲩ ⲡⲉⲭ︦ⲥ︦: *& accipiam coronam ab immortali Rege meo Chriſto*. Vide hinc quam ingenti, ac flagranti deſiderio patiendi pro Chriſto incenſus eſſet animus S. Diaconi *Paneſniv*, qui per ipſius vitam, Paſſionem, & mortem martyrii coronam ab eo ſibi dari tam ardentibus votis exoptabat.



Digitized by Google

(40) ⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟⲓ ( l. ⲉⲣⲟⲉⲓ ) ⲛⲁⲉⲓⲟϯ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ. ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉϩⲙⲟⲧ ϣⲱⲡⲉ : *Benedicite mihi Patres mei ſancti , ut gratia fiat* . Una ſanctitatis opinio , quae iam de admirabili Diacono *Paneſniv* in Thebaide invaluerat , adducere potuit *Beſamonem* cuſtodem carceris ad morbi ſui medelam ab eo tanta cum fiducia , & ſpe futuri eventus , poſtulandam . At vir Sanctus , etſi ex Michaelis Archangeli oraculo certo ſciret , ſe a Deo fuiſſe *ſanationum chariſmate* inſignitum , adeo tamen demiſſe , & abiecte de ſe ſentiebat , ut , ubi primum divini muneris diſtribuendi occaſio oblata ei eſt , preces ſanctorum confeſſorum *Papnutii* , *Stilbonis* , aliorumque ſecum in carcere verſantium ad ſanationis gratiam obtinendam enixe implorarit . Idque fecit , ritu eius ſimili , quo tanquam *Diaconus* in miniſterio Altaris uti conſueverat , quotieſcumque *benedictionem* a ſacerdote poſtulaturus erat ſolemni illa verborum formula : ἐυλόγησον δέσποτα , *benedic Domine* ; quae frequentiſſime tum in *Graeco Euchologio* Goarii , tum vero etiam in Graeca S. Marci , & Coptica Liturgia apud Renaudot. & in Romana Aegyptiaci Miſſalis editione occurrit .

(41) En locus , unde excerpſimus *orationis Dominicae* exemplum iam inter Liturgica fragmenta in *ſuperiori volumine* collocatum . Vide ibi ad pag. 413. & ſeqq. , quae de ea ad rem noſtram diximus ; & inde notas , quas heic omittimus , accipe . Ceterum vir ſanctus non aliam orandi formulam curationi *Beſamonis* praemiſit , quam quae inter fideles & in eccleſia , & domi communis erat , manifeſta , quotidiana , & ab auctore Chriſto Apoſtolis praeſcripta . Unde illud eſt Auguſtini enar. in pſ. 142. n. 6. Ipſis ( Apoſtolis ) *data eſt regula poſtulandi a Iuriſperito caeleſti* : *ſic orate* , *inquit* . Hac enim ipſa in *ſeptima petitione* , ut pluribus in locis ab eodem Auguſtino traditur , *liberatio a malo* etiam *corporis* poſtulatur , ne inde miſer homo inferatur in tentationem . At ille *Beſamon* , ni me omnia indicia fallunt , vir

erat

erat ex eorum fidelium numero, qui Chriſtianam religionem tum temporis occulte profitebantur.

(42) ⲁϥⲧⲱϩⲥ ⲙ̀ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲃⲏⲥⲁⲙⲱⲛ ⲛ̀ⲛⲉϩ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲱⲧ ⲙⲛ̀ ⲡϣⲏⲣⲉ ⲙⲛ̀ ⲡⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ: *Unxit corpus Beſamonis oleo, dicens: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*. Morem ungendi oleo infirmos Aegyptiorum maiores priſcis eccleſiae ſeculis ex diſciplina Apoſtolorum, de quibus dicitur Marci VI. v. 13. καὶ ἤλειφον ἐλαίῳ πολλοὺς ἀῤῥώστους, καὶ ἐθεράπευον: *Et ungebant oleo multos aegrotos, & ſanabant*, didicerunt. Nam & Iudaei ſimilis unctionis ritu aegros ſuos liniebant in ſpem ſolaminis, quod a Deo exſpectabant. Quapropter Eccleſiaſticus c. XXXVIII. laudat equidem v. 8. Medici, ſive Μυρεψοῦ *unguentarii* mixturam ad morbi medelam; ſed v. 9. ſanationem a Deo precibus impetrandam, exſpectandamque monet. Cetera, quae ad Invocationem SS. Trinitatis cum pia coeremonia unctionis coniunctam, ſpectant, tene ex his, quae ſupra ad pagg. 80. & 81. in acta S. Coluthi M. obſervavimus. Hinc enim perſpicuum fit, divinae huius invocationis formulam iam inde a priſcis eccleſiae temporibus in ſalutaribus hiſce aegrorum unctionibus fuiſſe uſurpatam.

(43) ⲁϥⲥⲱⲣⲙ̀ ⲡⲥⲟⲓ̈ⲧ ⲙ̀ⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ϩⲛ̀ ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲧⲏⲣⲥ̀: *Fama viri ſancti per totam urbem manavit*. Ita nos quidem vertimus. Nec ego dubito, quin & verba Thebaei ſcriptoris hanc prorſus interpretationem exposcant. Sed ⲡⲥⲱⲓ̈ⲧ memphiticum, adeoque & ⲡⲥⲟⲓ̈ⲧ thebaicum, apud Lacrozium in Lex. ex epiſt. S. Pauli ad Coloſſenſ. II. v. 15. *ignominia* exponitur. At ibi Lacrozius non vim vocis ⲥⲱⲓ̈ⲧ expoſuit, & ideo graecum verbum ἐδειγμάτισεν ab Apoſtolo adhibitum reticuit, ſed ex *effectu*, quem ⲥⲱⲓ̈ⲧ parit, *ignominiam* interpretatus eſt. Quum enim Apoſtolus eo loci ad declarandam Chriſti victoriam de diabolo, deque ceteris infernis hoſtibus in cruce reportatam, exemplum

plum ſumpſerit a ſolemni more triumphantium, quo de Victis captivis, eorumque ſpoliis publicum ſpectaculum in pompa dari conſueverat, indeque *ignominia* in hoſtes triumphatos neceſſario manabat, non potuit certe non infamiae, dedecoris, & erubeſcentiae vim, quae in immenſas infernalium principatuum cohortes, ex tam illuſtri crucis trophaeo derivaverat, veluti ex conſequenti repraeſentare. At ſpectaculum triumphalis pompae, quatenus ante omnium oculos verſatur, tota eſt ſubortae ignominiae & origo & cauſſa. Per ſe igitur hoc Aegyptium vocabulum ⲥⲱⲓϫ *id unum quod evulgatur in publicum* primario ſignificat: ut ſi in *bonum ſit*, *bona fama*, *ſi in malum*, *mala dicatur*.. Hinc Wilkinſius memphitica iſthaec: ⲉⲁϥϯ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲥⲱⲓϫ vertit: *dans ſpectaculum in publico*. Vulgata vero noſtra: *traduxit confidenter*. *Sed pro verbo* traduxit *in graeco eſt*, (ait Eſtius in hunc locum,) ἐδειγμάτισε *oſtentavit*. *Apud Auguſtinum vero paſſim legitur*, *exemplavit*, *voce*, *parum latina*, *ſed qua graecae vocis ſignificatum propius exprimatur*. Poſt plura ſic doctiſſimus Eſtius concludit. *Igitur noſtrae verſionis ſenſus eſt*; *& principatus*, *ſeu poteſtates adverſarias*, *hoc eſt*, *daemones*, *exutos ac ſpoliatos imperio quod habebant in homines . . . . palam oſtentavit*, *omnibuſque ſpectandos exhibuit in triumpho*, *quem de iis egit*, *victoria per ſemetipſum ſuiſque viribus ac ſanguine parta . . . . Schema ſermonis Apoſtolici ſumptum a Victoribus*, *qui praecipuos ac potentiores captivos in triumpho cum oſtentatione*, *ducere ſolent*. Nec deſunt eruditi viri qui innixi S. Greg. Nazianzeni, & Evagrii teſtimoniis, δειγματίζειν & παραδειγματίζειν idem eſſe velint apud Apoſtolum Paulum ac θριαμβεύειν. In hoc vero fragmento noſtro res non eſt de ſpectaculo captivorum in triumphum ad eorum ignominiam ductis, ſed de prodigio ſanationis a S. Diacono Paneſniv divinitus perpetrato, & in civium omnium notitiam repente deducto. Quum enim Beſamon & ſui ipſius ſanati corporis conſpectu, & oris praedicatione miraculi eventum evulgaſſet, fama ſtatim de gratia ſanationum, qua *S. Paneſniv* a Deo donatus fuerat, per

per totam urbem tam ſubito, ac tanta cum animorum commotione excitata eſt, ut quotquot domi haberent aegrotos variis morborum generibus affectos, eos ad *S. Paneſniv* in carcerem ſanandos adducere certatim curarint. Heic igitur Thebaicum ⲥⲟⲓⲧ aliud nihil *ſignificare poteſt*, quam publicam praeclaramque famam in vulgus diffuſam de mirabili ſanationum munere, quo S. Confeſſor *Paneſniv* a Deo fuerat inſignitus.

(44) Ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲡⲃⲟⲏⲑⲟⲥ ⲡⲕⲱⲙⲏ ⲛ̀ⲧⲁⲛⲏⲥⲓⲟⲥ ⲡⲣⲙ̀ⲙⲕⲃⲁϩⲉ̀ⲥ: (a) *Iulius vero adiutor vici Taneſii civis Kbabejenſis*. Is erat, credo, officialis ita, in notitia Imp. Orientalis, dictus *adiutor Comitis* (fortaſſe *commentarienſis*) ſub *Duce Thebaldis*. Plures tamen eo nomine nuncupatos, qui *adiutorum* munere ſecundum civitatum, & oppidorum ſive vicorum numerum fungerentur, in Thebaide fuiſſe exiſtimo. Ducangius in Gloſſar. epiſtolam lau-

(a) ⲡⲃⲟⲏⲑⲟⲥ ⲡⲕⲱⲙⲏ ⲛ̀ⲧⲁⲛⲏϭⲓⲟⲥ. Quaſi ſcilicet *πκομη* vox eſſet a graeco, *κωμη*, deducta, eam interpretatus ſum, *vicum*: *Iulius adiutor vici Taneſii*. Sed, neſcio quo arcano dei incitamento, quum nudius tertius in mentem mihi veniſſet martyrium S. Iſaac Dephrenſis, cuius mentionem in Grammatica ſua Epiſcopum Tukium feciſſe memineram, uti ſeſe mihi oblata occaſio eſt, rogavi Eminentiſſimum meum Cardinalem Borgiam, num forte in Muſeo ſuo aliquid de S. huius Martyris actis ſervaret. At ille, pro ſumma ſua erga me benignitate, codicem mihi ſtatim miſit, in quo acta plura MM. Memphitica dialecto ſcripta reperi; & ea inter cetera, quae ad Iulii noſtri laudes, ob egregiam multifariamque operam SS. athletis Chriſti navatam, ſpectabant, non ſine admiratione, vidi. In his vero *Iulius* noſter pag. 129., & alibi ⲡⲓⲕⲱⲙⲏ ⲛ̀ⲧⲁⲣⲏϭⲓⲟⲥ, *comes Tareſii*, ſive *Tariſii* dicitur. Sed ⲧⲁⲣⲏⲥⲓⲟⲥ perperam ſcriptum videtur pro Ⲧⲁⲛⲏⲥⲓⲟⲥ, iuxta exemplum noſtrum Thebaicum; quod certo ob maiores, elegantioreſque characterum formas Memphitico anteponendum eſt. Quid porro, aut cuiuſmodi ſit officium, quo Iulius ⲃⲟⲏⲑⲟⲥ ⲡⲕⲱⲙⲏ dicitur, res eſt, non ita, ut quis forte putare poſſit, facilis explicatu. Si tamen meam mihi ſententiam heic expromere liceat, hoc officio ſignificari crederem, *adiutorem comitis commentarienſis*. At quae de Iulio dicenda ſuperſunt, infra habebis.

Digitized by Google

laudat 287. ex lib. 2. Nili Monachi inſcriptam *Tralano ἀδιώτορι*. At noſter ⲡⲃⲟⲏⲑⲟⲥ graeco-thebaico nomine *adlutorem* appellat. Sed de hoc munere, aeque ac de multiplici *comitum* genere, praeter Gothofred. in Cod. Theodos. vide eumdem Ducang. in Gloſ. Med. Latin.

*Taniſius* vero, ſive *Taneſius* confundi non debet cum *Thenneſo*, de quo Caſſianus collat. xI. cap. 1. haec ſcribit: *Igitur ad oppidum Aegypti, cui Thenneſus nomen eſt, emenſa navigatione pervenimus. Cuius accolae ita vel mari vel ſtagnis ſalſis undique circumluuntur, ut ſolis, quia terra deeſt, negotiationibus deditl, opes atque ſubſtantiam navali commercio parent, ita ut aedificiis cum voluerint extruendis terra non ſuppetat, niſi de longinquo navigiis apportetur*. In quem locum Cl. Benedictinus Alardus Gazaeus, *De Thenneſo oppido*, ait, *nihil neque apud Plinium, neque apud Ptolomaeum reperio; nec miror, cum illa duo millia inſignium oppidorum, hic mille* 800. *Aegypto tribuant; quorum pauca admodum illuſtriora nominatim commemorant*. Hoc ſcilicet *Thenneſus* oppidum *poſitum* erat ad littora maritima inter ſtagna, & paludes extremas inferioris Aegypti, quo primum navigio appulit Caſſianus. *Taneſius* vero ſive *Taniſius*, de quo acta noſtra loquuntur, in elatiori Thebaide ſuperioris Aegypti ſitus fuiſſe videtur, non procul admodum a Thebis, vel aliis eiuſdem regionis finitimis locis. De quo tamen nec ego quicquam certi quod referam, invenio.

Idem tibi, dixero de *Kbbaes*, cuius civis, aut etiam, ſi mavis, incola, ut haec eadem acta ferunt, erat, Iulius *Teneſil* adiutor. Nam, nec ſi *Kbbaes*, aut civitas, aut *vicus*, aut pagus eſſet, ſciri poteſt. Antiqua enim monumenta, poſt ſchiſmatis, haereſum, & Mahumetanorum invaſionem, miſerando fato, in Aegypto perierunt.

(45) ⲁⲓϭⲱⲧⲙ̀ ( corrige heic erratum typographi, & lege ) ⲁⲓⲥⲱⲧⲙ̀ ⲇⲉⲉⲧⲃⲏⲏⲧⲕ̀ ϫⲉ ⲡⲉϩⲙⲟⲧ ⲙ̀ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ϣⲟⲟⲡ ⲛ̀ⲙⲙⲁⲕ: *Audio de te quod gratia Chriſti ſit tecum*. Duplex gratiae genus a Theologis principio tra-

traditur. Alterum, quod eſt: *gratia gratum faciens*; & ſeriem omnem gratiarum, quae ad hominem ſanctum Deo placentem, eique gratum efficiendum pertinent, complectitur; alterum, quod *gratia* dicitur *gratis data*, & a Deo confertur homini in aliorum beneficium & utilitatem. De utroque gratiae genere intelligi debet hoc dictum Iulii ad *S. Paneſniv*; ſed primo veluti aſpectu Iulius viſus eſt indicaſſe gratiam exteriorem, eamque *gratis datam*, qua ad ſanandos aegrotos, ut exempla, & fama publica teſtabantur, a Deo gratuita, & libera largitione donatus credebatur; ſed hanc Iulius, ut ſignum & indicium ſpectabat interioris gratiae, qua ſanctum Diaconum, & Confeſſorem *Paneſniv*, tamquam hominem Deo ſummopere carum, & acceptum habebat. Haec vero & alia, quae Iulius in familiari colloquio cum viro Dei explicuit, propria ſunt hominis, qui Chriſtianam religionem profiteretur.

(46) ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲛⲟϭ ⲛ̀ϯⲧⲕⲁⲥ ⲉⲧⲟⲩⲱⲙ ⲛ̀ⲥⲱϥ: *ob magnam mordaciſſimi doloris acerbitatem*; ad litteram diceres; *ob magnum dolorem eum comedentem*, vel *devorantem*. Sed ⲉⲧⲟⲩⲱⲙ ab ⲟⲩⲱⲙ, aut ⲟⲩⲉⲙ ſumptum, *translate accipitur* pro *acuto*, *mordaci*, *lancinanti*, *conſumentique dolore* patientem afficere. Vide de figuratae Aegyptiacae vocis huius uſu Lacroz. in lexico. Ac ſane omnium fere gentium, & linguarum ſcriptores, Medici praeſertim, ut Hippocrates, Galenus, aliique ſimili prorſus *tropo* ad huiuſmodi humani animi, corporiſque affectiones ſignificandas frequenter uti conſueverunt. Ab exemplis heic recitandis abſtineo, ne moleſtiam nimis quam par eſt, Lectori creem.

(47) ⲡⲉ̀ϩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ: ⲁϥϫⲓ ⲛ̀ⲟⲩ-
ⲧϣⲏⲙ ⲙ̀ⲙⲉϩ. ⲁϥϣⲗⲏⲗ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲱϥ ⲉϥϫⲱ
ⲙ̀ⲙⲟⲥ. Ⲡⲁϭⲟⲓⲥ ⲓ̅ⲥ̅ ⲡⲉ ⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲙⲟⲛⲟⲅⲉⲛⲏⲥ ⲙ̀ⲡⲁ-
ⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲅⲁⲣ ⲁⲕϫⲟⲟⲥ: ϩⲛ̀ ⲧⲁⲡⲣⲟ ⲙ̀ⲡⲉⲕ-
ϩⲙ̀ϩⲁⲗ ⲓⲁⲕⲱⲃⲟⲥ ⲡⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ. ϫⲉ ⲡⲉⲧϣⲱⲛⲓ-
ⲛⲉ ⲛ̀ϩⲏⲧⲧⲏⲩⲧⲛ ϣⲁⲣⲟⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲛⲉⲡⲣⲉⲥⲃⲩ-

ⲧⲉⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ. ⲛ̀ⲥⲉϣⲗⲏⲗ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲱ-ⲟⲩ ⲉⲁⲩⲧⲁϩⲥ̀ϥ : *S. Abbas Paneſniv ſumpſit paullulum Olei, & ſuper eum orans dixit : Domine mi Chriſte Ieſu unigenite Patris, Tu enim ex ore tuo dixiſti ſervo tuo Iacobo Apoſtolo*, ( cap.V. epiſtolae eius catholicae vv.14.15.) *Infirmi in vobis advocent Presbyteros eccleſiae, & orent ſuper eos ungentes eum &c.*

Hanc Apoſtoli Iacobi ſententiam librarii culpa turbatam ſuſpicor. Nam a voce ⲛⲉⲧϣⲱⲛⲉ ad ⲉϫⲱⲟⲩ uſque ſeries *nominum*, & *verborum* formam exhibet *numeri pluralis*, quem poſtea in ⲉⲩⲧⲁϩ̀ⲥϥ, & ſequentibus repente, & inconcinne mutat in *ſingularem*. Itaque ſic eam reſtituendam putarem. Ac *primum* quidem illud ⲛⲉⲧϣⲱⲛⲉ, quod heic librarius noſter poſuit, in *Prototypo* ſcriptum fuiſſe coniicio: ⲛ̀ⲛⲉⲧϣⲱⲛⲉ, *ſi infirmus ſit*. Nam in memphitica quoque verſione legitur: ⲓⲥϫⲉ ⲟⲩⲟⲛ ⲟⲩⲁⲓ ϣⲱⲛⲓ. (ϣⲱⲛⲓ enim apud Wilkinſium, typorum erratum eſt, ) *ſi quiſquam* (vel ut idem Wilk. habet, *ſi quidam infirmus ſit inter vos*. Alioquin recte etiam cum graeco textu: ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν; cumque vulgata noſtra reddideris: *infirmatur quis in vobis*? Suſpicio praeterea eſt, ne poſt, ⲛⲉⲧϣⲱⲛⲉ, eiuſdem amanuenſis incuria, deſit pronomen, ⲛⲓⲙ, *quis*. Quod ſi addideris, integra oratio erit: *ſi Infirmus quis ſit*.

Rurſus in cod. v.14. ⲙⲁⲣⲟⲩⲙⲟⲩⲧⲉ, & ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫ-ⲱⲟⲩ, vitio amanuenſis tam male poſita, & ita cum ⲛⲉⲧϣⲱⲛⲉ coniuncta ſunt, ut utraque, contra fidem graeci textus, & omnium verſionum, in numero plurium eſſe deprehendantur. Lege igitur ⲙⲁⲣⲉϥⲙⲟⲩⲧⲉ, & ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲱϥ. Eius ſimilis error irrepſit in ἐπ' αὐτὸν cod. 26. Colbert. ſec. XI., qui apud Wetſten. legit ἐπ' αὐτοὺς.

In verſ. 15. Thebaeus noſter legit: ⲁⲩⲱ ⲡⲉϣⲗⲏⲗ ⲙⲛ ϯⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲛⲁⲧⲟⲩϫⲟ ⲙ̀ⲡⲉⲧϣⲱⲛⲉ: *& oratio cum fide* (vel *& fides*) *ſanabit* (aut *ſalvabit*) *infirmum*: Memph. vero:

ⲟⲩⲛ

ⲟⲩⲟϩ ⲉⲣⲉⲡⲧⲱⲃϩ ⲛ̀ⲧⲉⲫⲏⲉⲑⲛⲁϩϯ ⲉϥⲉⲛⲟϩⲉⲙ ⲙ̀ⲫⲏⲉⲧⲙⲟⲕϩ: ideſt, interprete Wilkins, *& oratio fidelis ( ſive credentis ) ſervabit afflictum*: Graec. καὶ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν Κάμνοντα: *& oratio fidei*, iuxta vulgatam, *ſalvabit infirmum*. Κάμνοντα enim non ſimpliciter afflictum, ſed *laborantem*, *patientem*, νοσοῦντα, *aegrotantem*, & *eum*, *qui* ἐν ταῖς νόσοις *in morbis eſt*, graecus peraeque ſignificare voluit. Unde & *Etymologic.* κάμνειν idem eſſe dicit ac ἀσθενῶ.

(*)

# EXCURSUS

*In conſectaria, quae ex recitata ſententia S. Martyris Paneſniv deducta divinam* ἀυθεντίαν *epiſtolae S. Iacobi Apoſtoli, & traditionem de Sacramento extremae unctionis priſcis eccl. ſeculis ante Diocletianeam perſecutionem in Thebaide propagatam praeclare demonſtrant.*

Grammaticis tricis in Iacobeae epiſtolae textu, uti in Fragmento noſtro ferebantur, iam expeditis, vide tu modo quanti pulcherrimum hoc Sancti *Paneſniv* teſtimonium fieri debeat ad orthodoxam eccleſiae catholicae fidem confirmandam, primum quidem de S. Iacobo Apoſtolo genuino iſtius epiſtolae, quae illius nomine inſcribitur, auctore, tum de divina ipſius ἀυθεντίᾳ & auctoritate, tum denique de *extremae unctionis ſacramento* a Chriſto Domino inſtituto.

I. Duo ante IV. Eccleſiae ſeculum commemorantur Patres Clemens Alexandr., & Origenes, qui epiſtolam S. Iacobi Apoſtoli laudarint. At num germana ſint Clementis commentaria in epiſtolas canonicas, inter quas ea quae S. Iacobi dicitur, numeratur, gravis ſuboritur dubitandi ratio. Unus eſt *Origenes*, qui ei divinae auctoritatis vim tribuat hom. XIII. in Geneſim. Huiuſque rei notitiam Beauſobrius ipſe, & Lenfantius proteſtantium ſcriptores, Origenem accepiſſe putant a Palaeſtinis. Quum enim Apoſtolus

lus Iacobus tamquam Hieroſolymitanae Eccleſiae Epiſcopus ad chriſtianos ex Iudaiſmo converſos, perque Palaeſtinam omnem diſperſos eam epiſtolam ſcripſerit: ibique uti divinitus inſpirata in ſacrorum librorum canonem ſub initium ſeculi II. recepta fuerit, ea in Palaeſtina praeſertim, quemadmodum Beauſobrius ipſe & Lenfantius Praef. in gallicam illius verſionem coniiciunt, perſpecta erat, & in in ſacris conventibus lecta. At, cur non in tota Aegypto, atque Thebaide eodem ipſo Origenis aevo peraequae cognita & culta fuerit? Certe quidem S. Diaconus *Paneſniu*, qui tam praeclarum teſtimonium de hac S. Iacobi epiſtola in perſecutione Diocletiani ſub Culciano Praeſide dedit, quicquid dignitatis, & laudis ei adſcribit, non eodem die, ſed multo ante, praecedenti ſcilicet ſeculo III., quo ipſe Origenes vixit, ab eccleſiis, quae in Thebaide, & Aegypto erant, acceperat. Nam & ab iis Magnus *Athanaſius*, & *Iſidorus* Paluſiota divinam illius auctoritatem didicerant. Propagata deinde per orientis omnis, & occidentis eccleſias an. 365. vel 367. in Laodicena ſynodo, & Romae a Pont. Max. S. Innoc. I. in epiſt. ad Exuper., & mox a Carthag. concilio an. 418. in cenſum canonicorum librorum relata eſt. Nam & Synodus Milevitana an. 416. eam adverſus Pelagianos adtulerat: & poſt S.Hilarii Pictav.Epiſcopi exemplum Ambroſius, Philaſtrius, Hieronymus, Auguſtinus, ceterique Patres vel ante ipſum Innocentianum canonem, unanimi conſenſione uti divinam agnorant.

Unus Euſebius eſt, qui lib. 2. H. E. cap. 23. poſtquam de epiſtola S. Iacobi ſcripſerat, *eius, eſſe dicitur, quae prima eſt epiſtolarum canonicarum*, continuo ſubdit: ἰϛέον δ'ὲ ὡς νοθέυεται μὲν: *ſciendum eſt eam quidem eſſe ſpuriam*. Valeſius in haec graeca verba, mitiori alioquin ſenſu, ab ſe translata mox obſervat, & ait: *Hunc locum Rufinus, & Chriſtophorſonus ita verterunt, quaſi haec quorumdam eſſet opinio. Sed nunc re attentius perpenſa, aliter ſentimus, Euſebium, ſcilicet abſolute* hanc Iacobi epiſtolam *ſpuriam pronunciare*. *Hieronymus* de Iacobo: *unam, inquit, epiſtolam ſcripſit, quae & ipſa*

*Ipſa ab alio quodam ſub nomine eius edita aſſeritur , licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem* . Verum ad cap. XXV. l. III. idem Valeſius animadvertit , Euſebium *ſeipſum emendaſſe in cap.*3 1. eiuſdem Lib. , ubi libros νόθους *adulterinos* , *& apocryphos* ab ἀντιλεγομένοις , *ambiguis* , qui proxime accedant ad genuinos , & Canonicos , perſpicue diſtinxit ; adeoque epiſtolam S. Iacobi ad ordinem ἀντιλεγομένων, qui ſcilicet *ſecundus* eſt inter *primum* , ubi libri ſunt ſine ulla controverſia *canonici* , & inter *tertium* , ubi libri cenſentur proculdubio *ſpurii* . Atque ex his tandem colligit , Euſebium cap. illo 23. lib. II. *adulterinam* appellaſſe per ἀκυρολογίαν , impropria admodum , & *abuſiva* loquendi *ratione* . Quo praeterea tempore Euſebius ſuum illum ſecundum & tertium librum Hiſt. Eccl. ſcripſit, nondum iter in Thebaidem & Aegyptum inſtituerat . Nam ſi poſt id temporis ſcripſiſſet , nullus dubito , quin eadem prorſus , quae S. Diaconus *Paneſniv* in laudem huius epiſtolae dixit , ex ore illorum chriſtianorum populorum totidem fere verbis ſibi inſinuari facile audiviſſet . Idem dicito de S. Hieronymo , qui quae diſſitae orientis , & Aegypti eccleſiae de hac ipſa epiſtola ſentiebant , parum fortaſſe ſibi cognita habuit . Nam qui diu poſt Laodicenam ſynodum , in qua an. circiter 367. ep. S. Iacobi inter canonicos libros adnumerata eſt , floruit , nullam de hoc Laodicenorum PP. decreto mentionem fecit ; quod omiſſionis genus nemo certe in Euſebio , qui annis ante Laodicenum concilium pluribus iam obierat , mirari poterit . Haec ego eo uno conſilio ductus referre ſtudui , ut quid novae lucis ad fidem huius Iacobeae epiſtolae ex antiquiſſima Thebaicae eccleſiae traditione oriatur , iſtius noſtri fragmenti ope indicarem .

Quod enim ad rem ipſam ſpectat , totum hoc dogma tam multis , ac omnibus cognitis Romanorum Pontificum , & Generalium conciliorum decretis firmatum eſt , ut nemo , niſi errando , de eo dubitare audeat . Id *Proteſtantes* ipſi quamvis Romanae communionis noſtrae hoſtes infenſiſſimi , diſerte fatentur . En verba *Beauſobrii* , & *Lenfantii* : *De-*

*Depuis ce tems-là on n' a plus douté nulle part de l' Autorité de l' Epitre de S. Iacques .... Les Centuriateurs de Magdebourg crurent auſſi avoir des raiſons de la rejetter ; mais ces raiſons examinées , on ne les trouvera d' aucun poids . Auſſi eſt-elle reçue à préſent de tout le Chriſtianiſme* . Quin & Vetſthenius ipſe ſemel & iterum in animadverſionibus ſuis , tum huic , tum & epiſtolae S. Petri ſubiectis, diſerte teſtatur, Apoſtolorum Principem *multa* ex ſacro illo Iacobi textu in ſuam tranſtuliſſe epiſtolam .

De divina vero iſtius epiſtolae inſpiratione tam apertum , & explicatum eſt S. Confeſſoris *Paneſniv* teſtimonium, ut nullius prorſus alieni ſermonis expoſitione, opeque indigeat. Mire enim per ſe nitet, ſplendetque. Audi verba: *Domine mi Ieſu Chriſte Unigenite Patris , Tu ex ore tuo dixiſti ſervo tuo Iacobo Apoſtolo* . Quid his clarius, ut oſtendat ea, quae in epiſtola ſua ſcribit *Apoſtolus* , ex ore eſſe & ſpiritu ipſius Chriſti dictata ? Qui enim unam epiſtolae partem Chriſto dictanti tribuit , non poteſt non totam etiam epiſtolam divino ipſius inſtinctu , afflatuque ſcriptam agnoſcere , atque teſtari .

II. Pone haec : & ſtatim intelliges , quantam vim habeant ad fidem de Sacramento olei infirmorum ſtabiliendam Iacobi Apoſtoli verba a S. Diacono *Paneſniv recitata* . Si enim , quod primum ad veri Sacramenti dignitatem requiritur , inſtitutio eſt a Chriſto Domino facta , haec tam aperte in oratione *S. Paneſniv* exprimitur , ut nihil eo apertius deſiderari poſſit . Sic enim loquitur: *Domine mi I. C. Tu dixiſti ſervo tuo Iacobo Apoſtolo : Infirmatur quis in vobis ? advocet Presbyteros eccleſiae* . Si miniſtri deinde ſunt deſtinandi , hos eſſe *Presbyteros eccleſiae* , quos Chriſtus eodem oraculo deſignavit , nitide vir ſanctus effato illo teſtatur : *Tu dixiſti* . 3. Si *materiam* Sacramenti poſtulas , hanc eſſe *unctionem olei* a ſacerdotibus adhibendam ex ore ipſius Chriſti praeſcriptam , audis ex confeſſione beati Diaconi . 4. Si formam quaeris , oratio eſt cum unctione olei coniuncta : ϩ̀ⲙ ⲡⲣⲁⲛ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ , *in nomine Domini* . Si denique *promiſſionem gratiae* Sacramenti propriam

priam exſpectas, hanc tenes in verbis illis Divini oraculi: *Et Dominus alleviabit eum, & ſi peccata fecerit, dimittentur ei.* Haec omnia ad Chriſtum ipſum tamquam ad auctorem inſtitutoremque principem refert *S. Paneſniv*. Idque ille certe facit, non ex ingenio ſuo, neque ex privata quadam, & arbitraria mentis ſuae interpretatione, ſed ex publica traditione, & doctrina, quam a maioribus ſuis uti Diaconus in ſinu Thebaicae eccleſiae acceperat.

*Ritus adminiſtrandi infirmis ſacrum oleum S. M. Paneſniv aevo ex traditione Patrum.*

Nihil tamen de ſolemni caeremoniarum apparatu, quo haec divina olei unctio tum temporis a Presbyteris miniſtrabatur infirmis, tibi dicit S. Diaconus, quia nondum iſtius Sacramenti ritus in eccleſiaſticis tabulis deſcribi caeperant. Id factum eſt ſero poſt Diocletianeae perſecutionis finem, & pacem Eccleſiae reſtitutam, IV. circiter vertente, ſeculo, quum liturgicis libris libera luce uti conceſſum eſt, in graecis primum, deinde in Aegyptiis eccleſiis. Ante id temporis ritum omnem, qui totus in ſimpliciſſimis precibus tum praeeuntibus, tum comitantibus, tum etiam ſacram unctionem ſubſequentibus, conſiſteret, uſu receptum, & Patrum traditione propagarum fuiſſe arbitror. Nec mihi perſuadere poſſum *tribus* illis prioribus, eccleſiae ſeculis, eam, quae deinceps in Graecis, Aegyptiiſque ritualibus praeſcripta eſt, conſuetudinem apud Thebaeos, alioſque chriſtianos Cophtorum populos, fuiſſe aliquando inductam, ut ad ungendos infirmos ſeptenarius, ſin minus ſenarius, quinariuſve, vel ſaltem ternarius Presbyterorum numerus convocaretur. Qui enim fieri potuit, ut in Aegypto praeſertim atque Thebaide, ob ſacerdotum inopiam, huiuſmodi diſciplina illis maxime remotiſſimis temporibus obſervaretur? Pleriſque enim pagis vix ſingulis ſinguli Presbyteri praeeſſe poterant. Hinc ego credo, unum tantum Presbyterum,

rum, ante adoptatos Graecorum ritus, ad adminiſtrandum *εὐχέλαιον* infirmorum fuiſſe in Aegypto adhibitum; quemadmodum modo fit in Eccleſia Romana, ad exemplum, ut puto, illius priſtinae, omniumque antiquiſſimae traditionis, quae ante publicam coeremoniarum inſtitutionem in eccleſia vigebat.

*De ritu, quo Aegypti, Orientis, & Occidentis omnis Epiſcopi ſacrum Chriſma, & oleum ſive catechumenorum, ſive infirmorum conſecrare, & benedicere conſueverunt Feria v. maioris hebdomadae.*

Quod vero Thebaei poſt obitum *S. Paneſniv* ſacri huius olei ritus a Graecis ſec. circiter vertente IV., receperint, eoſque eccleſiaſticis tabulis inſcribere coeperint, ex fragment. II. Liturg. ſuperioris voluminis; ubi pag. 354. diaconici noſtri reliquias dedimus, haud temere nobis colligere licet. Ibi enim ſub ordine S. Baptiſmatis duo inter cetera indicantur rituum genera, quorum alterum eſt de *μύρῳ*, de ſacro ſcilicet *chriſmate* conſecrando, alterum de *olei unctione*. Inde ea verba tu noſti: *περὶ τοῦ ἁγίου μυρου*: *Pro ſancto unguento*: *περὶ τῆς ἀλείψεως τοῦ ἁγίου ἐλαίου*, *pro unctione ſancti olei*.

Uterque profecto ritus iam inde a priſcis chriſtiani nominis ſeculis adhibebatur pro ſolemni adminiſtratione Baptiſmi, Fer. v. in Coena Domini, iam imminente ſabbato ſalutaris Paſchatis, in occidentis orientiſque eccleſiis. Atque is certe dies ſacris hiſce conſecrationum myſteriis ſtatutus fuiſſe videtur; etſi *nulla primum*, ut ait Martene, *ſtata fixaque dies* fortaſſis eſſet. Idem tamen ipſe eſt vir doctiſſimus, qui l. IV. c. XXII. §. III. *de benedictione olei infirmorum*, *cathecumenorum*, & *ſacri chriſmatis*, hanc ipſam triplicem benedictionem, *inter varios Coenae Dominicae ritus primarium locum ſibi vindicare debere affirmat*. *Eius inſtitutionem*, mox ſubdit, *ad ipſum fidei catholicae initium revocare videtur Montanus Toletan. epiſcopus* (qui floruit circa an. 531.) *in epiſtola ad Theoribium*. Haec ille de occidenta-

Digitized by Google

talium Eccleſiarum inſtitutione. De orientalium vero ſententia, quae propius ad Aegyptios & Thebaeos pertinere poſſit, haec addit. *Certe S. Baſilius in lib. de Spiritu S. c. 27. inter alios ritus, quos ex Apoſtolica traditione accepit eccleſia, benedicimus, inquit, aquam baptiſmi, & oleum unctionis, immo etiam qui baptiſmum accipit, benedicimus. Ex quibus ſcriptis? Nonne a tacita ſecretaque traditione? Ipſam vero* τȣ̃ ἐλαίȣ τὴν χρῖσιν *olei unctionem, quis ſermo ſcripto proditus docuit?*

Aio heic Baſilium SS. non abſolute excludere omne omnino *ſcriptorum* genus, quod vel ab antiquioribus Patribus, vel a ſemetipſo de liturgicis ritibus eſſet litteris commendatum ad privatum ſacerdotum uſum, & commodum in eccleſiis. Sed ſcripta haec fuiſſe puto apud epiſcopos & Presbyteros diligentiſſime cuſtodita, ne in publicum ob arcani diſciplinam paſſim evulgarentur: atque id maxime perſecutionum tempore, quo certe ſummopere metuendum erat, ne divina religionis noſtrae arcana gentilium deriſioni, & contemptui exponerentur. In hoc enim diſcrimine poterant epiſcopi ſua haec privata ſcripta e medio tollere, ſi neceſſitas urgeret, & abolere, ſine ullo religionis, & fidelium diſpendio; quippe qui in memoriae promptuariis haberent quaecumque & recitanda, & agenda eſſent in ſacra myſteriorum celebratione. Quod quidem iis facere non licebat de ſcripturae ſacrae, & divinorum evangeliorum libris, quibus ſacrilegi perſecutores bellum internecinum indixerant. Et reapſe, ſi quando accidit, ut ſaeviente praeſertim Diocletiani inſectatione, ſatellites, ſic iubente tyranno, accederent ad epiſcoporum domos ſcrutaturi, numquid ſacrorum librorum in aedium latebris abſcondiſſent, ii quidem nonnunquam divinos ſcripturarum, & evangeliorum codices, nullos vero rituales libros, inveniſſe commemorantur.

Sed, ut ad Baſilium, a quo paulliſper diſceſſi, redeam, ubi iam recitatos Diaconici noſtri indices de *ſacro unguento*, & de *unctione olei* cum verbis S. Doctoris ex c. 27. de *Spiritu S.* comparo, eo me adduci ſentio, ut credam, utriuſque benedictionis ritus, uti in Diaconico Thebaico referuntur,

 tur,

tur, ex liturgico aliquo Magni Baſilii codice, qui ad S. Baptiſmatis officium pertineret, fuiſſe deſumptos. Nam & duo alii tituli, qui in eodem Diaconico: *pro Catbecumenis*, & *pro Neopbitis* inſcribuntur, ad eumdem ipſum Baptiſmi ritum proculdubio ſpectant. Ac ſane quid eo facilius, quam ut Aegyptii, atque Thebaei,qui liturgiam Euchariſtici ſacrificii a S.Baſilii ſcriptis ſe accepiſſe teſtantur, iidem etiam ab eo acceperint S. Baptiſmi officium una cum ritu *conſecrationis unguenti*, & *benedictionis olei*? Nam in Diaconico noſtro duo veluti enunciantur coeremoniarum exempla, alterum, cuius titulus periit, alterum, quod *Canonarium Byzantinum* dicitur, ubi de *divina Miſſa*, quemadmodum Byzantii celebrari conſueverat, agitur. Haec tu vide in cit.ſuper. volum. p.368. At quae ad ordinem Baptiſmi, & Chriſmatis, oleique benedictionem pertinent, non ex Byzantino, ſed aliunde, atque, ni me coniectura fallit, ex S. Baſilii exemplo, educta fortaſſe ſunt. Quamquam & illud admodum credibile ſit, eumdem ritum praeteritis quoque temporibus, viguiſſe in tota Dioeceſi Alexandrini Patriarchatus; licet non ex ſcripto, ſed ex ſimplici traditione Patrum, nutu ipſo approbata Magni Athanaſii, qui in Romana eccleſia eamdem chriſmatis, & olei benedicendi formam ſervari viderat. Heic tamen facere non poſſum, quin vehementer doleam iacturam totius liturgiae, quae, uti ritus benedictionis *Chriſmatis*, & *olei* complectebatur, ita & memoratis *Diaconici codicis* indicibus neceſſario prorſus reſpondere debebat.

Iam vero ſi quae Martene ſcribit de triplici, & *olei infirmorum*, & *Chriſmatis*, & *olei Catbecumenorum* benedictione in Coena Domini facta, ad ritus occidentalium eccleſiarum referantur, non dubito, quin ea a noſtris habita fuerint tamquam inſtituta ex Apoſtolica traditione ad nos, ut aiebat S.Baſilius, derivata. Sed ſi de ritibus Graecorum & Orientalium eccleſiarum intelligantur, aliquid eſt, in quo utrarumque eccleſiarum diſciplina variare videtur. Agens Praeſtantiſſimus ſcriptor Iacobus Goarius in Not. ad Eucholog. Graecor. pag. mihi 436. de oratione olei infirmorum a Presbyteris recitan-

tanda, haec habet: *Cum ſacerdotalis miniſterii ſit aegrotos oleo ſacro linire, uſu conſentiente factum eſt, ut non a graecis Pontificibus, ſed a ſacerdotibus conſecratum, & quoties urget neceſſitas renovatum, & recens benedictum huic ſacramento conferendo proferatur. Non diffitendum tamen primigeniae poteſtatis eius ſacri olei conficiendi ſignum exhibere Pontifices graecos; cum FERIA QUINTA MAGNA ſolemni precum, & ritus apparatu ſemel illud in anno ſanctificant. At cum in caerimoniali omnium adſtantium unctione eodem tempore conſumatur.... (in peccatorum expiationem).... facultatem illud conſecrandi, privato cuiuſcumque Parocho Pontifices taciti ex antiquo more videntur remittere*. De hoc ipſo uſu p. 335. col. 1. dixerat: *eadem mente*, poenitentiae ſcilicet & devotionis cauſſa, *unumquemque* (Graecorum) *oleo ſancto ab epiſcopis benedicto ſeſe in eccleſia orientali ungendum offerre feria quinta, in Coena Domini, unctionemque huiuſmodi ut peccatorum antidotum, & ſanctitatis largitionem, ſacrae communioni praeviam de manu epiſcoporum ſuſcipere*. Cetera apud eumdem Goarium ibi vide. Sed de ritu iſto num admodum antiquus ſit, & ubique, ac ſemper in orientali eccleſia eccleſia ſervatus, magnopere dubito. Id certe probandi onus Orientalibus ipſis Goarius relinquit.

Vereor ego quidem, ne ii oleum cathecumenorum cum oleo infirmorum in unius eiuſdemque feriae quintae ritu confuderint. Nam neque in Euchologio Graeco Goarii, neque in eo, quod editum eſt Romae anno 1754. quicquam de εὐχελαίῳ infirmorum commemorari inveni. In Aegyptiaco typis ſimiliter Romae impreſſo pag. ⲥⲡⲋ. 286. *ordo* traditur *conſecrandi ſanctum* ⲙⲩⲣⲟⲛ *unguentum* (ideſt Chriſma) *die quinta Paſchatis*, nempe *feria quinta maioris hebdomadae*; & p. ⲧⲗⲋ. 336. poſt *Chriſmatis conſecrationem diſtinctus ordo*, ⲕⲁⲧⲁⲥⲧⲁⲥⲓⲥ, Arab. ترتعيب, dictus ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲛ ⲁⲅⲁⲗⲗⲓⲉⲗⲉⲟⲛ (corrupte pro 'Αγαλλιέλαιον, oleum ⲛ̀ⲑⲉⲗⲏⲗ *exultationis & laetitiae*;) Sed de *oleo infirmorum*

 nulla

nulla ſit ſeparata mentio. Immo, ne forte cum iſto ⲁⲅⲁⲗⲗⲓⲉⲗⲉⲟⲛ confunderetur, in titulo utrique conſecrationi praepoſito ad pag. 286. . inſerta eſt uncis incluſa ſecundi olei interpretatio: ⲁⲅⲁⲗⲗⲓⲉⲗⲉⲟⲛ ( ⲉⲧⲉ ⲡⲓⲛⲉϩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲕⲁⲧⲏⲭⲟⲩⲙⲉⲛⲟⲥ , ) *ideſt oleum cathecumenorum*.

Arcudius eſt qui lib. V. de extr. unct. cap. IV. ritum hunc benedicendi oleum Infirmor. fer. V. in *Coena Domini* tribuit Graecis epiſcopis. Qua de cauſſa? Audi. *Ego*, inquit, *quantum coniectura ex praeſenti ſtatu Orientalis eccleſiae aſſequi poſſum, exiſtimo antiquitus Epiſcopos, eoſque ſolos benedixiſſe oleum, quod vocatur extremae unctionis.... Hoc oleum.... diſtribuebatur Presbyteris, & per totum annum aſſervabatur. Quamprimum autem data eſt facultas Presbyteris, poſſe illud conficere, deſiit aſſervari. Nihilominus tamen epiſcopi quidam ex parte iure ſuo retinentes morem antiquum, etiam num ſemel in anno feria quinta ſacratiſſimae hebdomadis benedicunt oleum infirmorum, & peracta benedictione circumſtantes inungunt. Dices, unde probabiliter colligis, talem uſum extitiſſe, atque ita factum eſſe? Reſpondeo*, a poſteriori; *quia videlicet videmus epiſcopos benedicere oleum, quod prorſus pertinet ad Infirmos. Tam enim in ipſa benedictione, quam in conſequentibus orationibus, & toto apparatu huius ſacramenti ſanitas corporis, & aegritudo indicatur, & exprimitur*. Ecquis vero eſt, qui ſi recitata Arcudii verba attente perpendat, non ſtatim intelligat, eum haec protuliſſe, non certa aliqua euchologiorum graecorum auctoritate, ſed ex meris nudiſque coniectationibus, ingenio ſuo, partim ex eo deductis, quod in quorumdam fortaſſe recentiorum ritualium librorum rubricis legiſſet, *oleum totum in unctione poenitentium feria illa quinta inſumi*, partim vero ex arbitraria interpretatione illarum precum, quas Arcudius non de benedictione olei cathecumenorum, ſicuti debebat, accepit; ſed, quia in his mentio fiebat de *aegritudine*, deque *ſanatione animi*, & *corporis*, eas retulit ad *oleum infirmorum*?

Verum quam fallax haec coniectura ſit, unus ipſe *copto-memphi-*

*phitkus ordo*,qui totus ſolius olei cathecumenorum benedictionem complectitur,aperte demonſtrat. Prima oratio ,quam *Diaconus* indicit , & *Archiepiſcopus* prolixe deinde recitat , tota eſt pro ⲛⲉⲧϣⲱⲛⲓ *infirmis* omnibus , Inter quos non tantum abſentes ſed & ſeipſum , ceteroſque praeſentes fideles tamquam *anima* , & *corpore* aegrotantes collocat . Series ſubinde ſequitur precum pro peregrinantibus , & navigantibus , pro aeris temperie & fructibus , pro Regibus, pro Patribus & Fratribus vita functis , pro oblatione ſacrificii , pro cathecumenis , pro pace totius eccleſiae , pro Papa , Patriarcha , & epiſcopis , pro Congregationibus , pro ſalute mundi , pro Principibus Chriſtum amantibus , pro recta gubernatione Eccleſiae . Poſt haec ingreditur ad aram Archiepiſcopus , inchoat Praefationem Miſſae, in qua iterum atque tertio inter cetera orat , ut hoc oleum ſit in *omnimodam unctionem ſalutis* , in *ſanationem* ; *medelam* , *pharmacum* , & *tutamen corporum* , *animarum* , & *ſpirituum* . Tandem poſt orationem Dominicam a Populo recitatam , *Pontifex* ſupplicans dicit : *Te deprecamur , Domine amator hominum , ut mittas ſpiritum Sanctum ſuper hoc oleum , & illud benedicas ſecundum multitudinem miſerationum tuarum . Da illi gratiam efficacis virtutis , quae ex supernis eſt* , ⲛ̀ⲧⲁⲕ ⲛ̀ⲣⲉϥⲧⲁⲗϭⲟ *a te ſanatore deſcendens , ut ſit omnibus nobis ſervis tuis fidelibus , & orthodoxis ex eo accipientibus in tutamentum animarum noſtrarum , noſtrorumque corporum , & ſpirituum , in gaudium , & exultationem cordium noſtrorum , & in gloriam , & honorem nominis ſancti tui .* Quam multa in hoc Coptorum officio de infirmis , de aegritudine , deque ſanatione animarum , & corporum non tanguntur ? Si haec audiſſet *Arcudius* , ea, uti ex ipſius ingenio colligere licet , ſtatim de benedictione olei infirmorum interpretatus fuiſſet ; & tamen , ni *Coptitae* mentiuntur , omnia ad ritum benedictionis olei catechumenorum unice ſpectant . Quidni igitur Arcudio accidere potuit, in benedictione olei ab Epiſcopis Graecis fer. v. maioris hebdomadae

facta

facta unum cum alio oleum confuderit ? Quid eo facilius ? (a) An, ut Rutheni, eodem ipſo Arcudio teſte, pro ſacro chriſmate oleum cathecumenorum errando acceperant, ſic ille oleum cathecumenorum pro oleo infirmorum, perperam coniiciendo, in ea graecorum Epiſcoporum benedictione accepit ? Rem in medio relinquam.

Ubi vero emendationem euchologiorum orientalium Arcudius proponit, cur ea, & loca, in quibus errant, ſingillatim non indicavit ? Nam ego ſuſpicor Arcudium ea maxime de cauſſa Graecorum euchologia heic improbaſſe, quod tamquam *ſacrilegum* abuſum, morem ungendi *oleo Infirmorum* ( ut ille putabat ) in Coena Domini, vel *poenitentes*, vel alios quoſque fideles *ſanos*, & nullo morbo affectos, condemnaret. Aliter tamen iudicandum cenſuit doctiſſimus *Goarius*, qui pag. 432. adnot. 3. hanc omnem unctionem ***non ſacramentalem, ſed mere caeremonialem*** eſſe egregie conſtituit. Num ſimilis unctionis conſuetudinem hodiedum retineant Aegyptii in ritu benedictionis olei cathecumenorum, nihil certi a me dici poteſt. Nam Euchologium Copticum nihil de hac *caeremoniali unctione praeſcriptum* habet.

Ad

(a) In hanc allucinationem & ea ambigua nomina: ἀγαλλιάσεως, & ἀγαλλίαμα, quae leguntur in oratione a *primo Presbytero* iuxta Goarium pag. 416. *in officio S. Olei* Infirmorum recitanda, *Arcudium* inducere potuerunt. Ibi enim ἔλαιον ἀγαλλιάσεως, & ἀγαλλίαμα καρδίας, *oleum exultationis, & gaudium cordis* appellatur. Sed vir ſpectatiſſimus obſervari debebat, nomina haec aut communia eſſe utrique oleo, aut magis propria olei cathecumenorum, quam infirmorum. Et ideo Aegyptii, ut iam vidimus, oleum cathecumenorum fer. v. in Coena Domini benedictum: ἔλαιον ἀγαλλιάσεως appellant.

De hoc oleo illuſtris Miſſionarius Gallus *Du Bernat* epiſtola ad P. Fleuriaum Cairo ſcripta an. 1711. tom. II. *Nouveaux Mémoires des Miſſions de la C. de I. dans le Levant*, haec narrat: *Le GALILAUM n'eſt pas d'un ſi grand prix*, ( ut μύρον, *chriſma*, ) *& ne demande pas tant de céremonies*; & paucis interiectis de illius uſu in Baptiſmatis ſacramento adminiſtrando ſcribere pergit: *Là* ( extra ianuam eccleſiae ) *l'évêque ou le Prêtre Miniſtre du Sacrement fait de longues prieres ſur le deux* ( Matrem & infantem, ) *commençant par la Mere. Enſuite il les introduit dans l'Egliſe, et fait ſur l'enfant ſix onctions d'une huile benite pour l'exorciſme. Ces premieres onctions ſont ſuivies de trente ſix autres avec du Galilaum ſur autant de différentes parties du corps*. Apertum hinc fit aliud nihil eſſe ἀγαλλιέλαιον, GALILAUM corrupte dictum, quam *oleum cathecumenorum*. Sed de ritu S. Baptiſmatis apud Aegyptios certiora tibi dabit Euch-olog. Copt. tom. II.

Digitized by Google

Ad fidem quod attinet divini huius extremae unctionis Sacramenti, ſat eſt catholicam de eo Tridentini Concilii definitionem, eiuſque ſacros canones ex ſeſſ. 14. decret. cap. 1. & ſeq. indicaſſe. Hanc univerſae latinorum, & graecorum, omniumque orientalium populorum eccleſiae, iam inde ab aevo Apoſtolorum ad hanc uſque diem, vel poſt orientis ipſius ſchiſmata, conſtanter, perpetuoque retinuerunt, & hodieque firmiſſime profitentur. Vide Renaudot. *Perpétuité de la foy de l' Egliſe, Liv.* V. *cap.* 1., ubi iure caſtigat alienae inprimis communionis, immo & quoſdam etiam ex noſtratibus imperitos ſcriptores, qui auſi ſunt huius ſublati ſacramenti dicam inſcribere graecis, aliiſque orientis chriſtiani nationibus.

*Graecorum, & Aegyptiorum ritus in adminiſtratione olei infirmorum.*

De *ritibus Graecorum* eumdem *Renaudotium* conſule cit. lib. c. 11., ubi quantum Goarii ingenio, doctrinae, eruditioni, & auctoritati tribuat, intelligere poteris.

Sacras quoque huius Sacramenti caeremonias, quas Copti adhibent, ex Rituali libro Patriarchae Gabrielis, idem ipſe Renaudot. ibidem deſcripſit. (a) Has & ego referam ex Euchologio Romae edito: & a Sac. Congr. de Orientalium librorum emendatione, cui tamquam, (infimi licet ſubſellii) conſultor aderam, approbato; ut ſi quid, levis certe, diſcriminis inter utraſque intercedat, percipi ab unoquoque poſſit.

COM-

(a) Ex hoc ipſo Renaudotii loco ritus Alexandrinae Eccleſiae in adminiſtratione Sacramenti olei infirmorum retulit Praeſtantiſſimus Abbas *Trombellius* Tom. II. de Extr. Unct. pag. 229. diſſ. VII. art. XIX. Indeque etiam colligit divinae huius unctionis uſum apud Aethiopicam, aliaſque orientales Eccleſias vigere.

## COMPENDIUM ORDINIS ALEXANDRINI

*Integrum ordinem e Coptica in Romanam linguam ab Ampliſſimo Cardinali Borgia, olim a Secretis Sac. Congr. de Prop. Fide tranſlatum, habes apud doctiſſimum Theologum Iohannem Chryſoſtomum Abbatem Trombellium* de extrema Unctione *tom.* II. *diſſert.* VII. *art.* VIII. *pag.* 187. *uſque ad* 206. *De eo enim, & aliis orientalium eccleſiarum officiis in hoc Sacramento adminiſtrando, idem ipſe Trombellius pag.* 185. *in monito ad Lectorem ita ſcribit*: Priorem hunc ordinem, (*qui eſt Alexandrinus*) & reliquos ſubſequentes (*Antiochenum nempe, quo etiam utuntur Syri, Graeci, & Melchitae, ac Neſtorianum, Armenum*;) recepi ab eruditiſſimo humaniſſimoque Praeſule Borgia, Sacr. Congreg. de Propaganda Fide a Secretis, qui ut comperit eos a me cupidiſſime exoptari, ſumma diligentia exſcriptos ad me miſit .... Monuit porro egregius Praeſul priorem hunc ordinem apud Aetyopes nativa in iis regionibus lingua donatum in uſu eſſe: quicquid ſecus ſcripſerint alii. *Hactenus praeclare quidem atque ſapienter. Sed ubi meus ille dulcis & immortalis memoriae amicus Trombellius ſcribere pergit*, fortaſſe eum ordinem eſſe, quem Epiſcopus obſervat feria V. ſanctioris hebdomadae, de quo quidem ritu haec tradit Arcudius: (*Concord. lib.* V. *cap.* 2. ſub finem; *quae & nos ſupra retulimus*) *vereor, ne nimium facile Arcudii coniecturis in hallucinationem ſe duci permiſerit. Nam, ut cetera omittam, quae a me in Arcudium obſervata ſunt, ritus Alexandrinus ab Eminentiſſimo noſtro Borgia Bononiam miſſus longe diverſus eſt ab eo, quo feria* V. *maioris hebdomadae apud Aegyptios conſecratur* Chriſma, & oleum, *non ut ponit Trombellius*, infirmorum, *ſed* cathecumenorum. *Ad rem hanc decernendam ſat eſt unum conſulere Euchologium copticum Romae editum. In eo enim tom.* 1. *p* ρλη. 138, *traditur ritus ſacri olei ad inungendos infirmos. Tomo vero*

*ro* II. *p.* ⲥⲡⲋ. 286. *ritus conſecrandi chriſmatis*, & *p.* ⲧⲗⲋ. 336. *conficiendi oleum cathecumenorum in feria* V. *maioris hebdomadae. Verum longe ampliora praeſtitit vis eccleſiaſticae eruditionis*, & *Theologicae doctrinae Cardinalis* BORGIA *in* DISSERTATIONE, quam de extremae unctionis Sacramento apud orientales *in titulos* V. *diſtributam inſcripſit* cl. doctiſſimoque viro D. I. Chr. Trombellio *congr. Rhen. Canonicor. Regular. SS. Salvatoris exgenerali. Hanc integram in publicam lucem Bononienſibus typis an.* 1777., *idem ipſe Abbas Trombellius protulit tom.* III. de extr. unct. *pag.* 92. & *ſeqq. Ex hac*, *perinde atque ex toto ritu Alexandrini officii*, *cuius paullo ante memini*, *tu ea accipe*, *quae in me deſunt*. *Id enim unum propoſitum mihi in animo eſt*, *ut*, *occaſione capta ex verbis S. Martyris Paneſniv quaſi interpretis Apoſtolici oraculi de* oleo infirmorum, *ſimplex*, *nudumque compendium illius ritus*, *quo in Aegrotis ungendis eccleſia Alexandrina utitur*, *tibi exhiberem*.

I. *Ordo* inſcribitur *olei ſancti*, idest ſeries orationum *olei infirmorum*, *quod* ab Aegyptiis *dicitur* ⲡⲓⲫⲁⲛⲟⲥ, *Lampas*: Arab. قنديل, ſed graecorum more, qui κανδήλαν apud Goar. pag. 565. col. 1. *lampadem*, non *candelam*, intelligunt. Presbyteri *ſeptem* congregati implent *oleo lampadem*, in qua ſunt *ellychnia* ſeptem non accenſa: *mais*, (habet heic Renaudotius, ) *il n' importe qu' il y en ait* (ſeptenario Presbyterorum numero) *plus ou moins*. Maior ex his ritum exorditur ab oratione *actionis gratiarum* ex liturgia S. Baſilii. Alia mox ſequuntur apud Renaud. diverſa ab iis, quae ſunt in euchologio noſtro. (a) In hoc enim pſalmus L. *Miſerere mei*

 *Deus*,

(a) In rubrica officio noſtro praepoſita nihil dicitur *de Lampade primum collocanda ante Imaginem SS. Deiparae Virginis Mariae*, uti in ea, quam memorat Renaudotius, praeſcribitur. Sed in orationibus omnino *quinque*, quas maior ſacerdos recitat proxime ante accenſionem primi ellychnii pro omnibus infirmis, maxime vero pro aegroto, ad ſalutem animae, & corporis ungendo recitat, eas omnes, & ſingulas ſolemni hac clauſula terminat: ϩⲓⲧⲉⲛ ⲛⲓⲡⲣⲉⲥⲃⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ ⲑⲙⲁⲩ ⲙ̀ⲡⲓⲟⲩϫⲁⲓ, *per interceſſiones Virginis Matris ſalutis*.

*Deus*, ab omnibus Presbyteris cantandus indicitur. *Maior* deinde orationes *ſeptem* pro infirmis, a diacono primum ſemel indictas recitat, & chorus, ſeu populus fere ſemper ad ſingularum finem ſucclamat, *Kyrie eleiſon*. Sic uſque ad accenſionem *primi ellychnii*. Quae itaque apud Renaud. traduntur *de epiſtola S. Pauli*, *de or. Dominica*, *de pſalmo* 31., & aliis quibuſdam, in Rituali noſtro deſiderantur. Poſtquam maior ille Presbyter primum *ellychnium* accendit, ſtatim litanias pro pace *ex alto*, pro ſanctificatione *domus*, (a) in qua fit olei benedictio, pro omnibus chriſtianis, pro olei benedictione, ac tandem pro ipſo *infirmo* recitat eiſque orationem adiungit: mox *invocationem* ſuper oleum ſecreto facit. Poſt hanc clara voce *doxologiam* in Triadis SS. laudem effert; & lectionem dicit ex ep. S. Iacobi a v. 10. cap. V. ad totum uſque 20. (b) His ad-

(a) Ⲡ. ⲣⲙⲑ. 149 ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲁⲥⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓ ⲡⲏⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲏ ⲉⲧϣⲟⲡ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ: ⲧⲟⲩ ⲕⲩⲣⲓⲟⲩ ⲇⲉⲏⲑⲱⲙⲉⲛ: ⲕⲩⲣⲓⲉ ⲉⲗⲉⲏⲥⲟⲛ. *Pro ſanctificatione huius domus, & habitantibus in ea: Rogemus Dominum: Kyrie eleiſon*. Hinc neceſſario colligitur non in una tantum eccleſia, ſed & *domi*, ubi iaceret aegrotus, hanc olei benedictionem apud Aegyptios a Sacerdotibus fieri conſueviſſe. Idque confirmat tamquam teſtis αὐτόπτης pag. 79. Du Bernat. *Memoires des Miſſions de la C. de I. dans le Levant. Si c'eſt un Evêque avec ſix Prêtres aſſiſtans, il lui appartient d'allumer ſept mêches, & de dire ſes ſept oraiſons*, (heic parum forteſſe accurate) *& les Prêtres liſent ſeulement les Leçons: c'eſt toujours la même cérémonie, ſoit qu'elle ſe faſſe à l'egliſe apres la confeſſion, ou au logis des malades*; poſtquam teſtatus iam fuerat eumdem ſimiliter ritum ſervari, ubi vel *unicus tantum Presbyter* ſit, qui ſancti olei Sacramentum infirmo adminiſtraret.

(b) Piguit me moleſtam inſtituere collationem inter hanc noſtram, & eam biblicam diviſionem, quam Euthalius diaconus, deinde Epiſcopus Sulcenſis in epiſtolas S. Pauli, aliaſque catholicas poſuit; praeſertim quum ego dubitem, num litterae numerales in Euchologio noſtro ſint ſemper veraces, & recte dipoſitae. Nam ecce heic cap. H 8. epiſtolae S. Iacobi numeratur; quod in nulla, credo, veterum enumeratione legitur.

Profecto graeca, & vulgata editio *quinque* tantum capita, *ſex* cod. Alexandrinus huic catholicae epiſtolae tribuit. Quare pro H. legendum puto ς. 6. uti in laudato cod. ſub initium cap. VI graeci textus aperte conſpicitur. Integra lectio in Euchologio noſtro incipit a v. 10. & definit in 20. Sicque idem habet exordium, quod habet lectio duplicis Vaticani Codicis 361. 363: εἰς ἔλαιον ἀρρώστου ἐπὶ τῶν ζ πρεσβυτέρων', & in urbinate · εἰς τὸ ἅγιον ἔλαιον; in *officio olei infirmorum*, quod a VII.

adtexitur Triſagion, & oratio *Evangelii*: indictio facta a diacono ad adſtantes pro ulteriori evangelii oratione, quam protinus recitat ipſe ſacerdos. Dicitur deinde pſalmus *Sextus*: *Miſerere mei Deus, quoniam infirmus ſum . . . Domine ne in furore tuo arguas me* . (a) Poſt hunc legitur Evang.S.Iohan.ex c.v. vulg. a 1. ad 18. uſque verſ. Sed in Aegyptiaco textu indicatur cap. *decimum*, ſecundum exemplar biblicae diviſionis eo tempore apud coptos receptum. (b) Sequuntur tres maiores



pre-

*a* VII. *Presbyteris adminiſtratur*; non deſinit tamen in 16., uti fit, teſte doctiſſimo Zaccagnio p. 491. ad Variantes lect. canonicar. epiſtolar. in duobus memoratis vaticanis codd., ſed in 20. verſ.

In indicandis vero lectionibus Apoſtoli Euchologium copticum ſequi videtur enumerationem capitum ſecundum ordinem codicis Alexandrini. Nam lectio, quam recitat Presbyter *ſecundus* depromta dicitur ex cap. IH. 18. ep. ad Rom. Is vero numerus eſt in uno iam laudato Cod. Alexandrino. Sic & lectio a *tertio* Presbytero recitanda eſt ex c. ιϛ. 16. ep. 1. ad Corinth. Non dubito quin & haec numeratio ſit ex eodem cod., ſed error eſt, ni egomet fallor, in nota numerali coptici textus ex incuria, aut allucinatione librarii, qui pro graeca figura numeri H alteram Iϛ, quaſi geminis columellis & ipſam conſtantem deſcripſit. Unde ex 8. cap., quod eſt in Cod. Alexand. fecit 16. *Quarta* lectio ex epiſt. ad Roman. & *quinta* ex epiſtola ad *Galatas* reſpondent revera graecis capp ιᾱ & Γ. eiuſdem Alexandr. cod. In *ſexta*, quae eſt ex epiſt. ad Coloſſ., numerus copticus dat Δ. 4. caput, at Graecus Codicis Alexandr. apud Millium Oxonianae edit. exhibet Θ. 9. Cuius eſſe poſſit error, euchologii ne, an vero Millianae enumerationis, ignoro. *Septima* in Millii edit. eſt ſub cap. H. 8. eiuſdem cod: in Euchologio ſub c. 6. v. 10. epiſtolae ad Epheſios. At ea mihi haeret in animo ſuſpicio, ne id acciderit eiuſdem coptici librarii vitio qui & heic numerum, H, confuderit cum ϛ, vel alia quavis de cauſſa arbitratu ſuo eum redigendum putarit ad normam graeci textus vulgati, qui indicatam lectionem exhibet ſub cap. ϛ. 6. Certe equidem mos eſt huius noſtri Euchologii frequentiſſimus, ut in deſignandis capitibus ſive Apoſtolicarum epiſtolarum, ſive Evangeliorum, unde lectiones huius officii recitandae traduntur, Alexandrini codicis diſtributionem ſequatur. Quod argumento eſt, hunc omnem ritum adminiſtrandi Sacramentum olei infirmorum fuiſſe primum Alexandriae ſcriptum, & inde veluti ex Patriarchali metropoli per univerſas Aegypti eccleſias propagatum.

(a) Erratum heic eſt vel typographi, vel amanuenſis vitio. Nam hi duo vv. 1. & 2 pſ. 6. inverſo ordine poſiti ſunt. ⲗⲉⲝⲓⲥ vox, quae verſiculo illi 2. in copt. Euchol. pag. ⲣⲗⲋ. 136. ſupernotata conſpicitur, indicat, credo, eos verſiculos, aut totum pſ. VI. non cantari, ſed legi debere. Hinc corrige & latinam verſionem apud Trombellium, ibi praeſertim, ubi pag. 190. ad num. XIV. Pſalmus copt. verſionis indicatur *octavus*, qui *ſextus* eſt, ut in vulg. noſtra.

(b) Biblica diviſio capitum, quam Aegyptii in indicandis Evangeliorum huius officii lectionibus ſequuntur, non leviter equidem me iterum vexat. Lectio, quae heic deſignatur in Euchologio noſtro ex Evangelio S. Iohannis hi-

preceſ. I. pro pace Eccleſiae . II. pro Papa (a) Archiepiſcopo,cete-

hiſtoriam revera exhibet · *Probaticae Piſcinae* , & Paralytici a Chriſto Domino mire ſanati . At haec in Elencho capitum , ſive titulorum celeberrimi codicis Alexandrini , praemiſſo divino illi Iohan. Evangelii exordio , non v. Graecae & vulgatae noſtrae , nec x. coptici Euchologii , ſed capiti VII. exacte reſpondet . Eumdem quoque VII. locum obtinet in indice plane ſimili capitulorum , quem eidem ipſi Ioh. Evangelio praemittit ſyriacus codex Angelicae Bibliothecae . De huius vero codicis aetate quid vir Cl.Georgius Adler olim ſenſerit , & ego hodieque ſentiam , iam ad eumdem ipſum amiciſſimis litteris expoſui .

(a) Nomen Pontificis Maximi , & Paſtoris catholicae Eccleſiae Principis, quod in Liturgicis epiſcoporum commemorationibus ab haereticis , & ſchiſmaticis fuerat iniuriao miſſum , tum heic , tum alibi in Euchologio Romae edito , ex Sac. Congr. Libr. Oriental. decreto reſtitutum eſt . Neque id ingratum accidere poteſt Aegyptiorum Monophyſitarum Patriarchae , qui uti ſe S. Marci Evangeliſtae ſucceſſorem eſſe gloriatur , ita & Romanum Pontificem S. Petri ſedem tenere fatetur , & ſolemni feſto quotannis eumdem Petrum tamquam omnium Apoſtolorum Principem cum ſuis omnibus Aegyptiis honorat . Vide Monitum *Copto-Arabicum* praemiſſum tom. I. eiuſdem Euchologii , eique adde egregiam diſſertationem *Emi Nicolai Cardinalis Antonelli : de commemoratione Rom. Pont. in publicis ſupplicationibus & ſacroſancto Miſſae ſacrificio* . Romae editum 1747.

De nomine *Papa* , eiuſque origine plura tradit *Abrahamus Ekkhellenſis*, quem Renaudot. ipſe laudat in Hiſt Patriarch. Alex. p. 27. aliique paſſim. Accedit hoc nomen ad vocem ⲠⲀⲠⲠⲀ qua pueri *Patrem* appellant apud Homer. Od. x. 12. Vide in eam Heſychium cum obſervationibus Ioh. Alberti, aliorumque interpretum . Multum debeo benevolentiae Romani Advocati , iuriconſulti doctiſſimi , deque Mſſ. *Ariſtophanis* codicibus , ob excellentem qua praeſtat , graecarum peritiam , optime meriti *Philippi Iavernitii* , qui mecum benigne communicare dignatus eſt diſſertationem egregii Philologi *Friderici Guillielmi Sturzii . De dialecto Alexandrina ratione ſimul habita verſionis Libror. vet. Teſtamenti graeci* , Lipſiae editam an. 1780. In ea , quae mihi multis nominibus commendatiſſima eſt, vir eruditiſſimus, *vocabulum ἄππα, quo utebantur Macedones iuniores in appellandis ſenioribus* , repetendum cenſet ex Chaldaico אבא , *Abba* . Sed videat humaniſſimus Auctor, an rectius dici poſſit exorta e propinquiori Aegyptiorum voce . ⲀⲠⲀⲤ , quae antiquum , vetuſtum , inveteratumque deſignat . Nam , ut video , alia plura nomina ab Aegyptiis in graecam dialectum ſuam Alexandrinam Macedones traduxerunt . Lacrozius certe nomen *Papae* Alexandrini ex ⲀⲠⲀⲤ derivatum in Coptico Lexico ſcribit. Adde enim τῷ ⲀⲠⲀⲤ articulum , Ⲡ , & habes continuo ⲠⲀⲠⲀⲤ , ut ⲀⲠⲠⲀⲤ habet verus lectio Heſychii , quam hodie eruditi reformatam volunt in ⲠⲀⲠⲠⲀ .

teriſque antiſtibus, III. Pro loci congregatione: eaſque quas indicente diacono, & Populo ſucclamante: *Kyrie eleiſon*, idem ipſe Presbyter recitat: poſtea *Symbolum* fidei: tandem pulcra, & prolixa oratione tota verſante in imploranda a Deo pro infirmo ſanatione corporis, & animae a morbo & a peccatis, primas ſui muneris partes *Maior* ſacerdos abſolvit.

II. Succedit Presbyter ſecundus, qui accenſo ſecundo lampadis ellychnio, poſtquam eodem ritu ac primus, oravit pro peregrinantibus, & navigantibus, legit epiſtolam S. Pauli ad Rom. ex cap. ΙΗ. 18. (in gr. & vulgata noſtra 15. a v. 1. ad 8.) deinde orationem evangelii, triſagium; ex pſalm. 101., Primum alterumve verſic. & Evangelium S. Lucae ex cap. ΞΔ. 64. copt. (a) (alias, 19. a v. 1. ad 11.) Quo lecto, caeremoniam ſuam & ipſe ſecundus ſacerdos claudit, orationem recitans pro infirmo ad eum liberandum a morbis corporis & animi.

III. Tertius, tertio ellychnio accenſo, auſpicatur a precibus *pro fructibus* terrae: recitat ſubinde epiſtolam S. Pauli Apoſtoli ad Corinthios primam ex cap. ΙϚ. 16. (alias, 12. gr. & vulgatae diviſionis, pergens a v. 28., & deſinens in priora verba verſ. 8. capitis 13.) Triſagium: pſalm. 37. *Domine ne in furore tuo arguas me*. Oratio evangelii: evangelium ipſum ſecundum Matth. ex cap. ΙΘ. 19. (b) (alias, 10. a v. 1. uſque ad totum 8.) Preces a diacono indictae, poſtremo oratio pro infirmo ad corporis quidem, ſed ad animi in primis ſalutem, & remiſſionem peccatorum, reſpondente populo ſolemne illud: *Kyrie eleiſon*.

IV. Quartus, poſt ſuccenſum *ellychnium* ſuum *exorditur* a precibus liturgicis pro *Regibus Deum amantibus*, a diacono indictis: legit deinde epiſtolam ad Rom. ex cap. ΙΒ. 11. (alias,

(a) Secundum cod. Alexandrinum, ubi cap. ΞΔ. 64. exhibet hiſtoriam *Zacchaei*, & accurate reſpondet XIX. Gr. & lat. vulg.

(b) Is eſt numerus ſap. ΙΘ. 19. in cod. Alexandr. de XII. Apoſtolis a Chriſto miſſis ad praedicandum Iſraelitis cum divina poteſtate eis tributa, eiiciendi daemonas, & ſanandi infirmos. Huic, ut iam monui, reſpondet cap. X. Gr. & Lat. edit.

( alias, 8. a v. 14. ad 22. uſque: ) Triſagium orationem Evangelii: pſalm. L. *Miſerere mei Deus* ... Evangel. *ſecundum Lucam* ex cap. ⲗⲁ. 34. (a) ( ſive 10. a v. 1. ad 12. ) Preces denique fiunt , ut ſupra a diacono indictae , quas ſacerdos abſolvit ultima oratione pro infirmo ⲛ. recitata.

V. Accenſo ad aliorum exemplum *ellychnio* quinto, precibus a diacono indictis *pro omnibus defunctis* , ſuas ipſe Sacerdos adiungit : legit poſt has epiſtolam Apoſtoli ad Galatas ex cap. ⲅ. 3. ( ſive editionis noſtrae cap. 2. a v. 16. ad v. 21.) Triſagium : orationum evangelii : *Pſalmum* 141. *Educ animam meam de carcere* , ſive *de cuſtodia* ... *Evangelium ſecundum Iohannem* ex cap. ⲗⲅ. 33. (b) ( ideſt ex cap. vulg. edit. 14. a v. 1. uſque ad 20. ) ac demum preces indictas a diacono , quas peculiari oratione pro infirmo ⲛ. Presbyter terminat , ut ſupra .

VI. Accenſo ex ordine *ellychnio* ſexto, aliorumque ritu ſervato VI ſacerdos preces pro S. Sacrificii oblatione facit : recitat epiſtolam S. Pauli ad coloſſ. ⲁ. 4. ( ex cap. ſcilicet III. vulg. a v. 12. uſque ad 18.) Triſagium, orationem *Evangelii* , *Pſalm*. 4. *Cum invocarem exaudivit me Deus iuſtitiae meae* , *Evangelium ſecundum Lucam* ex cap. ⲕⲁ. 21. (c) ( ideſt. edit. noſtrae VII. a v. 36. ad 50. uſque ), & cetera , inter quae *oratio* eſt *peculiaris pro infirmo* ⲛ. ut in ſuperioribus.

VII. Eamdem omnino rituum ſeriem *ſeptimus* Sacerdos tenet. Septimum ellychnium ab eo accenditur; preces liturgicae, praenunciante diacono , fiunt *pro Cathecumenis* : Lectio Apoſtoli eſt ex ep. ad Epheſios cap. ⲋ. 6. a v. 10. ad medium uſque verſ. 18. Triſagium : Oratio *Evangelii*. *Pſalm*, 24. *Vide humilitatem meam* , *&* *laborem meum* ... *Evangelium ſecundum Mat-*

(a) Sic in Cod. Alexandrino ; ubi capite 34. hiſtoria narratur de LXXII. diſcipulis miſſis a Chriſto ad praedicandum Iudaeis Regnum Dei iam proximum .

(b) Erratum eſt vel ſcribae , vel typothetae . Lege c. IE. 15. quod a v. 23. cap. 12. uſque ad v. 26. cap. 15. gr. & lat. edit. noſtrae , porrigitur : adeoque & indicatam in copt. Euchol. lectionem, quae incipit: *Non turbetur cor veſtrum*, ut eſt in ipſo initio cap. 14. , neceſſario comprehendit .

(c) Rectiſſime poſitum ſecundum numerationem Cod. Alex.

*Matthaeum* ex cap. ⲉ. 5. ( alias Graec. & vulg. cap. *6.* ) (a) preces a diacono indictae , & Sacerdotis oratio *pro infirmo*.

*Poſt haec Aegrotus ungendum ſe ſiſtit in conſpectu lampadis , eique circumſtant Presbyteri ſex , tres a dextris , tres a ſiniſtris . Sacerdos maior elevat evangelii codicem ſuper caput infirmi : reliqui ſex imponunt manus ſuper eum ; & maior dicit .*

ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲣⲉϥϣⲉⲛϩⲏⲧ . . . . . . *Dominus miſerator &c.* Haec oratio formulam exprimit *reconciliationis poenitentis* , *& abſolutionis generalis peccatorum* , quam cum impoſitione manus aliorum Presbyterorum coniunctam communi omnium nomine maior ſacerdos recitat .

Hac abſoluta omnes VII. ſacerdotes ungunt infirmum ; ſed ſeparatim . (b) Dum vero unuſquiſque eorum ſacram unctionem facit , haec verba pronunciat : Ⲫϯ Ⲫⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲁⲅⲁⲑⲟⲥ: ⲡⲓⲥⲏⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲥⲱⲙⲁ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲡⲛⲉⲩⲙⲁ &c. *Deus Pater bone , Medice corporum , & animarum , qui miſiſti unigenitum filium tuum Ieſum Chriſtum ad ſanandos omnes infirmos , & ad eos ſervandos a morte , ſana ſervum tuum* N. *a morbis corporis . . .* (c), *& da ei vitam rectam , ut glorificet magnitudinem tuam ; & gratias agat gratuito dono tuo , tuamque perficiat voluntatem , per Chriſti tui gratiam , & interceſſionem ſanctiſſimae Dei Genitricis , preceſque ſanctorum ; quoniam tu es fons ſalutis : ſurſumque mittimus gloriam , & honorem & Tibi , & Unigenito Filio tuo , & Spiritui Sancto , nunc &c.*

Ip-

(a) Haec lectio eſt quidem in c. *6.* Evang. ſecundum Matth. a v. 14. uſque ad 19. ſi ſpectes diviſionem capitum , quam tibi exhibent Graeca , & Latina vulgata noſtra editio . Sed in Cod. Alexandrino pertinet ad cap. ⲉ. , quod hinc ad 1. uſque verſiculum c.8. *tria* omnino capita vulgatae comprehendit . Initium enim VIII. noſtri eſt initium VI. Alexandrini Cod.

(b) Euchologium noſtrum in collocanda ad calcem totius officii *unctione , & recitatione orationis* , quae fiat *ab omnibus ſimul Presbyteris , vel ſaltem ſucceſſive eodem tamen temporis ſpatio* , convenit cum antiquis & editis , & recentioribus Graecorum ritualibus ; differt tamen ab eo , quem edidit Goarius . Nam is hunc ritum ab unoquoque Presbytero ſeorſim perficiendum indicat , ſtatim ac ſuam quiſque epiſtolam , ſuumque Evangelium , & orationes legerit . Vide Cl. Commentatorem p.437. not. 28.

(c) Deeſt heic ſcriptoris , vel typographi oſcitantia : ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲯⲩⲭⲏⲕⲟⲛ , vel ⲛ̀ⲡⲛⲉⲩⲙⲁⲧⲓⲕⲟⲛ , *& animi* , ſive *ſpiritus* : uti eſt in graecorum forma .

Ipſiſſima eſt oratio, quam Graeci in Euchologio ſuo apud Goarium p. 417. *πάτερ ἅγιε, ἰατρὲ τῶν ψυχῶν, καὶ σωμάτων ...* recitant, quo temporis momento inungunt infirmum. In iis enim, quae neceſſaria ſunt, Aegyptiaca cum graeca accuratiſſime convenit; nec niſi in adiunctis, ut in imploranda interceſſione SS., quos inter Graeci ſuos numerant, differt. Atqui haec illa eadem oratio eſt, quam omnes unanimi conſenſione hodieque agnoſcunt uti *formam* apud orientales eccleſias ſacramenti extremae unctionis. Hanc enim ſententiam iam olim approbavit ſacra Congregatio de Propaganda Fide in ſynopſi vernacula *Neophyti Rhodini* Romae edita; hanc *Arcudius*; & hanc denique *Goarius* ipſe graviſſimis rationum momentis confirmat p. 437. not. 29. Quum ergo eadem ſit apud Aegyptios huius Sacramenti *materia*, oleum nempe a ſacerdotibus benedictum, eadem & *forma*, qualis eſt oratio: ⲫϯ ⲫⲓⲱⲧ ⲡⲓⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲡⲓⲥⲏⲓⲛⲓ, graecae *πάτερ ἅγιε, ἰατρὲ* &c. aequipollens, eadem & cetera ſint, quae tum a latinis, tum a graecis ad veri ſacramenti rationem requiruntur, inſaniant neceſſe eſt quotquot ſcribere audent, extremam infirmorum *unctionem* e cenſu Sacramentorum penes Coptorum eccleſias eſſe depulſum.

Exſtabat hoc Sacramentum apud Aegyptios aevo ipſo S. Martyris Paneſniv, quum nondum illius ritus ſcripto editi eſſent, quanto magis illud & antea ſemper extitiſſe, & hodieque multo firmius exſtare dixerimus, poſtquam ſacras de eo caeremonias tabulis inſcriptas vidimus, eaſque & in privatis aedibus & in Eccleſiis Populorum chriſtianorum uſu frequentari novimus? Atque ob eamdem omnino cauſſam ferri patienter nequit tanta illa Dallaei, ſed Ludolphi cum maxime confidentia, qua L. III. c. 5. Hiſtor. Habeſſinor. ignota eſſe affirmat Aethiopibus *duo illa confirmationis, & extremae unctionis ſacramenta*. Nonne cap. VII. eiuſdem lib. *Abbuna* ſeu Metropolitam Aethiopum ab Alexandrino Patriarcha ordinari, ab eoque pendere apertiſſime tradit? Qui fieri potuit, ne, ut Renaudotius frequenter oſtendit, ſacramentorum quoque doctrinam, eorumque ritus ab Alexandrinorum eccleſia receperit? Sed iam

iam a diverticulo in viam. Coronis totius officii ⲚⲦⲈ ⲪⲀⲚⲞⲤ, *lampadis* nempe, ſunt brevis hymnologia Populi ad Presbyteros: eique ſacerdotis analoga dicta ex Matth., uti coniicio c. x. v. 1. & 8. accepta, cum invocatione glorioſae Deiparae Virginis Mariae. Dein hymnus Angelicus: *Gloria in excelſis Deo*; aliaque id genus cantica a populo modulata: oratio Dominica: Doxologia ad Virginem: *Symbolum* fidei: oratio *abſolutionis ad Filium* a ſacerdote recitanda. Itemque benedictio ab eodem impertienda populo.

Poſt haec ſequens rubrica:

*Infirmus ante unctionem ſancti olei confiteatur peccata ſua*, ut *deinde* (poſt unctionem) *accipiat ſancta* corporis & ſanguinis Chriſti *myſteria*.

Claudit *ordinem officii* ritus, atque oratio commendationis animae ſuper infirmum, qui ſit morti propinquus; ut inde intelligatur, Aegyptios *non ſanis*, *ſed aegrotis*, *gravi morbo laborantibus extremae unctionis ſacramentum olim adminiſtrare conſueviſſe*.

Scribit *Du Bernat* in epiſtola iam paullo ſupra laudata: *Ils ne déſavoüent pas* (Presbyteri Aegyptiorum) *que S. Jacques a recommandé ce ſacrement pour les malades: mais diſtinguant trois ſortes de maladies, celles du corps, celles de l'ame, qui ſont les péchez, celles de l'eſprit qui ſont les afflictions, ils eſtiment que l'onction eſt utile pour toutes: vous ſçavez que les Grecs en uſent de même*. Deinde narratis ritibus benedictionis olei, *Enfin*, ſubiungit, *le Prêtre prend de l'huile bénite de la lampe & en fait une onction ſur le front, diſant*: Dieu vous gueriſſe au nom du Pere, & du Fils, & du S. Eprit. *Ce ne pas tout; il fait une onction à tous les aſſiſtans, de peur, diſent-ils, que le malin eſprit ne paſſe à quelqu'un d'eux; tant eſt grande leur ignorance*. Sed huiuſmodi abſurdarum rerum, & aberrationum exempla diriori poſteriorum temporum calamitati, & ſtultae paucorum quorumdam presbyterorum licentiae; non publici, neque vero priſci, legitimique ritus vitio, tribuenda ſunt.

Quoniam vero *rubrica* illa coptici ritus magnam coniunctionem cum *ordine*, quo XIII. eccleſiae ſaeculo mei inſtituti ſodales utebantur, habere videtur, non abs re erit, ſi illius exemplum excerptum ex Auguſtiniano *Miſſali* ſcripto circa an. 1230., & ex miſerrimis reliquiis *Balneoreg. Bibl. in Angelicam* aliquot ante annis tranſlato, ad infimam paginae oram reiectum dedero. *

ORDO HEREMITARUM FRATRUM SECUNDUM CONSUETUDINEM ROMANAE ECCLESIAE AD VISITANDUM INFIRMUM.

In primis pulſetur campana parvula, & Fratres, qui poſſunt, in Eccleſia conveniant. Sacerdos ſit indutus ſacris veſtibus ſine planeta, & miniſtri praeparati accipiant oleum ſanctum, aquam benedictam, & crucem, & duo luminaria, & pergant ad locum, ubi iacet corpus infirmi, dicentes hunc pſalmum: Miſerere mei Deus, & intrantes domum, Sacerdos: Pax huic domui.
Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
Poſtea dicat Sacerdos.
Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS

Introeat Domine Ieſu Chriſte, domum hanc ſub noſtrae humilitatis ingreſſu, aeterna felicitas, divina proſperitas, ſerena laetitia, caritas fructuoſa, ſanitas ſempiterna, effugiat ex hoc loco acceſſus daemonum, aſſint Angeli pacis, domum hanc deſerat effugata diſcordia. Magnifica Domine ſuper nos nomen tuum, & bene ✠ dic noſtrae converſationi, ſanctifica noſtrae humilitatis ingreſſum, qui ſanctus, & pius es, & permanes cum Patre, & Spiritu Sancto in ſaecula ſaeculorum. Amen.

ORATIO

Oremus, & deprecemur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ut benedicendo bene ✠ dicat hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo, & det eis Angelum bonum cuſtodem, & faciat eos ſibi ſervire ad conſiderandum mirabilia de lege ſua, avertat ab eis omnes contrarias poteſtates, eripiat eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione, ac ſanos in hoc tabernaculo cuſtodire dignetur. Qui cum Patre &c.

ORATIO

Exaudi nos Domine ſancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de caelis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum &c.

Dein-

Deinde Sacerdos accedat ad aegrotum, & faciat crucem ſuper infirmum cum aqua benedicta, poſtea aſpergat per domum dicendo hanc antiphonam: Aſperges me, cum pſalmo Miſerere mei. Deinde Sacerdos audiat ab eo confeſſionem generalem. Qua audita ipſe eum abſolvat, & ex tunc clerici aſtantes dicant legendo VII. pſalmos paenitentiales cum letaniis, & ſacerdos interim donec iſti legunt hos pſalmos, intingat policem in oleo ſancto, & in VII. locis, & aliquantis locis in corpore aegri faciat ſignum crucis ita dicendo.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti extinguatur in te omnis virtus diaboli per impoſitionem manuum noſtrarum, imo per invocationem omnium ſanctorum Angelorum, Arcangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, & Martyrum, Confeſſorum, Virginum, atque ſimul ſanctorum. Amen.

*Ad oculos.*

Per iſtam ſanctam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam parcat tibi Dominus quicquid oculorum vitio deliqniſti.

*Ad aures.*

Per iſtam ſanctam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam parcat tibi Dominus quicquid aurium vitio deliquiſti. Amen.

*Ad nares.*

Per iſtam ſanctam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam parcat tibi Dominus quicquid narium vitio deliquiſti.

*Ad os.*

Per iſtam ſanctam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam parcat tibi Dominus quicquid linguae, & oris vitio deliquiſti. Amen.

*Ad manus, & ad pedes, & ad lumbos.*

Per iſtam ſanctam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam parcat tibi Dominus quicquid tactus, & inceſſus, aut lumborum, ſeu carnis vitio deliquiſti. Amen.

Et quum Sacerdos facit crucem miniſter habeat ſtuppam, & tergat. Quibus omnibus peractis, & clericis pſalmis alternantibus lectis, Sacerdos dicat. Kyrie eleiſon, Chriſte, Kyrie eleiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos. ℟. Sed libera.
℣. Salvum fac ſervum tuum. ℟. Deus meus.
℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. ℟. Et de ſyon tuere eum.
℣. Eſto ei Domine turris. ℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi.
℣. Dominus vobiſcum.

ORATIO

Domine Deus, qui per Apoſtolum tuum locutus es, Infirmatur quis in vobis, Introducat praesbyteros Eccleſiae, & orent ſuper eum ungentes oleo ſancto in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & allevia-

 bit

bit eum Dominus, et ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Cura quaeſumus Redemptor noſter gratia Spiritus Sancti languores iſtius infirmi, & ſuâ ſana vulnera, eique peccata dimitte, atque dolores cunctos cordis, & corporis ab eo expelle, plenamque ei interius, exteriuſque ſanitatem miſericorditer redde, ut ope miſericordiae tuae reſtitutus ad priſtina reparetur officia. Qui vivis &c.

ALIA ORATIO

Reſpice, quaeſumus Domine famulum tuum N. infirmitate ſui corporis fatiſcentem, & animam refove, quam creaſti, ut caſtigationibus emendatus ſe ſentiat tua medicina ſalvatum. Per.

ALIA ORATIO

Domine ſancte, Pater omnipotens, Eterne Deus, qui benedictionis tuae gratiam aegris infundendo corporibus facturam tuam multiplici pietate cuſtodis, ad invocationem tui nominis benignus aſſiſte, ut famulum tuum ab aegritudine liberatum, & ſanitati donatum, dextera tua erigas, virtute confirmes, poteſtate tuearis, Eccleſiae tuae, ſacriſque Altaribus tuis cum omni deſiderata proſperitate reſtituas. Per.

ALIA ORATIO

Dominus Ieſus Chriſtus apud te ſit, ut te defendat, intra te ſit, ut te reficiat, extra te ſit, ut te deducat, per te ſit, ut te cuſtodiat, ſuper te ſit, ut bene ✠ dicat, Qui in Trinitate perfecta vivit in ſaecula ſaeculorum. Amen.

Et poſt haec ſtuppa projciatur in ignem.

Sacerdos praeparet ſe cum miniſtris. Poſtea accipiant Crucem, & capſam cum corpore Chriſti, calicem, & duo luminaria, & ſic proceſſionaliter ad corpus aegroti accedant dicendo pſalmum Miſerere. Deinde ordo ad communicandum infirmum. In primis pulſetur campana parvula, & fratres, qui poſſunt, in Eccleſia conveniant. Deinde Sacerdos faciat, infirmum adorare, & oſculari crucem, poſtea ſacerdos dicat hanc orationem.

Dominus Ieſus Chriſtus, qui dixit diſcipulis ſuis quaecumque ligaveritis ſuper terram erunt ligata & in caelo; & quaecumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in caelo, de quorum numero quamvis indignos nos eſſe voluit, ipſe te abſolvat per miniſterium noſtrum ab omnibus peccatis tuis, quaecumque cogitatione, locutione, operatione negligenter egiſti, & a nexibus peccatorum abſolutum perducere dignetur ad regna caelorum, Qui cum Patre.

Qua finita tradat ei Euchariſtiam Dominici Corporis dicendo hanc orationem. Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus, ſemel tantum. Poſtea dicit Sacerdos.

ORATIO

Accipe ſuperviaticum corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te cuſtodiat ab hoſte maligno, & perducat ad vitam aeternam. Amen.

ALIA

Digitized by Google

ALIA

Domine ſancte, Pater omnipotens, eterne Deus te fideliter deprecamur ut accipienti fratri noſtro ſacroſanctum corpus, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti filii tui tam corporis quam animae proſit ad remedium ſempiternum. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

(48) ⲉϣϫⲉ ⲡⲁϭⲟⲓⲥ ⲛ̀ϯⲡⲏϩ ⲁⲛ ⲉⲧⲇⲁⲝⲓⲥ ( pro ⲉⲧⲧⲁⲝⲓⲥ ) ⲛ̀ⲉⲙⲛ̀ϯⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ : *Etſi ego, Domine mi, non ſim inſignitus ordine Presbyteratus &c.* Ex hac modeſta, caſta, & veraciſſima S. Martyris confeſſione, qua mentis, & fidei ſuae ſententiam Chriſto Unigenito Dei Filio aperit, *quatuor* neceſſario conſectaria fluunt. Primum eſt, Beatum virum, iuxta Patrum & eccleſiae traditionem firmiter crediđiſſe, Chriſtum Dominum in Divino illo oraculo, quod iam Apoſtolo Iacobo, ut ante audivimus, patefecerat, ſolos Presbyteros adminiſtros Sacramenti olei, & unctionis infirmorum conſtituiſſe. Alterum eſt, presbyterorum nomine, in Chriſti verbis Apoſtolo revelatis, intelligi nullo modo poſſe, neque vero debere *ſeniores* laicos. Non ita certe *Diaconus* noſter hanc vocem *Presbyteros* interpretatus eſt, ut ea ſignificari putarit viros, qui aut ſenili aetate, aut ſapientiae, aut morum & dignitatis praeſtantia ceteris in eccleſia antecellerent, ſed ſolos veri nominis presbyteros, qui eſſent ordinationis Sacramento, & ex divina inſtitutione, ſacerdotali charactere ac munere inſigniti, omni proculdubio intellexit. (a)

Prae-

(a) Apta ad hunc locum eſt *Stephani Le Moyne* viri doctiſſimi obſervatio ad S. Polycarpi epiſtolam inter ipſius notas *in varia ſacra* t. II. pag. 38. Poſtquam celebre teſtimonium Iacobi Apoſtoli c. v. 14. de *Presbyteris* ad aegrotum vocandis rite expendit, oſtenditque exemplis pluribus e ſacris divini verbi tabulis eductis, Iacobum non *omnes urbis totius vel plures*, ſed *unum ex presbyteris*, *ellipſi vocis*, *UNIUS*, intelligere, gradum facit ad epiſtolam *Hadriani Imperatoris* an. circiter Aer. Chr. 132, aut 133. ex aegypto ſcriptam *ad Servianum*, *in vita Saturnini apud Vopiſcum*. In ea de Samaritanis agens, de Iudaeis, & Chriſtianis, quorum mores in Aegypto

Praeterea, ſi S. *Paneſniv* in eo Apoſtoli loco *presbyteros*, profano graecorum grammaticorum ſenſu, intellexiſſet, quid ei deerat, quominus ſe in eorum numero collocaret, quibus Chriſtus ea in hypotheſi poteſtatem dediſſet ſacri infirmorum olei adminiſtrandi? Norat, norat vir ſanctus, quantum Diaconus, qualis ipſe erat, & gradu & dignitate a presbyteris diſtaret; & ideo ſibi vetitam dixit eam Sacramenti adminiſtrationem, quae ſolis presbyteris fuerat a Chriſto tributa. Hinc ſi inter nos ille hodieque viveret, impenſe, credo, rideret tantam

pto exploraverat, *nullus ibi*, inquit, *Samarites, nullus Iudaeorum Archi ſynagogus, nullus chriſtianorum Presbyter, qui non ſit Aruſpex, Mathematicus, Aleiptes*. Qua loquendi ratione Hadrianus ſignificare voluit, Le Moyne interprete, Samaritanos, *Aruſpices*, quippe qui eſſent in explorandis victimis diligentiſſimi: Iudaeos, *mathematicos*, utpote qui matheſi, aſtrologiae, & ſyderum ſuperſtitioni ita eſſent addicti, ut eis & fatum, & vim agendi in hominum voluntates tribuerent: Chriſtianorum vero Presbyteros, ἀλείπτας, *unctores*, qui ſcilicet oleo ungerent infirmos. Huiuſque ordinis eſſe putat *Proculum Chriſtianum*, cognomento *Torpacion*, *Eubodeae procuratorem*, eiuſque *aliquando per oleum* curatorem, quem, teſte Tertull. c. 4. lib. ad Scapulam Antoninus Imper. *requiſivit, & in Palatio ſuo habuit uſque ad mortem*. At presbyter non fuerit *Proculus*, qui tamen chriſtianus erat, poterat chriſtiana fide, & olei ſimplicis ope curare infirmos. Hanc enim mirabilium curationum gratiam aliis quoque chriſtianis viris, pietate claris, prioribus illis eccleſiae ſeculis, a Deo tributam, facile quis, credo, ſibi ſuadere poterit. At ubi ſermo eſt de ſolis Presbyteris ἀλείπταις, *unctoribus*, non alios intelligere me poſſe ſentio, quam eos, quos S. Apoſtolus Iacobus tamquam miniſtros olei infirmorum deſignaverat. Ii vero, quoniam in hoc Sacramento adminiſtrando, praeter remiſſionem peccatorum, & interiorem atque *inviſibilem* gratiam quam animis *divinitus* infuſam conferebant, exteriorem quoque corporum ſanationem ſubito, & repentino prodigio, (quod & in Baptiſmatis, atque Euchariſtiae ſuſceptione obſervatum fuiſſe novimus,) frequentiſſime operabantur, τῶν ἀλειπτῶν, *unctorum* nomen ſibi apud Hadrianum compararunt. Le Moynii vero dictis calculum ſuum *Lenfantius, & Beauſobrius* addidere in gallicis adnotationibus ad ep. S. Iacobi, ubi haec habent: *Quant à l'onction, on remarque que les Prêtres des chriſtiens furent nommés Aleiptes*. In eo tamen a vero diſcedunt, quod Presbyterorum noſtrorum unctionem ad unam prodigioſam humanorum corporum ſanationem reſtringant. Quod ut iam obſervavimus, falſiſſimum eſt. Ceterum & huc illi pertinere putant exemplum, quod *Rhenferdius* attulit ex *Talmud* in tract. *Abboda Zara*, de *Ben Dama* marito ſororis *R Iſmaël*, qui a ſerpentem orſus curari optabat ab uno ex diſcipulis Ieſu Chriſti; ſed, ne id fieret vetitum eſt a *R. Iſmael*, & *Ben Dama* morte ſublatus corruit. Hunc vero Chriſti Ieſu diſcipulum *R Abraham Salamanca* S. Iacobum Apoſtolum fuiſſe tradit. Sic *Lenfantius*, & *Beauſobrius* in cit. obſervationibus.

tam illorum proteſtantium infantiam, qui apud S. Iacobi Apoſtolum τὰς πρεσβυτέρους vertunt vel *Paſteurs*, ut Beauſobrius, & Lenfantius, vel ut alii: *Anciens*.

Tertium eſt, S. Diaconum *Paneſniv* apertiſſimis verbis teſtari, ſe nec velle, nec poſſe aut oleum infirmorum conſecrare, aut illud, quatenus ſacramentum eſt, cuiquam morbo laboranti adminiſtrare. Id enim, quod a Chriſto ſolis presbyteris conceſſum diſertiſſimis verbis adfirmat, ſibi omnino vetitum negat.

Quarto & illud neceſſario conſequitur, ut nullo iure dici poſſit, oleum infirmorum a Chriſto Domino in epiſtola S. Iacobi praeſcriptum; & unis ſacerdotibus ab eo permiſſum, ad ſimplicem *gratiam* ſanandorum humanorum corporum, qualis toto Apoſtolicorum temporum ſpatio viguit, referri oportere: ita ſcilicet, ac ſi ceſſante *ſecundo* circiter eccleſiae ſeculo, beata illa miraculorum aetate, ipſa quoque ſacri olei inſtitutio a Chriſto facta, & Apoſtolo Iacobo revelata, ceſſarit. Longe aliter ſenſit eccleſia Thebaica, quae per os S. Diaconi, & Martyris *Paneſniv*, coram aequalis ordinis collega *Papnutio*, aliiſque eiuſdem chriſtianae fidei teſtibus, & confeſſoribus loquebatur. Haec enim Beata eccleſia, ex qua tamquam Magiſtra fidei ſuae doctrinam *Paneſniv* exceperat, non potuit non neceſſario profiteri, ex Patrum traditione, etiam poſt Apoſtolica illa miraculorum tempora in coetu fidelium perpetuo viguiſſe, ſecundum inſtitutionem Chriſti, ſacri huius olei efficaciam, non ad ſimplicem corporum ſanationem, ſed ad eam in primis, quae *in remiſſione peccatorum*, & in morborum animae ſanatione conſtituta eſt, ex ipſius Chriſti promiſſione, atque, ut aiunt de ſchola Theologi, *ex opere operato*, gignendam: & hanc propterea, utpote nobiliorem, & Chriſtiano homini ſingulariter appetendam, uni presbyterorum miniſterio reſervatam illa docebat, praedicabatque. Sanctus igitur Chriſti Confeſſor *Paneſniv*, non eam, quae propria eſſet *Sacramenti*, quamque ſoli ſacerdotes conferre poterant, ſed alterius generis ſanationem, *ex opere*

*ſci-*

Digitized by Google

ſcilicet *operantis* unice impetrandam in mente habuit, qua hora *curationis* gratiam olei ſui ope, pro *Dionyſio* infirmo a ſumma Chriſti benignitate, qua Diaconus erat, implorare ſategit. Qua de re in conſequenti adnotatione mox iterum dicam.

(49) ⲁⲗⲗⲁ ⲁⲕϫⲟⲟⲥ ⲟⲛ ⲡⲁϫⲟⲉⲓⲥ. ϫⲉ ⲡⲙⲁ ⲁⲛⲟⲕ ⲉϯⲙ̀ⲙⲟϥ ⲡⲁⲕⲉⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲟⲥ ⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲙ̀ⲙ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲛ̀ⲙ̀ⲙⲁⲓ: *Tu tamen etiam dixiſti; Domine mi: ubi ſum ego, ibi & miniſter meus erit mecum*. Hauſit haec S. *Paneſniv* ex Evang. Iohan. cap. 12. verſ. 26. Memphitica ſunt: ⲟⲩⲟϩ ⲫⲙⲁ ⲉϯϣⲱⲡ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉϥⲉϣⲱⲡⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲛⲉⲙⲏⲓ ⲛϫⲉ ⲡⲁⲣⲉϥϣⲉⲙϣⲓ. Ab his Thebaica illa noſtra alicubi differunt. ⲁⲛⲟⲕ, deeſt in memphitica ⲉϯ Theb. non coniungitur cum ϣⲱⲡ, ut in memph.; ſed ϯ vel ſolitarie adhibitum, idem eſt ac ϯϣⲱⲡ. Vid. Lacroz. Ac ϯ ⲡⲁⲕⲉⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲟⲥ Theb. accurate reſpondet gr. καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμός. Eadem rurſus vox ⲡⲁⲕⲉⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲟⲥ eſt antepoſita τῷ ⲛⲁϣⲱⲡⲉ, ubi ⲡⲁⲣⲉϥϣⲉⲙϣⲓ memphitica in fine ſententiae ponitur. Sed utraque tum theb. tum memph. eamdem omnino rem, vocibus licet paullo diverſis, ſignificant. Differt tamen a Greco textu in uno illo vocabulo ⲛⲉⲙⲏⲓ coptico, & ⲛ̀ⲙ̀ⲙⲁⲓ Theb. quo Graeci Codd. carent.

Totum vero hunc locum S. Diaconus *Paneſniv* tam exacte & integre memoriter recitavit, ut idem prorſus teſtimonium ſit, quod legitur in verſione Thebaica apud Abb. Mingarellium in Aegyptior. codd. reliquiis p. LVII., ſi tamen excipias ſupplementum, quod ille pag. ſeq. LVIII. praemiſſo teſtimonio Evangelii ex cap. 21. verſ. 26. ( ⲡⲙⲁ ⲁⲛⲟⲕ ⲉϯ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲡⲁⲕⲉⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲟⲥ ⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲙⲙ . . . .

ⲉⲣⲙ

ⲉⲣϣⲁⲛ̄ⲟⲩⲁ ) adnot. 2. nobis exhibet ita ſcribens : *In quinto hoc* ( ſordidatae membranae ) *verſu poſt duo* ⲙⲙⲙ... *reliquae litterae prorſus evanuerunt . Scribe aut* ⲛⲁϥϣⲱⲡⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ *aut potius* ⲛⲁϥϣⲱⲡⲉ ⲙ̀ⲙⲁⲩ , *erit ibi , ut eſt in Gr. & vulg. , quia etiam cum in graeco ſequatur* καὶ , *& additum puto* ⲁⲩⲱ , *ac legendum* : ⲛⲁϥϣⲱⲡⲉ ⲙⲙⲁⲩ ⲁⲩⲱ ⲉⲣϣⲁⲛ ⲟⲩⲁ . In hac enim multiplici eruditiſſimi ſcriptoris divinatione unum eſt ⲙ̀ⲙⲁⲩ , *ibi* quod ad rem facit . Huic ſi tantum addidiſſet ⲛ̀ⲙ̀ⲙⲁⲓ , *mecum*, ex memphitico ⲛⲉⲙⲏⲓ , totum quod requirebatur ad ſupplementum dediſſet . Sed de huius loci verſione ſatis . Reſtat modo , ut de mente admirandi *Paneſniv* in his verbis recitandis pauca quaeramus .

Omnes norunt , & Magnus Auguſtinus, tract. LI. n. 11. 12. & 13. in Iohan. pluribus iam oſtendit , divina illa Chriſti Servatoris verba apud Iohan. XII. 26. *ubi ſum ego , illic &* Diaconus , ſive *miniſter meus erit* , ad univerſos plane fideles , qui Chriſtum ſequuntur , & imitantur , pertinere . Unde illud eſt SS. Hipponenſis epiſcopi monitum : *cum ergo auditis , Fratres , dominum dicentem : ubi ſum ego , illic & miniſter meus erit . Nolite tantummodo bonos epiſcopos , & clericos cogitare . Etiam vos pro modo veſtro miniſtrate Chriſto bene vivendo , eleemoſynas faciendo , nomen doctrinamque eius quibus potueritis praedicando : ut unuſquiſque etiam Paterfamilias hoc nomine agnoſcat paternum affectum ſuae familiae ſe debere .... ita in domo ſua eccleſiaſticum , & quodammodo epiſcopale implebit officium miniſtrans Chriſto , ut in aeternum ſit cum Chriſto . Nam & illam maximam Paſſionis adminiſtrationem multi ex veſtro* ( laicorum ) *numero miniſtrarunt ; multi non Epiſcopi , neque Clerici , iuvenes & virgines , ſeniores cum iunioribus , multi coniugati & coniugatae , multi patres matreſque familias Chriſto miniſtrantes etiam animas ſuas IN EIUS MARTYRIO poſuerunt , & honorificante Patre coronas glorioſiſſime receperunt* . Mos tamen & ſermo eccleſiaſticae diſciplinae ab initio fuit , ut ſub eo uno , veluti communi *miniſtrorum nomine Epiſcopi, Presbyteri , & Diaconi*

*coni* interdum, indefinita loquendi ratione comprehenderentur, quando res erat, non de *gradibus* enumerandis, aut de *ſingularibus miniſtris* indicandis, ſed *generatim* tantummodo, & *abſtracto* officii nomine, nuncupandis, uti fit in laudato oraculo Chriſti apud Iohannem. Eumdem morem ſervatum quoque novimus ſequutis eccl. ſeculis. Quam ob cauſſam nomen ipſum *miniſtrorum Chriſti Epiſcopis* ipſis, ibi etiam, ubi *Presbyteri*, & *Diaconi* eis obſequium praeſtare monentur, tributum legimus. Hinc S. Ioh. Chryſoſtomus in illa verba Apoſtoli Pauli ad Philip. c. 1. v. 1. *σὺν ἐπισκόποις, καὶ διακόνοις*, *cum Epiſcopis, & Diaconis*; *Quid hoc*, inquit, *unius urbis multi erant epiſcopi? Nequaquam: ſed presbyteros ita appellavit: tunc enim adhuc nominibus communicabant*, *καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐπίσκοπος ἐλέγετο*, Diaconus *quoque dicebatur Epiſcopus*, quatenus ſcilicet generali illo nomine Diaconi, *miniſter* erat Chriſto, & eccleſiae *inſerviens*; quum ceteroquin epiſcòpus unus in qualibet Eccleſia eſſet, presbyteris, qui non niſi ab eo uno ordinari poſſent, *ſuperior*. Idem dicito de *Doctoris* titulo, qui licet principi loco Epiſcopis debeatur, non iis tamen ſolis, ſed presbyteris etiam ob munus, quod in Eccleſia exercebant, peculiari quadam ratione tributus legitur tum ab Herma Paſtore, tum in actis Paſſ. S. Perpetuae, tum denique apud Tertullianum, & Cyprianum ep. 24. uti *Cotelerius* p.421. in Refut. argumentor. Dalaei contra *γνησιότητα* epiſtolarum S. Ignatii M. invicte demonſtrat. Immo & hoc idem nos ipſi obſervavimus in ſuper. vol. ad epiſtolam S. Iſidori Peluſiotae, qua Monachis Tabenneſiotis illud inſinuat S. Iacobi dictum ex c. 3. *μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε*: *nolite plures Magiſtri fieri*.

Sed ſaeculo deſinente *primo*, aut certe ineunte ſecundo, uti Epiſcoporum, Presbyterorum, ac Diaconorum ordines ex eorum origine, & inſtitutione divina Apoſtolorum tempore, erant numero, gradu, munere, ac dignitate inter ſe diſtincti, ſic etiam proprio quiſque nomine ex communi Patrum Apoſtolicorum conſenſione diſcernebantur; adeo ut in eorum ſcriptis, & in publicis eccleſiarum tabulis, monumentiſque ſacris *Diaconi*, aut *miniſtri*, nuncupatio character

Digitized by Google

racter & nota ſingularis evaſerit , ad eum ordinem , qui presbyteratui , ſive presbyteris ſubeſt , perpetuo deſignandum . Rem hanc aperte demonſtrat, evincitque vir idem doctiſſimus Io. Bapt. Cotelerius vol. 11. p.413. & ſeqq. *quatuor* longe praeclariſſimis , firmiſſimiſque aſſertionibus adverſus Dalaeum rite poſitis, & magna vi argumentorum munitis : iiſque omnibus , ſed quarta praeſertim , adverſarium ob id maxime negantem αὐθεντίαν epiſtolarum S. Ignatii , quod in his nimis perſpicue *tres ordines* : *Epiſcopos* nempe , *Presbyteros* , & *Diaconos* in eccleſia agnoſcat, tam arcte perſtringit, & ad incitas redigit, ut toto illo ſecundo eccleſiae ſaeculo , cuius ſub initium an. circiter 107. ſcripſit Ignatius , oſtendat , nullum prorſus adferri poſſe eius aetatis ſcriptorem , qui in ſacris eccleſiae ordinibus numerandis , *tres* illos nomine , munere , ac dignitate diſtinctos, aeque ac Martyr Ignatius, non commemoret. De tertio & quarto ſec. nihil erat, cur quicquam adderet Cotelerius, quia *Dallaeus* ipſe ſponte ſua ultro concedebat, poſterioribus temporibus ſic Chriſtianos de tribus hiſce ordinibus loqui conſueviſſe .

Iam vero S. Martyr *Paneſniv* duplici titulo divinam illam promiſſionem Chriſti : *ubi ſum ego* , *ibi* **ⲡⲁⲕⲉⲇⲓⲁⲕⲱⲛⲟⲥ**, *& Diaconus meus erit mecum* , ad ſe quoque pertinere iure credebat ; tum quia *Diaconus erat* ratione *ordinis* , quem ab Epiſcopo in eccleſia ipſius Chriſti acceperat, tum etiam quia talis erat ratione miniſterii ſibi a Deo collati in diſpenſanda gratia ſanationum, uti ei Angelus revelaverat . Hiſce proinde veluti duobus excitamentis , & quaſi ignitis alis ardentiſſimae fidei , ſpei & charitatis totus in Chriſtum Dominum ſuum erectus, certaque fiducia Evangelicis illius promiſſionibus innixus, futurum confidit, ut ſecum per omnipotentis virtutis ſuae operationem eſſe vellet in gratia ſanationis, quam Iulius optabat , tribuenda Fratri eius Dionyſio . Hac una prece facta S. Diaconus adhibuit certe mox *oleum*, non illud quidem aut ab Epiſcopo , aut a presbyteris benedictum, ut Graeci ſolent, ( de quibus ſcribit Goarius p. 432. 433. ſua illa graviſſima adnot. 3. in officium extr. unct.) ſed ſim-

 plex,

plex , & purum , eoque invocans nomen Domini unxit latus patientis aegroti . Nemo , credo , erit qui totam hanc ceremoniam piam ſane , religioſam , & beato viro dignam ſic interpretari velit, quaſi aliquid ſecum ferat, quod adminiſtrationem ſuboleat *olei Infirmorum*. Huiuſmodi enim ſuſpicio nullo modo cadere poteſt in eum, qui poteſtatem ſacramentalis unctionis ſolis presbyteris, non ſibi, non Diaconis reſervatam dixit. Quid, quod varia quoque erant oleorum genera, quorum alia ſacerdotes ipſi benedicebant, iiſque frontes fidelium liniebant, ſed ſine ulla prorſus *relatione* ad Sacramentum extr. unctionis, alia ſimiliter ex lampadibus ante Imagines Chriſti, aut Deiparae virginis, ceterorumque ſanctorum ardentibus educta ad ſanationum prodigia adhibebant ? Sed de his vide Du-cangium in voce Ἔλαιον. Noſter vero Diaconus oleo eius ſimili, quo Chriſti diſcipuli ex ipſius praeſcripto, Marc. 6., quum illud necdum eſſet ad Sacramenti dignitatem evectum, inungebant, & ſanabant aegrotos, uſus eſt.

(50) ⲛ̀ⲅ̄ ϫⲁⲣⲓⲍⲉ ⲙ̀ⲧⲁⲗϭⲟ ⲛ̀ⲇⲓⲟⲛⲏⲥⲓⲟⲥ ⲡⲥⲟⲛ ⲛ̀ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲡⲉⲕϩⲉⲙ̀ϩⲁⲗ ⲡⲁⲓ ⲉⲧⲉⲓⲣⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲛⲟϭ ⲛ̀ⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲓⲁ ϩⲉⲛ ⲛⲉⲕϩⲉⲙ̀ϩⲁⲗ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ: *& gratiae tuo dono* ( Domine mi ) *ſanitatem largire*, *Dionyſio Fratri germano Iulii ſervi tui*, *qui magna facit in miniſterio cum ſervis tuis martyribus*. Verba ſunt, quibus novis veluti atque ardentibus orationis igniculis S. Confeſſor *Paneſniv* ab Unigenito Dei Patris Filio implorare nititur gratiam ſanationis, quam Iulius pro Fratre ſuo Dionyſio tam flagrantibus votis expetebat. Itaque Iulium ante divinam Chriſti maieſtatem uti *ſervum* eius humilem ſiſtit, eumque tamquam ſupplicem precatorem repraeſentat, qui ex ſumma ipſius benignitate ob maxima pietatis officia erga ſanctos martyres exhibita, orans pro Fratre exaudiri mereretur. Quae quidem de Iulio, & Dionyſio vir ſanctus dicere non poterat, niſi de iis probe antea noſſet, quam pie caſteque chriſtianam religionem uterque profiterentur: non palam tamen,

men, ſed occulte; uti Iulii praeſertim munus, & conditio ferebat. Neque enim ab immani Praeſide Culciano ei unquam fuiſſet *adiutoris* & *Comitis* officium *Taneſii* commiſſum, ſi publice ſe chriſtianorum albo adſcriptum prodidiſſet; ſed ſtatim extremis, omniumque acerbioribus ſuppliciis fuiſſet e vivorum numero ſublatus.

Neque unus eſt Iulius, qui licet chriſtianorum myſteriis initiatus, quamdiu tamen, perſecutionis aeſtu vigente, officia religionis clam coleret, nec ultro aut ſua ſe ſponte proderet, aut ab aliis detectus gentili Iudici denunciaretur, magiſtratum civilem geſſerit. Alii ſunt longe plures, qui, quum chriſtiani eſſent, ſub idololatris principibus publicae adminiſtrationis muneribus obeundis praefecti leguntur. Quid enim aliud erant *Petrus* ille inter regios Imperatoris Diocletiani cubicularios adeo celebris? Quid *Dorotheus*, & *Gorgonius*? Quid alii non exiguo numero, qui *in palatio miniſtrabant*? Quid *Adauctus*, qui *claro in Italia genere ortus*, *Romana dignitate conſpicuus*, *per omnes honorum gradus in Imperatorum palatio provectus*, *multis praeclaris actibus inter fideles*, *& nominis Chriſti confeſſionibus nobilitatus*, *dum adhuc rationalis officium in Phrygia adminiſtraret*, *pro vera pietate decertans martyrio ornatus eſt*? Quid denique *Philaromus*, *qui non vulgarem* & ipſe *magiſtratum*, *procuratoris ſcilicet ſummae rei apud Alexandriam*, *gerebat*, *& pro dignitate ac praerogativa honoris Romani*, *ſtipatus militibus*, ſub Culciano Aegypti praefecto, *quotidie ius dicebat*? Grandia haec nomina vide tu in Hiſtor. Eccl. lib. VIII. apud Euſebium. Nam ego ad Iulium redeo.

Is certe, utpote chriſtianae fidei, ingenuaeque pietatis altor & cuſtos, ſic civili munere *adiutoris*, & *comitis* Taneſii apud Thebaeos, ni mea me fallit opinio functus eſt, ut eo uteretur veluti inſtrumento, & opportuno quodam incitamento ad *miniſterium* ſanctorum erga Martyres exercendum. Quod quidem in eo ſitum erat, ut in tanta, at tam immenſa chriſtianorum confeſſorum copia, quanta ea erat, quam Euſebius tamquam teſtis oculatus cit. lib. 8. in Thebaide deſcribit, iis omnibus, qui

vel

vel *Taneſii*, vel alibi aut carceribus mancipati degerent, aut alio vincti, necique deſignati traducerentur, quaecumque poſſet auxiliorum, & ſubventionum genera praeſtaret. Quo nomine eum S. Diaconus *Paneſniv* Chriſto Deo enixe commendat, meritiſque laudibus effert. Nec mirum, ſi haec tam illuſtris ac liberalis pietatis officia in *Iulio* Beatus Paneſniv teſtimonio ſuo exornat. Ad eum namque tamquam Diaconum, διακονία, *miniſterium* ſcilicet, & cura erga SS. Martyres & Confeſſores ab eccleſia commiſſa pertinebat. *Hae Eccleſiae*, & *fidelium opes*, ait Cotelerius pag. mihi 409. tom. II. Amſtelaedam. edit., *Diaconis concredebantur, qui confeſſores & conſilio iuvarent, & victu ſuſtentarent, & a cuſtodum iniquitate dato pretio redimerent. Tertulliani aevo S. Perpetua in paſſione ſua: Ibi tunc* Tertius, *&* Pomponius *Diaconi, qui nobis miniſtrabant, conſtituerunt praemio, ut paucis horis emiſſi in meliorem locum carceris refrigeraremur. De vetuſtiſſima hac conſuetudine S. Cyprianus epiſt.* 11. *Et credideram quidem Presbyteros, & Diaconos, qui illic praeſentes ſunt, monere vos, & inſtruere pleniſſime circa Evangelii legem, ſicut in praeteritum ſemper ſub anteceſſoribus noſtris factum eſt, ut Diaconi ad carcerem commeantes Martyrum deſideria conſiliis ſuis adiuvarent, et ſcripturarum praeceptis gubernarent. Idem* epiſt. 5. *quantum ad ſumptus ſuggerendos ſive illis qui glorioſa voce Deum confeſſi in carcere ſunt conſtituti, ſive iis, qui pauperes & indigentes laborant, & tamen in Domino perſeverant, peto nihil deſit*... S. Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus apud Euſeb. lib. 2. H.E. l.7. c.11. de Euſebio Diacono: *Euſebius*, inquit, *quem Deus ab initio roboravit, impulitque ut confeſſoribus in cuſtodia poſitis miniſteria ſtrenue exhiberet*. De ceterorum fidelium, & chriſtianorum populorum pietate in ſublevandis Martyribus inter carcerum anguſtias verſantibus alia tibi dabit Cotelerius ipſe. At ego ex his, quae de Diaconis hactenus dicta audivimus, plane intelligo, quam magna eſſe debuerit S. Paneſniv ſollicitudo in hiſce Diaconatus ſui partibus erga captivos Martyres adimplendis. Nemo proinde melius, certiuſque, quam Sanctus ipſe Diaconus Paneſniv noſſe potuit *Iulii* merita, quae coram

ram

ram Chriſto Deo laudaret, ob omnigena adiumenta SS. MM. multifariam exhibita in miniſterio chriſtianae pietatis, dum tam dira in Noſtros graſſabatur Diocletiani perſecutio.

Haec iam litteris tradideram, quum mihi repente in mentem venit quaerere ab Emo meo Mecoenate, num quid forte de actis S. M. *Iſaaci Tephrenſis*, quod mecum denique communicare poſſet, in Muſeo ſuo haberet. Ille continuo ad me miſit integrum volumen memorandi epiſcopi Tukii manu exſcriptum, quo non unius *Iſaaci*, ſed & aliorum MM., acta memphitica dialecto, Diocletianeae perſecutionis tempore, exarata, comprehenduntur. Duorum vero Martyrum, SS. nimirum Abbatum *Epime*; & *Anub* paſſionem *Iulius* noſter tamquam teſtis αὐτόπτης deſcripſit. Inter cetera vero quae de S.M. *Epime* narrat, haec etiam de *ſorore* ſua habet p. 129.

Ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲡⲓⲕⲟⲙⲏ ⲛ̀ⲧⲁⲣⲏⲥⲓⲟⲥ ( ⲛ̀ϯⲁⲛⲏ//
ⲥⲓⲟⲥ l. ) ⲛⲉⲟⲩⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲡⲉ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲱⲛⲓ
ⲙ̀ⲛⲁⲣⲟⲉⲛⲟⲥ ( leg. ⲙ̀ⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ ) ⲉⲡⲉⲥⲣⲁⲛ ⲡⲉ
ⲉⲩⲭⲁⲣⲓⲥⲧⲓⲁ̀ ⲁⲡⲓⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ ⲉⲣⲫⲑⲟⲛⲓⲛ ⲉⲣⲟⲥ
ⲉⲑⲃⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲑⲛⲁⲛⲉⲩ ⲉⲛⲁⲥⲓⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲩ : ⲁ̀ϥⲑⲣⲉ ⲟⲩ//
ⲇⲉⲙⲱⲛ ϫⲱⲓⲗⲓ ⲉⲣⲟⲥ . ⲁϥⲥⲱⲧⲉⲣ ( l. ⲁϥϣ//
ⲑⲟⲣⲧⲉⲣ ) ⲙ̀ⲡⲉⲥⲥⲱⲙⲁ ⲧⲏⲣϥ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲧⲉⲓϫⲓϫ
ⲛ̀ⲟⲩⲓⲛⲁⲙ ϩⲱⲗⲕ ⲉⲣⲟⲥ ⲛⲉⲙ ϯⲉⲥⲫⲁⲧ ⲛ̀ⲟⲩⲓⲛ//
ⲁⲙ. ⲥⲁⲡⲉⲥⲱⲙⲁ ⲧⲏⲣϥ ϣⲙⲟⲩⲓ. ⲉⲁⲥⲉⲣⲓ̄ⲇ ⲛ̀ⲣ//
ⲟⲙⲡⲓ ⲉϥϣⲧⲏⲟⲩⲧ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲙⲁⲛ̀ⲕⲟⲧ : ⲛ̀ⲥⲉϣϫ//
ⲉⲙϫⲟⲙ ⲁⲛ ⲉⲥⲟϩⲓⲉⲣⲁⲧⲥ ⲉⲛⲧⲏⲣϥ. Ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲇⲉ
ⲉⲧⲁϥⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲓϫⲟⲙ ⲉⲣⲉⲫϯⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧϥ ⲙ̀ⲫⲏⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ϧⲉⲛ ⲡⲓϣⲧⲉⲕⲟ :
ⲁϥϩⲱⲗ ϣⲁⲣⲟϥ ⲉϥϯϩⲟ ⲉⲣⲟϥ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ.
ϫⲉ ⲡⲁⲟ̄ⲥ̄ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲓⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲓϫⲟⲙ ⲉ//
ⲧⲉⲕⲓⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲭ̄ⲥ̄ ⲁⲛⲟⲕ ϩⲱ
ⲟⲩⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲏⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲱⲛⲓ ⲛ̀ⲥϩⲓⲙⲓ : ⲉⲁⲡⲓ//
ⲇⲓⲁ//

ⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ ⲉⲣⲫⲑⲟⲛⲓⲛ ⲉⲣⲟⲥ : ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲓⲡⲉⲑⲛⲁⲛⲉⲩ
ⲉⲛⲁⲥⲓⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ : ⲁϥⲧⲁⲕⲟ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲥⲱⲙⲁ ⲧⲏ-
ⲣϥ ϧⲉⲛ ⲟⲩϣⲱⲛⲓ ⲉϥϩⲱⲟⲩ : ⲟⲩⲟϩ ⲓⲥ ⲓ̅ⲇ̅ ⲛ̀ⲣ-
ⲟⲙⲡⲓ ⲉϥϣⲧⲏⲟⲩⲧ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲙⲁⲛⲉⲛⲕⲟⲧ ⲙ̀ⲡⲉϥ-
ⲟϩⲓⲉⲣⲁⲧⲥ ϩⲓϫⲉⲛ ⲛⲉⲥⲫⲁⲧ : ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓⲓⲛⲓ ⲉⲣⲟⲥ
ⲛ̀ⲟⲩⲙⲏϣ ⲛ̀ⲥⲏⲓⲛⲓ : ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛⲣⲉϥⲙⲟⲩϯ ⲙ̀ⲡⲟ-
ⲩϣϫⲉⲙϫⲟⲙ ⲛⲉⲣⲫⲁⲫⲣⲓ ( I. ⲫⲁϭⲣⲓ ) ⲉⲣⲟⲥ :-
ⲉϥϣⲱⲡ ⲁⲕϣⲁⲛϣⲗⲏⲗ ⲉϫⲱⲥ . ϣⲁⲧⲉⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲉⲣϩ-
ⲙⲟⲧ ⲛⲁⲥ ⲙ̀ⲡⲧⲁⲗϭⲟ : ϩⲱⲃ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲉⲕⲛⲁϫ-
ⲟⲧⲟⲩ ⲛⲏⲓ ϯⲛⲁⲁⲓⲧⲟⲩ :- ⲉϥϣⲱⲡ ⲭⲟⲩⲱϣ ⲛ̀ⲧ-
ⲁⲭⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉⲕϣⲉ ⲛⲁⲕ ⲉⲡⲉⲕⲏⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓ-
ⲣⲏⲛⲏ : ϣⲁ ⲉϭⲣⲏⲓ ⲉ ⲅ̅ⲗⲩⲧⲣⲁ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲃ . ⲛ̀ⲧⲁ-
ⲧⲏⲓⲧⲟⲩ ϭⲁⲣⲟⲕ : ⲛⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲡⲓⲇⲟⲩⲝ ⲛ̀ⲧ-
ⲉϥⲭⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲁⲣⲓⲟⲩ ⲛⲉⲙⲏⲓ ⲛⲟⲩ ϩⲓⲙⲟⲧ :-
ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲁϥⲛⲉϥⲧⲣⲱϥ ⲛ̀ⲥⲱⲃⲓ
ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ : ϫⲉ ϯⲟⲩⲱϣ ⲁⲛ ⲉⲑⲣⲉⲕϫⲁⲧ ⲉⲃ-
ⲟⲗ : ϫⲉ ⲟⲩⲓ ⲣⲱⲙⲓ ⲁⲛ ⲡⲉ ⲉⲧⲁϥⲉⲣⲁⲛⲁⲅⲕⲁⲍⲓⲛ ⲙ̀-
ⲙⲟⲓ ϣⲁ ⲧⲉϥⲉⲛⲧⲉⲛⲁⲓⲙⲁ . ⲁⲗⲗⲁ ⲫⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ
ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉ ⲉⲧⲁϥⲉⲛⲧ ⲉⲛⲁⲓⲙⲁ . ⲗⲟⲓⲡⲟⲛ ⲟⲩϩⲱⲃ
ⲛⲁⲛⲉϥ ⲉϯⲉⲣⲉⲧⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ⲧⲟⲧⲕ ⲉⲑⲣⲉⲕϥⲓ ⲙ̀-
ⲫⲣⲱⲟⲩϣ ⲙ̀ⲡⲁⲥⲱⲙⲁ . ⲁⲩϣⲁⲛ ϯⲁⲡⲟⲫⲁϭⲓⲥ
ⲉⲣⲟⲓ . ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲟⲩⲟⲣⲡ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉⲭⲏⲙⲓ . ⲉⲡⲓ-
ⲙⲁ ⲛ̀ⲑⲱⲙⲥ ⲛ̀ⲁⲓⲟϯ ⲛⲉⲙ ⲛⲁⲣⲱⲙⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ . ⲡⲉ-
ϫⲉ ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲛⲁϥ . ϫⲉ ⲡⲁⲓ ϩⲱⲃ ⲫⲁⲓ ⲣⲱ ϯⲥⲉ-
ⲃⲧⲱⲧ ⲉⲁⲓϥ . ⲁⲗⲗⲁ ⲧⲱⲃϩ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲉⲑⲣⲉⲕⲉⲣ-
ⲡⲁⲙⲉⲩⲓ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲧⲟⲡⲟⲥ ⲉⲧⲉⲕⲛⲁϩⲱⲗ ⲉⲣⲱⲟⲩ .
ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟⲩⲱⲛ ⲣⲱϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓ-
ⲙⲉ ⲁϥⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟϥ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ⲉⲣⲉ ⲫϯ
ⲫⲓⲱⲧ

ⲫⲓⲱⲧ ⲙ̀ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟⲕ ⲡⲁⲥⲟⲛ
ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲛⲉϩⲃⲱⲛ. ⲟⲩⲇⲉ ⲗⲟⲓⲙⲟⲥ ϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ
ⲡⲉⲕⲏⲓ. ⲟⲩⲇⲉ ⲛ̀ⲛⲉϫⲣⲟϫ ⲛ̀ⲧⲁⲕ ⲛⲁⲩ ⲉⲕⲟⲗⲁⲥⲓⲥ
ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ. ⲛⲁⲓ ⲇⲉ ⲉⲣⲉ ⲉⲑⲩ ϫⲱ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲓⲟⲩⲗⲓ=
ⲟⲥ :- ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ⲟⲩⲱⲣⲡ ⲁⲛⲓⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲥⲱⲛⲓ ⲉ=
ⲙⲛⲁⲓ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲛⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲱⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ
ϧⲉⲛ ϯⲟⲩⲛⲟⲩ. ⲁⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲟⲩⲱⲣⲡ ⲛ̀ⲛⲉϥⲁⲗⲱⲟⲩⲓ:
ⲁⲩϥⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥⲥⲱⲛⲓ ⲁⲩⲉⲥⲁⲕⲭⲁⲥ ϩⲓⲧϩⲏ ⲙ̀ⲡⲓⲁ=
ⲅⲓⲟⲥ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁϥϭⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲱⲟⲩ ⲁϥϣⲗⲏⲗ ⲉ=
ϫⲱϥ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ: ϫⲉ ϯⲧⲱⲃϩ ⲙ̀ⲙ-
ⲙⲟⲕ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲫⲏⲉⲧⲁⲡⲓⲧⲁⲗϭⲟ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲱ=
ⲛϧ ϣⲟⲡ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧϥ: ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲣⲟⲓ ⲙ̀ⲫⲟⲟⲩ
ⲉⲓⲧⲱⲃϩ ⲙ̀ⲙⲟⲕ :- ϫⲉ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲉⲣⲭⲁⲣⲓⲍⲉⲥ
ⲑⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲧⲁⲗϭⲟ ⲛ̀ⲉⲩⲭⲁⲣⲓⲥⲧⲓⲁ ⲧⲥⲱⲛⲓ ⲛ̀ⲓⲟⲩ=
ⲗⲓⲟⲥ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲓⲡⲉⲑⲛⲁⲛⲉⲩ: ⲉⲧⲉϥⲓⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲛⲉⲙ
ⲛⲏⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲧⲁⲕ: ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ϯⲟⲩⲛⲟⲩ ⲁϥ=
ⲉⲣⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲙⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲧⲩⲡⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲧ=
ⲁⲩⲣⲟⲥ ⲁϥⲧⲏⲓϥ ⲛ̀ⲛⲓⲁⲗⲱⲟⲩⲓ ⲁⲩⲫⲟⲛϥ ⲉϩⲣⲏⲓ
ⲉϫⲱⲥ: ⲥⲁⲧⲟⲧⲥ ⲁⲡⲉⲥⲥⲱⲙⲁ ⲥⲱⲟⲩⲧⲉⲛ: ⲁⲥⲧ=
ⲱⲛⲥ ⲁⲥⲟϩⲓⲉⲣⲁⲧⲥ ϩⲓϫⲉⲛ ⲛⲉⲥⲫⲁⲧ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁⲥ=
ϯⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲫϯ: ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ.

Ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲡⲁ ⲉⲡⲓⲙⲉ: ⲉϥⲭⲏ ϧⲉⲛ
ⲡⲓϣⲧⲉⲕⲟ ⲛⲁϥⲓⲣⲓ ⲛ̀ϩⲁⲛ ⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲧⲁⲗϭⲟ ϧⲉⲛ ⲡⲓ=
ϣⲧⲉⲕⲟ ⲡⲉ ϧⲉⲛ ⲛⲏⲉⲧϣⲱⲛⲓ :- ⲟⲩⲟϩ ⲁⲥϥⲱⲡⲓ
ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲁϥⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲡⲓⲇⲟⲝ
( l. ⲡⲓⲇⲟⲩⲝ ) ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲓϣⲫⲏⲣⲓ ⲉⲣⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ
ⲉⲡⲓⲙⲉ ⲓⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲓϣⲧⲉⲕⲟ: ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲑⲣ=
ⲟⲩⲥⲟⲃϯ ⲙ̀ⲡⲓⲃⲏⲙⲁ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲧⲟⲡⲟⲥ ⲉϣⲁⲩⲙⲟ=

ⲩϯ ⲉ̀ⲣⲟϥ ϫⲉ ⲛⲓⲕⲓⲥⲁⲣⲓⲟⲛ ⲁϥⲑⲣⲟⲩⲓⲛⲓ ⲛⲁϥ ⲙ̀ⲙ//
ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲃⲏⲙⲁ :- ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥϫⲉ ⲛ̀ⲛ//
ⲑⲟⲕ ⲡⲉ ⲉⲛⲓⲙⲉ ⲛⲓⲙⲁⲅⲟⲥ . ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲛⲁϥ :
ϫⲉ ϩⲁ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲉⲛⲓⲙⲉ : ⲁⲗⲗⲁ ⲁⲛⲟⲕ ⲟⲩⲙⲁⲅⲟⲥ
ⲁⲛ : ⲁⲗⲗⲁ ⲁⲛⲟⲕ ⲟⲩⲃⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅
ⲡϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲫϯ ⲉⲧⲟⲛϧ . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Iulius autem comes *Tareſil* ( *l. Taneſii* ) habebat ſororem ſuam virginem , cuius nomen erat EUCHARISTIA. *Diabolus ei invidebat ob bona opera quae faciebat : & daemon , ut eam obſideret , totum illius corpus turbavit , devaſtavitque : manum dexteram , dextrumque pedem ei incurvavit ; & corpus ipſius omne aridum , inaneque fecit . Anni ſunt* xiv. *ex quo ſuper ſtratum iacet , nec ullo modo ſeſe erigere poteſt* . IULIUS *vero quum audiſſet virtutes , quas Deus per manus ſancti ſui in carcere operabatur , ad eum acceſſit , ipſumque rogavit dicens : Audivi virtutes quas tu facis in nomine Chriſti : habeo & ego domi meae ſororem mulierem , cui diabolus invidens ob opera bona , quae faciebat , corpus ipſius omne morbo peſſimo devaſtavit . Et anni ſunt quatuordecim , ex quo ſuper ſtratum iacens ſurgere non poteſt : & miſi ad eam multos medicos , &* Incantatores ( *forte* circulatores , ) *nec illam ſanare valuerunt . Quod ſi tu oraveris ſuper eam , ultro dominus gratiam dabit ſanationis , & ego quicquid mihi iuſſeris , praeſtabo . Ac ſi tu vis , permitte mihi , ut domum meam in pace abeam , & tres libras auri ad Te afferam ſtrenae loco duci tradendas , ut te nobis dimittat . Ne me deſeras : fac mihi hanc gratiam . Sanctus autem Abbas os ſuum quaſi in riſum componens dixit ad Iulium . Nolo me hinc dimitti . Nullus eſt homo , qui me cogere poſſit , ut hinc dimittar . Sed iubeat Dominus & ille ſit , qui me hinc dimittat . Ceterum unum bonum opus eſt , quod te rogem , ut curam mei corporis geras , quando ſententia in me pronunciabitur , ut mittas illud in Aegyptum in locum Patrum meorum , & omnium meorum hominum . Reſpondit ei Iulius : Hoc idem opus* per-

*perficere paratus ſum . Sed oro te , ut meminerls mel in locis , ad quae tibi accedere contigerit . Et aperiens os ſuum S. Abba Epime benedixit ei , dicens : Deus Pater Domini mei Ieſu Chriſti tibi benedicat , frater mi , Iuli . Nec fames , nec peſtis ſit in domo tua : neque ſemen tuum videat flagellum punitionis . Haec enim ſunt , quae ſanctus Iulio dixit . Addiditque mox : mitte qui ſororem tuam adducant huc , ut gloria Chriſti in hac hora appareat . Iulius miſit pueros ſuos famulos : & hi eam geſtarunt , adduxerunque ponentes ipſam ante Sanctum . Sanctus vero accepit aquam , oravit ſuper eam dicens in hunc modum : Deprecor Te Domine mi Ieſu Chriſte , qui es ex temetipſo ſalus , & vita , exaudi me hodie orantem Te , ut digneris gratiam ſanationis largiri* Euchariſtiae *ſorori Iulii , OB PRAECLARA BENEFICIA , QUAE ILLE CONFERT IN SANCTOS TUOS . Et eodem tempore ſignum ſuper aquam duxit in formam Crucis , eamque dedit pueris ſervis . Illam hi ſuper ipſam infuderunt , & ſtatim corpus Aegrotae extenſum eſt : Illaque ſurgens ſuper pedes ſuos firma ſtetit , & gloriam dederunt Deo , & S. Abbati Epime .*

*Beatus vero Abbas Epime poſitus in carcere multas admodum morborum curationes ibi faciebat . Poſt haec , ut audivit Armenius dux mirabilia , quae Abbas Epime operabatur in carcere : erigi iuſſit in loco tribunal , & vocatis* Caeſarianis *praecepit , ut ſanctum adducerent , eumque ſtatuerent ſuper gradum . Et ille ipſum interrogavit dicens ; Tu ne es ille Epime Magus ? Reſpondit ei Sanctus . Ego ſum ipſemet certe Epime ; ſed ego non ſum Magus ; ſed ſervus Domini mei Ieſu Chriſti , Filii Dei vivi .*

Reliqua ſuperſunt multa . Sed ea tamquam non neceſſaria praetermittere in praeſentiarum malui . Nam quae hactenus attuli , ſatis , mea quidem ſententia , ſunt ad illud omne praeclarae laudis teſtimonium , quo *S. Martyr Paneſniv* Iulium noſtrum mirifice exornavit , intelligendum . Interea vero duos heic habemus illuſtres prorſus , & admirandos teſtes , quorum alter in Thebaide , alter Alexandriae , paribus omnino conſoniſque praeconiis ingentem Iulii noſtri pietatem , aſſiduumque ſtudium in iuvandis , fovendis , erigendis , & ope omni recreandis Sanctis Chriſti Confeſſoribus , & fi-

dei noſtrae athletis inter carcerum ſquallores verſantibus, ex·ulerunt, ſummiſque laudibus celebrarunt.

(51) ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉϥϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲉϥϣⲗⲏⲗ. ⲁϥⲧⲱϩ̀ⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲡⲓⲣ̀ⲛ ⲇⲓⲟⲛⲏⲥⲓⲟⲥ - ϩ̀ⲙ ..... *Et quum orandi finem feciſſet, unxit latus Dionyſii in ....* Heic haerendum mihi eſt. Exciſa ſunt enim; proh nefas! acta, & quae deinceps ſcripta in iis erant, miſerandum in modum periere. Sed nullus dubito, quin illa ſaltem ultima particula ϩ̀ⲙ, *in*, neceſſario poſtulet, ut coniungatur cum invocatione *Sanctiſſimae Triadis*; adeo ut integra huius loci ſententia ſic reddi debeat: *Et* (S. Diaconus Paneſniv) *latus unxit Dionyſii in NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI*. Nam & divinis hiſce verbis uſus antea fuerat, quum ungeret, ut ſupra vidimus, Beſamonem.

Et ſane huius tam piae, & chriſtianae invocationis formula, quam ſolemnis & frequens eſſet in ore Thebaeorum Martyrum, eo maxime tempore, quo Diocletianea perſecutio faeviebat, colligere licet ex actis Memphiticis S. M. Iſaac *Tephrenſis*, vel *Dephrenſis*, quae, ut proxime ante dicebam, nuper mihi ſuppeditavit celebre Muſeum Borgianum. In his enim pag. 79. ita legitur· ⲧⲟⲧⲉ ⲁϥϫⲟⲥ ⲉⲑⲣⲟⲩⲁϣϥ ⲉⲡⲓⲣⲙⲉⲛⲧⲁⲣⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲥⲉϩⲱⲕⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲟϥ. ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁϥⲉⲣⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ: ϫⲉ ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲓⲱⲧ ⲛⲉⲙ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁⲣⲓⲃⲟⲏⲑⲓⲛ ⲉⲣⲟⲓ ⲡⲁⲥⲱⲧⲏⲣ ⲛ̀ⲁⲅⲁⲑⲟⲥ: ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ϯⲟⲩⲛⲟⲩ ⲁⲡⲓⲣⲙⲉⲛⲧⲁⲣⲓⲟⲛ ⲕⲱϣ ⲁϥⲉⲣ̅ⲃ̅ ϧⲉⲛ ⲧⲉϥⲙⲏϯ: *Tunc* (Culcianus) *iuſſit vas aquae ferventis ſuſpendi, ut in illud eum demergerent. Sanctus vero ſignavit ſe dicens: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, adiuva me, Servatorem bone: & eodem temporis momento vas confractum eſt medium, & ſciſſum in partes duas*. Idem praeſtitit vir Sanctus, quum ad ebullientem chaldariam aquae, olei, ſalis, piciſque mixtura plenam accedens: ⲁⲣⲉⲥ ⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ⲅ̂ ⲥⲟⲡ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ: ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲓ-

'ⲙⲫⲓⲱⲧ ⲛⲉⲙ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ, *ter ſe ſignavit dicens : In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, Similia occurrunt in laudatis eiuſdem omnino aevi Memphiticis actis S. Martyris *Apa Epime*, *Apa Tia*, aliorumque. Nam & poſtremus in carcere ſanabat infirmos ungens eos oleo: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. De origine, & uſu huius divinae invocationis, quid ego opinarer, iam ſupra ad acta *S. Coluthi* expoſui.

Ne quid reliqui faciam, id unum tandem de *nomine* S. Martyris noſtri te admonere operae praetium duco, me illud appellaſſe ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ, *Paneſniv*, ⲏ, *Eta* pro ⲓ, *Iota*, accepto, more recentium graecorum; quod ita expeditioris faciliorisque pronunciationis vocabulum mihi viſum fuerit. Sicque hoc nomen, ⲁⲡⲁ ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲓⲩ quod *Pater Fratrum* exponitur. latinis erit, *Abbas Paneſniv*, ex memphitica vero dialecto ⲁⲡⲁ ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲟⲩ: *Abbas Paneſneus*, vel *Paneſnius*. Sin autem illud ipſum appellare malis per ⲏ, *Eta*, ⲡⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ *Paneſnev*, & id tibi liberum eſto. Tui enim iuris eſt. Sed in ore tuo, meoque una ſemper ſit Chriſto Deo, qui dilectum eccleſiae ſuae Diaconum *Paneſniv* martyrii corona donavit, *immortalis gratiarum actio*, *honor*, & *gloria ſempiterna*.

FINIS.

6268.

IN-

# INDEX
## RERUM NOTABILIUM.


A

Abbacum Propheta ad Danielem in lacum Leonum per Angelum Babylonem mirifice translatus. Ex Daniele ipso cap. XIV. vv. 32. & seqq. iuxta apographum Boniourii. p. 299.

Abianus curator Regii Penoris. p. CXIX.

Acta quaedam MM. graecs & Aegyptia, in quibus epocha Imp. Dioclet. non a die creationis, sed a die indictae tyrannidis, & persecutionis sumitur, pag. CLXIII. & seq.

Acta S. Panesniv Abb. & Martyr. pag. 178. & seqq.

Actorum S. Diaconi, & M. *Panesniv* synopsis. p. 166.

Acus ferreus candens supplicii genus. pag. LXXXII.

Agapae apud Aegyptios, quam antiquae. pag. XVII. In aedibus Martyrum usitatae. Ibi. Sub initium Sec. V. cessasse videntur. Ibi.

Agathias. Illius de consonantia Magorum & Manichaeorum in duobus principiis testimonium, p. CCLXXXVI.

Agonales ludi Alexandriae in Natali Imperatorum pag. CXLI. quo die, & anno? Ibi.

ⲀⲒⲦⲈⲒ, quid significare possit? pag. 295.

Alabastra, civitas in Aegypto, unde *Alabastri* Populi. p. 316.

Albertus, Iobannes. Illius de *diapsalmate* Hesychiana expositio exhibetur quasi centrum, in quo reliquae omnes, etsi tam multae numero, & variae inter se, conciliantur. p. 334.

Alexandriae Praefectus *regio iure* regebat Aegyptum. pag. CXLIII.

Alexandri Magni Epistola ad Matrem. pag. 287. Apocrypham Iablonskius, Athenagoras, & Augustinus genuinam censent. Ibi.

Allucinationum series, unde in priore editione Miraculorum S. M. Coluthi natus est error de *Macario* male accepto pro S. Martyre Diacono *Panesniv*. p. 163. 164.

Alphabeti Tibetani, Vindiciae. V. *Velitatio*.

Ambadi, Patrium solum & Civitas Krishnae, in Samscrdamico Libro *Bhagavadan*. p. CCXLVII.

Ambrosius, S. Archiep. Mediolanensis Monachis in oriente vita functus apparuit. pag. 130. & seqq.

Ammianus Marcellinus, laudatus. p. LII. 41.

Ἀμοῦν, aut ἀμῶν, vel ἀμμῶν, numinis Amon nomen, ortum ducere e duabus indicis particulis *Hom Hum* separatim sumptis, sed male ab Aegyptiis intellectis, & involutis, tandemque miserrime corruptis, portenti loco habendum est. pag. CCLX. & seq.

Analecta Graeca latine reddita a Benedictinis Monachis Congr. S. Mauri. p. 270

Ἀνάφορα, πρόσφορα sic dicta Liturgia, Missa., Sacrificium christianorum, Sancta *oblatio*. p. 54.

Anathematismi, quos offerre debebant Ecclesiae Manichaei, quoties in eius sanctae communionis sinum, aut ingredi, aut redire vellent. p. CCXCIV.

Ⲁⲛⲉⲙⲉⲣⲁⲓ quid? pag. CXXIII. CXLVII. CXCIII. Per aphaeresin ⲛⲉⲙⲉⲣⲱ psg. CLXIX.

Angelus, Antonius, Bergomas, Ord. Reform. S. Francisci Missionarius Aegyptius in Thebaide, Fragmentorum nostrorum collector. p. 3.

Anquetilius Du Perron, de duobus coaeternis, & contrariis principiis Persarum, & Indorum Magorum sy-

systema a Gnosticis , & Manichaeis adoptatum tradit . pag. CCXCIII.

Antiooopolis Christiani cives probe norant secernere vera omnipotentis Dei miracula a portentis daemonum, & a praestigiis sacerdotum gentilium Antinoi , ne in iis errarent , quae , auctore Cbristo , tam aperte edebantur in Martyrio S. M. Colubi . p. 109. & seq.

Antinoous civitas , an eadem ac Taubah . pag. XXXVIII.

Antonellius , Nicolaus , Cardinalis laudatus . p. 364.

Antonius , S. Abbas . In eius moote Presbyter erat sacrificium celebrans. pag. 54.

—— morem asservandi corpora MM. domi vehementer *improbat* . p. 99.

—— ϯⲗⲟϫ an idem sit ac Pispir mons Magni Antooii ? p. 94. 95.

——Quo anno , & quo circiter mense, recrudescente Maximini persecutione, accesserit Alexandriam , & inde in mootem redierit,p. CLXXXIV.& seq

Aoub , Apa Martyr Ephebus . p. CXXIII. Huius pueri ascetae gloriosa mors , & corporis translatio io vicum patrium Naisi . p. CLVII. & seqq.

D'Anville laudatus . p. XX. XXXV. LVIII. XCVI. CXCVI. 316. & alibi.

Ⲁⲡⲁ Titulus *ascetis* omnibus vel ante Monasticae ipsius originis tempora . p. LVII.

Api , Vitulus , Taurus , Aegypt., unde sic dictus ? p. CCXXV. CCXXVI.

Apollo apud Graecos & Romanos , *Horus* Osiridis filius apud Aegyptios. pag. 273.

—— Apollines plures . Ibid.

—— Apollo Indicus . p. 278. & seqq.

—— quae apud Indos fabulae de eo praedicantur , Gnosticorum , eorumque similium baereticorum aenigmata & ougas sapiuot . p. 290.

—— Apollinis vicus . pag. 166.

Apollo mortalis bomo ad divioitatis honores evectus , SS. PP; Martyrum , immo & Gentilium testimoniis passim enunciatus . pag. 274. & seq.

Apophthegmata PP. Aegyptiorum,alias de dictis , & rebus gestis PP. codex M.S. Tbebaicus Musei Borgiani mutilus,describitur . p. 57. saepe deinceps laudatur 65. 68. 91. 94. 117. 139. 150. & alibi .

Ⲁⲡⲟⲫⲁⲥⲓⲥ ⲙ̀ⲫⲙⲟⲩ , tabella sententiae mortis de collo appensa subtrahebatur proxime ante lethalem gladii ictum . p. CLXXIV. & CLXXVII. & seq.

Apparitionum ac visioouum MM. , atque SS. post mortem plurima exempla a priscis Ecclesiae Patribus, ceterisque scriptoribus testata. p. 127 Vide *ἐπιφάνειαι* .

Archangeli *ἶρ* , vigilis subita apparitio solet quidem esse semper conjuncta cum consternatione & terrore spectatorum , sed *vigil* proprie non respondet thebaicae voci ⲟⲩⲱϭⲡ , quae una revera *subvertere* , *consternare* , *concutere* , *tremefacere* , *& confringere* sigoificat. p. 297.

—— Ne itaque . p. 179. adnot. 13. lege : *vigil tabularii* , sed istorum verborum loco ea subiice , quae habes lin. 26. cit. p. 297.

Arcudius : Illius coniecturae de oleo Infirmorum olim ab Episcopis Graecae , & Orieotalis Ecclesiae fer. v. maioris hebdomadae benedicto , deque necessitate emendandi rituales Codd. Orieotalium , expenduotur , p. 356. & seqq. Unde ille allucinari potuerit ? Ibi .

Argiuoa pro Iohanoe nomen insertum in acta Krishoae , cur ? pag. CCXLIX. & seqq.

Aristopbanes io vespis . v. 90. metonymice lignum pro scabello dixit . pag. 301.

Armas , quid ? pag. 123.

Armenius , Alexaodriae Praefectus . pag.

pag. CLXI. Dux etiam, & comes dictus CXLII. & alibi passim.
—— Edicta Persecutionis a Diocletiano accepta primum Alexandriae, promulgavit, deinde in alias omnes Aegypti Provincias promulganda misit. CXLII.
Arianus Graec. Histor. de exped. Alex. M., deque Reb. Indicis., laudatus, p. CCII. CCIV. CCV. CCVI. CCVII. 280. 281. 288.
Arnobius, laudatus. p. 277.
Arrianus S. M. Nomen romanae originis. pag. 41.
—— De an. illius Martyrii p. 42. Praeses Thebaidis. CLXXIV. Idemque & Babyloniae Aegypti, & Hormes. CXLIV. Ignorans Aegyptiacam linguam in iudiciis utebatur interprete; ex actis S. Apa Isaac. p. CCLXXVIII.
Arseni S. Illustre ac celebre factum ab eo narratum a vetustissimo quoque Veliterni Borgiani Musei Aegyptio libro, Thebaicis litteris exarato, testatum fit. pag. 56. & seqq.
Articulum ⲡ vel ⲫ Aegyptii Dei nomini praeponunt. pag 272.
Assemanus, Evodius Stephanus, laudatus. CCXCII. 245. & seqq.
Assemanus, Iosepb Simonius, confirmat aliis testimoniis sententiam S. Epbraem de duobus contrariis diis Indorum. pag. CCXCII.
—— Idem de Sabaeis, sive Cbristianis, S. Iobannis Manichaeis. CCCIV.
'Ασήλιον, supplicium SS. MM. illatum. pag. LXXIV.
Astronomia Indorum quam recens, tenuis, rudis, & informis. p. CCLXIII. & seq.
—— Eorum astronomica epocba repetitur ab anno aer. Christ. 638 Ibi.
Athanasius, S. laudatus. pag. LXIV. CLXXXIV. 271. 348.
Athribis civitas, & nomi Athribitani metropolis. Praeses Cyprianus. pag. CXXIII.
Averanius, Nicolaus. Eius dissertatio *de Mensibus Aegyptiorum*, cum notis Cardinalis Norisii. p. CIX.
Augustinus, S. laud. p. CC. CCXXXVIII. Ibi refert *epistolam fundamenti* a Manete scriptam. CCVI. CCX. p. 43. 44. 80. 98. 112 127. 128. 194. 2-2 199. & alibi.
Ayodia civitas in Indiis, eadem ac *Iudab*, & *Gioda* natale solum *Krishnae* p. CCXLV.

B

Βάθρον, subsellium apud Euseb. pag. 302.
Balago-purana. V. Marcus a Tumba.
Baluzius. Stephanus, laudatus. p. 213. 117. & alibi.
Baronius, Caesar, Ven. Cardinalis, laudatus. p. 216. & alibi.
Barses, S. Episcopus Edessenus sub Imp. Valente relegatus primo in Phoeniciam, deinde Oxyrincbum, postremo Phile in Thebaide. Quo anno? p. 132.
Basilius, S. laudatus. pag. CCXCI. 353. & alibi.
Basnagius, Iacobus, laudatus. pag. CCLXXXVIII.
Baudri, Paulus, laudatus. p. 224. 269.
Bayerus. Theophilus Sigefridus, Christianos S. Iohannis veteres Manichaeos facit. p. CCCIII. & alibi.
Beausobrius, laud. p. CCLXXXI. & seqq.
Behnesa civitas est Oxyrinchus in Arcadia, Heptanomis quoque nuncupata. pag. 41.
—— grandem Virginum & Monachorum copiam aetate sua Ruffinus in ea fuisse testatur. ibid.
—— ea Ammiani temporibus Praesidis Antinoopolitani iurisdictioni non suberat. ibid.
Benedictio. Eo nomine Eucharisticum sacrificium significatur, p. LXI. CXX.
Bened. XIV. laudatus. p. CCXCV. & 210.
Ⲃⲉⲣⲉⲕⲁⲣⲓⲟⲥ. Vide, Verедarius.
Du Bernat, P. olim S. I. Missionarius in Aegypto. Eius epistola, p. 358. 364
Bernierius, Iohan. Franciscus, laudatus. pag. CCLXXXIX.

Ber-

Bertius , Io. Laur. Augustinianus . Eius sententia de operibus Dion. Areop. p. 174.

Besamon custos carceris mirifice sanatus a S. M. Paoesniv . Eius nomen unde ? pag. 339.

Bestiae ad supplicium MM. adhibitae . pag. LXXXIII.

Boiretus , D. , Collegii Paris. ad peregrinas Missiones , Concincinae primum , & Tunkini Missionarius , deinde Proc. Generalis earumdem missionum, testis ingenuus de Sinensium , & Tunkinensium Manichaeismo . Idemque est , qui de Atheismo sectae litterariae Sinensium testatur . p. CCXCIV. & seq.

ⲂⲰⲔ ⲈϨⲢⲀⲒ , non semper significat , *ascendere* . p. 92. 93.

Bollandus , Iohannes . p. 36. 141. 144. 145. 305. & Bollandiani Hagiographi . pag. CLXXVI. & alibi saepe laudati .

Bona , Iohannes , Cardinalis S. R. E. de operibus S. Dionysii vulgo Areopagitae cognitis IV. desinente vel ineunte sec. V. p. 174.

Boniourius , Guillelmus , Augustinianus , de tempore Serapiorum . pag. CLIII. De Ritibus Sinensibus MSS. p. CCXCVII. De Dynastiis Aegyp. CCXXI. De *Nomine Patriarchae Iosephi a Pharaone imposito* . p. 186. Monumenta eius Copt. p. LX. Psalterium Copto-latinum . p. 37.

Boou , locus militaris stationis antequam ibi a S. Pachomio conderetur Monasterium . pag. 322. & seqq.

Borgia , Stephanus Cardinalis . Illius Dissertatio de rebus gestis , & cultu S. M. Colothi . p. 3. usque ad 14.

—— De Sacr. Extremae Unctionis , Dissert. p. 361.

Borgiani Codicis de Miraculis S. Coluthi antiquitas & praestantia perquiritur . pag. IV. & seqq.

—— orthographia describitur . ibid.

—— eius aetas investigatur . pag. XIV. & seqq.

Brahmanum de Summo , Veroque Deo errores : pag. CCLXV. seqq. Vide P. *Paulinus* .

Budha Indorum Brahmanum Deus erat ex homine factus , non Mercurius genius , non rector Planetae cognominis , unde descendens apparuerit Indis primum , deinde Phoenicibus , Aegyptiis , Graecis , Tibetanis , Peguanis . p. CCXX. & seqq.

—— duplex , alter ante , alter post Christum . Ille ex homine Deus : iste homo natus ex latere Virginis . pag. CCXXXIII. & alibi .

—— vetustissimus Deus , non Rector Planetae Mercurii , sive senior , sive iunior , sed homo mortalis ; idem qui post Christum natum , dictus deinde est ex Virgine partus, p. CCXX. & alibi saepe .

C

*Cabasa* civitas , & nomus *Cabasites* in inferiori Aegypto . pag. CXCIV. an inde *Chbais* , vel *chbabes* , patria Iulii *Chbabesensis* ? pag. seq.

Cabirorum Deorum originationem a Samscrdamico nomine *Cabi* vel *Cavi* deducere velle, commentum est Samscrdamicae etymologiae intollerabile . pag. CCLVI. & seqq.

—— Ea vertit *bacchantes* Indos in Poetas , Oratores , Philosophos , & Theologos insignes in caelo , & in terra . p. CCLVII.

Du Cangius , laudatus . pag. LXI. LXXIV. CXV. 214. 267. 299 , & alibi . p. LXIV. observatu ,

Cassianus Maceratensis , Sacerdos Missionarius ad Tibetanos Ord. PP. Capuccinorum, defenditur . pag. CCXLI. CCXLIII.

Catasta , quid ? pag. 302. 303.

Cathedra , sive sedes ferrea ignita ⲕⲁⲑⲉⲇⲣⲁ vel ⲥⲩⲙⲯⲉⲗⲗⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲃⲉⲛⲓⲡⲓ ⲛ̀ⲭⲣⲱⲙ supplicii genus . pag. LXX. & seqq.

—— eius inferendi modus . ibid.

Cave , Guillelmus , laudatus . p. 174.

 Chri-

Digitized by Google

Christi Nominis corruptores Gnostici, Basilidiani, Marcosii & Heracleon ex Schola Valentinianorum. p. CCXLII
Christophorus scriptor, et testis oculatus actorum S. Martyris *Apa* Isaac Tiphrensis. pag. XXXII.
Clemens Alexandrinus Boudham, p. CCXX. Mercurium Thebanum, & Aesculapium Memphitem, tres hosce Deos ex hominibus factos scribit. p. CCXXII. & alibi saepe laudatus.
—— Illius commentarius in Amos. pag. 131.
Codex Borgianus, unde excerptum est Fragmentum actorum S. Martyris *Panesniv*, describitur. p. 168.
Colligatum virum, rasa atque incisa pelle, bestiis obiici, supplicium fuit ad MM. cruciandos adhibitum. pag. LXXXIII.
Colloquium cum Abbate Mingarellio de nota numerica ad summum marginem membranarum Fragm. II. *in append. Fragmentor. Liturgicor.* superioris voluminis exponitur. p. 169.
Coluthionis regio in Mareotica Praefectura. p. 39.
Coluthus Episcopus in superiori Cyno Thebaidis Symmista Meletianorum schismaticorum. p. 35.
Coluthus, S. M., eius patria, educatio, pietas, religio, studia, fides, Martyrium, & cultus. pag. 4.
—— Veterum de eo testimonia. ibid. & seqq.
—— quo tempore, & quo Martyrii genere coronatus sit, p. 10. & seqq., pag. 42. & seq.
—— eius miracula, pag. 16. & seqq. pag. 22. & seqq.
—— sacra eius Aedes prope Antinoem. pag. XVII. & seqq.
—— multi hoc nomine Coluthi. ibi.
—— S. Martyr Noster Coluthus Virgini Antinoitanae mirifice apparuit. Quo anno? p. XVII. & seq., pag. 9. 35. & seqq.
—— Idem decoro vultu se spectandum praebens Paralytico ipse se Medicum appellat. Incertum est, an talem se dixerit ex medica arte, quam ante Martyrium coleret, an vero magis ex divina, & prodigiosa virtute, qua aegrotos sanabat? p. 136. & seqq.
—— Idem S. M. in historia conversionis Mariae meretricis, quaedam quae parum decora vulgo hominum videri poterant, praestanda auggessit Paralytico in introitu urbis Antinou; quae tamen omnia ex arcano Dei consilio ordinata erant ad publicam utilitatem populi, & ad aeternam salutem infamis peccatricis Mariae, a p. 139. usque ad 150.
Constantinus, ab Ascuio Ord. PP. Capuc., Missionarius in Indiis, perperam ab adversario citatus. pag. CCXXXI.
Constantinus M. Imp. Edicta Diocletiani adversus Christianos exhorruit. p. 227
—— Incendium Palatii Nicomed., ubi erat Diocletia., tribuit fulmini. p. 291.
—— Maximinum a saevitiis in Christianos exercendis litteris suis deterruit. p. CLXXXVII.
—— Primam legem pro Christianis Romae, alteram Mediolani edidit, quo anno? Ibi.
—— Edictum secundum Mediolani editum multo accuratius, & honorificentius quam primum. p. CLXXXVIII.
—— Eius or. ad SS. coetum. III.
Constantinus a Spiritu S. Augustinianus cum suis omnibus Ven. Card. Tournonio Machaone addictissimus. pag. CCXCVII.
Convivia in honorem Martyrum fieri solita, & ab Agapis discrepantia. pag. III. & seq.
—— quorum consuetudo in Aegypto quoque viguit. pag. 113. & seq.
—— et Borgiani Codicis eximio fragmento comprobatur. p. 114. & seqq.
—— eaque cum incruento sacrificio celebrabantur. ibid.
Corona candentium carbonum supplicii genus. pag. LXXII.
Cotelerius, Io. Baptista, laudatus. pag. 56. 57. 150. & seqq. & alibi.
La-Crozius, Veyssiere Maturinus, laudatus. XXXIV. XXXV. XXXVI. LXIX. p. 92. 158. 238. 296. 309. 311.

Crucis

Crucis sanctissimae signum quam admirandae virtutis iam inde ab Apostolicis temporibus . p. 79. 80.
—— cum invocatione SS. Trinitatis coniunctum . p. 81.
Ctesias laudatus . p. 288.
Culcianus functus Praesidis Pemge, & Thebaidis munere, mox Praefectus Augustalis Alexandriae Aegypti fuit. p.233. & seq
—— tempus, quo Alexandriam ille Praefectus venerit . pag.234. & seq.
—— In actis SS. MM. Ioh. & Cyri Culcianus pro Arriano Praeside legendus . p. CLXXXII.
Cuperus, Gisbertus, laudatus . p.CIX. & alibi .

## D

Dei nominis invocatio per Christum Iesum unicum & universalem mediatorem inter Deum, & homines, in Miraculis Martyrum, ex prisca Catholica Ecclesiae fide & disciplina, principi loco in Aegypto, & ubique terrarum semper habita, & spectata est, deinde nomen Martyrum tamquam supplicum, & intercessorum . p. 81.
Deiecti vincti MM. in mare . pag. LXXXV.
Dentium avulsio supplicii genus . pag. LXXX.
Dhermaragia, nomen non Indico-Samchrdamicum, sed Barbaro-graecolatinum . p. CCXXII.
Diaconorum aetas tribus prioribus ecclesiae seculis, quaenam esset ? p. 208. 209.
——Eorum officium erat,tempore praesertim saevientis persecutionis, cura omni adiuvare quomodocumque possent,Sanctos Confessores in vincula proChristi fide coniectos,p.382
Διατάγματα ab epistolis Principum discrepabant . ibid.
—— saepe tamen Praesides provinciarum, iussa Principum, sibi per epistolam allata, edictis provincialibus proponebant . pag. 225.
Διάταγμα, *Edictum* . pag. 224.
Dii Aegyptiorum . pag. 227. & seqq.
——Bestiae inTemplis magnificentissimis.p.231.Hymni ante eorum ostentionem aegyptiaca lingua aSacerdotibus cantati . Ibi .
Dii, quos a Christianis coli per edicta Imperatores imperabant, recensentur . pag. 229. & seqq.
Dii Carthaginienses, Dii Romani apud Afros nuncupati . p. 227.
Diocletiani διατάγματα in Aegypto praesertim proposita de persequendis Christianis enucleantur . pag. 226. & seqq., pag. CIX. & seqq., & pag. CXIII. & seqq.
—— Persecutionis truculentissimae ab eo in Aegypto excitatae anni expenduntur, eisque & Praesides & Martyres tribuuntur . p CXL. & seqq.
—— Anni Diocletianei Imperii in quibusdam Actis SS Martyrum annos non imperii, sed excitatae in Christianos persecutionis significant . pag. CXLIII. & seq.
—— Diocletiani aliorumque Imperatorum dii . pag CXCIX. & seqq.
DiodorusSiculus.CCIV.CCV.CCXXVI.p.136
Dionysius S. Episc. Alex. p.229.
Dionysius miles, S.Martyr sub Culciano Praeside Taubaeh . XXXVII.& CXLIV.
Dionysius Areopagita, S. & M. Opera sub eius nomine edita quo seculo cognita ? p. 174.
—— Scripsit de divinis hymnis. p.175.
—— An huius scripti particula sit fragm. editum ? p. 170.
Dionysius dux militum . p. CVIII.CIX.
—— idem ac Dionysius Veredarius perlator edicti a Dioclet. in Aegyptum missus, p. CXVI.
Dionysius, Frater Iulii a S. M. Panesniv mirifice sanatus, p. 380.
Dodvvellus,Henricus,immani errore restringens edicta persecutionis a Diocletiano pro sua Aegyptiaca ditione edita ad solos Ecclesiarum Antistites, ut inde MM. paucitatem ostendat, ex his actis nostris memphiticis invicte refellitur, & confutatur a p. c. & deinceps .



Digitized by Google

E

**E**cclesiastes, mss. Cod. Musei Borgiani. cap. I. 8.
—— c. VI. 9. pag. 71.
—— c. VIII. 17. c. V. 17. pag. 75. & alibi.
—— c. V. 10.
—— c. I. 13. pag. 89. & alibi.

ⲉ̀ϩⲉ explicatum. pag. 32. & seqq.

Ⲉⲓⲛⲏⲩ, *fugio* significat, non *sequor*. p. 95.

Ⲉⲕϩⲁⲉⲟⲟⲩ, quid? p. 97.

Ekkhellensis, Abraham, de nomine Papa, laudatus. p. 364.

Ⲉⲗⲕⲱ̀ⲥ, quid? pag. 88.

Elmacinus nomen *Martyrii* inscite, & inepte tribuit sepulcris Mahumetanorum, p. 100

*Embrimium* sive *Embrimin* nuncupati virgultorum fasciculi in sellarum ac pulvinarium usum comparati. pag. 61. & seq

Encyclopaed. Gallica, de Magis, & Guebris Persarum. p. CCXCIII.

Ἐπιφάνειαι τῶν ἁγίων Apparitiones Santorum verae sunt; nec in alium sensum a nativa vocis significatione diversum trahi iure possunt. p. 128. & seq.

Ἐπ' εὐθεῖαν Graecorum, quomodo Aegyptii interpretentur. pag. 29.

Ⲉϥⲙⲟⲟϣⲉ in Nan. Fragmento; lectio varia: ⲉϥⲙⲟⲟⲛⲉ, quam legerat in graeco Cod. *Pelagius* diaconus. p. 95.

Ephraem Syrus, S., idemque doctissimus, errorem Manetis *de duobus* contrariis, & inter se pugnantibus Diis ab Indis derivatum docet, pag. CCXCI.

Ἐπισκοπὴ in Actis Apostolorum Episcopatum proprie significat. p. 106.

Epime, S. Martyr, in Vico Pancoleusi nomi *Pemge* natus. Ibi sub Culciano primum, deinde Alexandriae sub Armenio tortus, tandem sub Hierocle in vico Phouoh martyrio consummatus, p. CXLX. CXXII. & seq. & alibi.

Epiphanius S. de doctrina Manetis, circa duo summa principia ab indicis Scythiani & Magorum erroribus derivata. pag. CCLXXXVI.

——Eiusdem Fragmentum de XII. Gemmis thebaicum. pag. 313. & seqq.

Episcopi honoris caussa, & ad eos substituendos in locum exsulantium sub Valente Imp. Ariano ordinati. p. 134.

Error primae editionis in voce *S. Macarii* pro *Beato Martyre Diacono*, & ⲁⲡⲁ *Panesniv* inducta, corrigitur, p. 80 85. & alibi.

ⲉⲃⲗ̀ⲙ vocis significatio, p. 306. & seqq.

Estius, Guillelmus. De miraculo Tobiae a coecitate sanati. p. 77.

Ⲉⲧⲱⲟⲩⲛ est *ferre*, non *surgere*, p. 95.

Eucharistica vasa in vico Pancoleusi ob loci paupertatem, vitrea, p. CXIX.

ⲉⲩϫⲓⲛ̀ⲡⲁⲩ, quid? p. 89.

Euhius Dux militiae Alexandria Athribem pertulit edicta persecutionis. CXLIII. consors iudiciorum cum Cypriano Praeside Athribis, p. LXXI.

Ⲉⲩⲕⲁⲓⲛⲁⲣⲓⲥⲱⲥⲉ :(sic)error Theb. Amanuensis, p. 260. 261.

Eulogius episcopus sub Valente Imp. relegatus Antinoem cum Protogene Presbytero, quo anno? pag. 237. & seq.

Eusebius Cesareens. Episcopus, laudatus. p. 36. 109. 219. 220. 223. 224. 302. & alibi passim.

Ⲉⲩⲭⲁⲣⲓⲥⲧⲓⲁ, nomen Sororis Iulii Comitis insigni prodigio a S.M. Epime repente sanatae, p. 385.

Exempla admiranda piorum, sanctorumque hominum, qui divinas scripturas in Thebaide, & Aegypto memo-

Digitized by Google

moriae mandarant, easque memoriter recitabant sec. eccl IV. & V. p. 159.

Exempla exstant sanctorum hominum, qui τῷ σχήματι τῆς ἀκολασίας egregia facta patrarunt . p.149. & seqq.

Exilii apecie Martyres , quibus populus convictus miraculis favebat , a Praesidibus ad alios Praesides saepe missi . pag. LXXXVIII. & seqq.

F

Fabricius , Magister Gabriel , Ord. Praed. laudatus , p. CCVI.

Facundius Hermianensis lib. S. Epiph. de XII. Gimmis inscriptum retulit Diodoro Episcopo *Tarsensi* , Graeci vero omnes eum nuncupatum referunt Diodoro Tyrensi . p. 313.

Ferrum candena , ferventiaque stillicidia , supplicii genus . pag. LXXX.

Flanginius , Ludovicus Card, qui Argonaut. Apollonii Rhodii ex graecis in italica carmina elegantissime vertit , laudatus , p. 277. & seqq.

Fogginius, Io. Franciscus , latinam versionem lib. S. Epiphanii de XII. gemmis ex pervetusto cod. Vatic. Romae edidit , p. 313. Opus inscriptum Diodoro Tyrensi censet . ibi .

Fragmentum nostrum Theb. non dat nisi clausulam epistolae nuncupatoriae S. Epiphanii . Reliqua de *Sardio* , & *Topazio* lapidibus cum Graecis , & latinis editis codd. conferuntur , p. 317. 318.

Fragmenta Borgiana , sive particulae plurimae excerptae ex Actis integris SS. Martyrum in Prefatione passim allatae , & signanter pag. XXXVII., LXV. & seqq. , LXVIII. cum pluribus seqq. C. & seqq. , CVIII. & seqq. , CXVII. , CXXI. & seqq. , CXXVI. & seqq. , CXXX. , CXL. , CXLIV. & seqq. CLVII. & seqq. , CLXII. & seqq. , CLXIX. & seqq.

Fragmentum Borgianum Actorum S. Coluthi M. ubi & quando repertum . pag. 3.

—— Insignis eius vetustas . pag. 4. , pag. 34. & seqq.

—— Scriptum fuit quo tempore nondum in Thebaide spiritus & accentus gr. orthographiae invaluerant . pag. 34.

Fragmentum Borgianum ex sermone , uti coniicitur , de laudibus Apostolorum , pag. 102. & seqq.

Fragmentum Borgianum de dictis , & rebus gestis veterum Patrum , & Monachorum Aegypti , alias excerptum ex Syntagmate vulgo inscripto : *Apophthegmata Patrum* . pag. 114. & seqq., pag. 139. & seqq. , p. 150. & seqq.

Fragmentum Borgianum falsae historiae Prochori de assumptione B. Iohannis Ap. pag. 120. & seqq.

Fragmentum Borgianum ex commentario in Apocalypsim pag. 170.

—— suspicari coniectura possumus , orationem , in qua illud affertur , esse syntagma περὶ θείων ὕμνων Dionysio Areopagitae tributum . p 174. & seqq.

Fragmentum Borgianum de laudibua SS. quatuor animalium incorporeorum , & XXIV. seniorum edendum . pag. 171

Fragmentum Borgianum Actorum Sanctae M. Theonoe. p. 212. & seqq. quam utile? Addi mereretur H. Eccl. Euseb. Caesar. p. 238.

Fragmentum Borgianum Actorum S. Iacobi *Intercisi* , pag. 245.

—— Illustratur Ibid. & seqq.

—— longe antiquius est Codice Nitriensi edito a Cl. Praesule Evodio Assemano . pag. 246. & seqq.

—— Idem Fragmen. de Martyrio S. Iacobi Intercisi non ex Syro-Chaldaeo, sed ex graeco Archetypo desumptum , p. 261. Totum Fragm. cum iisdem Syro Chaldaicis actis perpetuo confertur . p. 252. & seqq. De reliquiis S. Martyris Thabennam translatis nulla in hoc Fragm. mentio fit . pag. 249. Unde huius translationis historiam male sutam auctor Coptici Synaxarii sumpserit ignoratur . p. 47. & seqq. Additamentum ad calcem actorum Syro-

Chaldaeorum in Fragm. nostro Theb. desideratur p. 244. & seqq. Caput S. M. colitur in Basilica Vaticana, p. 248.

Fragmentum antiquissimi Euchologii, uti coniicitur, Monachorum S. Pachomii. p. 327. & seqq.

Fragmentum Borgianum de S. Simeone Stylita illustratum, p. 139. & seqq.

Fragmentum Borgianum Actorum, seu verius particulae consulto deductae ex integris actis SS. Martyrum Isaaci Tephrensis, Epime, & Anub. pag. 326. & seqq., pag. XXXIII. & seqq., LV. & seqq.

—— Item S. Dionysii militis, & M. Taubaeh ex actis S. Isaac. p. XXXVII.

Fragm. S. Apa Tia militis in castro Babylonis, p. LXXVIX. LXXXIII. LXXXVII. XCVI. XCVII. & seq. CLXIV. CLXV.

—— Itemque *Christodori* Filii Ducis militum, qui miles & ipse erat in aula Diocletiani ex actis S. M. Anub. pag. CX.

G

Gaius, *Archiepiscopus*, a Diocletiano tamquam proditor, & periurius neci datus, quis fuerit, ignoratur, p. CCI.

Galilaum sic apud Du Bernat corrupte dictum, oleum est Cathecumenorum

ⲁⲅⲁⲗⲓⲉⲗⲁⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲑⲉⲗⲏ

exultationis, & letitiae ab Aegyptiis nuncupatum, p. 355.

ϫⲉⲙⲛ̀ⲟⲩϯ, *Gemenuti*, aut *Dsomenuti* Iablenskio, *Semenuda*, aut *Sebenytus*. Nomen idem est ac Arx, sive robur Dei. An hic Diocletiani tempore esset Hercules dubitatur, p. CXCIII.

Genterie, apud Tillemont. ignoti nominis civitas in act. S. M. Paphnutii, corrupta vox est ex τεντωρι pro *Dendera*, sive τεντυρα p. CLII.

Γιγάντων πραγματεία, titulus Libri de *Gigantum molimine*, qui *Maneti* tribuitur, p. CCXX.

Giodia eadem quae Ayodia, & Judah in actis Krishnae. p. CCXLV.

Giodistira, sive Iudistira, non tantum titulus est Libri Brahamanici sic inscripti ad exemplum Valentiniani Pseud. Evangelii Iudae, sed & Iudae personam repraesentat in salutatione & complexu Krishnae. p. CCVII.

Gioduassi, vel Glodubansi iidem ac Iudaei. p. CCXLV.

ϫⲓϩⲣⲁⲩ, περισπᾶσθαι *distrahi*. Inde ⲉⲩϫⲓⲛϩⲣⲁⲩ, p. 89.

Gladio MM. caesi. pag. LXXXVI.

Goarius, Iacobus, O. P. laudatus. p. 354. 355. & alibi.

Gomti (forsan etiam *Gemti*) in Krishnae gestis, cur pro Gethsemani positum conlicitur? pag. CCL. Cur & Daoricam, sive Taoricam pro Taborica. Ibi.

Graeco sermone, & charactere epistola Calani ad Alexandrum M. & Pori Indorum Regis ad Octavianum Augustum. Ibi.

Graecorum Colonia ad Nyssam in India a Baccho condita, pag. CCVII. Et etiam Indi frequentes adscripti, Ibi.

Graecorum Colonia altera in insula Dioscoridis, p. 285.

Gregorius, S. Nazianzenus, laudatus. p. 113. 128. 240.

Gregorius, S. Nyssenus, laudatus. p. 228.

Gronovius, Iacobus de pernicie, & casu *Iudae*. pag. 104.

De Guignes defenditur, p. 290. laudatus, p. CCXVII. CCXVIII. CCXLII. CCLV. & alibi.

H

ϩⲁⲅⲓⲟⲥ Theb., Sanctus pag. 34.

ϩⲏⲃ́ⲥ ⲛⲁϩ́ⲃ, quid? p. 313.

ϩⲛ̀ ϩⲟⲩⲧⲟⲣ Theb.,quid?p.91
ϩⲛ̀ ⲙⲛⲧⲉⲓⲉⲣ ⲃⲟⲟⲛⲉ theb. , quid ? p. 94.
ϩⲛ̀ ⲟⲩⲣⲱ , p. 61.
Hercules in Indiis Deus ex homine faetus post mortem . p. ccx.
Herma a Poro Indornm Rege ab Octavianum Augustum missus , non saxum , non statua Mercurii , sed adolescens , & homo vivens , brachiisque exertis mira operans erat , pag. ccxvii. & seqq.
Herodotus laudatus , p. 287. & alibi .
Hierocles ,Herocelianus , vel Hierocelianus ab Aegyptiis nuncupatus,Praeses trium civitatum earumque nomorum , Pemge , Henas , & Cais , p. cxlviii. quo anno ? ibi .
—— Successor Armenii in Praefectnra Augustali Alexandrinae urbis an. 306. p. clxxviii.
Hieronymus , S. laudatns . p. xxi. cci. ccxvi. 249.
Holstenius , Lucas , laudatus , pag. 127. 302.
Hom-mani-petma-hum : Publicae precationis formula a Persis deducta, germana,incorrupta , & propria est Tibetanorum , non confundenda cum aiiis similibus,sive Indorum,sive Iapponensium, sive aliorum quorumcumque formulis ; eaque est explicanda ex solemni Lhamarum Doctorum sententia , p. ccxxvi.
—— Ordo inter particulas *Hom* & *Hum* non invertendus , p. ccxxvi.
——In ea *Mani* proprie est *Nor-bu* , *gemma* , non aliud quidvis ad calumniae libidinem fictum . Ibi ad pag. usque ccxxx.
—— Non est ei inserenda vox *Lingam* loco Mani , ccxxvi.
Horatius Pinnabillensis , Ord. PP. Capuccin. Missionarius in Tibeto Eruditissimus , summa fide acta Krishnae ex libro Brabmanico Iudistira exscripsit , & interpretatus est , pag. ccxliii.
Huetius , Petrus Daniel , Episcopus laudatus . p. ccxc.
*Hum* , & *Om* particulae , immani errore ab indico interprete a desiderio luxuriae , in *Isbuara* numine , trahuntur ad significandum desiderium creandi . pag. cclxl.
ϩⲱⲃ , *pellem* numquam significare potest . p. 86. col. 2. Unde error ? Ibi .
ϩⲱϩ , quid probabilius significare possit , disquiritur .

I

Iacobi , S. epistola catholica . p.lvii 345. De illius divina auctoritate Orig. Clem. Alex. S. M. Panesniv , totius Aegyptiae Ecclesiae ante persecutionem Diocletianii,postea vero Magni Athanasii , & Isidori Pelusiotae testimonia , p.346. ad 350.
Iapponenses religiooem & litteras acceperunt a Sinensibus sec. VI. p.ccii.
Iesus Manichaeorum patibilis , Quis ? pag. ccxxxiv. 281.
Iesu Christi nomen. Ne illud Christiani coram Praesidibus in iudiclis commemorarent , quam severissime interdictum , p.cxxxi. Idque ex praecepto Diocletiani,p.lxxi.*Galilaeum*, contemptus caussa eumPraesides ipsi appellabant , p. lxxv.
Indi tardissime litterarum elementis uti coeperunt . p. 283. seqq., & ccii.
—— eorum dii recensentur , p. 288. & seqq.
—— Nulla extant scriptorum vetustiorum de eorumdem religione testimonia . ibid.
—— Q. Curtii temporibus quam parum in astrorum scientia periti , pag. 289.
—— Indorum Idololatria,p.ccii. seqq. V. *P. Paulinus* .
Indorum nullae sunt ante Christum natum Inscriptiones publicae , quae domesticis eorum Linguae characteribus

ribus aut marmoribus, aut nummis insculptae commemorantur. Graecae sunt omnes, non indicae, p. ccliv.

Interpretandorum librorum ratio vera quae sit, pag. xxxi. & seqq.

Interpretatio allegorica, sive potius astrologica de historia *Bacchi* Indiarum domitoris a *Diodoro* Siculo tradita, historiam ipsam corrumpit, & Diodorum ridiculum scriptorem facit. p. cciv.

—— Fraude composita est interpretatio ad sequentia verba Arriani adhibita, p. ccx.

Invernitius, Philippus, Iurisconsultus Romanus Eruditissimus, laudatus. p. 364.

Iob. Codex Theb. Musei Borg. c. xi. 15. pag 75.

—— c. i. 5. p. 87.

—— c. iv. 8. p. 89.

—— c. x. 15. p. 90.

—— c. xxvii. 27. p. 91.

—— c. xxx. 17 p. 91.

—— c. iii. 3. p. 93.

—— c. v. 28. p. 96.

—— c. xxx. iv. 29. p. 97.

—— c. vi. 12. p. 312. & alibi.

Iobiani, rectius *Ioviani* Imper. epistola ad S. Athanasium Thebaice versa inter Fragmenta Musei Borgiani. p. 52.

*Ioses*, in fragm. de S. Matthiae Apostoli delectu, eadem est persona, quae *Ioses*, *Iose*, & *Ioseph* promiscue appellata est. p. 107.

Irenaeus, S. M p. 282.

Isaac S. Apa, Tephrensis, Martyr. xxxiii. Acta eius ex cod. Vaticano Schetensi, xli. Passus in Tanbah, & Hormes, sed rursus Taubahm missus, ibi martyrio coronatus est, p. cxlii. & seqq.

Isis. Huius nominis etymon, aliud a Boniourio, aliud a Iablonskio traditum. p. 136.

Iudah, civitas in Indiia sic dicta, unde? p. ccix.

Iudas πρηνὴς γενόμενος *a D. Petro*; ast *a D. Matthaeo* ἀπίλθων ἀπήγξατο; duo contraria inter se non sunt, pag. 104.

Iudhistira Brahmanici libri titulus ex Iudistira Valentinianorum deductus. p. 282. & alibi.

Indhistira-vigeam basis, & canon indicae fidei de Krishna, ut ab Indico interprete explicatur libri titulus, fallax est, & antibrahmanicus, p. ccxlviii.

Iulius, Comes, testis, & scriptor oculatus actorum duorum MM. *Epime*, & *Anub*, p. xxxv.

Iurisiurandi formula per sanctos, per oblationem Christianorum, per Christi passionem. pag. 13.

K

**ⲔⲀⲦⲀⲤⲦⲀⲤⲒⲤ ⲚⲦⲈⲠⲒⲀⲄⲒⲞⲚ ⲀⲄⲀⲖⲖⲒⲀⲈⲖⲈⲞⲚ:**

Ordo olei exultationis, & laetitiae, quo scilicet in Euchologio Coptico Fer. V. maioris hebdomadae, post consecrationem Chrismatis, separatim benedicitur oleum *catechumenorum*, pag. 335. Nulla in eo fit mentio de benedictione olei infirmorum, Ibi.

**ⲔⲀϨⲎⲨ** Theb. *nudare*, *exuere*, idem ac **ⲂⲀϢ**, **ⲂⲎϢ**, & **ⲂⲰϢ** memph. p. 295.

Krishna iactatus Indorum Apollo, homo est ex arbore suspensus, sagitta confixus, & morte e vivis sublatus p. 281. cum Iesu patibili Manichaeorum comparatur, Ibi. Idem Krishna, imo etiam Cristne, apud Huetium vocatur, p. ccxlii. ccxc.

Krishna, aut Krishnu pro Christi nomine apud Indos corrupto, invaluisse coniicitur, p. ccxli. & seqq.

—— Illius acta in Indorum *Iudhistira* descripta, ex actis Christi in Pseudevan-

evangeliis priscorum haereticorum corruptis & ad indicum Krishna accomodatis desumpta, perspicue demonstrantur a pag. CCXLIII. ad p. usque CCLI.

Krishna Deus apud Brahmanas unicus, non duplex, non caelestis scilicet, & terrestris. p. 286.

Krishna idem ac Vishnu *primus homo* in eo, ex Indorum Brahmanum sententia, incarnatus. p. CCXLVI.

Krishna natum *Madurae* non ostendit stropha X. libri Samscrdamici Bhagavadam, pag. CCXLVII. Idem liber, stropha IX. paternum illius solum, & civitatem appellat *Ambadi*. Ibi.

Krishna, secundum Indicum Interpretem, quatenus Deus *Caelestis* Apollo nullum natalem locum habuit in terris, quatenus terrestris non est amplius Krishna, sed Hercules Rex verus, & terrenus natus *Madurae*, silente licet, immo & repugnante Arriano, pag. CCXXXVI. CCXLVII.

Krisnae acta ex *Iudhistira* Brahmanum libro excerpta. p. CCVIII. & seqq.

L

Lactantius, L. Caecilius Firmianus, laudatus. p. 218. CIX. CXXX. 222. 223. 291. & alibi.

Lectus ferreus ignitus ϭⲗⲟϫ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲓⲛⲓ ⲛ̀ϫⲣⲱⲙ supplicii genus. pag. LXVIII. & seq.
—— eius inferendi ratio. ibid.

Leibnitius, Gaudefridus Willelmus, originem Manichaicorum principiorum ab Indicis facile repetendam, censet. p. CCXC.

*Licinius*, ⲗⲟⲩⲕⲓⲁⲛⲟⲥ, sive Lucianus, corrupte effert Fragm. S. M. Theonoe, p. 213 In eo reticetur nomen *Constantini* Augusti? p. 235. 236. Cur? Ibi.

Licinius numquam vere Christianus, p. 214. & seqq.

Liturgica testimonia primaevae apud Aegyptios antiquitatis de Eucharistico Sacrificio, deque vera & reali corporis, & Sanguinis Christi sub panis, & vini speciebus praesentia p. 55. 56.

Liturgici dies sabbatum, & Dominica in actis S. M. Epime. p. CXX Ex hoc loco tollitur dubium a Tillemontio excitatum in acta Bollandiana SS. MM. *Timothei*, & *Maurae*. p. CLV.

ⲗⲟ verbi significatio & origo. p. 48. & seqq.

ⲗⲱϫⲕ vocis significatio. p. 319.

Ludolphus in comment. Aethiop. de IV. *animalibus Angelicis* Apocalypseos scribens, observatur, p. 171.
——Ex Aethiopes acceperunt ab Aegyptiis. In Missali, & Euchologio Coptico Romae editis preces, & laudes tum de his, tum de XXIV. senioribus, solemni iudicio approbatae, Ibidem.

Lysias, Praeses *Sebennyti*. p. LXII.

M

Magnentius, Thmuitanus Praeses, christianis mysteriis initiatus videtur, p. CXXVI. seq. & CLVI.

*Mâi*, magnum apud Hesychium, & Albertum Fabricium *Indi*, seu *Persae* dicunt, p. CCXXIV.

*Mâia*, graecis, *nutrix, mater, Avia*. Ibi.

*Mâia*, Latinis, magna. Ibi.

Maius, mensis, unde sic dictus? p. CCXXIV.

Manes pugnam Gigantum contra Iovem natam apud Gentiles putabat ex bello omnino antiquissimo tenebrarum adversus Deum bonum, & regnum lucis, p. CCXXXVII.

Mani, vox in Tibetum derivata a Persis. p. CCXXVII.

Manichaei rigidi lactis potu abstinebant in Africa; an in Oriente, & India pariter abstinerent, incertum est, p. CCXLVI.

Manichaeorum secta in Aegypto. pag. 72.
Manichaeismi pugnantia & coaeterna principia ante, & post Manetis aevum, pag. CCLXXIII. & seqq.
Mantegatius, D. Caietanus Cl. Reg. S. Pauli Episc. Maximianopolitanus Vic. Apostol. Indiar. Oriental. Eius testimonium de materia aeterna a Talapoinis posita, defenditur. pag. CCLXXIII. & ecc. De *Devada* Peguanorum quid scribat? p. CCLI.
Marcus a Tumba Sacerdos Ord. PP. Capuccin. Missionarius in India. Illius quoque testimonium de materia aeterna ab India gentilibus tradita vindicatur, p. CCLXXII.
—— Idem Marcus a Tumba interpres Libri *Balagapurana*, sive de Krishnu Deo puero, quem ex Indica in Italicam linguam ille tranfudit. pag. CCXXXVI. Immerito raprehenditur, & castigatur, Ibi.
—— Cento Liber ille est fabulosus ad exemplum *pseudo-evangelii* de infantia Christi consarcinatus. Ibi. Commentarius *Sophi* censoria refellitur inde usque ad pag. CCXL.
—— *Mulpanci* indicus item liber italice ab eodem P. Marco versus. p. CCLVII.
Mariae fornicariae in II. S. M. Coluthi miraculo conversio, pag. 42. & seqq.
Martyres plurimi in Aegypto Diocletiano imperante. pag. XXIX. & seqq., & CLXXVII. & seqq.
Martyrium quoque locus nuncupatus, ubi vel corpus Martyris, vel aliqua pars eius condita extaret. p. 99.
Matthaei S. Apostoli Evangelium. Quid in eo cap. XIV. 29. 54. theb.
ⲉⲣⲃⲟⲗⲟⲥ, obolus? p. 158.
—— In secunda huius vers. parte in quo conveniat, & in quo differat Thebaica a Memphitica, Graeca. & vulgata versione? p. 158. 159.
Maximini truculentissima persecutio in universa Aegypto. pag. 217. & seqq. Instaurata est an. 311. sub initium Novembris solemni edicto a Culcisno Praef. Alexandriae promulgato. p. CLXXXI. & 238.
*Maximinianus* in fronte fragm. S. M. Theonoe, Maximinus est ab Aegyptiis sic nuncupatus. p. 217.
Μιλιαρίσιον seu μιλλιαρίσιον & μιλιαρήσιον monetae genus, pag. 269.
Memphitica nomina. Vide *Nomina*.
Mercurius Rector Planetae cognominis, duplex senior, & iunior, (iunior nuper excogitatus:) utrique ex orbita caelesti delapsi apparuerunt gentibus per orbem terrarum diffusis p. CCXX. & seqq.
—— Idem Monachorum inter astra Praeses, Praeceptor, & Castigator. Ibi.
Meursius, Iohannes. Ex historia Lausiaca Palladii graece ab eo edita excerpta est narratio de S. M. Coluthο, & Virgine Antinoitana, pag. 130. Res, quae gesta narratur, accidere non potuit, nisi inter annos 372. & 379. p. 131. ad 134.
ⲙⲉⲥⲱϯ, ⲛⲓ, Mescoti, nomus in inferiori Aegypto, p. LX.
Michaelis Archangeli nomine nunquam Dei filius significatus, pag. 114. & seqq.
—— S. Michaelis Arcangeli magnus in Oriente cultus. pag. 205.
—— In Aegypto, uti creatus Angelorum Princeps, plurimum veneratus. pag. 206. & seqq.
—— S. Apa Noub puero ascetae apparet. p. LXII.
Mingarellius, Aloysius Abbas, V. C. laudatur, pag. CCLXXXIX. & seqq. pag. 45., & alibi.
—— idemque refellitur. p. 29. & seqq.
—— de quorumdam significatione verborum cum eo disputatur. p. 46. & seqq., pag. 67., & seqq. pag. 85. & seqq., pag. 155 & seqq.
—— Ex collatio Fragm. eius Naniano XVI. cum veteri ipsius latina versione a Pelagio Diacono edita, plura adnotantur ad illud illustrandum, p. 95. & sequ.

Miracula signo Crucis frequenter patrata, pag. 79. & seq. Olei etiam unctione comite. p. 341.
Miraculum de caeco ad exigua momenta remporis a S. Colutho pristinae luci restituto imitari quodammodo videtur miracula vere divina de duobus caecis a Christo Marc. VIII. illuminatis, p. 84.
ⲙⲟⲗϩ thebaicum, quid? p. 311.
Moshemius, Ioh. Laur., de origine rerum ex multiplici errore Brahmanum, p. CCLXX.
—— Assertores duorum principiorum in varias classes dividit p. CCLXXV. & seqq.
Montfauconius, Beroardus, laudatus. p. 334. & alibi.
Muni a Mauna esse non potest pag. CCXXIII. & seqq.
Muni, Monachi apud Indos, vox exotica, & aliunde accepta. p. 225.
Muratorius, Ludovicus Ant., laudatus, p. 111. & seqq.

N

N*aneri*, Naesi, sive Naisi vicus in nomo Mescoti Patria S. Mart. Pueri Apa Nub, vel Anub, p. LX.
ⲛⲁ pro ⲡ̅ⲛ̅ⲁ, error Theb. Amanuenses. p. 266.
ⲛⲁⲧⲏⲗⲟⲥ in edicto Culciani, quid? p. 239.
*Navarete*, Dominicus Fernandez Ord. P. Pred. Episcop. Insular. Hispan. *de chaos aeterno* apud Indos, & Sinenses sententia. pag. CCLXXII. De Manichaeis Insulae Madagascar. p. CCXCIX. Eius immensi labores in vindicanda christiana religione ab impietate Rituum Sinensium. Ibi, & p. CCXCVI.
ⲛ̀ⲧⲉ habet saepe vim coniunctionis, pag. 138.
ⲛⲉⲙ etiam pro *cum* saepe usurpatum, pag. 44.
ⲛⲉϩⲉⲛ̀ϣⲟϣ legendum in Naniano Fragm. pro ⲉϩⲛϣⲟϣ, Et ⲛⲉϩⲛ̀ϣⲟϣ, quid? p. 96.
ⲛ̀ⲕⲱϯϥ legendum ⲛ̀ⲥⲱⲕϯ́ϥ. p. 93.
ⲛ̀ⲛⲣⲉϥϫⲓ ⲛ̀ϫⲛⲁϩ, *Violenti, Dynastae, Tyranni*, p. 91.
ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉⲙⲉϥϣϣⲉ, quid? p. 89.
*Naksa*, sive *Nakla*, vox Aethiopica, quid? p. 33.
Nomina inverso ordine scripta, pag. CCXLVIII.
Nomina Memphitica chorographica. pag. CXC. & seqq.
Nomina Monachorum & Hesychastarum in Indiis sec. IV. antiquiora esse non potuerunt, p. 284. 285.
Noris, Heoricus, Cardioalis de Nummis a Licinio cusis in honorem Maximini Aug., & diss. de Numismate eiusdem Licinii, qua eum numquam Christianae religioni, sed semper ethnicae impietati addictum evincit. p. 213. 214.
ⲛ̀ⲣⲁ̀ⲙⲉⲥⲏ. Cur in hac, & in coniuncta proxime praecedenti voce explicanda error commissus fuerit, in priori editione exponitur, p. 85.
—— Error emendatur. Ibi.
Ⲛ̀ⲥⲁ, sese ipsa numquam, sed tantum coniuncta cum Ⲃⲏⲗ, aut ⲙ̀ⲙⲛ, significare potest *nisi*. Adferun-

runtur exempla . p. 67. 68.

ⲛ̀ϫⲛⲁϩ , quid? p. 91.

ⲛ̀ϩⲁⲕ aut in mendo vox est , aut est Thebaice sic pronunciata pro memph. ⲛⲁⲕϩⲓ , pag. 33.

ⲛ̀ϩⲁⲧⲣⲉⲉⲩ more thebai. pro ⲛ̀ϩⲁⲧⲣⲉⲉⲱⲟⲩ , vel ⲛ̀ⲛ ϩⲁⲧⲣⲉⲉⲟⲩ , p. 92.

O

Oblatio Christianorum ex arcani diſciplina etiam saeculo v. Corporis & Sanguinis Domini Sacrificium designabat , pag. 63.

Ode , Iacobus . Illius , & aliorum novatorum commentum de S. Michaele Archangelo , quem Angelum *increatum* , & Ipsum Christum naturalem Dei Patris Filium esse contendunt , refellitur a p. 94. usque ad p. 208.

—— Huius portenti novitas inducta est ad evertendam christianae religionis disciplinam *de intercessione* , *invocatione* . *& cultu* omnium SS. Angelorum . p. 205.

Omissionum exempla ex Librariorum vitio in actis ipsis SS. Mm. Sinceris , p. 305.

Ὀμωμι apud Plutarchum herba est sic dicta a Magis Persis , non formula verborum aequivalens τοῖς : *Hum mani um* , p. CCXXVIII.

Origenis de commentitiis virtutibus , veneficis , praestigiosis , ac daemoniacis ostentis Deo *Antinoo* tributis testimonium contra Celsum . pag. 109. De Agapis Christianorum apud Aegyptios , p. 113. deque veris miraculis & *apparitionibus* tum Christi , tum aliorum , qui in eius Nomine similia opera admiranda fecerant , invicte certat cum eodem *Celso* Christianis opponenti falsa *sanationum* , *& apparitionum Aesculapii* , *Apollinis* , *& Aristeae Proconesii* prodigia , p. 129.

Oratio Dominica Thebaica dialecto . p. 188 340.

Ⲟⲩⲉⲛⲧ . quid? p. LXXXIX. confer cum ⲃⲱⲕ , p. XCIII.

Ⲟⲩⲙⲟⲓϩⲉ , quid? p. 91.

Ⲟⲩϣⲁⲩ erratum putatur pro ⲟⲩϣⲁϩ . p. 91.

Oxyrinchus . Vide *Bebnesa* .

—— ⲱⲣϩ , Theb. *videre* p. 79.

—— Ω , adverbium vocantis & exclamantis . Illius varia orthographia apud Thebaeos , p. 102.

P

Psesis S. Apa , germanus Frater S. V. & Martyr. Theclae , Martyr consummarus . pag. CXXX & seqq.

ⲡⲁϩ̀ⲥ theb. ex ⲫⲉⲥ memphit. derivatum coniicitur , & *culina* exponitur . p. 87.

Palladii Episcopi Eleuopolitani testimonium de Virgine Antinoitana cui domi primum , deinde in sancta martyrii aede S. m. Coluthus mirifice apparuit . p. 131.

Palladii locus illustratus . pag. 130. & seqq.

Pambo , S. Abbas ⲡⲧⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡϩⲟⲥⲙ *Montis Nitriae* . Ibi diebus liturgicis sacram oblationem celebrabat . p. 54.

Panesniv , S. Abbas Diaconus , & Martyr . Tempus & locus quo natus : clara & ingens fama . pag. 166. & 208.

—— ⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ dictus , ex quo

Digitized by Google

quo error in prima editione. p.163. & seqq., pag. 167.
—— tempus & locus certaminis eius. pag. 210., pag. xxx. & seqq.

ⲡⲁⲡⲁ nomen, unde ? p. 364.

Papnutius, Diaconus *Boou*, captus & suppliciis affectus cum *Silbone*. p. 322. & seqq.

Paulinus P., a S. Bartholomaeo dictus, in Indorum, Brahmanumque religionibus, institutisque referendis ψευδομάρτυς convincitur, & centum argumentis confossus undequaque confutatur, a p. CCI. ad p. usque CCCIV.

Paulus S. Apostolus, c. XI. 33. epist. ad hebraeos p. 156.
—— De genuina et canonica Eius epistola ad hebr. novum ex Thebaide testimonium datur; p. 156.
—— Raáb ⲧⲡⲟⲣⲛⲏ, thebaice, tum in eodem laudatae epistolae loco, tum etiam in epist. S. Iacobi c.V. 25., tum denique *Iosue* c.II. s. secundum LXX., *πόρνη*, *meretrix* appellatur. Sunt interpretes, qui *hospitam*, & *cauponam* זונה verbum exponunt; Sed ab eorum numero excipiendus est S.Io. Chrisost. p. 156. 157.
—— Voces Theb. ⲛ̀ⲧⲁⲩⲣⲁⲧⲛ ⲛⲁϩⲧⲉ, & ⲛ̀ⲁⲧⲛⲁⲧⲟⲩⲥ in eodem epist. Pauli loco, expenduntur, & conciliantur cum aliis versionibus, p. 157.

Papebrochius, Daniel, laudatus. p. 44.

Pavv, Abbas, tractatum de Manichaismo Tibetanorum, & Indorum in Alph. Tibetano non discussit; sed vix obiter salutavit; & qui alioquin Beausobrium defendit, eorum tamen, quae de hoc argumento Beausobrius scribit, oblitus, in indicando alucinatus est, p. CLCI. Sed tandem rei difficultate implicatus auctorem Alph. liberum in sua sententia reliquit. p. CCCII.

Peguani, eorum de Christo Iesu quam impia, & horrenda sententia. p. 251. 252.

Pelagius Diaconus S. R. E p. 56. 57.

Pentagonus Pythagorae in epistolia inscriptus sive graece, sive Aegyptiacae idem quod *vale*, significabat, p. 137. 138.

Πλάξ, unde ⲛ̀ⲡⲗⲁⲝ, eiusque vocis significatio, pag. 298.

Persicorum Numinum Templa, & statuae extra Persiae fines, in Cappadocia, Romae, & alibi, aevo Strabonis, & post Strabonem, commemorantur, p. CCXVIII. & seq.

Petri, S. Alexandrini Episcopi Martyrium, eiusque tempus, p. CLXXXIII. & seqq. Coniungi debet cum an; mense, & die, quo S. Antonius post Illius beatam mortem in Eremum rediit. p. CLXXXVI.

ⲡⲉⲑⲩⲗⲟⲥ vocis significatio, pag. 301 & seqq.

ⲡⲉⲙϫⲉ, an rectius ⲡϩⲉⲙϫⲉ ut inde sit gr. Oxyrinchus ? p. LII.

ⲫⲁⲣⲙⲉϩⲟⲧⲓ legendum pro ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ, ut sit dies primus martii concurrens cum initio novi anni, & cum die promulgationis edicti Diocletianeae persecutionis, p. CIX. Heic audiendus Cuperus. Ibi.

ⲫⲉⲛϯⲟⲛⲓⲟⲛ, ⲛⲓ, mox ⲡⲓⲫⲉⲣⲟⲛⲓⲟⲛ, unde sic dictum, p. LXXXII.

Philippus a Turre Episc. Hadrianensis a Mithrae Sacerdotibus repetit exordia impiae doctrinae Manetis. pag. CCXCIII.

ⲡⲓⲉⲣⲙⲏⲛⲧⲁⲣⲓⲟⲛ vocis signi-

gnificatio , pag. LXIII. & seqq.
—— Supplicii huiusce acerbissimi inferendi modus , ibid.
Plutarchus in lib. de Is. & Osiride eandem impiam de duobus Diis , sive Principiis , quae postea Manichaei adoptarunt , Doctrinam , Magis Persarum diserte adscribit , p. CCLXXIV. & seqq., ut & p. CCLXXXIII.
ⲡⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲟϥ , forte legendum ⲡⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲟⲟⲩϥ , cur? p.58.
Πεισον ἀγάπην formula loquendi apud Christianos Aegyptios saeculo IV. V. & VI. familiarissima, p.43. & seq.
ⲫⲟⲥⲥⲁ cavea ignis , supplicii genus , pag. LXXVII. & seq. sic dicta ex. ⲫⲟⲥⲓ , & ⲫⲉⲥ , *coquere , torrere* , & *assare* . p. 87.
ⲫⲟⲩⲟϩ , Phuoh , vicus metropolis & Nomi *Henes* , p. LIII.
ⲫⲣⲉ , ϯ , *Phre* vicus Nomi Panopolitani in Thebaide , Patria S. M. Isaac Tiphrensis . p. XXXVI.
Prochori apocrypha Historia de rebus gestis S. Ioh. Apostoli in antiquioribus Thebaeorum codicibns brevior fnisse detegitur , p. 122. In Borg. Fragm. mater Sosipatri *Procliana* rectius qnam *Prodiana* vocatur , pag. 124. Quibus auctoribus haec apocrypha probabilius tribui possint ? Ibi .
Proverbiorum Liber Theb. ex mnseo Borg. C. XXIV. 16. XXVIII. 22. C. XXV. 26. , p. 91. & alibi .
Presbyter Vici *Naisi* . Eius sermo paraeneticus ad Plebem in divini sacrificii celebratione , sub ipsa excitatae persecutionis initio ad mortem subeundam pro Christo , p. LVI. Aderat sacrificio S. Puer Apa *Anub* . p. LXII.
Προσφορὰ in Thebaide saeculis IV. & V. nomine singulari Christianum Sacrificium nuncupatum . pag. 104.
Psalmus 132. a SS. Confessoribus Christi cantatus in carcere , p. 324.
Psalmns πετροχείμενος quamobrem ita dictus ? pag. 332.
Pythagoras , Aegyptiam Sacerdotum linguam didicit , p. 138.

R

Raptari constrictum catenis manus pedesque, supplicii genus . p. LXXVIII.
ⲣⲁ̀ⲙⲣⲁϣ vocis origo exquiritur , & asseritur , pag. 51. & seqq.
Renaudotius, Eusebius , laudatus , p. CCLXXXVII. 54. 171. & alibi passim .
Reparius, quid ? pag. CXIV.
Ritus administrandi S. Oleum infirmis pag. 351. & seq.
—— item consecrandi Chrisma & benedicendi Oleum Catechumenorum apud Orientales & Graecos . pag. 352. & seq.
Romanns Dux militum , quam horrendis consiliis incitarit Diocletiannm ad Edictum persecutionis adversus omnes chistianos Aegypti condendum . p. CIV. CV.
Ruinartius , Teodoricus , laudatus . p. 36. 177. 211. 294. 312. 321.

S

Sacramenti extremae unctionis traditio priscis Ecclesiae saeculis in Thebaide ante Diocletianeam persecutionem propagata . p.347. & seqq.
ⲥⲁⲉⲓⲛ , Theb. *Medicus* , unde ? p. 137.
Samanaei . De magna inter eos , & manichaeos doctrinae concordia , Encyclopediae Gallicae testimonium . p. CCXCIV.
Samscrdamici Libri Indorum aut integri , aut authentici , ant autographi , aut certe veterum scriptorum auctoritate commendati nulli omnino sunt hactenus cogniti , p. CCIV.
Sanctorum invocationem primis tribus Ecclesiae saeculis Aegyptia monumenta demonstrant , psg. 82.

Saporis Persarum Regis Filius, Nicomediae sub Diocletiano captivus, quis fuerit, disquiritur, p. CII.
Sarapion, Abbas S., quomodo mulierem fornicariam ad Christum mirabiliter converterit, p. 150. & seq.
Schenute, Abbas S. Io. Lycopolitanus. In quibusdam illius sermonis locis versio Ab. Ming. expenditur, p. 88. 89. 90.
Schow, Nicolaus, laudatus. p. 180.
Σχήματα ἀκολασίας sanctorum hominum. Vide *Exempla*.
Scriptor historiae de mirabili conversione Antinoitanæ meretricis Mariae, quo tempore eam litteris commendabat, sancta illa mulier inter vivos adhuc erat poenitentiae operibus intenta in cellula apud martyrium S. Coluthi, p. 160.
Sebastianus Dux Thebaidis missus a Diocletiano anno II. persecutionis diversus a Sebastiano Manichaeo duce Aegypti sub Constantio Imp. p. LI. & seq.
Sebenytus, civitas, & Nomus. Vide *Gemenuti*, & *Semeunda* LXII. & alibi passim.
Securis utraque ex parte acuta in MM. supplicium adhibita, pag. LXXV.
Serpentes ad MM. cruciandos adhibiti, pag. LXXXV.
Serra supplicii genus, pag. LXXIV.
Silbone miles *Boou* prope Thebanam, p. 322.
Simeon, Stylita, S. De eo Fragmentum Thebaicum ex mss. Borg. pag. 139. Summa annorum LX. in hoc Fragm. non unius super columnam stationis tempus, sed integrum illius sanctae vitae cursum ab exordio piae exercitationis suae inchoatum complectitur, pag. 140. & 142. Cibus quem semel in hebdomada sumebat, erat Eucharisticus, p. 142. Theodoretus de Simeone in *Philotheo* suo non scripsit ea, quae post illius absolutum Philotheum Simeon ipse gessit annis vitae suae reliquis ad mortem usque xx., pag. 143. Synodus XII. episcoporum ad prodigium tam austeri Ieiunii in B. Viro discutiendum, p. 144. Ex Fragm. nostro aperte cognoscitur, Simeonem de manu Angeli, cibum, quo unice aleretur, accepisse, p. 146
Sinuthius, Abbas. Eius epistola ad Clericos *Psoi*. p. 93.
—— Altera eius epistola ad Timotheum Archiep. Alexandr. ex museo Borg. In hac ⲉⲃⲓⲏⲛ vocabulum *vilitatem* designare videtur. p. 126.
ⲥⲟⲓϯ vocis significatio. p. 343.
ⲥⲟⲛⲥ, Theb. An hoc verbum sit legendum, ⲥⲟⲛⲥ̀ⲛ? p. 119. 121.
ⲥⲱϭ thebaicum ex ⲥⲱⲥⲓ memph. *extollere*. p. 155.
ⲥⲱⲱϣⲉ, *σύρειν*, *trahere*, non *agros*, significat, p. 134. 155.
ⲥⲱϯ́ϥ verbi significatio. p. 75.
Sozomeni locus de disciplina arcani. p. 53.
Sri Samscrdamicum non significat *Vishnu*. p. CCXLIV.
Sridara, vehiculum Vishnu, idest Aquilam, in acta Krishnae, pro *Sridorob*, intrudere velle, indicium est fallaciae. Ibi.
Στήλη, columna, cippus, apud Suidam, quid? pag. 304.
Strabo. Solemnis ei impostura affingitur, pag. CCXVIII. col. I. in falsi suspicionem immerito adducitur. Ibi, col. 2.
Struzius, Fridericus Guillelmus, laudatus, p. 364.
Suppliciorum genera nonnulla Aegyptiaca voce in actis MM. occurrentia, pag. LXIII. & seqq.
—— Eadem acerbissima & atrocissima, pag. 222.
Symboli Apostolici articuli de Christo Do-

Domino aperta confessione enunciati a S. M. Anub coram Armenio Praeside, p. lxxxi.
Synaxarii Coptici errores, pag. 39. & seqq.
Synaxarium coptorum collectum sub initium sec. xv. p. 7.

T

Ταμῖον, Eusebii aetate, *Fiscus* audiebat, pag. 240.
—— Vocis huius sicuti apud Graecos, ita non una apud Memphitas ac Thebaeos significatio, ibid.
ⲧⲁⲣⲭⲏ ⲙ̀ⲡϯⲟⲩⲱ, Theb. *initium germinationis*, sive *initium veris*, p. 355.
Tatianus, laudatus. p. 289.
Τάξις vocis significatio, p. 266. & seqq.
Taubah, an Antinous? pag. xxxviii.
—— Eius *theatrum*, locus martyrii S. Dionysii militis. Ibi. Taubaeh capite caesus etiam S. M. Isaac eo ex *Hormes* ab Ariano iterum missus, p. cxlv.
Terebrae candentes in oculos trudendae supplicii genus, pag. lxxiii.
ⲧⲉⲧⲣⲁⲡⲩⲗⲟⲛ Athribis, appellabatur aedes iudicialis fori, pag. lxx.
ⲧⲕⲉⲛⲏ (γραφὴ) pro καινὴ, *novum* (scripturae sanctae) *Testamentum*, sic dictum in Borg. Fragm. p. 159.
Thebaei versione Psalmorum utebantur diversa a Memphitica, pag. 326. & seqq.
Thebae multae hoc nomine civitates. pag. 3.
Thebaei numeros scribunt non numeralibus notis, sed integris eorum nominum litteris, p. 170.
Thebanensibus ϩⲉ idem quod Latinis *invenire*. pag. 33.
—— non ita tamen in Memphitica dialecto. ibid.
Thecla S. Virgo Martyr consummata, p. cxxx. & seqq.
Theone, sive Theonoe Virgo octennis Alexandrina, Martyrium sub Maximino omnium princeps subiisse videtur, p. 212. 242. & seqq.
Theodoretus δημοθοινίας, ipsa quoque publica gentilium convivia per fora celebrata appellat, p. 113.
—— In illius *Philotheo* vox τρέφη, non accurate inter acta Simeonis Stylitae ab Interprete Latino explicata, intelligenda necessario est de Eucharistico, aut certe de mirabili supernaturali *cibo*, p. 144. 145.
—— De Valente Ariano Imp., qui *Barsen* Edessenum episcopum Oxyrinchum, & Phile, simulque Eulogium ep. & Protogenem exules Antinoem misit, vide eiusdem Theodoreti testimonia, p. 133. 134.
Theuth, Thoth, unde Athothes Mercurius, in Aegypto longe antiquior erat, quam *put*, *po*, *fo*, *bout*, aut Budha Indorum, ne Aegyptius ex Indico natus credatur, p. ccxxi. & seqq.
Thmoui olim metropolis Aegypti, p. lxxxvii.
Thomassinus, Ludovicus, Presbyt. Cong. Orat. D. Iesu, laudatus, pag. ccxcii.
Tia, S. Apa M. miles tyro tortus in castro Babylonis missus est ab Ariano ad Pompium in *Peremoun*. Ibi martyrio coronatus, p. clxvii. & seqq. Peremouni corpus eius primo sepultum, deinde a Genitore, & Fratre translatum in vicum natalis soli *Sabar*, p. clxiii. ad clxxv. & alibi.
Tibetani falso accusantur tamquam publici cultores impudici Phalli, p. ccxxii ccxxx. usque ad ccxxxii.
Tillemontius, laudatus, p. 42. 174. & alibi frequentissime.
ϯⲥⲓⲟⲟⲩ, *colligere*, & *congregare*. p. 392.
ϯⲥⲓⲟⲟⲩⲛ Thebaice, phisice ⲟⲩⲥⲓⲱⲩⲛ

ⲞⲨⲚⲒ , *concilium* eadem p. 292.
Transfigurstio Christi . Iilius historia manifeste corrupta , & accomodata est ad acta Krisnae, p.CCVIII. CCXLIII. CCL.
ⲦⲰⲠⲀⲌⲀ ⲚⲦⲈⲦⲈⲚⲦⲒⲀ, Topaza civitas Indiae , p. 316.
ⲦⲰⲠⲀⲌⲒⲞⲚ , Ⲛ , *Topatius* lapis,idem quod ⲠⲀⲰⲠⲀⲌⲒⲞⲚ pag. 315.
ⲦⲰⲠⲈⲒ pro ⲦⲰϪⲈⲒ , error amanuena . p. 265..
ⲦⲢⲒ...ⲞⲚⲞⲤ , vox in Tukiano Apographo lituram gerens , male deinde ex operarum mendo ⲦⲢ// ⲒⲦⲞⲚⲒⲞⲤ pro ⲦⲢⲒⲞⲚⲒⲞⲤ bis posita , idem esse videtur ac *τριοπιον* Hesychii , p. CXCVII.
—— Inde Strabonis locus facile turbatus conjicitur , mutato eo nomine in *κνίδος*,& Templo *Calinici* in speculam *Eudoxi* iuxta Heliopolim . Ibi .
Trinitatis SS. invocatio cum olei unctione coniuncta in aegrotis prodigiose sanandis ex Evangelica , & Apostolica traditione originem ducit , p. 341.
Trisagion Thebaicum insertum Fragm. edito pag. 170. magis convenit cum c. VI. 3. Isaiae , quam cum c. IV. 8. Apocal. Graeci textus , & versionis memph. Sed integrum consonat cum gr. Liturgia S. Marci . Ibidem .
Trombellius , Ioh. Chrysost. Abbas , laudatus . p. 360.

V

Valesius, Henricus,laudatus . p.108. 225.302. & alibi saepe .
Varo , Franciscus , Ord. PP. Predicat, Episcopus Cantonensis , p. CCXCVI.
Verberibus acerbe Christiani caesi . pag. LXXXV.
Veredarius quid ? pag. CXIV. Vide ⲂⲈⲢⲈⲦⲀⲢⲒⲞⲤ.
Victor S. martyr , Romani Ducis Filius in Prooemio actorum S. Epime M. , & in epistola Cypriani Praesidia Athribis ad Armenium commemoratus , p. XCIV. & CIII.
Vioceotius maria , a S. Catbarina Senensi , de Curdis Asiae Monichseia testificatur . p. CCXCII.
Vincti multi in iisdem carceribus cum S. Panesoiv laeti psallebant . p. 324.
Vishnu , *primus homo* in gigantomachia apud indos dictus , comparandus cum *primo* homine manichaeorum , p.CCXXXVII. ad p. CCLI.
Vishnu apparitiones priscis Magia familiares dicere , commentum est ouper excogitatum . p. CCLIII.
Vishnu ut *primus homo* , & Krisbna ut homo missus ad debellandos Gigantes secundum Brahmanum fabulas , repraesentant *primum hominem* & Christum Iesum *a primo* homine missum ad infernales Gigantes expugnandos secundum deliria manichaeorum , p. CCXL.
Unguium effossio ; aspersaque aceto vulnera , supplicii genus , p LXXVIII.
Vocabula asperata in editis Aegyptiorum scriptis reliquiae sunt antiquissimae eorumdem orthographiae, p.35
Vocis ϪⲰⲔⲈⲘ significatio,p.293
Wolfius , Ioh. Christopbor, laudatus , p.CCLXXXVII. , & alibi .
Vossius , Ioh Gerardus , Laudatus . p. CCLXXXVIII. ,& alibi .
Urana pro Vararane , vel Varane Perssrum . p. 267.
Uriel vel Suriel Archangelus ab Aegyptiis invocatus , pag. LXXVI.
Ustrina supplicii genus , pag. LXXIX.

Y

Ὑγιία, facile ab Aegyptia voce ⲞⲨϪⲀⲒ manavit. pag. 137.

Z

Zaradas. V. Zoroastres.

Zoroastres. Hunc *Manes* Deum esse dixit, qui ante se apparuerat apud Indos, & Persas. Eum *solem etiam* appellabat, p. ccxvii. *Prodicus* ex Gnosticorum, & Valentinianorum schola libros Zoroastris se possidere iactabat. Ibi. Quid de duobus coaeternis principiis senserit? pag. ccLxxv., & alibi in seqq.

EMEN-

Digitized by Google

# EMENDANDA IN PRAEFATIONE.

Pag. III. lin. 28. poenore = leg. penore.
v. lin. 13. *Opistographae:* = leg. *Opisthographae*
XII. lin. 30. & 31. post ἐλάφων & alterum αὐτῶν pone virgulam
ibid. ἀντῶν. = leg. αὐτῶν
xv lin. 29 commeudatione = leg. commendatione
ibid. lin. 34. θεραπέυενται = leg. θεραπέυονται
xxxI. lin. 29. *pleusieurs* = leg. *plusieurs*
ibid. lin. 31. *moiu* = leg. *moins*
ibid. lin. 33. *caque* = leg. *chaque*
xxxII. lin. 2. & 3. *Coriuthienes* = leg. *Corinthiens*
ibid. lin. 5. *vûtes* = leg. *voutes*
ibid. lin. 10. *eoû* = leg. *eû*
Ibid. lin. 23. *granda* = leg. *grande*
ibid. lin. 28. *Coriuthiens.* = leg. *Corinthien.*
XLIII. lin. 13. *Temgie* = leg. *Pemgie*
LII. not. col. 1. lin. 11. *eloqaentiae* = leg. *eloquentiae*
ibid. not. col. 2. lin. 13. Halnas = leg. Hanas
ibid. lin. 21. sacera = leg. sacer
LIV. lin. 24. complevisse = leg. complevisset.
LV. not. col. 2. lin. 1. *saus* = leg. *sang*
ibid. lin. 6. *ou* = leg. *aux*
ibid. & lin. 7. *coucitoiens*, = leg. *concitoyens*
LXIII. lin. ult. θερμάριον = leg. θερμάριον
LXIV. lin. 6. *a quibus* = leg. *e quibus*.
LXXVII. not. col. 1. lin. 9. Serrasio = leg. Serrario
LXXXVI. lin. 3. *Maxixum*, = leg. *Maximum*,
xc. lin. 10. *Ariavus* = leg. *Arianus*
CIX. lin. 3. *inccurrentis* = leg. *incurrentis*
CXVI. lin. 18. *oscule* = leg. *osculo*
CXVII. lin. 16. inispexerunt = leg. inspexerunt
CXIX. lin. 18. Canasc = leg. Canesc
CXXII. lin. 6. post *ornatum* pone punctum
Ibid. *vidint* = leg. *vidit*
ibid. lin. penult. Arion = leg. Orion
CXXVII. lin. 1. *quibis* = leg. *quibus*
CXXVIII. lin. 21. *catarractes* = leg. *cataractes*
CXLII. lin. 21. Canasce = leg. Canesc.
ibid. lin. 22. Thoge = leg. Pethus.
CXLVIII. lin. 24. id = leg. ad
CLXI. lin. 24. vitionibus, = leg. visionibus.
CLXII. lin. 18. & 19. εἶναι. . . ἡμᾶς = leg. εἶναι, . . . ἡμᾶς.
CLXIV. lin. 11. animadversissent, leg. animadvertissent.
CLXV. lin. 20. *parnmper* leg. *parumper*
ibid. lin. 21. *modu* leg. *modum*
CLXVII. lin. 4. ingeuti = leg. ingenti
CLXVIII. lin. 28. evaserit = leg. evaserit,
CLXX. lin. 14. c veteris = leg. e veteris
CLXXVI. lin. 32. Phamenort = leg. Phamenoth
CLXXXI. lin. 25. *inveutions* = leg. *inventions*



Digitized by Google

cLxxxIV. lin. 10. *ἐνάτῳ* = leg. *ἐννάτῳ*
cLxxxvII. lin. 14. accidernt = leg. acciderunt
cLxxxIx. lin. 15. *les* = leg. *le*
ccI. lin. 7. Farraga = leg. Farrago
ibid. lin. 10. *contentes* , = leg. *consentes*
ibid. lin. 11. Varrones = leg. Varrone
ibid. not. col. 1. lin. 24. conquaerar , = leg. conquerar
ccIx. not. col. 2. lin. 11. & 12. eorumdam = leg. eorumdem
ccx. noi. col. 1. lin. ult. τὸ Dirum = leg. Deum
ibid. col. 2. lin. ult *pgaedagogico* = leg. *paedagogico*
ccxIII. not. col. 1. *Nestoris* = leg. *Nestorianis*
ibid. col. 2. lin. 22. *Brambanicam* = leg. *Brabmanicam*
ccxvII not. col. 1. lin. penult. *μουνοι* = leg. *μοῦνοι*
ccxxvII. not. col. 2. lin. 21. *sicus* = leg. *ficus*
ccxxxII. not. col. 2. lin. 41. bambantibus = leg. adversantibus
ccxxxIx. not. col. 1. lin. 40. *ses* = leg. *se*
ccxLv. not. col. 2. lin. 5. *snam* = leg. *suam*
ccxLvIII. noi. col. 1. lin. 29. eum = leg. cum
ccL. not. col 2. lin. 29. astusus , = leg. astutus ,
ccLII. not. col. 2. lin. 14. Chsistianis = leg. Christianis
ccLIII. not. col. 2. lin. 17. Theoloptae = leg. θεολεπτοὶ
ibid. lin. 23. Thologoleptae = leg. θεολογολεπτοὶ
ibid. lin. 24. Theolaptae = leg. θεολεπτοὶ
ibid. lin. 38. poenore = leg. penore
ccLv. not. col. 1. lin. 1. umani = leg. humani
ccLxIII. not. col. 1. lin. 2. *on* = leg. *en*
ibid. lin. 43. & col. 2. lin. 1. *accomodés* = leg. *accommodées*
ibid. col. 2. lin 31. *neuvelle* = leg. *nouvelle*
ibid. lin. ult. *meridian* = leg. *meridien*
ccLxIV. not. col. 2. lin. 27. *Indi* = leg. ( *Indi* )
ccLxvI. not. col. 1. lin. 4. post *Pantheo* adde Part. 1. lib. II. cap. vII. §. 8.
ccLxxIII. nor. col. 1. lin. 24. Cudvvorta = leg. Cudvvort
ccLxxxvI. not. col. 2. lin. 15. & 16. καλου.μένοις = leg. καλου-μένοις
ibid. lin. 23. καὶ σφετέρᾳ = leg. καὶ τῇ σφετέρα
ccLxxxvIII. not. col. 2. lin. 23. & 24. T. I. . . . cap. 2. pag. 35. = leg. T. I. . . . lib. 1. cap. v. pag. 17.
ibid. lin 30. & pag. 37. = leg. & pag. 18.
ibid. not. col. 1. lin. 34. *Empodocles* = leg. *Empedocles*
ibid. lin. 38. *αἱμκτόεσσαν* = leg. *αἱματόεσσαν*
ccxc. not. col. 2. lin. 29. *nome* = leg. *nom*
ccxcI. not. col. 1. lin. 33. *mai* = leg. *mais*
ccxcIII. not. col. 2. lin. 23. reconnvissoient = leg. reconnoissoient

# CORRIGENDA IN OPERE.

pag. 5. lin. 3. ἀπεκαλύπτεσθαι = leg. ἀποκαλύπτεσθαι
ibid. lin. 6. ἐμβλιθεὶς = leg. ἐμβληθεὶς
ibid. lin. 7. ἔχε = leg. ἔσχε
18. lin. 2. vers. col. 1. *est*, = leg. *erat*
41. nota col. 1. lin. 7. *pisceau* = leg. *pisce au*
45. lin. 11. *est* = leg. *erat*.
62. not. (15) col. 2. lin. 2. ( νοεροὶ ) = leg. νοερεὶ
70. lin. 22. εὐλέλεκται, = leg. εὖ λέλεκται,
79. lin. 4. en = leg. et
ibid. not. (a) col. 2. lin. 4. ὀφαλμοῖς = leg. ὀφθαλμὸς
85. not. col. 2. lin. 11. *Enremeti* = leg. Enremeii
ibid. lin. 12. *Enermiti* = leg. *Enermii*
86. not. col. 2. lin. 28. egomot = leg. egomet
88. lin. 2. *domesticis* = leg. *demestici*
92. not. col. 2. συνκέχυτο : = leg. συνκέχυται :
104. not. (2) col. 1. lin. 23. & 24. *s'étranglet* = leg. *s'étrangler*
ibid. col. 2. lin. 9. & intestina eius fiat com- = leg. & intestina eius effusa sunt . . .
124. lin. 3. περιαρχῶν = leg. περὶ ἀρχῶν
125. lin. 13. Magistro vici = leg. comite Tanesii
126. lin. 4. & seq. πτοχοὶ . . . πτοχείας . . . πτοχὸς = leg. πτωχοὶ . . . πτωχείας . . . πτωχὸς
134. lin. 16. coniecture = leg. coniecturae
144. not. col. 1. lin. 3. *Moine*, = leg. *Moines*
149. lin. 30. *meritoriam* = leg. *meritorium*
157. lin. 31. יתנעדם = leg. הנערים
163. lin. 4. Αὔψανα = leg. Αείψανα
174. not. col. 2. lin. 9. *dourant* = leg. *durant*
ibid. lin. 20. *Chalcedonie* = leg. *Calcedoine*
ibid. lin. 22. *on ne inferant*, leg. *on n'inferât*
ibid. lin. 26. *eresie* = leg. *hérésie*
175. not. col. 1. lin. penult. ( Ezechiel 3. 12. ) = leg. ( Isai. VI. 3.
ibid. col. 2. lin. 42. α'ιυτῶ = leg. ἀυτῶ
176. not. col. 1. lin. 14. *serroit* = leg. *seroit*
ibid. lin. 15. *sonder* = leg. *fonder*
ibid. lin. 26. *accomoder* = *accommoder*
196. lin. 29. שר־שרים = leg. שר־שרים
201. not. col. 2. lin. [illegible] κιλευμάτων = leg. κιλευσμάτων
202. lin. 11. *de* = leg. *du*
ibid. lin. 12. *l'arcange* = leg. *l'Archange*
ibid. lin. 13. *commandament*, = leg. *commendement*,
ibid. lin. 15. *pleusieurs . . . segnal*; = leg. *plusieurs . . . signal*
ibid. lin. 24 *aura est* = leg. *aura été*
203. lin. 14. *Christi*, = leg. *Christ*,
ibid. lin. 15. *d'aillieurs il ne pas* = leg. *d'ailleurs il n'est pas*
ibid. lin. 18. *en pluriel* = leg. *au pluriel*
ibid. lin. 20. *effets.* = leg. *effet.*

Digitized by Google

ibid. lin. 21. *sour* = leg. *sur*
ibid. *jamaies* = leg *jamais*
ibid. lin. 23. *a meme tems* = leg. *en même tems*
ibid. lin. 26. *tutte* = leg. *toute*
ibid. lin. 27. *publié* = leg *publiée*
ibid. lin. 28. *qu'il eut* = leg. *qu'il y eut*
Ibid. *ensegnerent* = leg. *enseignerent*
216. lin. 22. seq. *effeetes* = leg. *effets*
ibid. lin. 27. *suiee* = leg *sujet*.
ibid. lin. 35. *s'estois* = leg. *s'estoit*
ibid. lin. 36. *faissoit* = leg. *faisoit*
206. lin. 11. pedissequa = leg. pedissequus.
217. not. col. 1. lin. 14. *des* = leg. *de*
223. not. col. 1. lin. 24. *cela* = leg. *cet*
ibid. lin. 25. *pur* = leg. *pour*
225. not. col. 2. lin. 33. post τῷ *Conventu* adde *Asiae*,
236. lin. 1. *siate* = leg. *state*
244. not. col. 2. lin. 16. κυρίκων = leg. κηρίκων
251. lin. 5. Αὔψανα = leg. Αεἰψανα
252. not. (3) lin. 3. *pedem*. = leg. *pedem eius*.
254. not. (6) lin. 5. [illegible] = leg. [illegible]
ibid. not. (7) Has Syriacas quinque voces singulas disjunctas lege.
ibid. not. (8) lin. 2. = lege *Brachium eius*,
261. not. col. 2. lin. 3. & 4. *abies odorata*, = leg. idest similis *abieti odoratae*
269. col. 2. lin. 8. ܒܣܡ = leg. ܒܣܡܐ
277. lin. 1. τὶς παρὰ = leg. τίς εἶλος παρὰ
ibid. lin. 2. προτέροσι = leg. προτέροισι
283. col. 2. lin. 15. γόρ = leg. γὰρ
ibid. lin. 21. διεφθειρῆναι = leg. διαφθαρῆναι
ibid. lin. 22. δηλῶσαν = leg. δηλοῦσαν.
290. lin. 26. *Chinois* = leg. *Chinoise*
292. lin. 20. Ὀῶλυυθήνων = leg. Ὁ ὢληθύνων
ibid. lin. 27. συναγέμενοι Iob. xx. 16. = leg. συναγόμενος Iob. xx. 15.
301. not. 15.
308. not. (22) lin. penult. Ἔσοντς = leg. Ἔσονται
312. not. (29) lin. 7. λθὸν = leg. λίθον
ibid. lin. 10. במורנכיה = leg. במרנמה.
325. lin. 4. κατοικς = leg. gr. κατοικεῖν
ibid. not. col. 2. lin. 6. post *Sirian* = adde = vocant.
326. not. col. 2. lin. 6. συμονυμίᾳ = leg. συνωνυμίᾳ
329. not. lin. 5, Versther = leg. Wetsten.
ibid. not. (4) v. 30. = leg. v. 31.
335. not. (6) lin. 4. זמינו = leg. דמינו
360. lin. 15. Aetyopes = leg. Aethiopes
361. lin. 3. *vis* = leg. *vir*
ibid. lin. 5. sacrameato = leg. sacramento
368. lin. 2. σσυχῶν = leg. ψυχῶν
309. lin. 29. dissentils, = leg. disent-ils,

374. not. col. 2. lin. 17. *Christiens* = leg. *Chrétiens*
ibid. lin. 27. serpentem = leg. serpente

Quae in Graecis praesertim vocibus ad Accentus & Spiritus atque interpunctionem spectent & minus recte errore Typographico describantur, quoniam quisque per se facile deprehendet & emendabit, benevoli Lectori corrigenda reliquimus, ut & alia, si quae sunt aut alicuius, aut minoris momenti sphalmata, quae nostram fugerunt diligentiam.

## IN MEMPHITICIS, ET THEBAICIS

XVII. lin. penult. Ⲉⲛⲁⲧⲟⲛⲟⲥ : leg. ⲉⲛⲁⲧⲟⲛⲟⲥ
XLII. lin. 17. ⲕⲟⲇⲑⲁ : leg. ⲕⲟⲗⲑⲁ
LIX. lin. ult. ⲡⲓϩⲏⲙⲉⲙⲱⲛ : leg. ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ
LXXV. lin. 22. ϭᶠⲛ : leg. ϭⲉⲛ
CLXIV. lin. 19. ⲉϭⲟⲩⲏ : leg. ⲉϭⲟⲩⲛ
ibid. lin. 24. ⲡⲉϥϩⲟⲓ : leg. ⲡⲉϥⲟϩⲓ
CLXIX. lin. 9. ⲉⲧⲁϥⲛⲉϩⲉⲙ : leg. ⲉⲧⲁϥⲛⲟϩⲉⲙ
CLXXI. lin. 22. ϩⲟⲣⲟⲕ : leg. ϩⲁⲣⲟⲕ
ibid. lin. 28. ⲙ̀ⲡⲥⲧⲁⲗⲓⲟⲛ : leg. ⲙ̀ⲥⲧⲁⲇⲓⲟⲛ
CLXXII. lin. penult. ⲁϥϣⲉϣⲁⲫⲏ : leg. rectius ⲁϥϣⲉϣⲁⲫⲏⲧ
CLXXIII. lin. 21. ⲡⲓⲛ̂ⲟⲁ : leg. ⲡⲓⲛ̂ⲛⲁ
CLXXVIII. not. col. 2. lin. 2. ⲁⲩⲙⲟϫⲧⲟⲩ : leg. ⲁⲩⲙⲟⲩϫⲧⲟⲩ,
30 not. col. 2. lin. 1. *τὸ*, (adde) ⲧ,
37 not. col. 2. lin. 1. ⲛⲉϥⲥⲟⲃⲧ : leg ⲛⲉϥϣⲟⲃⲧ.
63 not. col 1. lin. 1. ⲉⲟⲩⲛⲟⲩⲥⲟⲣⲧⲉ : leg. ⲉⲟⲩⲟⲛ ⲟⲩϭⲟⲣⲧⲉ
76 lin. 26. ⲡⲉϥⲃⲁⲗ : leg. ⲛⲉϥⲃⲁⲗ.
78 lin. 15. ⲡⲉⲙ : leg. ⲛⲉⲙ
98 lin. 19. ⲛ̀ⲧⲁⲁⲣⲭⲛ : leg. ⲛ̀ⲧⲁⲁⲣⲭⲏ
119 not. col. 1. lin. 2. ⲛ̀ϣⲁ : leg. ⲛⲥⲁ

124 lin.10. ⲥⲟⲡⲥⲉⲛ : leg. ⲥⲟⲡⲥⲉⲡ
126 not. col.1. lin.7. ⲉⲃⲓⲡⲛ : leg. ⲉⲃⲓⲏⲛ
ibid. lin.antepenult. ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉⲥ : leg. ⲡⲣⲱⲙⲉ
157 lin.23. ⲛ̀ⲛ̀ⲇⲛⲛⲁϯⲟⲩⲥ : leg. ⲛ̀ⲛ̀ⲇⲩⲛⲁⲧⲟⲩⲥ
159 lin.27. ⲉϯⲃⲛⲏⲧ́ϥ : leg. ⲉϯⲃⲏⲏⲧ́ϥ
233 not. col.2. lin.10. ⲛⲟⲩϩⲏⲅ'ⲩⲙⲱⲛ : leg. ⲛⲟⲩϩⲏⲅ'ⲉⲙⲱⲛ
263 lin.ult. ⲱⲱⲡ : leg. ϣⲱⲡ.
267 not. col.1. lin.8. ⲙ̀ⲛⲉϥ : leg. ⲙ̀ⲡⲉϥ
384 lin.13. ⲡⲁⲣⲙⲍⲉⲛⲓⲟⲥ : leg. ⲛⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ
ibid. lin.15. ⲉⲡⲓⲛⲙⲉ : leg. ⲉⲡⲓⲙⲉ
385 lin.24. ⲁⲥϥⲱⲡⲓ : leg. rectius ⲁⲩϥⲓⲱⲡⲓ.

1852
R. UNIVERS. ROMA SCUOLA ORIENTALE BIBLIOTECA
Inv. 76 1853